3 1761 08824293 8

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/panegyricivetere02arnt

P191A

Panegyrici Latini

PANEGYRICI VETERES

CVM NOTIS ET ANIMADVERSIONIBVS

VIRORVM ERVDITORVM,

MAXIMAM PARTEM INTEGRIS,
QVIBVSDAM SELECTIS.

SVAS ADDIDIT

HENRICVS IOANNES ARNTZENIVS.

TOM. II.

113866
2|6|11

TRAIECTI AD RHENVM,
APVD B. WILD & I. ALTHEER, TYPOGRAPHOS.

MDCCXCVII.

EVMENII

GRATIARVM ACTIO

CONSTANTINO AVGVSTO FLAVIENSIVM NOMINE.

CAP. I. Si Flavia Aeduorum, tandem aeterno nomine nuncupata, ſa-

EVMENII] Cum Conſtantinus Aug. Eduorum civitatem inviſeret, cui poſtea *Flaviae* nomen inditum, cognita illorum inopia, qua propter aſperitatem terrae, & agrorum ſterilitatem laborabant, ſeptem milia capitum eis remiſit, ac reliqua annorum quinque. Quia vero praeſenti gratias non egerant, Rhetorem ſuum ad illum miſerunt, Treviris, ut puto, ſubſiſtentem. Nam in ea urbe ſaepe verſatus eſt Conſtantinus, & exſtant hodieque Palatii veteris aedificia. RHENANVS. Hic Panegyricus dictus eſt a Rhetore quodam Aeduorum, publice ab iis ad Conſtantinum miſſo, ut apparet iis verbis, quae ſtatim occurrent; *id*, inquit, *quod fieri decebat gaudiorum patriae meae nuncium*, *ſponte ſuſcepi*, *ut eſſem iam non privati ſtudii litterarum*, *ſed publicae gratulationis Orator.* PVTEANVS. *Eumenio* inſcripſi cum aliis de cauſſis, tum quod prima ſtatim oratione privati ſui ſtudii litterarum meminit, quod Auguſtoduni obiviſſe, Conſtantii Caeſaris iuſſu, ipſe teſtatur Pro reſtaur. Scholis. agunturque gratiae de ſeptem millibus capitum in cenſu, & reliquis quinque annorum debitis remiſſis. Monendus es autem mihi, Lector, actionem hanc totam a *Bartholomaeo* quodam *Chaſſenaeo* recitari, Prooemio Commentariorum in Conſuetudines Ducatus Burgundiae, e vetere MS., ut apparet, *Philippi Bruneti*, Aeduorum Suffraganei, qui, cetera fere Codicibus noſtris deterior, una & altera tamen complexione eſt auctior, ut in re praeſente oſtendemus. Docuit id adeo me nuper admodum P. *Andreas Schottus*, ne quem ſua laude defraudem, vetere mihi amicitia, quae olim Lovanii e morum atque ſtudiorum ſimilitudine contracta, coniunctiſſimus, homo & diligentia ſumma, & incredibili lectione. LIVINEIVS. De huius Panegyrici auctore, & quo tempore, ac loco pronunciatus ſit, in *Eumenii* vita, Panegyrico III. a nobis praefixa, diximus. BAVNE. *Eumenius* Rhetor, qui ſupra Panegyricum Pro reſtaurandis Scholis dixerat, huius quoque Orationis auctor eſſe fide librorum creditur. Habita Flavienſium nomine in Treverorum urbe, exeunte quinto imperii Conſtantini anno, cap. 12. Gratias agit, quia Conſtantinus Flavienſibus quinque annorum reliqua, & plus quam quartam cenſus partem remiſerat. CELLARIVS. Orationem hanc, & geminas, quae ſequuntur, *Eumenii* nomine inſcriptas, *Eumenii* non eſſe contendit acriter *Stephanus* *Pi-*

ſacratisſime Imperator, commovere ſe funditus, atque huc venire potuiſ-

Pighius in ſuo Hercule Prodicio. Et quidem ſi ad aliqualem ſtyli diverſitatem inter haſce, & illam pro Scholis attendamus, in Viri docti ſententiam abire procul dubio quaſi neceſſum erit. Cum tamen libri omnes conſentiant, ideo titulum mutare nolui, cum parum interſit, ſintne Orationes ipſae *Eumenii* eiusdem, an alterius Oratoris. Contendit iterum *Pighius* idem, non unius Oratoris, ſed triplicis eſſe Orationem hanc cum ſequentibus, in quam quidem non ineptam opinionem ire pene non dubitarim, cum, tum in ſtylo, tum in charactere varietas aliqua ſatis pateat, proximam praeſertim ab hac legentibus. Haec cum tertia mihi plus videtur convenire. PATAROL. Per *proximam* intelligit *Patarolus Eumenii* Orationem, quae modo praeceſſit, per *tertiam* eiusdem Conſtantio dictam, hasque per *geminas* ſequentes in principio ſignificat. Verus Orationis huius auctor non omnibus aeque eſt certus, unde ſine nomine ediderunt *Rhenanus*, uterque *Stephani*, & *Rivinus;* etiam in Panegyricorum ſerie, quam ex Cod. *Puteaneo* enotatam habeo, haec leguntur; *Incerti ad Conſtantinum Flavienſium nomine;* de aliis Codd. alii nihil monent, forte quia defuit titulus, ut deeſt in *Guelferb.*; inde igitur hanc in rem nihil eſt praeſidii. Ex quo autem eam *Eumenio* tribuerit *Balduinus* ſupr. Pro inſtaur. Schol. init., nomenque illud praeſcripſerit *Livineius*, reliqui ſunt id exemplum ſecuti editores; neque aliter *Gothofredus* Chronolog. Cod. *Theodoſ.* init. & Comment. ad eumdem Cod. T. II. p. 311. T. IV. p. 56. T. V. p. 5. *Baunius* ſupr. Vit. *Eumenii* p. 170. pluresque, a quibus nihil diſſentio. Movent me verba cap. 1. 2. *decebat gaudiorum patriae meae nuncium;* in verbis *patriae meae*, ni fallor, *Eumenium* iure agnoſco, ob ea, quae notavi ad Paneg. Pro inſtaur. Schol. 3. 4. Hanc autem patriam eſſe idem illud Auguſtodunum, de quo toties in praecedentibus *Eumenius*, inde colligo, quia Paneg. praeced. cap. 22. Conſtantinum rogaverat, ut patriam ſuam, quae certe illic eſt Auguſtodunum, Trevirorum inſtar, reſtitueret; iam hac in Oratione id factum dicit, cap. 1. 1. *in ea potiſſimum civitate*, (Treviris) *cuius eam* (patriam meam, vid. n. 2.) *ſimilem facere coepiſti.* in quibus *coepiſti* notandum; ut adpareat inchoata nunc demum inſtauratio, poſt illam nempe rogationem, praecedenti Oratione, brevi ante hanc factam. Porro huic patriae proximos dicit Tricaſſinos, infr. 6. 1. patria itaque fuit Aeduorum civitas, & Auguſtodunum, quibus finitimi erant Tricaſſini, unde Aurelio Demetrio, adiutori Civitatis Tricaſſinorum, & Aeduorum, lapis legitur poſitus apud *Gruterum* Inſcript. p. 371. n. 8. Putabimusne autem, Aeduos alium Rhetorem, gaudii ſui interpretandi nuncium, ut narrat cap. 1. 1., Treviros ad Conſtantinum miſſuros fuiſſe, quam *Eumenium*, publice Auguſtoduni artem Oratoriam profeſſum, quique, praecedenti anno, alioque tempore Conſtantini in Aeduos liberalitatem, eiusque laudes bellicas tam eximie praedicaſſet, cuiusque eloquentiae beneficia, quae hac Oratione extolluntur, praeſertim accepta referre debebant, ut recte *Baunius* ſupr. p. 170. Denique ſeſe ſub Claudio Imperatore puerum fuiſſe dicit cap. 4. 2. qui cum ad imperium pervenerit A. CCLXIX., ſequitur A. CCCX., quo praecedens habita eſt Oratio, in eum cadere potuiſſe, quae ibi cap. 1. 1. & cap. 22. in fin. de ſua aetate, & cap. 23. de liberis memorat. Atque ſi haec coniungamus, tum demum pro *Eumenio*, huius Orationis auctore, argumentum peti poterit, quod fecerunt *Livineius*, & *Cellarius*, ex verbis cap. 1. 2. *ut eſſem iam non privati ſtudii litterarum, ſed publicae gratulationis orator.* ceteroquin enim haec, in ſe ſpectata, cuicumque facile Rhetori, publice dicturo, tribui poſſent. Removenda tamen ſuperſunt quaedam dubia, mota praeſertim a *Pighio* Hercul. Prodic. p. 51. ſqq. ſed ideo mota, ne, ſi haec *Eumenio* tribuatur Oratio, corruant, quae pro Scholis Clivienſibus, & *Eumenio* illic docente diſſeruerit, quaeque cum Aeduis, quorum, tamquam civium ſuorum, in hac Oratione frequens mentio, haud facile componantur. Non iis inmorabor, quibus negat *Eumenii* patriam fuiſſe Auguſtodunum, id enim modo oſtendi, & paſſim dictum eſt ad Paneg. Pro inſtaur. Scholis; hoc praeſertim adtingam, quod admodum ſpecioſe obmovet, p. 56. mirum eſſe, ſi hanc Orationem habuerit *Eumenius*, nihil eum de Conſtantii in ſe beneficiis, aucto ſalario, & Scholis Maenianis praedicaſſe. Sed quid? ſi haec omiſerit, quia antea ſingulari Oratione ſatis, & copioſe de illis dixerat; & cur, quaeſo, moleſta illius liberalitatis repetitione Conſtantini aures obtunderet? quem longiori ſermone nefas eſſet fatigare, iis praeſertim enarrandis, quae gratiis, publico iam nomine agendis, parum, aut nihil inſerviebant. At dices, cap. 4. 4. Conſtantii in Aeduorum civitatem memorat beneficentiam, & ſumtus ab eo in opera publica factos; altum vero de exſtructis Maenianis ſilen-

tuiſſet, tota profecto coram de tuis in ſe maximis pulcerrimisque bene-
fi-

lentium eſt, quod praetermiſſurus non videatur *Eumenius*. Audio; ſed illic non de una urbe, ſive Auguſtoduno, ſed de Aeduorum *civitate* loquitur, id eſt, de tota regione, eo ſenſu, quo vocem paſſim adhibet *Caeſar*; quod uni Auguſtoduno datum fuerat, id alia occaſione praedicaverat iam omiſſurus. —— Habitus autem eſt Panegyricus. A. CCCXI. adeoque proxime poſt praecedentem. Hunc veriſimiliter annum eruunt ex cap. 13. 1. *O luſtrum, quod merito hanc imperii tui aequavit aetatem.* & num. 2. *Quinquennalia tua nobis, etiam perfecta, celebranda ſunt.* Etenim *Quinquennalia perfecta*, & *luſtrum aequans imperii annos* indicant lapſos quinque annos; quamvis enim quinto imperii anno haberentur Quinquennalia, *perfecta* tamen eorumdem finem ſignificant, quintumque evolutum, ut recte *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 126. & 142. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 3. in hoc habiti Panegyrici anno conſentiunt *Baune* ſupr. Vit. *Eumenii* p. 170. *Fabricius* Biblioth. Lat. T. II. p. 771. *Walchius* Parerg. Academ. p. 891. cum autem VIII. Kal. Auguſt. anno CCCVI. factus ſit Conſtantinus Imperator, conf. ſupr. ad Incertum Maximian. 1. 1. ſequitur VIII. Kal. Auguſt., anno CCCXI., imperii Quinquennalia fuiſſe finita; hanc itaque Gratiarum actionem poſt illum diem fuiſſe habitam puto. & forte brevi poſt; quietus ſaltem adhuc in Gallia Treviris verſabatur Conſtantinus, quem demum ſequenti anno in Italiam progredi cogebat Maxentius. Cum vero Incertus ad Conſtantin. 21. 5. expeditionem contra Maxentium *annuam* fuiſſe dicat, & Maxentius VI. Kal. Novembr. CCCXII. fuerit occiſus, inde tamen parum recte colligeres, huius Panegyrici tempus eſſe collocandum inter VIII Kal. Auguſti, & inchoatum Octobrem anni CCCXI. aliud enim illic *annuus* notare videtur. *Gothofredus* tamen ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 56. ad annum CCCXII. reiicit, aut circa eumdem, ibid. T. II. p. 311. quae videtur orta ſuſpicio, quod bellum cum Maxentio quidam ad ſextum imperii annum, alii ad ſeptimum referant, ut docet idem *Gothofredus* Chronolog. Cod. *Theodoſ.* init. quod tamen diſcrimen facile componatur, ſi alterum de inchoato, de peracto alterum capias; ipſam vero *Gothofredi* ſententiam adcurate refutavit *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 143. cuius in Agrippinenſi ponte errorem notavi ad praeced. Panegyr. 13. 1. —— Treviris praeterea haec dixit Orator; vid. ad cap. 1. 1. & ita *Pighius* Hercul. Prodic. p. 51. *Baunius* ſupr. Vit. *Eumenii* p. 170. Scribit *Pagius* d. l. *Gothofredum* ad L. 1. C. *Theod.* Sine cenſ. vel reliq. maluiſſe Agrippinae Orationem fuiſſe dictam; ſed nihil ſimile in *Gothofredi* verbis deprehendo, tantum de illa lege Agrippinae data loquentis. —— Ipſe titulus non eodem ab omnibus modo fuit editus, &, cum in Codd. non legatur, ex arbitrio praefixus. Inde a *Livineio* dederunt plerique, *Gratiarum actio Conſtantino A. Flavienſium nomine*; ſed *Rhenano*, utrique *Stephano*, & *Rivino* placuit, *Panegyricus Flavienſium nomine, Conſtantino A. dictus.* Potius tamen *Gratiarum actio* dicatur, cuius a *Panegyrico* diſcrimen dedit *Marcilius* ad *Sueton.* Veſpaſ. 2. & *Walchius* Parerg. Academ. p. 858. —— Denique ordinem non omnes eumdem ſervant. *Quintus* eſt in *Guelferb.*, non computato *Plinio ſextus* in indice MS. *Puteanei*, Ed. *Rhenani*, utriusque *Stephani*, *ſeptimus* in Ed. *Livineii*, reliquisque. —— Ceterum hanc Orationem ex Codice, ut videtur, *Philippi Brunet*, Suffraganei Aeduenſis, deſcriptam *Bartholomaeus a Chaſſenaeo* inſeruit ſuo Gloriae Catalogo, & in Commentar. ad Conſuet. Burgund. Prooem. p. 30.

Flavia Aeduorum] Auguſtodunum intelligit, quam urbem *Eumenius Flaviam* appellat, credo, ut Flavio Conſtantino potius aduletur, quam ex rei veritate. Cur enim apud *Ammianum Marcellinum* nulla huius nominis mentio? Maxime cum is apud Imperatorem ageret, qui eſſet ex Flavia gente. An id ei nominis contigiſſe dicamus, quod Romae? quae, cum olim *Commodiana* a Commodo Auguſto dicta ſit, nullum reliquit huius nominis veſtigium. BAVNE. Haec *Flavia* eſt Auguſtodunum, primaria Aeduorum civitas, quae *Flaviae* nomen vel accepit, vel adſumſit in memoriam acceptorum a Conſtantino beneficiorum. Id enim huius Principis gentile nomen fuit, & omnium, qui ex familia eius poſt ipſum imperarunt; tractum a progenitore Criſpo, Claudii Gothici fratre, de quo *Trebellius Pollio* cap. 3. *Gentes Flavias, quae Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagavit.* Vnde eſt, quod in nummis Conſtantini Patris legitur: FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. C. & alio poſteriore: IMP. C. FL. VAL. CONSTANTIVS P. F. AVG. & in nummis filii: IMP. C. FL. VAL. CONSTANTINVS P. F. AVG. CELLARIVS. Credidere quidam, *Flaviam* hanc eam eſſe, quae nunc *Flavigni* in Ducatu Burgundiae; ſed ex hoc Panegyri-

ficiis una voce loqueretur, tibique, reſtitutori ſuo, imo, ut verius fatear, conditori, in ea potiſſimum civitate gratias ageret, cuius
2 eam ſimilem facere coepiſti. Sed cum id non poteſt, geſtit animo. Quod natura non patitur, clamoresque ſuos, quibus quotidie laudes tuas

rico liquet, *Flaviae* nomen aſſumpſiſſe urbem ipſam Auguſtodunum, quae nunc *Autun*, in eodem Ducatu, ubi olim Aedui populi. Idem credidit & *Cellarius*, cui libenter aſſentior. PATAROL. Crediderunt quoque *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 55. *Balduinus* de Leg. Conſtantin. II p. 232. *Walchius* Parerg. Academ. p. 891. adde *Cellar.* Geogr. antiq. II. 2. *Baunio* adſentiri nequeo, nomen illud ex Oratoris eſſe ingenio; quae enim cap ult. memorat *Eumenius*, indicant vere id nomen fuiſſe impoſitum, forte brevi antea, cum Auguſtoduni eſſet Conſtantinus, a quo Treviros perrexit, ut patet ex cap. 1. & 2. ſi enim iam antea illud habuiſſet, ut mox tradit *Livineius*, haud dubie Panegyrico proximo, id eſt anno praecedente, id memoraſſet, cap. 22. ubi opportuna illius nominis fuiſſet praedicatio; adde *Balduin.* ad *Eumen.* Pro inſtaur Schol. 14. 1. Vtrum haec Flavia ſit eadem, quae Bibracte, vid. ad cap. ult. in fin.

Aeterno nomine] Quae olim Auguſtodunum, a D. Conſtantio transnominata, qui per Claudiam matrem, Criſpi filiam (is Divo Claudio Imp. frater) in gente Flavia. LIVINEIVS. Imperatoris nomine, quia Imperatores illo tempore *aeternos*, *perpetuos*, id eſt, aeternitate dignos laudaverunt, *Gruterus* p. 249. Inſcript. 4.

AETERNO. IMPERATORI
NOSTRO. MAXIMO. O
PTIMOQVE. PRINCIPI
AVRELIO. VALERIO
DIOCLETIANO. PIO. FE
LICI. INVICTO. AVGVSTO.

CELLARIVS. Quo ſibi nomine immortalitatem pollicetur. *Nomine* Flaviae, a Flavio ſcilicet Conſtantino. PATAROL. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 18. 5. Conſtantio 20. 1.

Sacratiſſime Imperator] *Guelferb. ſacer*, & ita Ed. *Puteolani*, *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini.* vid. ad *Mamertini* Genethl. 1. 1. *Iaegerum* infr. n. 3.

Commovere] Haud abſimile illud *Tullii* in Piſon. 52. *Mihi Roma ipſa, prope concuſſa ſedibus ſuis, ad complectendum conſervatorem ſuum procedere viſa eſt*, &c. BAVNE. Paria fere ſunt, quae notavi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 15. 1.

Profecto] *Guelferb. perfectio.*

Civitate] *Rhenanus* putat Treveros intelligi, in qua urbe ſaepe verſatus eſt Conſtantinus. Infr. initio cap. 2. *Nunc itaque cum in hac urbe, quae adhuc aſſiduitate praeſentiae tuae prae caeteris fruitur.* PVTEANVS. Treverenſi, ubi commorari Imperatores ſolebant, cum in Galliis verſarentur, proindeque ubi habitam hanc Orationem volunt *Livineius*, & *Rhenanus.* BAVNE. Conf. ad princip.

Coepiſti] *Coepiſtis*, *Rhenan.* Male. Scilicet praeſentia tua, & immoratione. Videturque Conſtantinus, bellis, aut negotiis ita poſcentibus, Flavia Treveros digreſſus, clarum alioqui domicilium Principum, ut *Ammianus* appellat IV. LIVINEIVS. Lege *coepiſti.* ACIDALIVS. *Coepiſtis* etiam *Henr. Stephanus*, & *Rivinus;* alterum poſtulat praecedens *Imperator*, & tuentur Codd., & *Schonhovii* excerpta. *Similem facere* non refero cum *Livineio* tantum ad praeſentiam, ſed ad opera quoque publica inſtaurata, ut perſpicue ex praeced. Paneg. cap. 22. adparet.

2. *Sed id non poteſt*] *Sed quoniam id non* Vet. PVTEANVS. *Quoniam id non* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. Reſcribam: *Sed quoniam id non poteſt (& geſtit animo) quod natura non patitur*, &c. LIVINEIVS. Vox *poteſt*, ob multas literas, quas communes habuit cum *etſi*, illud ipſum *etſi* abſorbuit. Legendum enim videtur: *Sed quoniam non poteſt, etſi animo geſtit, quae natura non patitur*, commate admodum eleganti. GRVTERVS. *Sed quoniam non poteſt (geſtit animo) quae;* plane ineptum, quod in parentheſi, ita quidem ſi retineatur. Interpolatum enim ego credam, & gloſſulam abiiciam verba, *non poteſt*, ſic reſtitutis ceteris; *ſed quoniam, quae geſtit animo, natura non patitur.* ACIDALIVS. Id eſt, ſed quoniam revera non poteſt ad tuos pedes accidere, ſaltem id geſtit animo, quod ſupra rerum naturam, & conditionem eſſe agnoſcit. BAVNE. *Id* ante *non Livineius* ex ſuo Cod. *Bertin. Lang.*, & *quod* pro *quae* ex ſuo deſumſit. Lectionem, quam nos exhibemus, inde a *Francof.* tenent Edd. omnes. Vitioſam eſſe facile patet; ſed qua ratione ſit emendan-

tuas tollit in caelum, exaudiri a te non ſinit longinquitas ſua, id, quod
fieri decebat gaudiorum patriae meae nuntium, ſponte ſuſcepi, ut eſ-
ſem iam non privati ſtudii litterarum, ſed publicae gratulationis ora-
tor. Nolui enim, ſacratiſſime Imperator, cum in illo aditu palatii tui 3
ſtra-

danda, ſatis certo definiri non poteſt. Prae reliquis tamen probabilis videtur coniectura *Gruteri.* IAEGERVS. Concinniorem verborum ſtructuram affero; *Sed quoniam id non poteſt, (praeſtat animo, quod natura non patitur,) clamoresque ſuos,* &c. SCHENKIVS. Praefat. Tom. I. Ed. *Iaegerianae.* Eruditorum coniecturis occaſionem dedit loci rite interpungendi difficultas, in quo variant Edd. *Rhenanus, Henr. Stephanus, Gruterus, Rivinus,* & *Patarolus* dederunt: *Sed quoniam non poteſt (geſtit animo) quae,* poſteriores *quod, natura non patitur, clamoresque ſuos —— longinquitas ſua: id quod fieri decebat, gaudiorum patriae meae nuncium ſponte ſuſcepi.* At vero *Livineius,* & *Paull. Stephanus*; *ſed quoniam non poteſt, geſtit animo, quae natura non patitur, clamoresque ſuos —— longinquitas ſua, (id quod fieri decebat) gaudiorum* &c. ita etiam *Baunius,* & *Cellarius,* ſed omiſſa parentheſi. Denique *Iaegerus; ſed quoniam id non poteſt, (geſtit animo) —— longinquitas ſua: (id, quod fieri decebat,) gaudiorum* &c. Nulla emendatione, nec parentheſi locus indiget, ſi modo interpungatur, ut oporteat. Lego; *Sed cum* (hoc dedi ex *Guelferb.*) *id non poteſt, geſtit animo. Quod natura non patitur, clamoresque —— longinquitas ſua, id, quod fieri decebat gaudiorum patriae meae nuncium, ſponte ſuſcepi,* &c. atque hoc eo fidentius reſtitui, quia in interpunctionibus vix ex Codd. peti poteſt praeſidium. Sententia, ni fallor, eſt perſpicua: Cum ipſa huc venire nequeat Flavia, grata mente abſens laetatur; quia autem non patitur natura, ut huc veniat, & quia non ſinit longinquitas, ut in tuas aures perveniant clamores, quibus te extollit, id, quia haec gaudia tibi nunciare oportebat, ſuſcepi, ut ipſe hac gratiarum actione exponerem.

Quae natura] *Quod natura* Vet. LIVINEIVS. *Quod* etiam *Guelferb.* & recte recepit *Gruterus* cum ſequentibus, praeter *Rivinum.*

Interiecta longinquitas] Vox *interiecta* non comparet in Cod. *Moerl.* Et ſane abeſſe poteſt; verum, cum omnes libri reliqui eam tueantur, loco non eſt movenda. IAEGERVS. Abeſt quoque in *Guelferb.* Vtriusque Cod. fide delevi.

Sponte ſuſcepit] Lege *ſuſcepi.* ACIDALIVS. *Suſcepit* vitium erat typographi in Ed. *Henr. Stephani.*

Privati ſtudii] *Eumenium* agnoſce, quem Conſtantius Aeduenſibus Scholis praefecerat. BAVNE. Hinc admodum fit probabile, *Eumenium* huius Panegyrici auctorem eſſe. Is enim ex aulae luce in umbram Scholaſticam, magno ſtipendio, a Conſtantio, Conſtantini patre, revocatus fuerat. Vide Orat. Pro reſtaur. Scholis. CELLARIVS. Non video ex his pro *Eumenio* peti poſſe argumentum, ſi in ſe verba ſpectentur. Conf. ad princip.

3. *Nolui enim*] *Volui enim, Cuſpin.* Falſo. LIVINEIVS. Imo *nolui tamen* legendum erat, ſi libris viſum fuiſſet. GRVTERVS. Poſſet *enim* fortaſſe h. l. idem valere, ac *autem*; ſiquidem ſatis certum eſt, ut apud Graecos γὰρ, & δὲ, ſic apud Latinos *enim,* & *autem* inter ſe non numquam permutari. Sed maius quid reſtat. Pro *nolui Cuſpin.* habet *volui*; falſo, ut iudicat *Livineius.* Verum conſideranti mihi univerſam h. l. orationis ſeriem, non omnino quidem aptam illam, & concinnam, &, praeter initium ſeq. ſect. *Nec mihi verba* &c. praecipue infra, quae his noſtris reſpondent, *ſed habui rationem* &c. conferenti, eo prope modum inclinat animus, ut arbitrer, *Cuſpiniani* lectionem anteponendam eſſe vulgatae. Interim tamen, quoniam reliqua exemplaria, quorum inſpiciendorum mihi copia fuit, omnia τὸ *nolui* tuentur, idque ſenſum non manifeſto abſurdum parit, rem integram relinquo arbitrio doctiorum, contentus, quid mihi viſum ſit, indicaſſe. IAEGERVS. *Enim* recte; ut rationem ſignificet, quare id Auguſtoduni non fecerit, praeſente illic Conſtantino, atque inde etiam *nolui* probo: cohaeret ita periodus; nolui gratias agere, non quod verba mihi defuiſſent, ſi hoc voluiſſem, ſed quia ratio loci, ac temporis erat habenda.

Sacratiſſime Imperator] *Cuſpin. Rhenan. Stephan. ſacer Imper.* male; *ſacer* enim, cum de homine dicitur, quid fere ſignificet, ſatis conſtat. IAEGERVS. *Sacer* etiam *Guelferb.* Edit. *Puteolani,* & *Rivini.* vide ſupr. n. 1.

Palatii tui] Flavienſis, ut exiſtimo. Infra: *Exornavimus vias, quibus in Palatium pervenitur, paupere quidem ſupellectile,* & quae ſequuntur. LIVINEIVS. & BAVNE. Flavienſi in urbe, ſeu Auguſtoduni, fuit hoc Palatium, quo Princeps excipiebatur, ſi quando in urbem hanc devertiſſet. CELLARIVS. Fuit itaque brevi ante Auguſto-

duni

ſtratum ante pedes tuos ordinem indulgentiae tuae voce divina, porrectaque
4 hac invicta dextera ſublevaſti, Numini tuo gratias agere. Nec mihi verba, quamvis imparata, defuiſſent. Quis enim aut praeparare ſe ad beneficia tam
5 inſperata potuiſſet, aut ab tanta gratulatione cohiberet? Sed habui rationem loci, ac temporis, ne meus ille ardor animi, ſtudiumque dicendi tibi quidem (quod mihi ad immortalitatem ſufficeret) probaretur, ſed propter adſiſtentium pau-

duni Conſtantinus, votique compos factus *Eumenius*, quod ſignificarat praeced. Paneg. 22. in fin. *In* ante *illo* ignorat *Guelferb.* quod a praecedenti *m* videtur abſorptum.

Stratum] MS. *Moerl.* & *Gud.* *ſtantem*; falſo: nam *ſtare*, & *dextera ſublevari* inter ſe non congruunt. IAEGERVS.

Ordinem] Forte *ampliſſimum ordinem.* LIVINEIVS. Aut vox haec abundat, & *ſtratum* de *Eumenio* intelligendum; aut *ordinis* nomine credendum innui Magiſtratum quempiam, aut Legatos, aut aliquem alium civium ordinem, ante pedes Conſtantini ſtratum urbis ſuae nomine, quod magis puto. PATAROL. Ampliſſimus ordo omnino eſt intelligendus: ſed propterea non eſt opus inſerere vocem *ampliſſimus*, cum etiam ſine illa κατ' ἐξοχὴν *Ordo* ſignificet Senatum, & Decuriones municipiorum. Sic *Sueton.* Caeſ. 14. *Obtinuiſſet adeo, transductis ad ſe iam pluribus, & in his Ciceronis Conſulis fratre, niſi labantem ordinem confirmaſſet M. Catonis oratio.* & Vitell. 2. *Quintus caruit ordine, cum, auctore Tiberio, ſecerni minus idoneos Senatores, removerique placuiſſet.* *Tacitus* Annal. XI. 25. 3. *Famoſos probris quonam modo Senatu depelleret anxius, mitem & recens repertam, quam ex ſeveritate priſca rationem adhibuit, monendo, ſecum quisque de ſe conſultaret, peteretque ius exeundi ordinis.* Haec de Senatu Romano. De municipii Decurionibus idem *Tacit.* Hiſt. II. 52. 4. *Onerabat paventium curas ordo Mutinenſis, arma & pecuniam offerendo, appellabatque Patres Conſcriptos, intempeſtivo honore.* IAEGERVS. Adde *Reineſium* Inſcript. Cl. I. n. 99. *Cannegieter* Obſerv. iur. I. 11.

Indulgentiae tuae] Medio aevo *indulgentia* vocabatur, quando tributa, & vectigalia Imperatores laxabant, & remittebant. Sub finem: *Vnus hic annus prope ſenſum non habet difficultatis, duorum temporum indulgentiis coarctatus.* deinde: *Quid ergo nos convenit gratulari de hoc indulgentiae tuae luſtro.* Natum illud vocabulum *Ammiani* temporibus, cuius locus exſtat lib. XVI. *Denique id eum adusque imperii finem & vitae ſcimus utiliter obſervaſſe, ne per indulgentias, quas appellant, tributariae rei concederet reliqua.* Ecce, ait, *quas appellant*, quod certiſſimum novitatis indicium, fallitur que *Bellarminus*, Vir eruditus, in lib. de Indulgentiis, qui antiquam vocem putat, nec *Ammiani* mentem capit. Ergo *indulgentia* eſt, quae antea *ſacra largitio* dicebatur, & hoc vult iſtud in Gloſſario, θεῖα δωρεὰ, *Indulgentia.* *Eumenius* Pro Schol. inſtaur. *Quemadmodum id ſine ſumptu publico, & cum laude ſacrae largitionis fieri poſſit, oſtendam.* Crebrum apud eundem, quem citavi, *Ammianum*, & poſteriores alios Hiſtoriae Auguſtae Scriptores. Qui autem munificentiam hanc Imperatoris exequebantur, *Comites ſacrarum largitionum*, & *ſacri Largitores* nuncupabantur, ut ex *Paullo* declaravi Animadverſ. Miſcell. lib. II. cap. 5. Porro ad *indulgentiam* pertinent *Caſſiodori* Var. lib. III. Epiſtolae 32. & 40. item 10. lib. IX. Praeterea etiam ſignificat liberalem criminum remiſſionem, quam Imperatores concedebant, ut docet *Bellarminus* loco citato. MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 33. Infra 8. 3. *quaſi iam indulgentiam, quam daturus eras, haberemus* ubi *Schenk.* cap. 11. 2. *indulgentiae tuae ample fluenti modum fecimus.* cap 12. init. *Neſcit taxare indulgentiam tuam.* adde *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 201. & 205. *Lindenbrog.* ad *Ammian.* XVI. 5. in quo loco, quem adhibuit *Meurſius*, olim legebatur *concederet aliqua*; poſterius in *alicui* mutare tentavit *Ernſtius* Var. Obſ. I. 5. ſed lectio *reliqua* ex quibusdam huius Orationis locis confirmari poteſt. Talem vero indulgentiam concedebant vel ad gratiam civium provocandam, vel provincias calamitate adtritas ſublevandas. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 202. *Demſter.* ad *Roſin.* Antiq. VII. 36.

Hac invicta] *Guelferb* *ac invicta.* male.

4. *Imparata defuiſſent*] Forte *imparato* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. MS. *Moerl.* *imperato*; *Gud* *quamquam imperator*; quod confirmat coniecturam *Livineii*, per ſe iam ſatis probabilem, ac tantum non certam. IAEGERVS.

Praeparare ad beneficia] *Praeparare ſe* Vet. PVTEANVS. *Se* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *praeparari.* ACIDALIVS. Excuſat,

paucitatem minus, quam te dignum eſſet, iret in populos, ſi te, uno die de ſalute noſtra multa tractantem, moraretur oratio, quae pro magnitudine meritorum tuorum feſtinare non poſſet.

Cap. II. Nunc itaque, cum in hac urbe, quae adhuc adſiduitate praeſentiae tuae prae ceteris fruitur, (habebit enim felicitatis aemulam Flaviam noſtram) totus tibi amicorum tuorum comitatus, & omnis imperii apparatus adſi-

ſat, quod non prius gratias egerint Flavienſes, nec praeſenti in urbe ſua Conſtantino: quia inſperata fuiſſent eius beneficia, poſt quae diſceſſerit ſtatim in Treveros. CELLARIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.* τὸ *ſe* poſt *praeparare* non exhibent; ſed cum illud in Cod. *Livin. Bertin. Cuſpin. Put.* & *Moerl.* editisque ceteris legatur, non opus habemus emendatione *Acidalii*, legere nos iubentis *praeparari*, & *cohiberi*. Speciosior eſt coniectura *Baunii*, pro *cohiberet* ſubſtituentis *cohibere*, quod tamen non omnino neceſſarium. IAEGERVS. Recte ad Codd. textum dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*.

Ab tanta] *A tanta*, *Chaſſenaeus*. LIVINEIVS.

Cohiberet] Lege *cohiberi*. ACIDALIVS. Fortaſſe *cohibere*, aut, ut emendat *Acidalius*, *praeparari*, & *cohiberi*. BAVNE. Iudicium ſequor *Iaegeri*, obſervatione proxima.

5. *Ac temporis*] *Et temporis*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

Dicendi] In *Moerl.* legitur falſo, *ſtud. divinandi*. IAEGERVS.

In populo] Forte *in populos*. LIVINEIVS. Lege *in populos*. Phraſeos *ire in populum*, *ſecula*, *literas*, notavimus exempla ad *Plinii* Panegyr. ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. Cuſpin. iret in populo ſed*; ex quo *Livin.* & *Acidal.* rectiſſime effinxerunt lectionem noſtram, quam Edd. reliquae omnes praeferunt. *Ire in populos* ſic dictum eſt, ut in Paneg. *Plinii* c. 55. 1. *ibit in ſaecula*, ad quem locum vid. *Schwarz.* IAEGERVS. *Populos* probavit etiam Pater meus ad *Plinii* Pan. 55. 1. & recepit *Gruterus*, etiam *Rivinus* in ſec. Codices tamen, & *Guelferb.* conſtanter *populo*. Cum vero *ire in populos* deſignet in omnium populorum notitiam pervenire, ut recte *Drakenb.* ad *Silium* VI. 711. & de Flavienſibus, Aeduorumque gente magis loquatur *Eumenius*, ſuſpicatus aliquando ſum, ſitne legendum *in populum*, ut illud *populo* in Codd. venerit ex ſcribendi more, de quo dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 8. 1. nihil tamen definio.

Sed te] Vet. *ſi te*. PVTEANVS. Forte *& te*. LIVINEIVS. & ACIDALIVS. *Gud.* & *Moerl.* habent *ſi te*; male; ſi ſeriem orationis conſideres. IAEGERVS. *Sed te* editum eſt ante *Gruterum*, qui primus *Livineii* coniecturam recepit, eumque ſecuti ſunt reliqui. Codicibus obſecutus *ſi* reſtitui; qui enim id, quod putat *Iaegerus*, ob orationis ſeriem ſit reiiciendum, non video, cum apte omnia cohaereant. Si enim tunc Conſtantinum morata eſſet Oratio, hoc in cauſſa fuiſſet, quo minus iam dixiſſet, & Imperatoris beneficia in populos iviſſent.

Vno die] Forte *illo die*. LIVINEIVS. Sane voces *uno*, *ullo*, *illo* ſunt ex iis, quae a Librariis inter ſe permutantur crebro, uti docet *Brouckhuſ.* ad *Propert.* III. 7. 8. Verum haec emendatio, etſi non plane ſpernenda, non tamen idcirco admittenda videtur; cum nec neceſſaria ſit, nec ullo libro ſcripto, vel edito fulciatur. IAEGERVS.

Multa tractante] Alii *tractantem*. RHENANVS. Vet. *tractantem*. PVTEANVS. In Ed. *Rhenan.* & *Stephan.* pro *tractantem* legitur *tractante*, ſed iam in margine ſimul notatur, *al. tractantem*, quod in reliquis omnibus comparet, & ſine controverſia unice verum eſt. IAEGERVS. *Tractantem* quoque *Schonhovii* excerpta, alterum in utraque Edit. male retinuit *Rivinus*.

1. *Hac urbe*] Treviros ſignificat, ut puto. RHENANVS. Treverorum urbe, quae primis annis adſiduitatem praeſentiae Conſtantini habuit. CELLARIVS. & PATAROL. Male *quae adhuc* deſunt in Ed. *Rivini*. *Adſiduitatem* praeſentiam continuam indicare notat *Davieſius* ad *Minuc. Fel.* p. 44.

Felicitas aemulam] Vet. *felicitatis*. PVTEANVS. *Felicitatis aem.*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Imperatores identidem Auguſtoduni commorabantur. BAVNE. *Rhenanus*, *Stephan. Livin. felicitas aemulam*; ſed ceteri omnes veram praeferunt lectionem. IAEGERVS. Omnes ante *Gruterum felicitas*, & deinde in pr. *Rivinus*. Vulgatum conſtanter Codd.

Flaviam noſtram]. Auguſtodunum Aeduorum. CELLARIVS.

Amicorum tuorum] Aulicorum Procerum, & Con-

adſiſtat, & cum omnes homines omnium fere civitatum aut publice miſſi, aut pro ſe tibi ſupplices adſint, dicam, Imperator, ea, quae libenter agnoſcas, & ceteri nobis indulta non crederent, niſi te agnoſcente dixiſſem.
2 Primum eſt autem, ſacratiſſime Imperator, in agendis gratiis oſtendere, id, quod indultum ſit, non fortuitae felicitatis, ſed iuſtae fuiſſe clementiae. Nam cum omnes homi-

Conſiliariorum. Hi enim *amici* Principum, & Regum paſſim dicti. CELLARIVS. Ita occurrit infr. 10. 3. *conſilium amici alicuius*, ut locum emendavi. Conf. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 100. unde cum Comitibus ſaepe iungi docet Idem T. III. p. 7. hinc explicandum puto locum in *Ioannis* Euang. 19. 12. οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος.

Adſiſtat] *Aſſiſtant* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Cuſpin. Moerl. aſſiſtit.* Nihil eſſe mutandum facile patet. IAEGERVS. Etiam *Guelferb. aſſiſtit*, & in pr. *Rivinus.*

Et cum] *Ac cum* Vet. LIVINEIVS. *Guelferb. at cum.*

Imperator, ea quae] *Imp. quae, Chaſſen.* LIVINEIVS.

Et ceteri] *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, *ut ceteri*, non male. Deterius *Guelferb.* mox *cederent.*

Te cognoſcente] *Agnoſcente* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Sic Edd. omnes. *Agnoſcente* habet etiam *Gud.* & *Moerl.* Hanc lectionem vulgata meliorem, & aptiorem, quo minus in textum reciperem, nihil viſum eſt obſtare. IAEGERVS. Confirmatur hoc iudicium ex proximis, *libenter agnoſcas.* quamvis enim *cognoſcere* pro agnoſcere inveniatur, & hinc utrumque verbum permutetur, de quo ad *Sedul.* V. 8. & *Arator.* I. 934. tamen alterum h. l. ex eleganti repetitione melius.

2\. *Sacratiſſime Imperator*] *Guelferb. ſacer*, eaedemque Edd. de quibus monui cap. 1. 1.

Fortunae felicitatis] Vet. *fortuitae felicitatis.* PVTEANVS. *Fortuitae* Vet. *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Lege *fortuitae*, qui idem error aliquoties in iis Scriptoribus a nobis obſervatus, & ſublatus. ACIDALIVS. Ita vitioſe exhibent *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Bene autem Cod. *Livin. Lang. Putean. Moerl. Gud. fortuitae*, uti iam *Acidalius* ex coniectura emendavit, & *Francof. Pariſ. Patar.* & *Cellar.* praeferunt. Pro *felicitatis* forte etiam legendum *facilitatis.* IAEGERVS. Omnes poſt *Gruterum* recte illud *fortuitae* receperunt, excepto *Rivino.* Elegans *Iaegeri*, & ad hunc locum maxime adcommodata coniectura *facilitatis* in mentem quoque venerat *Marcklando* ad *Statii* Silv. p. 60. Imperatoris illa *facilitas* fuit, quam deſcribit cap. 9. Contra Codices tamen vulgata, quae neque mala, non eſt mutanda, quamvis in iis facile potuerit error committi propter conſuetam permutationem, de qua Not. ad *Plinii* Paneg. 66. 3. *Drakenb.* ad *Livium* XXIII. 11. 2. *Duker.* ad eund. XXXI. 26. 7.

Coram non indigentes] Vet. *etiam non.* PVTEANVS. *Coram* in omnibus noſtris, qua ſcriptum, qua vulgatum, ſed eruebam e compendiis litterarum *gratia.* nam *gr̄a* in vetere ſcriptura *gratia* valet. Idque ad *iuvare* adiungam, non ad *indigentes* LIVINEIVS. Duo illa vocabula *coram non* reformanda ſunt in unicam aliquam dictionem, quae notet, aut *auxilium*, aut *ſuppetias*, aut ſimile quid. niſi potius fuit, *homines ſub Rom. imperio degentes.* quod magis ſuſpicer, ut nimirum ſcripturae compendia loco nocuerint. Haud tamen praeſtem, iiſdem verbis expreſſum Auctori. GRVTERVS. Forte legendum, *cura non indignos*; an potius *cura indigentes.* RITTERSHVSIVS. Lege *etiam non indig.* ACIDALIVS. *Livineii* explicatio mihi quidem parum ſe probat. Etiamſi largiamur, dici poſſe *iuvare aliquem gratia*, ea tamen verborum transiectio, quae h. l. eſſet admittenda, non poſſet non adferre ambiguitatem, vix ac ne vix quidem excuſabilem. Minus adhuc licet adiungere *gratia* ad *non indigentes.* Quis enim adeo ſit ineptus, ut Principi, quem laudare inſtituit, dicat, eſſe homines, qui gratia eius facile carere poſſint? *Gruteri* emendatio *hom. ſub imp. Rom. deg.* nimis longe a veſtigiis ſcripturae recedit; & dictio illa, conflata ex *coram non*, quae *auxilium* notet, non facile poterit excogitari. Melior his eſt ratio, qua *Rittershuſius* huic loco ſtuduit mederi: cui tamen praeſtare mihi videtur coniectura *Acidalii*, facilitate ſua commendabilis, quam firmant Codd. *Put. Gud.* & *Moerl.* in quibus diſerte pro *coram* exhibetur *etiam.* *Non indigentes* ſunt, qui nulla calamitate ſunt adflicti, vel qui, ſorte ſua contenti, nihil magnopere deſiderant, (*nam aeque egens eſt is, qui non ſatis habet, & is, cui nihil ſatis poteſt eſſe*, Auctor ad Herenn. IV. 17.) Eos *iuvare* eſt commodis eorum conſulere. Lectionem igitur hanc, cum certiorem veritatis fontem in tanta cali-

mines, etiam non indigentes, iuvare boni ſit Principis, tum praecipue bene me-
ritis, & graviter adfectis ſubvenire ſapientis eſt. Quod cum oſtendero, non 3
tam ſtudio praedicandae patriae meae, quam officio demonſtrandae providentiae
tuae, tum potiſſime beneficiorum tuorum magnitudinem proſequar, tam maiore
voto, quam ingenio. Quaenam igitur gens toto orbe terrarum in amore Ro- 4
ma-

ligine invenire non potuerim, in contextum recepi. IAEGERVS. De emendationis huius, a Codd. confirmatae, veritate non amplius dubitandum, ideoque *Iaegerum* de perſanato contra tot Eruditorum coniecturas loco gratulor. *Rittershuſii* notam, in *Pariſienſi* Ed. neglectam, ex ipſius in Panegyricos Coniecturis, poſt *Goldaſti* Paraeneticos, huc revocavi.

Graviter adfectis] *Affectis* haud immutem. Ita enim *Seneca* de Benef. IV. cap. 37. *affectum ſemanimemque recreavit.* & *Velleius Paterculus* II. *hinc remiges firmiſſimi, illinc inopia affectiſſimi* Infra tamen eſt *afflictis: Dixi, quam bene meritis Aeduis ſubveneris, Imperator, ſequitur, ut dicam, quam graviter afflictis.* LIVINEIVS. Forte etiam potius Auctor hic ſcripſerit *afflictis*, quia id verbi in eadem re infra: *Dixi, quam bene meritis Aeduis ſubveneris, Imp., ſequitur, ut dicam, quam graviter afflictis.* Vtroque loco idem verbi uſurpaſſe plane credo. ACIDALIVS. & BAVNE. Codd. vulgatum ſervant, quod etiam rectum eſt. Conf. *Cellar.* ad *Mamertin.* Maximian. 11. 4. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 18. 11. Not. ad *Plinii* Paneg. 35. 2. *Iaeger.* ad *Nazarii* Paneg. 17. 1.

3. *Cum oſtendam*] Vet. *oſtendero.* PVTEANVS. *Oſtendero* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* ſed rectius Cod. *Livin. Bertin. Put. Moerl. Gud.* cum Edd. reliquis, *oſtendero.* IAEGERVS. Ante *Gruterum* omnes *oſtendam*, poſtea etiam *Rivinus.*

Demonſtrandae] *Guelferb. praedicandae*, quod ex proximo male videtur Librarii memoriae inhaeſiſſe.

Tuam maiore] *Tuam* abeſt *Bertin. Chaſſen.*, *tam Rhenanus.* Placet deleri *tuam.* Altera quidem illa in *Rhenan.* lectio manca, & curta eſt, *tam maiore voto, quam ingenio impari*, aut quid ſimile, ut *Virgilius* dixit:

Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae.

&, deliciae meae, *Propertius:*

Tam maiora ſenis Tithoni gaudia vivi,
Quam gravis amiſſo Memnone luctus erat.

vulgo editur, *Cum maiora*, neque rectius *cui maiora* eſt in *Vaticano*, & *Poſthii* MS., quae tractavimus. LIVINEIVS. *Tam maiore*; aut ſupererit particula *tam*, niſi tamen pro ea reſcribi placeat *etiamſi:* aut deerit vox quaedam alia. Forte *tam maiore voto, quam ingenio maiore.* Etſi quidem eo modo rectius ſcribatur, *tanto maiore voto, quanto ingenio minore.* ACIDALIVS. Non hic emendatione opus, ut nonnullis videtur; nam *Virgilius* Aeneid. VII. 787.

Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae.

ita *Lucretius*, *Plautus*, *Terentius*, & alii pro tanto magis. Ac *Tullius* pro Deiotar. 8. *Per dexteram te iſtam oro, — non tam in bellis, & in praeliis, quam in fide firmiorem.* BAVNE. MS. *Gud.* itemque *Cuſpin. Livin. tuam maiore voto*, &c. in *Bert.* & *Chaſſ.* abeſt τὸ *tuam*, teſte *Livineio*, ceteri omnes *tam.* Quid? ſi legas, *tam maiorem*, ſeu *maiorum voto*, &c. Beneficia maiora, & ampliora noſtris votis, quorum laudes, culpa ingenii, non ſatis potero praedicare. *Maiorem magnitudinem* dixit *Plinius* H. N. VIII. c. 25. ſect. 37. de Crocodilo: *Nec aliud animal ex minore origine in maiorem creſcit magnitudinem.* IAEGERVS. Subſtituo, *tamen m. v.* SCHENKIVS. Praefat. T. I. Ed. *Iaegerianae.* *Maiorem* quoque coniiciebat meus *Eldikius.* Eadem, quae *Schenkio*, mihi quoque incidit coniectura, neque de illius veritate dubitaverim. Quidquid ad defendendam vulgatam conferatur, contortum eſt. Facile ita aberraverit Librarius ex frequenti permutatione, ut factum ſupr. apud *Mamertin.* Geneth. 18. 4. *Nazarium* Paneg. 13. 2. *Mamertin.* Iulian. 15. 4.

mani nominis Aeduis ſe poſtulet anteponi ? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliae gentes plurimis Senatus conſultis fratres populi Romani appellati ſunt ; & , cum a ceteris Rhodano ad Rhenum usque populis ne pax quidem poſſet , niſi ſuſpecta , ſperari , ſoli etiam conſanguinitatis nomine gloriati ſunt : & nuper , ut media praeteream, Divum Claudium , parentem tuum , ad recuperandas Gallias ſoli vocaverunt , & ante

4. *Barbaras*] Vtrum dictum illud ab homine Gallo, ut Romano Imperatori gratuletur, an quod ei praeter Aeduos aliae ipſi provinciae *barbarae* videbantur? BAVNE. Explicuit hoc *Barthius* Adverſ. X. 17.

Fratres] Pro reſtaur. Scholis: *civitatem iſtam, olim & fraterno Populi R. nomine gloriatam*, &c. LIVINEIVS. Saepe dictum: propter foedus ſcilicet antiquiſſimum cum Romanis. Adi Plutarchum in Caeſare p. 720. & *Tacitum* XI. 25. CELLARIVS. Vide notata ad Paneg. III. cap. 4. PATAROL. Conf. ſupr. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 1. *Caſaubon.* ad *Strabon.* Geogr. IV. p. 293. *Lindenbrog.* ad *Ammian. Marcell.* XXVIII. 5. Ordinem invertit *Guelferb. Romani Populi.*

Rhodano] Forte *ab Rhodano.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Nil neceſſe.

Soli &] Vet. *ſoli etiam.* PVTEANVS. *Etiam*, *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Similiter *Guelferb.* quod ex Codd. meliorum conſenſu reſcripſi.

5. *Media praeteream*] Intelligo *media*, quae interceſſere inter tempus illud, quo Populi Romani fratres dicti ſunt, & Claudii Imperatoris aetatem : nec aliter ego explicem illa *Statii* Sylv. lib. III. Carm. 2.

Inque vicem medios narrabimus annos ;

hoc eſt illos, qui interceſſerunt inter diſceſſum, & reditum Metii Celeris, cui carmen illud a Poeta inſcriptum. PATAROL. Tu nota, *nuper* de quadraginta annorum ſpatio dici, quod hanc inter orationem, & Claudii imperium interceſſit. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 2.

Divum Claudium] Infra cap. 4. *Attende, quaeſo, quanti ſit, Imperator, quod D. Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias primi vocaverunt.* Vide Panegyr. *Eumen.* Conſtantino cap. 2. PVTEANVS. Hoc nomine Secundum inter Imperatores, *Gothicum* cognomento Hiſtoricis, & Antiquariis; qui electus eſt anno Chr. CCLXVIII. PATAROL. *Eumenius* Conſtantino c. 2. *Ab illo enim D. Claudio manat in te avita cognatio.* ubi vide. Idem intelligendus Imperator videtur in L. 8. D. de Adoption. ex ſententia Cl. *Touillieu* in Collectan. p. 277. probata a *Putmanno* Interpr. iur. 26. n. 1. qua ratione evaneſcent difficultates, in ea lege obortae *Cuiacio* Obſerv. iur. XXVI. 7. & *Wielingio* Lect. iur. II. 8.

Parentem tuum] Claudium Caeſarem Conſtantini *parentem* vocat, cuius ille erat abnepos. Sed hoc vel in gratiam Conſtantini dictum eſt, vel ideo, quod Claudius initium dederit Flaviae, Conſtantinorumque familiae, ſed per fratrem Criſpum ; nam ipſe ſine liberis deceſſit. Proinde in Panegyrico praeced. recte dictum eſt ad Conſtantinum : *Ab illo enim Divo Claudio manet in te avita cognatio.* Sed & primum eius originis numen vocatur Claudius. RHENANVS. Per Criſpum fratrem. Lege *Trebellium Pollionem* Divo Claudio. Auctor in Conſtantinum A. *Ab illo enim D. Claudio manat in te avita cognatio, qui Romani imperii ſolutam, & perditam diſciplinam primus reformavit.* LIVINEIVS. Agnatum tuum, quia Conſtantius, pater Conſtantini, nepos Criſpi per filiam fuit, qui frater erat Claudii II., ſive Gothici. De *parentis* notione diximus ad *Eutropii* I. 7. CELLARIVS. Quaſi magnum patrem; ex Claudia enim, filia Criſpi, eius fratris, & Eutropio, viro nobiliſſimo, natus Conſtantius, pater Conſtantini Magni. Nomen tamen *parentis* hic ſane nimis late ſumitur, ut adnotavit & *Rupertus* Obſerv. in *Beſold.* PATAROL. *Parentes* pro quibusvis cognatione iunctis accipi, docuerunt *Wendelinus* Gloſſar. Salic. in *Parentela*, & *Parentes*, *van Dorp* Obſerv. p. 14. & ipſe in Inſtit. Iur. Belg. de Condit. homin. Part. II. Tit. 1. §. 3. hic tamen magis de iis interpretor, qui in imperio praeceſſerant; hos enim, aliosque eximio honore dignos, ita adpellarunt Imperatores, de quo *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 425. T. II. p. 53. & 442. T. III. p. 439. T. V. p. 129. neque alia ratione Iuſtinum *patrem ſuum* dixit *Iuſtinianus*, §. 3. I. de Donat. §. 4. Quib. non eſt permiſſ. L. ult. C. de Advoc. div. iudic. in quo *Arnaldi* iudicium ſequor, Var. Coniect. I. 11. magis, quam ut inde Iuſtiniani demonſtretur adoptio.

Re-

te pauciſſimos annos, quod maxime praedicandum, plurima patris tui beneficia partim rebus effecta perceperunt, partim animo ſignificata laetantur.

Cap. III. Fuit olim Saguntus foederata, ſed cum iam taedio Punici belli novare imperium omnis cuperet Hiſpania: fuit amica Maſſilia; protegi ſe maieſtate Romana gratulabatur: imputavere ſe origine fabuloſa in Sicilia Ma-

Recuperandas Gallias] A Tetrico tyranno occupatas. BAVNE. & PATAROL. Potius de Bagaudarum motu accipio, quem ſub Claudio iam incepiſſe reor; dixi copioſe ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 1. huc me ducunt, quae de Claudio tradit infr. 4. 2. ad motum hunc, ex Interpretum iudicio, referenda.

Vocaverunt] An *invocaverunt?* ut abſorpta fuerit ab ultima praecedentis littera praepoſitio. *Mamertinus* Maximian. 3. 1. *ad reſtituendam rempublicam a cognato tibi Diocletiani Numine fueris invocatus. Eumenius* Conſtantio 13. 2. *invocata patris tui maieſtate.* mox cap. 3. 2. *auxiliarios dominos invocaſſent.* in eadem hac re *inplorare* dixit cap. 4. 3. adde ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 1. ubi *invocaret* etiam magis placebat *Iaegero* ſupr. Addend. T. I. ad pag 186.

Praedicandum] *Praedicandum eſt*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

Patris tui] Conſtantii. Lege Pro reſtaur. Scholis. IDEM. & BAVNE. Conſtantii, qui ut plurimum in Galliis degebat, easque plus amabat. Vide dicta Paneg. III. c. 5. ad illud *Galliarum ſuarum.* PATAROL.

Animo ſignificata] *Servata*, *Chaſſen.* LIVINEIVS *Chaſſen. ſervata*, nec vere, nec veriſimiliter. IAEGERVS.

1. *Saguntus*] Hodie *Morvedro*, oppidum olim clariſſimum Hiſpaniae Tarraconenſis, in finibus Edetanorum, ab Annibale everſum: cum hi ſe, ac ſua comburere accenſo rogo, quam ei ſe tradere maluiſſent. BAVNE & PATAROL.

Punici belli] *Belli Punici*, *Chaſſen.* LIVINEIVS. Primi. PATAROL. *Iam* abeſt in *Guelferb.*

Hiſpania] Vid. in *Pacati* Panegyrico 4. BAVNE.

Maſſilia] Vrbs Galliae Narbonenſis in ora Provinciae ad mare mediterraneum, olim non ſolum ſcholarum celebritate, atque emporio, ſed etiam morum integritate clariſſima, ut apud *Plautum* in Caſina *mores Maſſilienſes*, proverbii inſtar, dicantur pro moribus integerrimis. BAVNE. A *Floro* III. 2. *fidiſſima*, *atque amiciſſima civitas* appellata. PATAROL. Conf. ad *Eumen.* Conſtantino 19. 2.

Protegi] Forte *ſed protegi.* LIVINEIVS. Diſtingue, *cuperet Hiſpania: fuit amica Maſſilia; protegi ſe m.* Forte etiam *ſed* hic addendum, ſed protegi, &c. ACIDALIVS. Adverſus praecipue Salyos, qui ipſam incurſionibus vexabant, ut refert *Florus* III. 2. PATAROL. *Livineius*, & *Acidalius ſed* ante *protegi* inſerendum eſſe cenſent; & ſane non immerito videtur deſiderari. Quare, ſecutus *Cellarii* auctoritatem, eam particulam, uncis incluſam, addidi, quamquam alias in nullo ſcripto, vel edito libro conſpicitur. IAEGERVS. Codd. ſecutus *ſed*, ex ſola *Livineii* coniectura a *Cellario* inſertum, eieci, non adeo neceſſarium, cum ex praecedentibus pateat oppoſitio.

Maieſtate Romana] *Moerl.* cum *Gud. poteſtate;* quod minus convenire liquido apparet. IAEGERVS.

Imputavere ſe] Magni fecerunt, ſe quocumque modo, in fabulis obſcure delineato, ad Romanos originibus accedere. *Imputare* enim eſt iactare tamquam meritum, aut honorem inſignem. Sed cur origo *fabuloſa?* Ilienſium fabula nota eſt; non aeque Mamertinorum, ſeu Meſſanenſium, niſi & hos quoque ad Troianam originem referas. *Silius* XIV. v. 194.

Incumbens Meſſana freto ——
—— Oſco memorabilis ortu.

Oſco, id eſt, Campano, a Capy Troiano origine deducta. *Virgilius* lib. X. v. 145.

Et Capys: hinc nomen Campanae dicitur urbi.

CELLARIVS. *Pacatus* Paneg. 34. 4. *ſe tibi poſſet ſpeciali inputare militia.* & 39. 4. & 40. 2. *poſſint ſe tibi inputare ſucceſſus.* Incertus Conſtantino 20. 1. *ſalutem*, *quam per te receperant*, *non inputaſti.* adde Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 24. 3. & 57. 3. Male *Lipſius* ad *Tacit.* Annal. IV. 43. Noſtrum tradit ſcripſiſſe, ſolos id feciſſe Mamertinos, cum tamen a Troianis quoque orti eſ-

Mamertini, in Aſia Ilienſes: ſoli Aedui, non metu territi, non adulatione compulſi, ſed ingenua & ſimplici caritate fratres populi Romani crediti ſunt, appellarique meruerunt: quo nomine, praeter cetera neceſſitudinum vocabula, & communitas amoris apparet, & dignitatis aequalitas.
2 Deinde, cum finitimae nationes, ipſi illi Romanae fraterneſſent Segeſtani; ſequens enim *ſoli* non ad Mamertinos, ſed Aeduos pertinet.

Mamertini] Meſſanenſes intelligit. *Strabo* Geographic. VI. Τοσοῦτον δὲ ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς ἢ Μεσσηνίους, εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, οὐ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. *Adeo autem Mamertini Meſſanenſium potiti, ut & ſub poteſtate ſua urbem haberent, & cuncti Mamertinos eos potius, quam Meſſanenſes appellent. Cumque regio vini admodum ſit ferax, non Meſſanenſe, ſed Mamertinum vocatur, certans cum optimae notae Italicis.* Tu adi, Lector, & *Feſtum* in *Mamertini*. Quod proximum eſt, addit *Strabo*, Mamertinos gentem eſſe Campanam, & ab eadem mente ſcriptum *Silio* Punicor. XIV.

Incumbens Meſſana freto, minimumque revulſa
Diſcreta Italia, atque Oſco memorabilis ortu.

nam Oſci in Campanis. Atque haec hactenus clara; illud obſcurum, quae *origo* illa *fabuloſa*, quam Romanis imputarint. Si *Eumenium* capio, hoc ſenſerit, geſſiſſe ſe Mamertinos, itidem ut Ilienſes, pro Romani generis auctoribus. Ac de Ilienſibus res nota paſſim e Poetis, quos nihil attinet proferre, & *Suetonius* Claudio cap. 25. *Ilienſibus*, ait, *quaſi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remiſit, recitata vetere epiſtola Graeca S. P. Q. R., Seleuco regi amicitiam, & ſocietatem ita demum pollicentis, ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes praeſtitiſſet.* Meminit & *Strabo* copioſe lib. XIII. quae non exſcribo, ne fruſtra ſim prolixus. De Mamertinis, quod huc proxime facit, *Polybius* Hiſt. I. Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι πρότερον μὲν ἐστερημένοι τῆς ἐπικουρίας τῆς ἐκ τοῦ Ῥηγίου, τότε δὲ τοῖς πράγμασιν ἐπταικότες ὁλοσχερῶς, οἱ μὲν ἐπὶ Καρχηδονίους κατέφευγον, καὶ τούτοις ἐνεχείριζον σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τὴν ἄκραν, οἱ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρέσβευον, παραδιδόντες τὴν πόλιν, καὶ δεόμενοι βοηθήσειν σφίσιν, ὁμοφύλοις ὑπάρχουσι. *At Mamertini, qui & nuper ab Rheginorum auxiliis deſerti eſſent, & tunc ſummae ſuarum rerum ingenti clade lapſarent, partim ad Carthaginienſes confugere, ſeſeque & arcem iis dedere, partim legatos Romam mittere, urbem cedere, & obteſtati venirent ſibi ſuppetias, quod genere & cognatione contingerent.* opinor per Capyn, Troianum, qui e ducibus Aeneae in Italia. *Virgilius* X.

Aſſuit & Mneſtheus, pulſi quem priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit,
Et Capys. Hinc nomen Campanae ducitur urbi.

Decius vero Magius apud *Silium* XI. originem urbis a Capye repetit, qui Aſſaraco prognatus. Verba haec ſunt.

Ille
Dardanius cui ſacra pater, cui nomina liquit,
A Iove ducta, Capys, magno cognatus Iulo,
Ille ego ſemihomines inter Naſamonas, & inter
Saevum atque aequantem ritum Garamanta ferarum
Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?

Veriſimile eſt autem, non Capuates ſolos, ſed omnino omnes Campanos Capye ſe parente oſtentaſſe. Merito ergo Mamertini per Capyn ſe in Romanorum maioribus numerant, Ilienſibus pares, ſed *fabuloſa origine* inquit Auctor; vere, nam & de Ilienſibus *Lucanus* III.

Iliacae quoque ſigna manus, perituraque caſtra (intelligit Pompeii)
Ominibus petiere ſuis, nec fabula Troiae
Continuit, Phrygiique ferens ſe Caeſar Iuli.

LIVINEIVS. Populi olim e Samo inſula a Meſſanenſibus hoſpitio excepti, occupata urbe, illam *Mamertinam* appellarunt; unde *Tullius* act. IV. & VII. in Verrem, *Meſſana urbs, Mamertina, & po-*

ternitati, non gloriae, invidentes, & usque in perniciem ſui odiis in-
citatae, Germanos ſibi auxiliarios dominos invocaſſent, princeps Aeduus
in Senatum venit, rem docuit, cum quidem, oblato conſeſſu, minus
ſibi vindicasſet, quam dabatur, ſcuto innixus peroravit. Impetrata 3
ope, Romanum exercitum, Caeſaremque cis Rhodanum primus induxit.
Se-

populi Meſſanenſes, *Mamertini* appellantur. BAVNE. Siciliae populi, *Zanclei* etiam appellati, ubi Meſſana civitas, quae nunc *Meſſina*, teſtibus *Plinio* lib. III. cap. 8. *Strabon.* lib. VI. Genus, & cognationem cum Romanis ipſos iactaſſe memorat etiam *Polybius* Hiſt. lib. I. Hinc magis impellor, ut credam, Mamertinos ortum, non e Samo, ut quidam protulere, ſed ab Oſcis, Campaniae populis, traxiſſe; ſuum enim auctorem dicebant Capym illum, qui Campaniae nomen indidit, unum ex Aeneae ſociis. *Silius* lib. XIV. PATAROL.

Ilienſes] Quorum urbs Troia, a Dardano, Iovis filio, condita. IDEM.

Hedui] *Aedui*, & ſic aliis in locis etiam ſcribi debet. SCHONHOVIUS. De Aeduis ſupr. Paneg. III. cap. 4. BAVNE.

Meruerunt. Quo] Lege, *meruerunt: quo nomine* &c. *aequalitas. Deinde quum* &c. ACIDALIVS.

Praeter cetera] Hoc eſt, prae ceteris, ne quis erret. *Iuſtinus* Hiſtoriae e *Trogo Pompeio* lib. XXIII. *Vxorem ſuam Texenam cum omni pecunia, & familia, regalique inſtrumento, quo praeter illum nemo Regum ditior fuit, Aegyptum remittit.* LIVINEIVS.

Communitas apparet] *Communitas amoris* Vet. PVTEANVS. *Amoris*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Amoris* etiam *Guelferb.* quod recte inſeruit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*.

2. *Fraternitati*] *Guelferb. fraternitatis.* male. Conf. ad *Eumen.* Conſtant 21. 2.

Odiis incitata] Vet. *incitatae.* PVTEANVS. *Incitata* videtur eſſe a typographo in Ed. *Rhenani*, quamvis in pr. retinuerit *Rivinus*, & emendaverint quoque *Schonhovii* excerpta.

Auxiliarios dominos] *Dominos* abeſt in *Chaſſen.* LIVINEIVS.

Princeps Aeduus] *Caeſari* Divitiacus eſt. IDEM. Aeduorum primarius Magiſtratus, ſi *Iulio Caeſari* credimus, Gallico quodam, ſed corrupto vocabulo, dicebatur *Vergobret.* An vero *Princeps Aeduus* alius ab eo fuerit, neſcio. Certe *Iulius Caeſar* Divitiacum *principem Aeduum* ſaepe vocat, nunquam *Aeduorum Magiſtratum.* BAVNE. & CELLARIVS. Fortaſſe Divitiacus ille, de quo mentio apud *Caeſar.* Comment., praecipue lib. VI. ubi habetur, quod ipſe *neceſſitate adductus auxilii petendi cauſa* contra Sequanos, *Romam ad Senatum profectus*, &c. PATAROL. Divitiacum quoque intelligit *Pighius* Hercul. Prodic. p. 59.

In Senatum] *Ad Senatum* Vet. LIVINEIVS. *Gud.* & *Moerl. ad Senatum*; ſed vulgata recte habet. IAEGERVS. Vulgatam praefero; aliud enim eſt apud *Caeſarem* B. G. VI. 12. 5. ubi *ad Senatum profectus* dicitur Divitiacus.

Cum quidem] Forte, *cumque idem.* LIVINEIVS. & GRVTERVS. Mihi non videtur neceſſe.

Oblato conſenſu] Potius ſequor *conſeſſu.* Sic Panegyr. *Eumenii* Conſtantino cap. 7. *Conſeſſu caelitum, Iove ipſo dexteram porrigente.* PVTEANVS. *Conſeſſu*, *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Divinaram aliquando *conſeſſu*; quod cum reſtet in aliquot MSS., non eſt ſane, cur deinceps excludatur ſede ſua legitima. GRVTERVS. & ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* vitioſe. *Schonhov. oblata conſeſſu*, propius verum. IAEGERVS. *Conſenſu* etiam *Guelferb.* alterum recte recepit *Gruterus*, quod ceteri ſecuti, etiam in ſec. *Rivinus.* Ita paſſim aberrarunt Librarii; conf. *Drakenb.* ad *Livium* IX. 46. 4. apud *Sulpic. Sever.* Dial. III. 8. *immundus Spiritus ab illius conſeſſu fugatus*; male *Traiectinus* Codex *conſenſu.* adde ſupr. ad *Eumen.* Conſtantin. 7. 3.

3. *Imperata ope*] Lege, *impetrata.* RITTERSHVSIVS. *Impetrata*; ſic *Rittershuſius.* Vulgatum erat *imperata.* CELLARIVS. Sic *Livin. Francof.* & utraque *Paris.* At *Cuſpin. Stephan. Cellar. Patar. impetrata*, uti *Rittershuſ.* etiam legi iuſſerat; quibus nunc quoque accedit auctoritas *Gud.* & *Moerl.* IAEGERVS. *Imperata* primus dedit *Livineius*, forte ex typographi vitio, quod & retinuerunt ſequentes ad *Cellarium*, excepto *Rivino.* Alterum tuentur Codd., etiam *Chaſſenaei*, & Edd. antiquiſſimae. Noſtrum errare, quia opem non inpetravit Divitiacus, notat *Davieſius* ad *Caeſar.* B. G. VI. 12.

Caeſaremque] Haec vox deeſt in *Moerl.* IAEGERVS. Alterum Noſtri errorem hic notat *Davie-*

Semita enim Galliae uſque ad id temporis Tranſalpina Gallia nominabatur. Sed enim Aedui totum iſtud, quod Rheno, Oceano, Pyrenaeis montibus, cunctis Alpibus continetur, Romano imperio tradiderunt, hibernis hoſpitaliter praebitis, ſuppeditatis largiter commeatibus, armis fabricandis, pedeſtri-
4 bus equitum copiis auxiliantibus. Ita in unam pacem ſociatis omnibus Celtarum, Belgarumque populis, eripuere barbaris, quidquid iunxere Romanis.

Cap. IV. Dicet aliquis, vetera iſta ſunt: & quidem hoc ſanctiora, quod vetera. Bonis enim meritis cum aetate dignitas & pondus accedit. Atque, ut magno natu parentes magis magisque in dies veneramur, & colimus; fratrum

vieſius d. l. quia Rhodanum Caeſar non tranſiit primo, ut Aeduos liberaret.

Semita enim] Suſpecta vox *ſemita Acidalio* fuit, neque nobis eſſe deſinit. CELLARIVS. Videtur intellexiſſe *Cellarius*, quod ab *Acidalio* mox notatur, ex quo tamen mihi non conſtat, *ſemita* ipſi fuiſſe ſuſpectum.

Nominabitur] Lege, *nominabatur:* ſed locus hic alterius etiam vitii maioris mihi eſt ſuſpectus. ACIDALIVS. *Nominabitur* eſt in Edd. *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & pr. *Rivini.*

Sed enim] *Sed tantum Aedui*, *Chaſſen.* Forte, *ſed tum Aed.* LIVINEIVS. Nihil videtur mutandum. Nam *ſed enim* pro ſimplici *ſed* poni, ſatis conſtat. IAEGERVS.

Totum iſtud] Potentiae veterum Aeduorum etiam *Caeſar* teſtis eſt, B. G. VI. 12. CELLARIVS. Hiſce terminis tota fere Gallia comprehenditur; quare haec amplificationis gratia dicta. PATAROL.

Cunctis Alpibus] Vet. delet *cunctis.* PVTEANVS. Si alii addicerent Codd, *cunctis* delerem, niſi Alpes Iulias, & Cotias intellexerit. Conf. *Livineium* infr. ad Incert. Conſtantin. 5. 4.

Pedeſtribus equitum copiis] Sic leg. *pedeſtribus & equitum copiis*, &c. PVTEANVS. *Equitumque copiis* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Immittenda copula *equitumque*, ut extat in *Langiano.* GRVTERVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Steph. Livin. Lang.* habet *equitumque*, quod *Francof. Pariſin. Patar. Cellar.* recte receperunt. IAEGERVS. *Que* deeſt etiam in *Guelferb.* & *Chaſſenaei* Cod. quod primus inſeruit *Gruterus*, reliquique ſunt ſecuti, praeter *Rivinum* in pr. Ex ſola mihi coniectura eſſe videtur, ideoque veterem ſecundum Codd. ſcripturam revocavi, praecipue quia mihi *pedeſtribus* eſt tertius caſus, ab *auxiliantibus* pendens, ut equites pedeſtribus copiis auxiliatos ſignificet.

4. *Barbaris*] Germanos intelligit, quos Sequani ſibi adiunxerant contra Aeduos. PATAROL.

1. *Iſta ſunt*] Libenter geminem verbum *ſunt.* *Dicet aliquis, vetera iſta ſunt. Sunt, & q. h. ſ. q. vetera.* ACIDALIVS. Non opus eſt. *Et quidem* ſatis reſponſionem ad praecedens indicat. — *Guelferb.* male, *haec ſanctiora.*

Cum aetate] *Eſt aetate*, *Cuſpin.* Forte *ex.* LIVINEIVS. *Viennenſis* editio, *meritis eſt aetate*, ex quo formabat *Bongarſius*, &, multos deinde poſt annos, *Livineius*, *ex aetate*, quod perplacet. GRVTERVS. & BAVNE.

Magno natu] Lege *magnos.* ACIDALIVS. *Magnos natu;* ita reſtitui ex *Acidalio.* In *Puteana* Edit. eſt *magno natu.* BAVNE. Sic omnes, excepto *Baunio*, & *Patarolo*, qui, ſecuti emendationem *Acidalii*, exhibent *magnos natu p.* Verum inutilis eſt mutatio, cum *magno natu eſſe* rectiſſime dicatur. *Livius* II. 8. *Creatus Sp. Lucretius Conſul*, *qui magno natu*, *non ſufficientibus iam viribus ad conſularia munera obeunda*, *intra paucos dies moritur. Cornel. Nep.* Pauſan. 5. 3. *Dicitur*, *eo tempore matrem Pauſaniae vixiſſe*, *eamque iam magno natu*, *poſtquam de ſcelere filii comperit*, *in primis*, *ad filium claudendum*, *lapidem ad introitum aedis attuliſſe.* Hunc locum ſimiliter tentavit *Lambinus*, ſcribens *magnam natu;* ſed improbantibus Viris doctis. Idem Datam. 7. 1. *Ab hoc tamen viro Sciſmas*, *maximo natu filius*, *deſciit*, *ad regemque tranſiit*, *& de defectione patris detulit.* IAEGERVS.

Suaviora videantur] *Suaviora eſſe*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

2. *Si illa*] *Hi illa* excerpta *Schonbovii.*

Obſoluerunt] Vet. *obſoleverunt.* PVTEANVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* Melius reliqui omnes, *obſoleverunt.* IAEGERVS. *Obſoleverunt* ſecundum Codd. iam dedit *Livineius*, deinde *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum. Guelferb. abſoleverunt.*

Pue-

trum vero aequalitas, & liberorum ſuboles, blandiore licet, leviore tamen animos tangit adfectu; ita beneficia antiqua graviora ſunt, quamvis praeſentia ſuaviora videantur. Sed tamen, ſi illa vetuſtate obſoleverunt, quid haec 2
recentia, quae pueri vidimus? Attende, quaeſo, quanti ſit, Imperator, quod Divum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias primi ſollicitaverunt: exſpectantesque eius auxilium, ſeptem menſibus clauſi, & omnia inopiae miſeranda perpeſſi, tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, cum feſſi obſervare non poſſent. Quod ſi vo- 3
bis, & conatibus Aeduorum fortuna faviſſet, atque ille reipublicae reſtitutor implorantibus nobis ſubvenire potuiſſet, ſine ullo detrimento Ro-

Pueri vidimus] Si *Eumenius* puer fuit ſub Claudio Secundo, anno nempe Chriſti CCLXIX., natum eum fuiſſe ſub Gallieno, anno circiter CCLXI., mihi veriſimile fit. BAVNE. Vere dixit *Eumenius*, quia inter Claudii II. imperium, & Conſtantini vix XXXVI. intercedunt. CELLARIVS. Ex *pueri* voce certa aetas, qua natus fuerit *Eumenius*, conſtitui nequit, cum & adoleſcentes aliquando *pueros* adpellent Latini. Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 38. 1.

Quanti ſit] *Guelferb. quanta ſint.*

Divum Claudium] De hoc multa in Paneg. III. BAVNE. Dictum iam ſupra c. 2. PATAROL.

Recuperandas Gallias] *Occupandas*, *Chaſſen. Recuperandas* retineo. Supra: *Divum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias ſoli vocaverunt.* In Conſtantium Caeſarem: *Statim itaque Gallias tuas veniendo feciſti.* LIVINEIVS. A Tetrico Tyranno. BAVNE. Pro *primi* male *Guelferb. parum*

Rebellibus Gallicanis] Vide, quae ſupra dixi. LIVINEIVS. Bagaudis, de quibus ſupra. BAVNE. Videtur iam tum initium ſumſiſſe rebellio illa, quae *Bagaudarum* ſibi nomen impoſuit, a Diocletiano tandem per Maximianum Herculeum Caeſarem oppreſſa. CELLARIVS. Tetrico Tyranno faventibus. PATAROL. De Bagaudis hoc intelligendum late dixi ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 4. 1. & 14. 1.

Obſervare non poſſent] Vet. *ſervare.* PVTEANVS. Poſt *non poſſent* auctius *Chaſſenaeus*: *Cumque omni tempore de Populo R. bene meriti fuerint, tamen liberos in ſervitutem abduci, & agros ſuos vaſtari viderunt.* LIVINEIVS. *Bartholomaeus a Chaſſenaeo*, iuris Doctor, idemque Fiſcalis Aeduenſis Patronus, in hac ipſa Oratione, quam inſeruit in ſuo Gloriae Catalogo, quem librum characteribus Gotthicis ante CXX. annos Pariſiis edidit, in contextum addit: *Dumque omni tempore de Populo Rom. bene meriti fuerint, tamen liberos in ſecuritatem abduci, & agros ſuos vaſtari viderant.* BAVNE. Sic omnes, excepto *Put.* Cod., qui habet *ſervare*, quod praefero, cum *obſervare* pro tueri, cuſtodire, vix dici poſſe videatur. IAEGERVS. Exturbavi vocem *obſervare*, quia pro cuſtodiri dici poſſe non videbatur. Verum recte illud adſerit ad *Cic.* Tuſc. II. 8. *Daviſius*, cui etſi in locis *Porcii Latronis*, & *Caeſaris* non obſecuti ſunt docti editores, exempla tamen *Plauti* Aſin. II. 2. 7. Mil. glor. II. 3. 57. & *Senecae* Hippolyt. v. 223. ſignificatum illum ſatis probant. IDEM. in Adpend. Obſervat ad Panegyr. Rectum eſt *obſervare*; apud *Caeſarem* B. C. I. 21. 2. in quibusdam Codd. eſt, *portas, muroſque obſervari iubet*, quamvis edatur *adſervari.* Vulgatam huius loci lectionem ſimiliter etiam tuetur *Davieſius* ad eumd. B. C. III. 28. 6. —— Quod vero auctius in *Chaſſenaci* Cod. legitur, de eo quoque monuit *Schottus* Obſerv. IV. 8. qui ab alio haec addita non male ſuſpicatur, parum tamen adcurate a *Baunio* deſcripta.

3. *Si vobis*] Vet. *nobis.* PVTEANVS. *Vobis*, id eſt, Flaviae Genti, quae ab D. Claudio, ut ſaepe iam moneo. LIVINEIVS. & BAVNE. Recte; neque opus eſt, ut *votis* emendemus cum *Marcklando* ad *Statii* Silv. I. 2. 195.

Inplorantibus vobis] Lege *nobis.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan.* & *Stephan.*, quod, adſtipulantibus ceteris omnibus, iam emendavit *Acidalius.* IAEGERVS.

Subvenire potuiſſet] Ipſe Gotthorum bello diſtentus. Auctor in Conſtantinum A. *Ab illo enim Divo Claudio manat in te avita cognatio, qui Romani imperii ſolutam, & perditam diſciplinam primus reformavit, immaneſque Gotthorum copias, Ponti faucibus, & Iſtri ore proruptas, terra marique delevit.* Adi *Trebellium Pollionem* Divo Claudio. LIVINEIVS. Gotthico bello diſten-

Romanarum virium, ſine clade Catalaunica, compendium pacis reconciliatis
4 provinciis attuliſſet fraternitas Aeduorum. Ob haec igitur merita, & priſca, Divus pater tuus civitatem Aeduorum voluit iacentem erigere, perditamque recreare, non ſolum pecuniis ad calendaria largiendis, & lavacris, quae corruerant, exſtruendis, ſed & metoecis undique transferendis, ut eſſet illa civitas provinciarum velut una mater, quae reliquas urbes quodammodo Romanas prima feciſſet.

ſtentus. In quo quidem, ſi *Trebellio* fides eſt, cecidit barbarorum CCCXX. millia; navium duo millia demerſit. Caeſi in ea clade Peucini, Trutungi, Oſtrogotthi, Vittingui, Sigipedes, Celtae, etiam & Eruli, &c. BAVNE. & CELLARIVS. Male *Guelferb. poſſet.*

Romanorum] Vet. *Romanarum.* PVTEANVS. *Romanorum* ediderunt *Rhenanus*, & *Rivinus*; ita iungerentur duo genitivi, quod aliquando fieri dixi in Miſcellan. p. 164. ſupr. ad *Mamertin.* Maxim. p. 10. ſed vulgata eſt in Codd.

Clade Catalaunica] Intelligit, opinor, Aureliani adverſus Tetricum in Catalaunis victoriam, ipſo exercitum ſuum prodente Duce. *Vopiſcus* Aureliano, *Eutropius* IX., *Aurelius Victor.* LIVINEIVS. Cum Aurelianus, anno Chriſti CCLXXIV., Tetrici Tyranni exercitum, ipſo tradente Tetrico, plane cecidit. *Vopiſcus*, *Victor*, *Pollio*, *Zoſimus*, & *Zonaras.* *Catalaunum* autem urbs ampla Galliae, ad Matronam fluvium, XX. leucis diſtat a Trecis meridiem verſus, & totidem a Verduno in Orientem, *Chaalons ſur Marne.* BAVNE. & CELLARIVS. & PATAROL. *Catalaunorum* nomen, olim incognitum, cum *Remorum* adpellatione comprehenderentur, *Eumenium* hic primum adhibuiſſe notat *Cellarius* Geogr. antiq. II. 3. p. 248.

4. *Iacentem erigere*] Vide Panegyrici III. finem. BAVNE.

Perditamque recreare] Sic ſupr. Incertus Maxim. & Conſtantino: *ſubſidia Reip. exigeres*, *exanimata recreares*, *dilapſa colligeres.* PVTEANVS.

Ad Kalendaria largiendis] Hoc voluerit, credo, dediſſe Conſtantium pro liberalitate ſua grandem Reip. Flavienſium pecuniam, quam illi fenori collocarint. Solitos autem Calendis ponere, quae, ut tardiſſime, Idibus cogerent, ac redigerent, *Horatianus* Alfius declarat, qui

Iam iam futurus ruſticus
Omnem redegit Idibus pecuniam,
Quaerit Calendis ponere.

habebantque non privati ſolum, ſed civitates quoque calendaria ſua, ex quibus, qui fenori dabant, *Calendarii*, & *Calendarii curatores*, qui redigerent, *Iduarii* dicebantur. Quod me *Petrus Pithoeus* docuit Adverſar. Subſ. II. cap. 4. LIVINEIVS. Poſſet quis trahere ad pecuniam foenebrem: ſed inclinat tamen animus, duabus literis eiectis, formare, *ad caldaria*; praeſertim cum ſequatur, *& lavacris, quae corruerant.* & tamen, ne quid diſſimulem, aliud quid initio fuiſſe ſuſpicor, quod non temere eruam. GRVTERVS. Aliena eſſe hoc loco *calendaria*, & reponenda pro iis *caldaria*, ſatis poterat liquere vel ex iis, quae mox ſequuntur, *lavacris*, *quae corruerant*, *extruendis*, vel ex iis, quae dicuntur ab eodem *Eumenio* in Panegyrico Conſtantino cap. 22. *Miraberis profecto illam muneris tui ſedem*, *& calentes aquas ſine ullo ſoli ardentis indicio*, &c. ubi retineo vulgatam lectionem *muneris*, non obſtantibus tribus Codd., in quibus fuit *numinis.* Ideo enim vocat thermas, ſive caldaria illa *ſedem muneris* Imperialis, quia Imperator pecunias in illa fuerat largitus, inque collapſa lavacra extruenda. RITTERSHVSIVS. Quid hoc? An *caldaria?* quia de lavacris ſubiicit. ACIDALIVS. & BAVNE. Fenori dandis, ex quibus annuos quaeſtus facerent. Adi ſummos viros, *Iacob. Gothofredum* ad L. 1. C. *Theodoſ.* de Curatorib. Kalendariis, & *Henr. Noris* Cenotaph. Piſ. p. 37. CELLARIVS. *Caldaria*; ſic lego cum *Acidalio*, *Rittershuſio*, *Grutero*, & aliis, qui hoc de thermis intelligunt, Imperatoris indulgentia reſtitutis, ſicut etiam *lavacra* Noſter mox memorat. Alii *Calendaria* legunt, quae lectio ſi cui placeat, pecuniam hoc nomine innui dicendum, quae faenori ad Calendas de more daretur. PATAROL. *Calendaria* explicat *Pighius* Hercul. Prodic. p. 57. eumque ſecutus *Lipenius* Strenar. hiſtor. §. 13. ad menſtruas rationes onera civitatis publica liberaliter ſublevare. Potius cum *Gothofredo* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 610. ita accipio, Conſtantium Aeduis pecuniam donaſſe, quam mox foenori occuparent, & ex qua quaeſtum facerent per Curatorem ſuum Kalendarii. Spe-

CAP. V. Dixi, quam bene meritis Aeduis ſubveneris, Imperator: ſequitur, ut dicam, quam graviter adflictis: qui locus nimium quantum plus mihi ſuppeditaret orationis, ſi fas eſſet, audiente te, rebus triſtioribus immorari. Vt igitur in praedicandis laudibus patriae meae ve- 2
recundia modum fecit, ne arroganter inſurgerem; ita in commemorandis eiusdem malis & meus dolor, & tuarum aurium conſuetudo cohibebit. Nihil enim libenter audis, niſi quo pro tuis gratuleris. Sed tamen, 3
quae-

Specioſa quidem ſunt, quae ad *caldaria* mox obſervat *Iaegerus*, ſed cui adſentiri nequeo propter Codd. in *Kalendaria* conſenſum. —— *Rittershuſii* notam, in Ed. *Pariſienſi* neglectam, revocavi ex ipſius Coniecturis poſt *Goldaſti* Paraeneticos.

Methycis undique] Opinor legendum *metoecis*. Sunt autem Graecis μέτοικοι, qui ſedes ſuas demutant, & ad habitandum alio proficiſcuntur. Fit horum mentio in Codice, L. 4. de Iur. Fiſc. Μέτοικοι οἱ, ἀφ' ἑτέρας πόλεως μεταστάντες, καὶ εἰς ἑτέραν οἰκοῦντες, id eſt, *Metoeci ſunt, qui aliam urbem inhabitant, priore relicta. Suidas.* RHENANVS. Vet. *meticis*. PVTEANVS. *Meticis* Vet. *Bertin.*, *Methicis*, *Chaſſen.* Aſſentior *Rhenano*, *metoecis* reponenti, hoc eſt, μετοίκοις, novis colonis. Tu *Suidam* conſule in Μετοίκιον, & Μέτοικοι. LIVINEIVS. & BAVNE. Μετοίκοις, colonis, cap. 6. vocat *hominum numerum, qui delati ſunt.* CELLARIVS. & PATAROL. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Methycis*, Cod. *Moerl.* & *Gud. metis.* Quae corrupta eſſe, nemo non videt. *Livineius* iure meritoque adſentitur *Rhenano*, *metoecis* emendanti. Confirmat capitalem hanc emendationem *Eumenius* Pro Schol. c. 4. 3. *ex ampliſſimis provinciarum ordinibus incolas novos*, i. e. metoecos. Vide, ſis, illud cap. 4. quod hoc noſtrum haud parum illuſtrat, & ex quo ſuſpicari etiam poſſis, non vanam eſſe *Acidalii*, & *Gruteri* ſententiam, qui in verbis proxime antecedentibus pro *calendaria* legunt *caldaria*, quod *Patarol* in contextum recepit. Sic enim cap. cit. ſect. 2. *Itaque maximas pecunias, & totum, ſi res poſcat, aerarium non templis modo, ac locis publicis reficiundis, ſed etiam privatis domibus indulgent. Locorum publicorum* nomine caldaria, & balinea, quae collapſa reficiebantur, intelligi inter alia debere veri ſimile videtur; *pecuniae* vero *ad calendaria datae*, quae locutio valde eſt inſolens, nulla ibi fit mentio. IAEGERVS. *Metoecis* recte recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*, qui *Rhenani* textum ſecutus eſt.

1. *Nimium quantum*] Forte legendum, *mirum quantum.* PVTEANVS. Ita *Tullius* in Orator. c. 87. *Tales, qui in dicendo nimium quantum valent.* Sed & utrobique aliqui legunt, *mirum quantum.* BAVNE. Recte *nimium quantum.* Conf. *Burman.* ad *Quinctil.* I. O. IV. 2.

Plus mihi] *Mihi plus*, *Chaſſen.* LIVINEIVS. Mox idem *Chaſſen. te de rebus.*

2. *Praedicandis laudibus*] *Moerl.* cum *Gud. meritis.* IAEGERVS.

In commemorandis] *In* abeſt a *Guelferb.* Male *Chaſſen. inſurgerent.*

Dolor tuarum] *Dolor &* Vet. PVTEANVS. Inſerunt quoque *&* excerpta *Schonhovii*, & poſt *Rhenanum* omnes.

Quos pro tuis gratuleris] Emendo, *niſi quod pro tuis pertuleris.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. IV. 27. Vet. *quo pro tuis.* PVTEANVS. *Quo*, non *quos* emendem, & ſequens verbum transferam, ut ſit, *niſi pro quo tuis gratuleris*, ut *Ciceroni* dictum Epiſt. ad C. Caſſium pro Quaeſtore, 14. Familiar. lib. X. *tibique cum pro rerum magnitudine, quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor*, &c. Sed Viro docto, mihique amiciſſimo olim correctum, *niſi quod pro tuis pertuleris.* Tu cenſe, mi Lector. In *Chaſſenaeo* eſt, *niſi quod tuis gratuleris*, quod emendationem noſtram confirmat. LIVINEIVS. Lege *quod* pro *quos.* RITTERSHVSIVS. Lege, *niſi quod tuis.* ACIDALIVS. Corruptus locus, quem cum *Acidalio* reſtituo. BAVNE. & CELLARIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Francof.* & *Pariſienſes. Livineius* pro *quos* emendat *quo*, & ſequens verbum transfert, ut ſit, *niſi pro quo tuis gratuleris*, & hanc emendationem tueri vult loco *Ciceronis* Ep. ad Diverſ. XV. 14. 5. Sed ex hoc loco non efficitur, ut *gratulari pro aliquo* recte dicatur pro *de aliquo*; melius advocare poterat *Plinium* Epiſt. IV. 27. 5. *Interim ama iuvenem, & temporibus noſtris gratulare pro ingenio tali, quod ille moribus adornat.* Idem *Livineius* teſtatur, a Viro docto, ſibique amiciſſimo olim eſſe correctum, *niſi quod pro tuis pertuleris*, & hanc correctionem iudicio Lectoris permittit, qui eam, credo, parum ſe-

quaeſo, Imperator, iniunge patientiam ſenſibus tuis, ut, quemadmodum praeſtantes ſcientia medici non aſpernantur vulnera inſpicere, quae ſanant, ita nunc tu paulliſper audias Aeduorum labores, quos ſuſtuliſti. Neque enim potes ſine
4 experimento miſericordiae ad laudem clementiae pervenire. Iacebat illa civitas, non tam innixa Romanis, quam virium defectione proſtrata, ex quo
5 eam novi cenſus exanimaverat acerbitas. Nec tamen iuſte queri poterat, cum & agros, qui deſcripti fuerant, haberemus, & Gallicani cenſus communi formu-

felicem eſſe cenſebit. Eſt autem eius auctor ſine dubio *Lipſius*, qui Epiſt. Quaeſt. IV. 27. eam profert. Eamdem margini *Frob.* Ed. adſcripſit *Schonhov. Chaſſenaei* lectionem commendavit *Acidal.* & recepit in contextum *Cellar.* quem ſequi viſum eſt tutiſſimum. In Codd. *Put. Gud.* & *Moerl.*, itemque Ed. *Patarolí* legitur: *niſi quo pro tuis gratuleris.* Eiecto *pro* haec etiam lectio probabilis. Sic enim Coelius ad *Ciceron.* Epiſt. VIII. 13. 1. *Gratulor tibi adfinitate viri, me dius fidius, optimi.* IAEGERVS. Dedi ſcripturam Codd. Sententia eſſe videtur, niſi quo pro civibus tuis gaudeas. *Gratulari* enim notat gratum habere, & ideo gaudere, quam notionem contra diſſentientes tuetur *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 9. 2. adde *Pricaeum* ad *Apuleium* Metam. III. p. 155. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. III. 19. 24. Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 25. 3. —— *Rittershuſii* notam, in Ed. *Pariſienſi* neglectam, ex ipſius Coniecturis poſt *Goldaſti* Paraeneticos huc revocavi.

3. *Quaeſo*] Deeſt in *Guelferb.*

Experimento miſericordiae] *Miſeriae* arbitror verum, non *miſericordiae*, errore ab exſcriptoribus profecto; nam *miae* vetere ſcriptura & *miſeriae* valet, & *miſericordiae.* LIVINEIVS. Malim *miſeriae*, id eſt, niſi audias, niſi agnoſcas alienam miſeriam, clemens nec eſſe, nec haberi potes. BAVNE. Antecedit nempe miſericordia clementiam; nam prius miſeremur, poſtea ignoſcimus. PATAROL. Tantum probo *miſericordiae*; illius experimentum erat dolor, quo Aeduorum calamitatibus inlacrimabatur Conſtantinus, unde ipſius *humentibus oculis eminuiſſe miſericordia* dicitur infr. 9 5. quem dolorem ſequebatur clementia, ſive bonitas, infr. 10. init.

4. *Innixa Romanis*] *Nimium Rom.* Vet. *menium ronis*, *Bertin.* Inepta lectio. Eruebam ex Vet. *iuribus Rom.* id eſt, penſitatione, & vectigalibus. Pro reſtaur. Scholis: *Salarium me liberaliſſimi Principes ex huius Reip. iuribus in ſexenis millibus nummûm accipere iuſſerunt.* Ipſe Conſtantius ad *Eumenium*: *Denique etiam ſalarium te in ſexcenis millibus nummûm ex Reip. iuribus conſequi volumus. Franc. Modius* e *Bertin. moenium ruinis* ingenioſius, meo animo, quam verius legebat. LIVINEIVS. Locus mihi ſanus videtur, quamvis non unus Aeſculapiorum feſtinet ad eius medicinam. Dicit enim, quamvis Aedui viderentur inniti Romanis, illud tamen tam parum profuiſſe, ut nihil differrent a proſtratis. Poſſet etiam legi, *innixa ruinis*, ſi modo aliquid mutandum. GRVTERVS. Id eſt, non tam ſtabat haec civitas propter eam, quae inerat ipſi cum Romanis, affinitatem, quam iacebat proſtrata propter novum vectigal ipſi impoſitum. BAVNE. *Gud.* & *Moerl. menium ronis.* τὸ *iuribus*, quod eruit *Livineius*, locum habere non poſſe, ad Orat. Pro reſtaur. Schol. c. 11. 2. monſtratum eſt; & ſententia, quae ex ea lectione exſiſteret, parum haberet elegantiae. Idem de vulgata eſt dicendum, quam probat tamen *Gruterus.* Non nego intelligi, & explicari illam poſſe; ſed lectionem *Modii*, ad quam Codd. *Livin. Bertin. Moerl.* ducunt, *non tam moenium ruinis*, (de quibus ſupra c. 4. 4. & Pro reſtaur. Schol. c. 4. 1. *ipſamque ruinarum eius magnitudinem*, cet.) *quam virium defectione proſtrata*, multo eſſe argutiorem, id quidem eripi mihi non patior. *Lipſius* Excurſu K. in lib. I. Annal. *Taciti* legendum putat *inviſa* pro *innixa*; ſed hoc valde frigidum eſſe facile intelligitur. IAEGERVS. Vix dubitem, quin *moenium ruinis* ſcripſerit, quamvis in contextu nihil ſine Codd. auctoritate auſus mutare. *Moenium ruinae* recte opponuntur *virium defectioni*, quae in vulgata deeſt oppoſitio, ut mittam, nullius eam hic eſſe ſententiae. *Lipſium* maluiſſe *inviſa*, quod ſcribit *Iaegerus*, mihi non liquet.

Novi cenſus] Exponet *Aurelius Victor*, qui imperio inter Valerium, & Herculium A. A., ac Galerium, & Conſtantinum Caeſares tributo, quo exercitus atque Imperator ali poſſent, legem novam penſionibus inductam refert. Quae ſane illorum temporum modeſtia tolerabilis in perniciem proceſſerit. LIVINEIVS. Ex parte huc pertinent dicta a *Iuliano* Orat. I. p. 34.

Exanimaverat] *Exanimarat* Vet. LIVINEIVS.

mula teneremur, qui fortunis nemini poſſumus aequari. Quo magis, Imperator, clementiae tuae gratias agimus, qui, remediis ſponte conceſſis, feciſti, ut, quod non poteramus iure petere, iuſte obtinuiſſe videamur. 6

Cap. VI. Habemus enim, ut dixi, & hominum numerum, qui delati ſunt, & agrorum modum, ſed utrumque nequam, hominum ſegnitia, terraeque perfidia. Vnde enim nobis Remus, aut Nervius, aut ipſe ille de proximo Tricaſſinus ager? aut arator? quorum reditus cum labore contendunt. Quam-

IVS. Etiam *Guelferb.*

Acerbitas] *Enormitas*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Et *Schonhov. enormitas.* Sed potior vulgata. IAEGERVS.

5. *Gallicani cenſus*] Cenſus duplici modo fiebat, vel per capita, ſive per focos, vel per agros, qui propterea deſcribebantur a Cenſoribus, ut pro numero, & modo agrorum eſſet vel maior, vel minor. Igitur ſenſus eſt: Nos quidem exanimat novi cenſus acerbitas, qui aliarum provinciarum fortunas aequare non poſſumus. Nihil eſt tamen, cur conqueramur, cum & agros, qui deſcripti ſunt, habeamus, neque quidquam a nobis petatur, quam pro communi Gallici cenſus formula debeatur. BAVNE. MS. *Moerl. Gallicani cenſus formula teneretur.* falſo; haec enim non iunguntur apte ſequentibus, *qui f. n. poſſumus aequari.* IAEGERVS. *Communi* abeſt quoque a *Guelferb.* Recte duplicem cenſum notavit *Baunius;* conf. infr. 11. 1.

Poſſumus aequari] *Poſſumus comparari*, *Bertin.* LIVINEIVS.

1. *Habemus enim*] *Habemus*, *inquiunt*, *Pithoeus* Adverſ. Subſec. lib. II. cap. 1. SCHONHOVIVS. *Inquiunt* neque eſt in Codd., neque editis, & male ita citavit *Pithoeus;* dat enim praecedentium rationem *Eumenius.* Male *Chaſſen. haberemus.*

Agrorum modum] *Agrorum nomen*, *Guelferb.* male.

Vtrumque nequeam] Alii *nequam.* RHENANVS. Vet. *nequam.* PVTEANVS. *Sed utrumque nequam; hominum ſegnitia*, *terraeque perfidia.* Ita diſtinxi, ne locus putaretur verbo aliquo truncatus. & poteſt plane eſſe integer, dummodo vox *nequam* adplicetur prioribus, non etiam ſequentibus: velitque homines nequam fuiſſe ſegnitia, agros vero nequam perfidia, dum non reſpondent culturae. GRVTERVS. *Sed utrumque nequam*, *hominum ſegnitia*, *terraeque perfidia;* ſic diſtinguo, alias nullus inde commodus elicitur ſenſus. ACIDALIVS. In *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. eſt, *utrumque nequeam hominum ſegnitia.* ſed *nequam* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod inde a *Livineio* recte receptum eſt.

Terraeque] *Torvaque*, *Chaſſen.* Corrupte. LIVINEIVS.

Perfidia] *Perfidia perdidimus*, *Chaſſen.* IDEM. *Fidem*, *perfidiamque* terrae, ac fundis attribui ſatis notum eſt, & magna exemplorum copia docet *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* II. 1. 19. Poſt haec verba *Chaſſen* habet *perdidimus.* Verum haec vox haud dubie ad tollendam difficultatem, ex neglecta interpunctione ortam, cum ſc. *nequam* & *hominum* iungerentur, fuit intruſa. IAEGERVS.

Nobis Remis aut Nervis] Sic legendum opinor poſt longam haeſitationem; *unde enim nobis Remus*, *aut Nervius*, *aut ipſe ille de proximo Tricaſſinus ager.* Loquitur de fertilibus agris, quibus erant diſparia Flavienſium iugera. Forte *Remi* ſunt Gallorum populi, & *Nervii*, quos Tornacenſes putant. RHENANVS. Vet. *Remus*, *aut Nervius.* PVTEANVS. Locus hic depravatus eſſe videtur. CHASSENAEVS. ad Conſuet. Burgundiae Prooem. p. 32. *Rhemi* populi, quorum urbs Rhemi, ſeu Durocotorum in Gallia Belgica, ad fluvium Vidulam. *Nervius* populi Galliae Belgicae, *ceux du Haynaut*, propter Tornacum ad Scaldim fluvium. BAVNE. Fertilioris agri exempla in Gallia Belgica cum Aeduorum regione ſterili componit. CELLARIVS. & PATAROL. *Remis aut Nerviis* eſt in *Puteolani*, *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. emendatius iam dedit *Livineius*, meliorque illa lectio eſt in *Guelferb.*, & *Schonhovii* excerptis. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 21. 1. Quod locum habeat corruptum *Chaſſenaeus*, inde eſt, quia in Cod. ipſius erat, *unde enim nobis*, *venis*, *aut nervis.*

Tricaciſſimus] *Tricaſſinus*, *Pithoeus* Adverſ. Subceſ. lib. II. cap. 1. SCHONHOVIVS. Vet. *Tricaſſinius.* PVTEANVS. De Tricaſſino oppido ſupr. Paneg. IV. c. 21. BAVNE. Hi omnes Aeduis Septentrionales, & quidem longe diſſiti, Nervii praeſertim, Tricaſſini vero multo quidem propiores, in Boream ipſi quoque, ſeu potius inter Boream, & Occaſum. In aliquibus legitur *Tricaſtinus*

2 Quamquam merito quivis ignoſcat ipſis cultoribus, quos piget labore ſine fructu. Siquidem ager, qui numquam reſpondet impendiis, ex neceſſitate deſeritur, etiam inopia ruſticanorum, quibus in aere alieno vacillantibus nec aquas

mus ager; at hi populi, quos in *Ptolomaeo* novimus, *Tricaſteni* etiam dicti, Aeduis ipſi quidem finitimi, ſed in meridiem, ubi etiam nunc *le Tricaſtin*, & urbs *S. Paul*, in Delphinatu. *Tricaſſini* vero fuere, ubi olim Auguſta Trecarum, nunc *Troyes*. PATAROL. *Tricaſſinius* etiam *Guelferb.* ſed ſupr. Paneg. Conſtantio 21. 1. etiam eſt *Tricaſſinum ſolum*, ubi vide; in *Chaſſen.* & Ed. *Rhenani*, & pr. *Rivini* vitioſiſſime eſt *Tricaciſſimus.*

2. *Quamquam merito*] Correctio quaedam, & excuſatio eſt eius, quod ante dixerat, *nequam hominum ſegnitia.* Nota haec *Martialis:*

In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuvenci,
Pingue ſolum laſſat, ſed iuvat ipſe labor.

LIVINEIVS.

Quivis ſi ignoſcat] Vet. delet *ſi.* PVTEANVS. Dele *ſi* ex *Langii* Schedis, & *Chaſſen.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed importunum *ſi* non comparet in *Moerl.* &, monitu *Livineii*, & *Acidalii*, a poſterioribus Editoribus fuit deletum. IAEGERVS. Neque eſt in *Guelferb.* & *Schonhovii* excerptis. *Chaſſen.* ordine inverſo *cultoribus ipſis.*

Reſpondet inpendiis] Tò *reſpondere* in re agraria ſimiliter uſurpat *Virgil.* Georg. I. 47. ſq.

Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolae, bis quae ſolem, bis frigora ſenſit.

IAEGERVS. Idem Georg. II. 63.

Sed truncis oleae melius, propagine vites
Reſpondent.

ubi *votis* ſubaudiri vult *Taubmann.* & *fructus* dicitur *labori non reſpondere* apud *Ovidium* Faſt. IV. 641. generatim ſimilitudinem in hoc verbo notat *Manut.* ad *Cicer.* ad Diverſ. II. 15. adde Patruum meum ad *Catonis* Diſtich. I. 23.

Aëre alieno] Sic quidem Editio, adornata a *Livineio*; ſed vix mihi dubium, quin ipſe voluerit exprimi, *in aere alieno*, ut eſt in ante publicatis; cuique haud etiam obſecuti typothetae. GRVTERVS. Eo preſſis, ac tantum non obrutis. Ita *Cicero* Catilin. II. 10. *Qui numquam emergent; qui partim inertia, partim male gerendo negotia, partim etiam ſumtibus, in vetere aere alieno vacillant.* Vid. infr. cap. 12. 2. IAEGERVS.

Aquas deducere] Vet. *ducere.* PVTEANVS. Vulgata praeſtat. *Palladius* R. R. X. 3. 1. *aquarius ſulcus noxium deducat humorem.*

Excidere] Quo fierent novalia. Conf. *Burman.* ad *Quinctilian.* Declam. III. 4.

3. *Soli*] *Guelferb. ſola ſoli.*

4. *Arebrignus*] Vet. *Areprignus.* PVTEANVS. *Arebignus.* Vet. LIVINEIVS. *Pagus* non tantum ſumitur pro villula, ubi aliquot ruſticorum caſae coniunctae ſunt; accipitur etiam pro toto iuriſdictionis tractu, quo ſenſu *Caeſar.* I. de B. G. ſcribit, Helvetiam totam in XL. diviſam *pagos;* hodie XIII. numerantur, quos *Cantones* appellamus. Sic *Dionyſius* agrum Romanum ait fuiſſe in tractus quosdam diſtributum. *Arebrignus* autem eſt pagus Aeduorum circa Ararim fluvium. BAVNE. Sic locum hunc reſtitui ex Editione *Pariſienſi*, & auctoritate *Puteani*, quam ſequitur & *Cellarius*, favente etiam MS. *D. Marci*, in quo notandum deeſſe vocem illam *Arebrignus.* Varias loci huius lectiones, multasque Criticorum coniecturas referre ſuperſedeo. PATAROL. Cod. *Moerl. Areprignus.* In MS. *D. Marci* vox *Arebrignus* deeſt, teſte *Patarolo*, qui, eius loco, *Verbigenus* legendum eſſe ſuſpicatur. *Baunius* dicit, ſed non probat, Arebrignum pagum eſſe Aeduorum circa Ararim fluvium. IAEGERVS. *Guelferb.* etiam *Areprignus.* Quae de loco reſtituto ex *Puteani* auctoritate monet *Patarolus*, videntur ad omiſſam in periodi principio particulam *ſi*, & ad ſequentia *inani fertur invidia*, pertinere; quae vero de ipſius coniectura *Verbigenus* teſtatur *Iaegerus*, in mea Edit. non leguntur, forte repetita ex *Pataroli* altera, quam inſpicere mihi non licuit. —— Praeterea *Guelferb.* inverſo ordine, *ille ipſe pagus.*

Manu ſeritur invida] *Pithoean. inani fertur invidia; Pulmann. inani fertur invida.* Omnes corrupte. Vide, num legi poſſit, *manu ſeritur invita.* Puto tamen vulgatam lectionem meliorem eſſe, *manu ſeritur invida*, id eſt, *a regret.* PVTEANVS. *Inani fertur invidia* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita exſtat in aliquot veteribus exemplaribus, id eſt, aegre admodum ſeritur. In *Puteana* Editione eſt, *inani fertur invidia.* BAVNE. Vitium latitat: quod, ut depellant, recentio-

aquas deducere, nec ſilvas licuit excidere. Ita quidquid olim fuerat tole- 3
rabilis ſoli, aut corruptum eſt paludibus, aut ſentibus impeditum. Quin 4
etiam ipſe ille pagus Arebrignus inani fertur invidia, cuius in uno loco
vi-

tiores quidam *manu ſeritur invida* legunt. Sed nec ita ſalvus locus eſt, quod durum eſt *pagus ſeritur*, vel *ager* etiam *invida manu ſeritur*. An forte *inani feritur invidia?* id eſt, petitur, premitur, quaſi dicat, laudari pagi illius fertilitatem ad invidiam usque: ſed ſine cauſſa, quia uno loco tantum ſit vitifer, cetera ſilvis, & rupibus horreant. Sic non opus, pro *uno loco* legere *imo*; nec *perexigua* pro *perſpicua*, ſi videlicet *feriri invidia* ferri auribus poteſt. CELLARIVS. Fruſtra ſe iactat, tanquam invidiam in aliis excitet, quod culturam vitium admittat, nam *retro caetera*, &c. PATAROL. Haec eſt lectio *Rhenan. Stephan. Livin. Baun.* In Cod. *Moerl.* & Edd. *Cuſpin. Francof. Pariſ.* priore, *Cellar. Patar.* legitur, *inani fertur invidia. Schonhov. inani feritur invidia.* Omnes corrupte. *Patarol* quidem lectionem ſuam interpretatur, ſed vellem exemplis hanc rationem firmaſſet. *Puteanus* coniicit, *manu ſeritur invita:* putat tamen vulgatam lectionem eſſe meliorem, *manu ſeritur invida*, i. e. *a regret.* Sed hoc pariter exprimeretur voce *invita. Baunius* ita interpretatur: *aegre admodum ſeritur. Martialis* III. 65. 10. *ſine invidia*, Graecorum more, ἀφθόνως, dicit pro facile, & copioſe; forſitan itaque *invida manu* poſſit ſignificare parce, & maligne; ſed nec hoc ſatis quadrare videtur. *Cellarius* durum eſſe ait *pagus ſeritur*, vel *ager* etiam *invida manu ſeritur*. Verum non deſunt exempla, in quibus *ſeri* pro conſeri dicitur ager, vel terra. *Curtius* V. 1. 27. *Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt: per LXXXX. ſtadia habitatur; nec omnia continua ſunt; credo, quia tutius viſum eſt, pluribus locis ſpargi. Cetera ſerunt, coluntque, ut, ſi externa vis ingruat, obſeſſis alimenta ex ipſius urbis ſolo ſubminiſtrentur.* & eodem libro c. 5. 24. *Armenta cum pecoribus, ac frumento data, ut coli, ſerique attributus iis ager poſſet.* Porro *Cellarius* coniicit legi poſſe, *inani feritur invidia. Ferire invidia* poſſit ſerri fortaſſe, & defendi loco *Horatii* Sermon. II. 1. 62.

> *Maiorum ne quis amicus*
> *Frigore te feriat.*

& firmat hanc coniecturam lectio quoque *Schonbovii*, quam ſupra indicavi. Verum, cum admodum mihi difficile videatur, in hac varietate certam veritatem reperire, nihil quidem definire, vel mutare ſuſtineo: facere tamen non poſſum, quin profitear, lectionem, a *Cellario* excogitatam, mihi prae reliquis arridere. IAEGERVS. *Manu ſeritur invida* fluxit ex antiquiſſima *Puteolani* Edit. & retinuit *Iaegerus* cum iis, quos ipſe memorat, quibus addendus eſt *Rivinus.* In *Chaſſenaei* eſt, *ſeritur, invidia cuius.* Cod. *Pithoeani* lectionem *inani fertur invidia* recepit *Gruterus*, *Cellarius*, & *Patarolus*, eaque eſt in *Guelferb.* & in Cod. *D. Marci*, ex quo ita locum ſe conſtituiſſe paullo ante monuit *Patarolus*, unde & hanc in textu retinui. Coniiciebat Pater meus, *manu ſeritur infida.* Ni fallor, ad veram me lectionem duxit Auctoris ſententia. Aeduorum agrum cum aliorum fertilitate comparari poſſe negat, quia ob incolarum paupertatem ea conferri non poterant, quibus fieret fertilior, unde factum erat, ut paludibus corruptus, aut ſentibus inpeditus. Verum quidem eſſe addit, pagum Arebrignum eſſe vitiferum, ſed uno tantum loco, reliqua eiusdem ſilvis, & rupibus eſſe invia. Scribo itaque, *inani fertur vindemia*, idque ſequens *vitium* confirmat. *Fertur*, id eſt, laudatur quidem ille pagus vindemia, & vitium proventu, ſed ea laus *inanis* erat, tantaque pagus haud dignus, praeſertim ſi cum fertilioribus agris compararetur, quia uno tantum loco erat vitium cultura, & parva vini copia, reliqua autem aeque ſterilia, atque illi Aeduorum agri, de quibus erat conqueſtus. Sic infr. 13. 3. *ſi vindemia redundaſſet.*

Cuius in loco] *In uno loco*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* Corrigam *imo loco.* Infra mox: *cum ſupra ſaxa perpetua ſint, infra humilitas pruinoſa.* LIVINEIVS. *Cuius uno loco cultura perexigua eſt;* ſic edidit *Baunius.* MS. *Moerl. Gud.* itemque Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent, *cuius in loco vitium cultura perſpicua eſt*, in quibus vox *vitium* gloſſae marginali adſcriptae, & ex ſect. 6. petitae, originem debere videtur. *Francof. Pariſ.* prior, *Cellar. Patar. cuius uno loco*, &c. omiſſo τῷ. *in.* Ex his tam diverſis lectionibus

> *Elige, cui dicas, tu mihi ſola places.*

Mihi quidem maxime probatur *Cellariana* ratio, &

vitium cultura perſpicua eſt : nam retro cetera , ſilvis & rupibus invia , ſecurarum ſunt cubilia beſtiarum. Illa autem , quae ſubiecta & usque Ararim porrecta planities , fuit quidem , ut audio , aliquando iucunda , cum per ſingulorum fines continua cultura procurſus fontium vallibus patentibus evehebat : nunc autem , intercluſis vaſtitate meatibus , quidquid humili-

ta-

& hic, & in verbis proxime antecedentibus: eaque etiam confirmatur illis , quae ſect. 6. hoc cap. leguntur: *Ipſae denique vineae*, *quas mirantur ignari*. Si fuerunt , qui vineas mirarentur, culturam earum perſpicuam fuiſſe neceſſe eſt, & invidia feriri, vel peti poterant. IAEGERVS. *In loco*, cum Codd. & Edd. apud *Iaegerum*, habet quoque antiquiſſima *Puteolani*, & *Rivini*. Primus *uno* reſtituit *Gruterus*, & ita ſequentes. *Vno* certe poſtulat ſequens oppoſitum *cetera*. *Livineii* tamen Codd. & *Schonhovii* excerpta ſecutus *in* inſerui, faventque *Moerl.* & *Guelferb.* quamvis *uno* omittant.

Vitium cultura] *Vitium* eſt in omnibus Codd. & Edd. *Baunius* tamen omiſit, eumque ſecutus eſt *Iaegerus*, quem lege obſerv. proxima; vocem itaque reſtitui, in *Bauniana* forte ex Typothetae vitio omiſſam.

Perſpicua eſt] Lege *perexigua eſt*. ACIDALIVS. & BAVNE. Contra Codd. *Acidalii* coniecturam in textum admiſerunt *Baunius*, & *Iaegerus*, a quibus diſſentio. *Perſpicua* eſt omnibus cognita. Supra Paneg. Conſtantino 20. 4. *Nihil eſt enim tam perſpicuum.*

Sint cubilia] Vet. *ſunt*. PVTEANVS. *Cubicula beſt.*, *Chaſſen.* LIVINEIVS. *Chaſſen.* ridicule. IAEGERVS. *Sint* male eſt in Ed. *Rhenani*, & pr. *Rivini*. Alterum recte Cod. *Putean.* & *Guelf.* cum *Schonhovii* excerptis.

5. *Subiecta & usque*] Sic lege, *ſubiecta eſt & usque*, vel *ſubiecta & usque*. PVTEANVS. Auguſtodunum *ab Oriente*, *& Meridie montibus elevatur nemoroſis; a Septentrione vero*, *& Occidente vallibus deprimitur*, *ſaltem circa eius medietatem*, *a qua planities amoeniſſima in Septentrionem ad longitudinem XII. mille paſſuum*, *ubi undiquaque fontes*, *rivulique circumfluunt*. Haec *Bartholomaeus a Chaſſeneo* in Prooem. Comment. ad Conſuet. Burgund. lib. XII. cap. 60. Plura de Aeduenſis urbis origine, dignitate, & ſitu videri poſſunt apud *Petrum a S. Iuliano*, & *Ioannem Munerium*, qui ambo Commentarios eam in urbem ediderunt. BAVNE. & PATAROL.

Aliquando iucunda] Leg. *foecunda*. ACIDALIVS. *Planities iucunda* eſt, quod *iucundae viae* apud *Ovidium* II. ex Pont. 10. 32.

Singulorum fines] Senſus eſt: cum aſſiduo cultu humum, aut lapides hinc & inde aggerendo, veluti canales quidam ad altitudinem aliquam attollebantur, quibus per patentes valles in ſingulorum terras fontes inducerentur. BAVNE.

Vallibus patentibus] Lege, *canalibus latentibus;* ſtatim *meatus* nominat. Nec tamen dixerim affirmate. Vulgatum enim poteſt eſſe etiam verum, ſane intellectum. Forte *& callibus*. ACIDALIVS. Nihil muto; *valles patentes* ſunt *intercluſis meatibus* oppoſitae , & recte ſupra explicuit *Baunius.*

Humilitate ſua] *Schonhovius*, *humiditate.* IAEGERVS. Male; *humilitas* eſt illa *planities*, & *valles*, quas modo memoravit, & ita in fin. hoc cap. *humilitas pruinoſa*. Abeſt *ſua* in *Chasſen.*

Voraginem & ſtagna] MS. *Moerl.* & *Gud. in voraginum ſtagna*. IAEGERVS. Videtur ea lectio eſſe Gloſſatoris, Hendiadyn explicantis, cuius exempla dedi ad *Arator.* II. 175.

Converſum] Addo *eſt.* RITTERSHVSIVS. Adde *eſt*. Senſus erit. Nunc autem, quidquid propter humilitatem loci melius irrigatum ab his aquis fuerat, adeoque & pinguius & uberius, id omne mutatum eſt in atram quandam, & lutulentam voraginem. BAVNE. Forte *in voraginem eſt*, *& ſtagna conv.*

6. *Mirantur ignari*] Id eſt, vineae, quas mirantur, qui ad luxuriam quandam foliorum, & ad ſarmentorum inutilem ſilvam attendunt , ignari , quid in iis vitii lateat. BAVNE.

Pene non] In utraque dedit *Rivinus*, *bene.*

7. *Replicando*] An *repaſtinando?* quod proprium verbum huic rei. ACIDALIVS. Radices millies repaſtinatae tantam fibrarum, & ſurculorum ſilvam egerant, ut ſcrobes ad debitam altitudinem fodi non poſſent, proindeque ipſa vitium propago, non ſatis obtecta, vel corrumperetur imbribus, vel Solis ardoribus ureretur. BAVNE. Senſus eſt, meo iudicio, vites prae vetuſtate radices in altum emittere, cum eas non poſſent amplius inferius agere , quae tamen alte eſſent ſcrobibus defigendae, ideo ſurculos e radicibus prodire parum

rum

tate ſua fuerat uberius, in voraginem & ſtagna converſum. Ipſae de- 6
nique vineae, quas mirantur ignari, ita vetuſtate ſenuerunt, ut cultu-
ram iam pene non ſentiant. Radices enim vitium, quarum iam ne- 7
ſcimus aetatem, millies replicando congeſtae altitudinem debitam ſcrobi-
bus excludunt; & ipſam propaginem non debitam, ſed obtectam,
pro-

rum obtectos terra, obnoxiosque inde aeris ac coeli intemperantiae. Videntur tenebrae quidem in lectione, quae tamen negotium non faceſſant Lectori, gnaro, quibus temporibus, & a quo haec Oratio dicta. PATAROL. *Acidalii* coniectura non utor, quamvis eidem quoque favere *Baunius* videatur; eſt enim *repaſtinare* plane *Eumenii* ſententiae adverſarium. Audi *Columellam* de R. R. III. 18. 1. *Paſtinum vocant agricolae ferramentum bifurcum, quo ſemina* (ſive vitium ſurculi) *panguntur*; *unde etiam repaſtinatae dictae fuere vineae veteres, quae refodiebantur. Haec enim propria adpellatio reſtibilis vineti erat; nunc antiquitatis inprudens conſuetudo, quidquid emoti ſoli vineis praeparatur, repaſtinatum vocat.* Eſt nimirum *repaſtinatio* dicta a *paſtino;* hoc autem qua ratione vitis pangantur ſemina, interpretatur *Geſnerus*, ſi, in ipſa curvatura paſtino comprehenſus, in terram deprimatur recurvatus vitis ſurculus. Videamus itaque, vetusne aut nova, quam tradit *Columella*, *repaſtinationis* adpellatio huic loco congruat. Id nego, quia non de refoſſis vineis, neque de ſolo vineis praeparando agit *Eumenius*, ſed de vitibus, per longiſſimum tempus adeo neglectis, ut culturam fere non ſentiant, id eſt, ut, ſi quis colere vellet, operam fere & oleum perderet. Multum ab eo, ni fallor, diſtant vineae refoſſae, aut quarum ſolum fuit praeparatum; hae enim ſunt vineae curatae; in his autem ſua facile cura inpediviſſet dominus, ne altitudinem ſcrobibus excluſiſſent replicatae radices, aut ne ita millies replicarentur. Quid igitur? Alium dabo *Columellae* locum, qui lucem ferat, de R. R. III. 15. 3. *Satoris officium eſt*, —— *ſic deinde curvatam deponere, ne duarum vitium radices inplicentur. Id enim vitare facile eſt, per imum ſolum iuxta diverſa latera foſſarum diſpoſitis paucis lapidibus, qui ſinguli non excedant quinque librale pondus. Hi videntur & aquas hiemis, & vapores aeſtatis propulſare radicibus.* Lapides illi, tamquam pariete interiecto, vitium radices diſtinebant, ut recte *Geſnerus*, in ſcrobibus, in quibus illae ponebantur, ut late diſſerit *Columella* III. 13. *Palladius* de R. R. II. 10. *Plinius* H. N. XVII. 21. Neglectis itaque, de quibus loquitur *Eumenius*, vitibus, longo erat tempore factum, ut proſerpentes ſub illis lapidibus radices *replicarentur*, ſive, ut *Columella*, inplicarentur, eoque, ſede ſua motis per radicum vim lapidibus, altitudinem debitam ſcrobibus *excluderent*, id eſt, expellerent, de qua notione vide *Gothofredum* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 308. ſive terram ſcrobibus deſtinatam egererent, quo non curatae, & per humum ſerpentes propagines, atque egeſta hac terra leviter obtectae imbribus, aut ſoli exponebantur. *Altitudo* eſt ſcrobium profunditas. Ita apud *Virgilium* Georg. II. 78.

Et alte
Finditur in ſolidum cuneis via.

Servius interpretatur, profunde. adde *Vlitium* ad *Gratii* Cyneg. 366. Graecum βάθος adtigi ad *Arator.* I. 43. *altitudo* vero *debita* eſt deſtinata ſcrobis profunditas, iuſta, & ad obtegendas radices neceſſaria terra, qua ratione *debita ſemina* apud *Virgilium* Georg. I. 223. unde *debitum* eſt, quod deſtinatum. Conf. *Barthium* ad *Stat.* Theb. IV. 84. Haec loci difficilioris interpretatio *Bauniana* mihi potior videtur; veritati certe propior *Patarolus.* —— Ceterum in *Guelferb.* hic locus ita legitur, *altitudinem debitam ſcrobibus produnt imbribus eluendam*, omiſſis intermediis.

Non debitam, ſed obtectam] Puto hunc locum ſic reſtituendum, *& ipſam propaginem non obtectam produnt imbribus*, &c. Procul dubio vox *debitam* in hunc verſum e ſuperiore irrepſit. *Il veut dire, que pource que l'on ne pouvoit faire les foſſes des vignes profondes, les prouvins n'eſtoient pas aſſez avant dans terre, ains eſtoient presque deſcouverts, qui eſtoit cauſe, qu'ils eſtoient ou gaſtez des eaux, ou bruſlez du ſoleil.* PVTEANVS. Forte *non diditam.* LIVINEIVS. Lege *non defitam*, aut *defixam. Columell.* III. cap. 13. *Tum in terram bene paſtinatam, & ſtercoratam rectum ſarmentum deſigito.* ACIDALIVS. Lege *ipſam propaginem non obtectam.* Vox enim *debitam* e ſuperiore verſu in hunc haud dubie irrepſiſſe notat *Cl. Puteanus*; niſi forte cum *Livineio* legeris, *non diditam, ſed obtectam*, nempe leviter, &c. BAVNE.

8 produnt imbribus eluendam, & ſolibus perurendam. Nec poſſumus, ut A-
quitanis, aliisque provinciis familiare eſt, novis vitibus locum ubique metari;
cum ſupra ſaxa perpetua ſint, infra humilitas pruinoſa.

Cap. VII. Nam quid ego de ceteris civitatibus illius regionis lo-
2 quar, quibus illacrimaſſe te ipſe confeſſus es? Vidiſti enim, non, ut per
agros aliarum urbium, omnia fere culta, aperta, florentia, vias faciles,
na-

NE. *Acidalius* parum probabiliter, certe melior eſt *Livineii* coniectura, ſi *Puteanum* ſequi nolimus. *Patarol* ita convertit: *germogli, non radicati, ma ſol coperti da poca terra.* IAEGERVS. Foeda loci labes, ad quam eluendam ingenioſa eſt, quod non diffiteor, *Puteani* cura. Malebat *Eldikius* noſter, *propaginem non penitus ſolo tectam.* Vix dubitem, quin ſcripſerit *propaginem non depoſitam, ſed obtectam. Deponere* vox propria vitium ſtirpibus, in ſcrobe ad iuſtam altitudinem poſitis. vid. *Columella* de R. R. III. 4. 2. & cap. 5. 1. V. 5. 5. & 17. & locis pluribus. Hae itaque propagines, ad iuſtam in ſcrobe profunditatem non depoſitae, tantum in terra recumbebant, ut loquitur *Plinius* H. N. XVII. 23. eademque terra, per radices e ſcrobe egeſta, leviter obtegebantur, eoque fiebat, ut imbribus eluerentur, & ita Sole perurerentur. Ita eveniebat, quod alia ratione ſcripſit *Columella* IV. 1. 7. *quid quod repaſtinata humus —— intumeſcat; cum deinde non longiſſimam capit vetuſtatem, condenſata ſubſidit, ac velut innatantes radices vitium ſummo ſolo deſtituit.* Suſpicatus ſum aliquando, eſſetne *ſed obtectam* ex Gloſſa τȣ̃ *depoſitam* e margine intruſum, in quo ſcriptum fuerit *ſcil. obtectam*; eſt enim *propago depoſita* non alia, quam obtecta, atque parum adtentus Librarius illud *ſcil.* eſſe *ſed* putaverit, ut haec in Codd. permutata eſſe oſtendit *Grunerus* ad *Aurel. Vict.* O. G. 4. 6. alterum malim.

Perdunt imbribus] Vet. *produnt.* PVTEANVS. *Produnt* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Leg. *produnt.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan Livin.* Rectius autem ex Cod. *Liv. Bert. Put. Moerl.* & *Schonhov.* & *Cuſp.* in reliquis Edd. legitur *produnt.* IAEGERVS. *Produnt* etiam *Guelferb.* quod recte recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Radices enim propaginem *prodebant*, ſive exponebant. Eadem haec permutata apud *Mamertinum* Maximian. 5. 2. adde Not. ad *Plinii* Paneg. 4. 5.

8. *Nec poſſumus*] *Guelferb. ne.*

Humilitas] *Humiditas*, *Chaſſen.* Vitioſe. LIVINEIVS. Supr. n. 6. *humilitate ſua*, ubi quid ſimile tentabat *Schonhovius.*

1. *Civitatibus illius regionis*] *Civitatis illius regionibus.* Vet. *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Auguſtodunum erat Aeduenſis ditionis caput, cui ſuberant aliae civitates, ut ex *Tacito* ſupra probavimus. BAVNE.

Inlacrimaſſe] Ad Heroum veterum morem, quibus populorum, amicorumque cladibus inlacrimare, haud indignum habebatur; ſimiliter infr. 9. 5. & 6. Patroclum lacrimantem pingit *Homerus* Iliad. Π. 3. Caeſarem, viſo Pompeii anulo, *Plutarchus* Pomp. p. 662. alii alios. conf. *Pricaeum* ad Euang. *Lucae* 19. 41.

Te ipſe] *Tute ipſe*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

2. *Adluentia*] Pro hac voce *Moerl.* habet vitioſe *abluentia*, quae verba inter ſe ſaepius permutari docent ad *Lucan.* VI. 810. *Oudendorp.*, & ad *Livium* XXVI. 44. *Drakenb.* IAEGERVS. Vulgatum tuentur notata ad *Eumenium* Conſtantio 6. 1. & a *Puteano* ad eumd. Conſtantin. 5. 2.

Ab eo fluxu] *Flexu* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *flexu.* ACIDALIVS. Pro *fluxu*, ut in *Rhenan. Stephan. Livin.* Edd. legitur, ceteri ſcripti, & editi omnes *flexu*, quod coniectura iam *Acidalius* facile eruit. IAEGERVS. *Flexu* tuentur *Schonhovii* excerpta, & notata apud *Heinſium* ad *Ovid.* Met. VIII. 160. itaque hoc recte primus dedit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes. Similem permutationem notavit *Drakenb.* ad *Livium* V. 42. 7. In *Guelferb.* cuncta ſunt omiſſa poſt *adluentia* uſque *inculta.* In *Chaſſen.* eſt *fluxu quo.*

Et ut militaris] *Etiam militaris* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Etiam* ex Cod. *Livin.* & *Bertin.* adripuere *Francof. Pariſſ. Cellar. Patar.* Antiquiores Edd. omnes, *& ut m. via.* IAEGERVS. Codd. apud *Livineium* ſcripturam recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*, ſed prius *& ut* iterum revocavit *Iaegerus.* Nollem factum, cum *etiam* quoque tueatur *Guelferb. Etiam militaris* eſt licet ſit militaris, ut *etiam aeſtatem praetorridam* explicat licet maxime torridam *Burman.* ad *Nemeſ.* Eclog. II. 80. & ad *Phaedr.* III. Fab. 11. 54. —— *Viam militarem*, & *publicam* eſſe diſtinguendam putat *Gothofredus* ad Cod. *Theod.*

T.

navigera flumina, ipſas oppidorum portas adluentia; ſed ſtatim ab eo fle-
xu, e quo retrorſum via ducit in Belgicam, vaſta omnia, inculta, ſqual-
lentia, muta, tenebroſa, etiam militaris via ſit, ac confragoſa, & al-
ternis montibus ardui aditus atque praecipites, ut vix ſemiplena carpen-
ta, interdum vacua transmittant. Ex quo ſaepe accidit, ut obſequia no- 3
ſtra tarda ſint, cum paucarum frugum nobis difficilior ſit evectio, quam
ce-

T. II. p. 530. ut per militarem annonaria ſpecierum & tributorum facta fuerit evectio, ſed ex hoc etiam loco eum refutavit *Hennin.* ad *Bergierii* Vias Milit. III. 51. §. 2.

Via ſit confragoſa] *Sit ac confragoſa* Vet. *Bertin.* Eruebam e ſcripta lectione, *via ſitu confrag.*, quod vix dubito, quin planiſſime probum. LIVINEIVS. Cum cuſtodiant MSS. duo, *via ſit ac confragoſa*, videndum, an non fuerit, *& ut via militaris ſit*, *at confragoſa*, &c. nam, qui emendant, *via ſitu confragoſa*, oſtendere deberent, vias militares tales fuiſſe, quod falſum eſt: nam viae militares viae erant omnium commodiſſimae, modo id pateretur rerum natura. Cui cum vis fieri non poſſit, aſſerit Auctor, viam iſtam, quamvis militarem, fuiſſe tamen confragoſam, & ineptam transmittendis carpentis onuſtis. GRVTERVS. Cum enim viae militares planae eſſe ſoleant, & ad comportandos commeatus faciles, vel via militaris apud Aeduos erat confragoſa, quod maxime facit ad regionis illius exaggerandam miſeriam. BAVNE. Non dubito, quin ſit legendum *ſic confrag.*, unica mutata litera: alii legunt *ſitu*, alii *ſit at.* Lectionem tamen non muto, cum exemplarium deſit auctoritas. PATAROL. Duo MSS., qui cuſtodiunt *ſit ac*, ſunt *Livin.* & *Bertin.*, quibus & *Moerl.* cum *Gud.* eſt addendus. Si vulgata retineatur, importunum profecto eſt τὸ *ſit*, nec ullo modo ferri poteſt. *Livineii* emendatio, quam non recte cepiſſe videtur *Gruterus*. (ex ea enim non ſequitur, ut putaverit, vias militares fuiſſe confragoſas) ea igitur ſatis quidem ſpecioſa eſt; ſed dubito tamen, temere fortaſſe, an via *ſitu confragoſa* eſſe dici queat. Quidquid ſit, lectionem *Gruteri*, ut certiorem & firmiorem, viſum eſt amplecti. *Patarol* coniicit *ſic*, quod nec ipſum ſpernendum. IAEGERVS. Codd. ſcripturam reſtitui. Decepit eruditos maior interpunctio poſt *tenebroſa*, unde *confragoſa* retulerunt ad *via*, cum ſit neutrum plurale, hoc ſenſu, *vaſta omnia*, —— *muta*, *tenebroſa*, *etiam militaris via ſit*, *ac confragoſa*, id eſt, etiamſi via ſit militaris, in qua hoc rarius eveniebat. Quod de viis militaribus negat *Gruterus*, ab omni parte non eſt certum; nonnumquam enim ob vias confragoſas collationis in cenſu tranſlationem eſſe factam, ut in diverſis locis praedia poſſidentes uni tantum exactori reſponderent, oſtendit *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 171. quod non niſi ad militares pertinet.

Ardua atque praeceps] Vet. *ardui aditus atque praecipites.* PVTEANVS. *Gud.* & *Moerl. ſed alternis motibus ardui aditus atque praecipites.* τὸ *ſed* manifeſte depravatum eſt ex *&*; *motibus* ortum ex *mõtibus.* Cetera, quamquam non vitioſa, ſcripturae tamen reliquorum omnium non ſunt anteponenda. IAEGERVS. Recte illud *ſed* damnat Vir Clariſſ., ſed alteram lectionem *ardui aditus atque praecipites*, praeferendam duxi; vulgata enim *ardua atque praeceps* orta eſt, quia *confragoſa* ſingulari numero ad *via* retulerunt Librarii, quo facto ſingularis quoque connecti debebat: iam elegantius ex lectione, quam dedi, plurale *confragoſa* coniungitur cum *ardui aditus*, & confirmant ſequentia num. 4. *regionum noſtrarum aditum*, *atque adſpectum tam foedum*, *tamque aſperum.*

Transmittat] Vet. *transmittant.* PVTEANVS. *Gud.* & *Moerl. transmittant.* IAEGERVS. Et hoc erat reſtituendum.

3. *Tarda ſint*] Vt ſi quando obſequii noſtri ratio exigit, ut cibaria tibi, & commeatus afferamus, non niſi aegre & tarde id fiat, atque ſerius, quam vellemus. BAVNE.

Parvarum frugum] *Paucarum* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. *Paucarum*; ſic pro *parvarum*, quod in MS. *Gud.* & in Ed. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* legitur, ex *Lang.* bene exhibent poſteriores Edd., cum quibus etiam facit *Moerl.* IAEGERVS. Forte *parvarum* auctoritatem caperet ex *Sedulio* Hymn. II. 23.

Parvoque lacte paſtus eſt.

niſi ibi legendum ſit *parvusque*, id eſt infans; quaedam etiam habet *Cortius* ad *Plinium* VIII. Epiſt. 14. 14. & quae dixi Specim. Obſ. c. 9. Librariis tamen inſolentius illud *parvarum* tribuo, quare *paucarum* recte recepit *Gruterus*, quamvis ab eo receſſerit *Ri-*

4 ceteris plurimarum. Quo magis, Imperator, pietati tuae gratias agimus, qui, cum ſcires itinerum regionum noſtrarum aditum, atque adſpectum tam foedum, tamque aſperum, tamen illo deflectere, & urbem illam, ſola opis tuae
5 exſpectatione viventem, illuſtrare dignatus es. Boni Principis eſt, libenter
6 ſuos videre felices; ſed melioris, inviſere etiam laborantes. Dii boni! quisnam ille tum nobis illuxit dies? iam enim ad praedicanda remedia Numinis tui, ordine ſuo, pervenit oratio, cum tu, quod primum nobis ſignum ſalutis fuit, por-

Rivinus; & certe hoc ſequenti *plurimarum* ſit aptius, quare *parvus* quidem *magno*, non autem *multo* opponi notabat *Burmann.* ad *Lucan.* II. 128.

Ceteris plurimarum] Deſunt in omnibus noſtris, quae e *Chaſſenaeo* deſcribam. Sic igitur eſt in eo: *cet. plurimarum. Horum locorum, Imperator, ingenium eſt huiusmodi, ut te eorum aſpectum non horruiſſe loco ſit ſummi beneficii, recreaſſe vero, plane non hominis, ſed divinum opus omnes fatebuntur, nos proprie benevolentia colemus ſempiterna. Quo magis*, &c. Egregium fragmentum, & quo uno omnia eius exemplaris vitia bene compenſata. LIVINEIVS. Non videtur abs re huic loco attexere, quod *Chaſſanaeus* hoc loco addit ex MS. BAVNE. Sitne fragmentum illud Noſtri, dubito. Poſterior enim eius ſententia plane ſequenti eſt ſimilis, & deeſt quoque in *Guelferb. Frugum* illa *evectio* ad annonam a provincialibus praeſtandam pertinet, in qua transvehenda longioris ſpatii, & ipſius itineris habebatur ratio, quo provincialium commodis proſpicerent, unde erat, quod iuſte de via confragoſa conquereretur *Eumenius*, quae huic officio maximum obiiciebat impedimentum Conf. de hac re *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 18. 21. & 171.

4. *Itinerum*] Poteſt a gloſſa eſſe vox *itinerum*. Poteſt tamen & ferri. Nam *interim*, etſi non ineleganter etiam poſſit, vix audeam reſcribere. ACIDALIVS. Fortaſſe abundat vox iſta. BAVNE.

Tamque aſperum] *Atque aſperum*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

Tum illo] *Tamen illo* Vet. *Cuſpin. Rhenan. Chasſen.* IDEM. *Tum* ſoli ediderunt *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, quod unde habuerint, neſcio; vulgatae favent Codd. —— Mox *Guelferb. ut urbem.* male.

Illuſtrare] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 4. 2 *Eumen.* Conſtantin. 22. 6.

6. *Dii boni*] *Di min.* e *Bertin.* notatur, ſi bene exſcriptum. Voluerit, opinor, Librarius *immortales*, litteris modo inverſis, nam antiquaria ſcriptura *inmortales*, ut norunt, qui veteres Codices inſpexerunt. LIVINEIVS.

Ordine Numinis tui ſupervenit] *Numinis tui ordine* Vet. PVTEANVS. *Numinis tui ordine* Vet. *Bertin.*, *ſuo pervenit*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege (*iam enim ad p. r. Numinis tui ordine ſuo pervenit oratio*) *quum.* ACIDALIVS. In *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* mendoſe legitur: *iam enim ad praedicanda remedia ordine Numinis tui ſupervenit oratio.* Sed veram ſcripturam ex ſuo, & *Bertin.* Cod. protulit *Livineius*, eamque exhibent quoque ceteri. IAEGERVS. Depravatam quoque lectionem habet *Guelferb.* eamque retinuit *Rivinus*, quamvis inde a *Grutero* placuiſſet altera.

Salutis] Lege *ad ſalutem.* ACIDALIVS.

Ipſius urbis] *Iſtius* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Quae in MSS. confundi, monet *Drakenb.* ad *Sil.* VI. 309. IAEGERVS. *Iſtius* etiam *Guelferb.* quod Codd. auctoritate recepi, & referendum eſt ad ſequens *quae*, quod ad *portas* aliis pertinere videbatur, quia in fine legebatur *videbantur.*

Quae te] *Moerl.* vitioſe *tu.* IAEGERVS.

Habitu illo] An *aditu*, an *ambitu.* Sed nil mutandum. ACIDALIVS. Cave, mutes. *Habitus* eſt loci ex natura ſitus; notat enim conditionem, indolemque, quae rei, aut homini eſt a natura. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 28. 4. quaedam quoque dixi ad *Mamertin.* Genethl. 9. 1. —— Mox *Guelferb.* vitioſe, *in ſuum reducto.*

Turribus] *Tenoribus*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

Videbantur] *Moerl.* exhibet *videbatur*, ut non ad *portas*, ſed ad *urbem* referatur. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* recte. Non enim in ſinum reductae erant portae, ſed urbs.

1. *Vnus ſe*] Opinor legendum, *unde.* RHENANVS. Vet. *unde.* PVTEANVS. *Vnde ſe* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin. Chaſſen.* LIVINEIVS. Lege *unde ſe.* ACIDALIVS. Conſtantini in Auguſtodunum urbem ingreſſus. BAVNE. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent *unus ſe*: quod corruptum eſſe facile iam vidit *Rhenanus*, & veram lectionem, quam ſcripti libri, & editi omnes reliqui praeferunt, coniectura adſecutus eſt. IAEGERVS. *Vnde* etiam *Guelferb.* cum *Schonbovii* ex-

portas iſtius urbis intraſti, quae te, habitu illo in ſinum reducto, & procurrentibus utrimque turribus, amplexu quodam videbatur accipere.

Cap. VIII. Miratus es, Imperator, unde ſe tibi tanta obviam effunderet multitudo, cum ſolitudinem ex vicino monte vidiſſes. Omnes enim ex agris omnium aetatum homines convolaverunt, ut viderent, quem ſuperſtitem ſibi libenter optarent. Quod enim ad propagandos aliorum Princi- 2
pum dies, ſollemni verborum more, iuratur, tibi, Conſtantine, ſoli, ultra omnium

excerptis, & iam edidit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum*. —— De *effundere* vide ad *Eumen.* Conſtantio 19. 1. *obviam procedere* alii habent, de quo *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 46. 5. adde eumd. ibid. 49. 2. Locum hunc recte contulit *Puteanus* ad geminum *Mamertini* Genethl. 11. 3.

Convolaverunt] Lege *convolaverant*. RITTERSHVSIVS. & ACIDALIVS. *Ritterſhuſii* notam, in Edd. omiſſam, repetii ex Ipſius Coniecturis poſt Tom. I. Paraeneticorum *Goldaſti*, quamvis non adſentiar. De *omnium aetatum* hominibus vide ad *Mamertin.* Genethl. 15. 4.

2. *Propagandos aliorum Principum ſollemni*] Hic aliquid deeſt. Forſan reponendum, *Principum annos.* RHENANVS. & FABER. *Principum dies* Vet. PVTEANVS. *Ad* abeſt in *Bertin.* in *Cuſpin.* editum, *ad propag. ad aliorum*, &c. Mihi venerat in mentem ſuſpicari, *annos* excidiſſe de *Tertulliano*, cuius ex Apologetico verba apponam, ut in MS. quodam offendi, &, meo animo, reſcribi debent: *Iam ſi pectoribus ad tranſlucendum quandam ſpecularem materiam Natura obduxiſſet, cuius non praecordia inſculpta apparerent novi ac novi Caeſaris ſcenam congiariis dividundo praeſidentis etiam illa hora, qua acclamant, De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos!* Sed in id votum de more, & ſolenniter iuratum, id vero, ut ingenue dicam, legere haud dudum memini. Coniecturam quidem noſtram poſt repperi & in *Rhenano.* LIVINEIVS. Legendum hic, *ad propagandos annos aliorum*, mihi quoque viſum, antequam *Livineii* ex coniectura ſupplementum vidiſſem. RITTERSHVSIVS. *Rhenanus annos* inferendum putavit. Probe, quia ab ultimis ſyllabis vocis *propagandos* facile hoc potuit abſorberi. Probat & *Ritterſhuſ.* ACIDALIVS. *Anton. Schonovius* addit *annos.* BAVNE. Sic libri, ſine adiecto per ſe ſubſtante nomine. Plerique conſentiunt, *annos* interponendum eſſe. CELLARIVS. & PATAROL. In Cod. *Gud.* legitur *propagandos.* Pro *annos*, quod etiam *Schonhov.* addit, *Moerl.* cum *Gud.* habent *dies.* Quod tamen non *vitam* ſignificare, (hoc ſenſu enim *dies* Latine, ut Gall. *jours*, dici poſſe haud puto) ſed de diebus natalibus Principum, quo imperium ſuſceperunt, intelligi fortaſſe debet. Certe, cum *dies* ſimpliciter pro die natali vitae, in *Ciceron.* Epiſt. ad Attic. XIII. 42. etiam de natali ſuſcepti imperii recte intelligi poſſe videtur, quamquam exemplum huius uſus nondum inveni. *Propagare diem*, (paullo quidem aliter, quod facile agnoſco) dixit *Cicer.* Catil. III. 11. *eamdemque diem intelligo, quam ſpero aeternam fore, & ad ſalutem urbis, & ad memoriam Conſulatus mei propagatam.* Idem Catil. II. 5. *multa ſaecula rei publicae propagare.* Pro voce itaque *annos*, quam *Cellarius* contextui interpoſuit, malui recipere τὸ *dies*, quod Codd. auctoritate munitum eſt. IAEGERVS. Secundum Codd. locum expreſſi. Confer etiam ad *Eumen.* Conſtantio 3. 2. Mihi illud *propagandos dies* ex *Ciceronis* apud *Iaegerum* loco tranſtuliſſe videtur.

Sollemni] *Sollennium*, *Bertin.* LIVINEIVS. Elegantior eſt vulgatae lectionis hypallage. IAEGERVS.

Iuratur] Lego *vovetur.* Ita nihil opus erit, cum *Livineio* mirari, cur praeter aliorum Hiſtoricorum mentionem dixerit *Eumenius*, in votum illud ſollemne pro ſalute, & longaevitate Principis iuratum fuiſſe. RITTERSHVSIVS. Variae erant eiusmodi acclamationes. Nam apud *Tertullian.* Apologet. acclamat populus; *de noſtris annis Tibi Iupiter augeat annos.* apud *Senecam* Epiſt. 31. & 71. *tanto melior ſurge, & inſpira.* & lib. VI. Natur. Quaeſtion. *Vade fortiter, vade feliciter!* BAVNE. *Ritterſhuſ.* mavult *vovetur*, & *Livineius* quoque haeſitat. At natali Principum, quo imperium ſuſceperant, cum voto pro ſalute ipſorum quotannis etiam *iuratum* fuiſſe, ex *Plinii* Epiſt. 60. lib. X. eſt manifeſtum. CELLARIVS. Manifeſtum eſt, celebrantes natalem Principis *precatos* eſſe, ut illum Dii incolumem, florentemque praeſtarent, & *iuraſſe* ſcil. in acta, nomenque illius. Haec non ſunt confundenda. Itaque pro *iuratur* libenter ſubſtituerem *vovetur*, ſi libri adi-

omnium noſtrûm fata victuro, ſecuri vovemus, cui tam longa aetas propria
3 debeatur. Magna eſt profecto vis poſt diuturnam aegritudinem atque moeſti-
tiam ſurgentium gaudiorum. Caluit in nobis ultra vires noſtras animus ad
laetitiam, &, quodam praeſagio futurae felicitatis elati, tanta te exſultatione
fus-

dicerent. Vid. *Lipſ.* Excurſ. A. B. ad *Tacit.* Annal. XVI. IAEGERVS. Vulgatum tuetur *Gronovius* Diatrib. *Statian.* p. 97. quia per ea iurabant, quae maxime vovebant, & in ſpe habebant, atque ita in votis pro ſalute Principis, ut ſibi, eodem ſalvo vel ſuperſtite, mori contingeret.

Omnium noſtrum] Cod. *Moerl. noſtrorum.* IAEGERVS. Vid. infr. 14. 4.

Victuri] Alii *victuro.* RHENANVS. Vet. *victuro.* PVTEANVS. *Victuro* melius, quam vulgatum *victuri.* ACIDALIVS. In *Chaſſen.* eſt *facta victuri*, *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta *victuro*, neque aliud poſtulat ſententia; recte itaque recepit *Livineius*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

Secure fovemus] *Securi* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *vovemus.* ACIDALIVS. Tutum eſt tibi longos annos precari: haud dubie enim vota noſtra implebuntur, ſiquidem tibi etiam absque votis noſtris longa aetas debetur, ut optimo Principi. BAVNE. Cod. *Moerl. ſecuri.* IAEGERVS. Et *Guelferb.* idque ob Codd. conſenſum reſtitui. *Fovemus* eſt in *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. quod iam in *vovemus* mutandum eſſe vidit *Fornerius* Rer. quotid. II. 6. in *Schonhovii* excerptis eſt *favemus.* praeſtat vulgata, quam etiam tuetur *Guelferb.*

Longe aetas] Vet. *longa.* PVTEANVS. *Mamertinus* in Maximianum: *Sed qui velit omnia iſta complecti, ſaecula ſibi optare debet, & quantam tu mereris aetatem.* LIVINEIVS. Lege *longa.* ACIDALIVS. *Longe* erat in *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Ed. pr.

3. *Surgentium gaudiorum*] *Plinius* Hiſt. Nat. VII. c. 42. ſ. 43. *Exempla fortunae variantis innumera ſunt. Etenim quae fecit magna gaudia, niſi ex malis?* Infra Panegyr. *Nazar.* c. 32. 8. *Nihil eſt immoderatius, quam, poſt longam triſtitiam, repens gaudium.* Conf. *Pacat.* c. 19. IAEGERVS.

Caluit] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 10. 5.

Noſtras] Abeſt *Bertin.* LIVINEIVS.

Vt quodam] Vet. *&.* PVTEANVS. *Et* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Et *Guelferb.* quod recte exhibuit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes.

Futurae felicitatis] *Venturae*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Moerl. venturae.* IAEGERVS. Et *Guelferb.* quod recepi. infr. 12. 4. *venturis penſitationibus.* *Nazarius* Paneg. 2. 2. *venturi fidei.* *Mamertinus* Iulian. 14. 7. *venturae felicitatis*, & cap. 31. 1. *venturis ſeculis.* *Pacatus* Paneg. 12. 3. *ventura poſteritas.* *Lucanus* Pharſal. VII. 130. *mors ventura.* apud *Lactantium* M. P. cap. 1. *vel qui p...turi*, recte lacunam ſupplet, *poſt venturi*, Vir. Clariſſ. Obſerv. Miſcell. T. IV. p. 34. probante *Touiſſantio* Coniect. in *Lactant.* p. 37. Vtramque vocem permutatam docet *Drakenb.* ad *Livium* II. 56. 5.

Suſceperimus] Vet. *ſuſcepimus.* PVTEANVS. *Suſceperimus*, *Bertin. Chaſſen.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Chaſſen.* male, *ut q. p.* —— *ſuſceperimus. Cuſpin. Livin. ut q. p.* —— *ſuſcepimus*; ceteri omnes ita, ut a nobis eſt editum. IAEGERVS. *Suſcepimus Guelferb.* & recte admiſit *Livineius*, & ſequentes, praeter *Rivinum*, quamvis male *ut* retinuerint.

Indulgentiam] De qua infra cap. 11. PATAROL. Conf. ſupr. cap. 1. 3. Fruſtra mox *Acidalius.*

Qua futurus eras] Vet. *quam daturus eras.* PVTEANVS. *Daturus eras* Vet *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Non muto. Nec tamen placet. Quam facile reſcribas! *quaſi iam indulta, quae daturus eras, haberemus.* ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. qua futurus eras. Livin.*, neſcio unde, *quam uſurus eras. Schonhov. Moerl.* quos ceteri ſequuntur, *quam daturus.* Pro *eras Moerl.* vitioſe *eſſet.* *Acidalius* facile reſcribi poſſe contendit, *quaſi iam indulta, quae daturus eras, haberemus.* Sed, (fatebor enim) mea ſecus eſt ſententia. Nam ſi V. G. in *Plaut.* Perſ. II. 2. 32., ubi vid. *Taubmann.*, *dictum habere* idem eſt, ac *dixiſſe*, conſequens eſt, ut *indultum habere* ſignificet *indulſiſſe*, non *accepiſſe*, uti vult *Acidalius.* Et fac, ſignificatum, quem ſententia poſtulat, in iſta locutione ineſſe, idcirco tamen lectioni *Rhenan.* non erit anteferenda, quae auctoritate optimorum, V. G. *Nepot.* Attic. 17. 2. innixa, probabilior paene vulgata, (*dare* enim *indulgentiam* recte, & Latine dici vix credo) probabilior, inquam, mihi videretur, niſi obſtaret τὸ *haberemus*, quod cum illo *qua futurus eras* minus convenit. Tenendum vero eſt, huius aetatis Scripto-
pto-

ſuſcepimus, quaſi iam indulgentiam, quam daturus eras, haberemus. Exornavimus vias, quibus in palatium pervenitur, paupere quidem ſupellectile; ſed omnium ſigna collegiorum, omnium Deorum noſtrorum ſimulacra protulimus; pauciſſima clarorum inſtrumenta modulorum, per compendia ſaepius tibi oc- 4

ptores a recta, & exquiſita ratione, & lege loquendi non numquam aberrare, ideoque verba eorum, licet a regula probatae Latinitatis recedant, non temere eſſe tentanda, ſi Criticis rationibus ſatis videantur munita. Quapropter conſenſum Codd. h. l coniectura *Acidalii*, & lectione *Rhenan.* & *Livin.*, quae unde petitae ſint, non conſtat, potiorem eſſe iudicavi. IAEGERVS. Immerito mihi ſuſpecta fuit locutio *dare indulgentiam. Schenkius* demonſtravit locum *Plinii* Epp. X. 11. 2. *cui &, ſi quid mihi credis, indulgentiam tuam dabis.* Itaque τὰ καλῶς κείμενα μὴ κινεῖν. IDEM. in Praefat. T. I. & Adpend. Obſerv. ad Panegyr. *Qua uſurus* eſt in *Chaſſen.*

4. *Exornavimus vias*] Inter alia floribus haud dubie, ſimilibusque laetitiae & honoris indiciis, de quibus *Barth.* ad *Claudian.* VI. Conſ Honor. 521. *Rivin.* ad Pervigil. Vener. vs. 99. Pater meus ad *Pacat.* Paneg. 37. 4. *van Hoven* Campenſ. p. 116.

Supellectile, omnium ſigna] *Sed omnium* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Vocem *ſed Rhenan. Stephan. Livin.* omittunt; male. In ceteris exemplis, typis exſcriptis, & Cod. *Moerl.* ea adeſt. IAEGERVS. Etiam in *Guelferb.* & *Schonhovii* excerptis. Primus videtur inſeruiſſe *Gruterus*, quamvis iterum omiſerit *Rivinus.* In *Guelferb.* eſt *ſupellectili.*

Signa collegiorum] *Vopiſcus* in Aurelian., *Capitolin.* in Gallien. Vide *P. Fabr.* in Semeſtr. PVTEANVS. Adducor facile, ut putem, in collegiis eruditorum hominum ſigna, & imagines aſſervari ſolitas. Hae vero prolatae ſunt ad ſolennem Conſtantini ingreſſum exornandum. BAVNE. Quam Romae Numa Rex inſtituit Populi per artificia diviſionem, ſeu centuriationem, ut loquitur in eius vita *Plutarchus*, eandem & in aliis urbibus uſu fuiſſe non dubito. Hinc patet, quid ſint collegia populi, ſeu ſodalitia, quibus etiam *concilia*, & *ſacra cuique ſectae decentia*, iuxta citatum Auctorem, attributa ſunt. Iisdem & propria fuiſſe ſigna conſonum eſt, qua ſuper re videri poteſt *Alexand. ab Alexandr.* lib. I. cap. 26. Minus appoſite, meo iudicio, P. *de la Baune* interpretatus eſt, eruditorum hominum ſigna, & imagines. PATAROL. *Trebell. Pollio* Gallien. duob. c. 4. de pompis decenn. *Omnes viae ludis, ſtrepituque & plauſibus perſonabant. Ipſe medius cum picta toga, & tunica palmata inter Patres, ut diximus, omnibus Sacerdotibus praetextatis, Capitolium petiit. Haſtae auratae altrinſecus quingenae, vexilla centena, & praeter ea, quae collegiorum erant, dracones, & ſigna templorum, omniumque legionum ibant. Vopiſc.* Aurelian. c. 34. de triumpho Imperator. *Iam Populus ipſe Romanus, iam vexilla collegiorum atque caſtrorum, & cataphractarii milites, & opes regiae, & omnis exercitus, & Senatus, (etſi aliquanto triſtior, quod Senatores triumphari videbat) multum pompae addiderant.* Add. *Alex. ab Alex.* lib. I. c. 26. *Baunii* ſententiam, eruditorum hominum ſigna & imagines hic intelligentis, non moramur. IAEGERVS. Recte notatus *Baunius*; provincialia enim intelliguntur collegia, quae ſua ſibi vexilla ſingularia habuiſſe docet *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. V. p. 215.

Simulacra pertulimus] *Protulimus* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Loco τοῦ *protulimus*, *Rhenan. Stephan. Livin.* exhibent *pertulimus*, mendo ſine dubio ex compendio ſcripturae orto. IAEGERVS. *Protulimus* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta. Recte hoc dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Praeterea *Guelferb. ſimulata*, in quo ſequentia a *protulimus* usque ad *divites* ſunt omiſſa, ex frequenti Librariorum more, intermedia omittentium, ſi idem verbum recurrat, ut mox iterum *protulimus.*

Inſtrumenta modulorum] *Induſtria mod.*, *Chaſſen.* LIVINEIVS. Nihil mutandum. Inſtrumenta muſica ſonora hic intelligi debere puto. IAEGERVS.

Per compendia] Ex defectu modulantium; quare iidem variis in locis Imperatori occurrebant. PATAROL. H. e. per notos flexus viarum. Sic *Florus* III. 3. 7. *Marius, mira ſtatim velocitate, occupatis compendiis, praevenit hoſtem. Iuſtin.* XXXVIII. 9. 7. *Sed fugientem Phrabates, qui Arſacidae ſucceſſerat, equitum celeritate, per compendioſos tramites occupatum retrahit.* add. *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 95. 5. IAEGERVS. Intellige, quia propter modulantium defectum ſingulis locis alios collocare non poſſent, eosdem, ex quo uno eſſent loco modulati, per viae compendium ſeſe celeriter in aliam partem contuliſſe, ut illic, adveniente Imperatore, iterum modularen-

5 occurſura, protulimus. Divites nos crederet, qui veritatem ſtudio aeſtimaret.
Sed enim providentiam tuam latere non potuit, quamvis bene diſſimulata, pau-
pertas: intellexiſti officioſam & honeſtam inopum vanitatem.

Cap. IX. Sponte nos ad Numinis tui aditum vocare, ſponte adfari, ſponte,
2 quid opis deſideraremus, interrogare dignatus es. Haec ſunt, Imperator, ve-
ra beneficia, quae non precibus efflagitata, ſed ex voluntaria tua bonitate pro-
veniunt, &, citra ullam petendi moleſtiam, adipiſcendi voluptatem dederunt.
3 Neque enim parvi negotii eſt, Imperatorem totius orbis pro ſe peculiariter
ro-

rentur, quae *Pataroli* quoque interpretatio.

Occurſura pertulimus] *Protulimus* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Deleam ego, ut otioſum. LIVINEIVS. Facile quidem patet, non ſolum otioſam, ſed & inſuavem eſſe eiusdem vocis repetitionem. Puto tamen priore loco, poſt *ſimulacra* melius poſſe omitti. Ibi certe omiſit *Patarol.* quem ſequor. IAEGERVS. *Protulimus* etiam *Schonhovii* excerpta, idque primus dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. *Patarolum* in delenda voce contra Codd. ſequi non ſum auſus, quamvis *Iaegero* adſentiar.

5. *Studio aeſtimaret*] I. e. qui crederet, nos tantis re vera inſtructos eſſe opibus, quantas oſtentare ſtudebamus. IAEGERVS.

1. *Aditum vocas*] Vet. *vocare.* PVTEANVS. *Vocares* Vet *Bertin.* Forte *vocare.* LIVINEIVS. Codd. *Bert.* & *Livin. vocares*, adhaerente in fine littera prima ſequentis verbi; hinc iam *Livineius* recte coniecit *vocare*, uti legitur in *Put. Gud.* & *Moerl.* quos ſequor. IAEGERVS. Codd. adſentior.

Quod opus] Vet. *quid opus.* Forte *quid opis;* ſic paulo poſt hoc cap. 1. *quid remedii poſceremus.* PVTEANVS. *Sponte quod opus*, *Cuſpin. Rhenan. Chaſſen. Sponte quid* exerte eſt in Vet. Vere, ſed & *opis* emenda ex *Langii* Schedis. Infra mox; *quid remedii poſceremus.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. *Quod opus;* ſic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed vera lectio, ex Codd. *Liv. Lang. Put. Moerl.* petenda, iam a *Livineio*, & *Acidalio* commendata, adlatoque, quod mox infra legitur, *quid remedii poſceremus*, confirmata, inde a *Francofurt.* in omnibus Edd. reperitur. IAEGERVS. Praeterquam in *Rivini* pr. tuetur etiam *quid opis Guelferb.* In *Chaſſen.* omiſſum eſt *opus*, quamvis ex eo habeat *Livineius; ſponte* ante *quod opus* omiſerant *Livineius*, & *Paull. Stephanus.*

Deſideraremus] *Moerl.* habet *deſideremus;* quod minus rectum. IAEGERVS. Vitioſum illud eſſe, docet *poſceremus*, infr. n. 4. *Chaſſen. deſideramus.*

2. *Vera beneficia*] Nota doctrina iis, qui *Senecam* deguſtarunt: quare & a *Mamertino* Paneg. cap. 2. dictum; *maximo vendit beneficium, qui preces accipit.* PATAROL.

Tua benignitate] *Bonitate* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. benignitate.* Vtrum malis, parum referre puto. IAEGERVS. *Bonitate Guelferb.* quod recepit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes.

Vllam petendi] Vetus eſt effatum, *nihil carius emi, quam quod precibus emendum eſt.* Et vero beneficii ſui gratiam extinguit, qui non votum rogantis occupat. Vide *Senecam* de Beneficiis. BAVNE. *Guelferb. ut citra;* male.

3. *Imp.*] Vet. *Imperatorem.* PVTEANVS. Lege *Imperatorem.* ACIDALIVS. Vocis compendium, quod in antiquis eſt Edd., ipſa iubet ſententia ita exponere.

Maieſtatis affectu] Forte *affatu.* LIVINEIVS. Malim *adſpectu;* ita tamen, ut non exſibilem *Livineii affatu.* GRVTERVS. Lege *aſpectu.* ACIDALIVS. *Gruteri* emendationem in contextum inſerui, pro eo, quod erat antea, *maieſtatis affectu.* BAVNE. & CELLARIVS. *Affectu;* ſic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Francof. Pariſ.* prior, *Patar.* & Cod. *Moerl.* cum ceteris. IAEGERVS. *Guelferb.* etiam *affectu.* Non debuiſſet contra Codd. auctoritatem tantum *Gruterianae* coniecturae tribuere *Baunius*, ut eamdem in textum reciperet, quamvis eum ſint ſecuti *Cellarius*, & *Iaegerus.* Priorem revocavi ſcripturam, cum *adfectu* ſit huic loco convenientius, & *bonitati*, *lacrimis*, ſimilibusque, quae memorat; isque *adfectus* eſt, quam num. 5. dicit *miſericordiam humentibus* Imperatoris *oculis eminentem.*

Perfricare frontem] Hoc eſt, pudorem deponere, quo ſenſu verbum hoc Auctoribus uſurpatum. *Martialis* lib. XI.

Perfricuit frontem, poſuitque pudorem.

PATAROL. & IAEGERVS.

Tre-

rogare, ſub tantae maieſtatis affectu perfricare frontem, vultum componere,
confirmare animum, verba concipere, trepidanter dicere, apte deſinere, ex-
ſpectare reſponſum. Has omnes difficultates, Imperator, verecundiae noſtrae 4
remiſiſti, non ſolum ultro percunctando, quid remedii poſceremus, ſed etiam
tibi ipſi ſuggerendo, quae nos tacebamus, dum nos iacentes ad pedes tuos
clementiſſimo attollis adfatu. Vidimus miſericordiam tuam humentibus oculis 5
eminentem. Ibant per haec ora lacrimae, nobis ſalutares, tibi glorioſae; & 6
nos invicem, iam dolore diſcuſſo, flebamus gaudio. Nam ſicut agros, diutur-
no

Trepidanter dicere] Rectum hoc: ſed & rectum eſſe hoc in loco poſſit, quod alias plane contra, *intrepidanter*. ACIDALIVS. Emendatione non opus; *trepidanter* in principio dicebant, ſed propter Imperatoris facilitatem *apte* ſine ulla trepidatione deſinebant.

Apte deſinere] *Guelferb. aperte*, male. In initio, ex trepidatione, ore titubante, & cum intermiſſione dicebat, animo autem confirmato, una ſerie, oratione connexa & continua. Ex Graeca enim vocis origine *aptus* proprie id, quod colligatum & connexum eſt indicat. Conf. *Cortium* ad *Ciceron.* ad Diverſ. III. 2. eaque eſt ſignificatio in *apte loqui* apud eumd. de Orat. I. 32.

4. *Remiſiſti*] Inepte Vet. *renuiſti*. *Mamertinus* Grat. action. pro Conſulatu: *Parvi autem, Imperator, putas eſſe beneficii, quod rogandi mihi periculum remiſiſti.* Auctor in Conſtantinum A. *cum natura in ceteris ſumptum operis remiſiſſet. Plinius* Panegyr. *Provinciis quoque in poſterum & iniuriarum metum, & accuſandi neceſſitatem remiſiſti. Lucanus* IX. ad Caeſarem:

Quam magna remiſit
Crimina Romano triſtis Fortuna pudori;
Quod te non paſſa eſt miſereri, perfide, Magni
Viventis.

LIVINEIVS. & BAVNE. Ex concedendi notione, quae huic verbo ineſt, loquendi fluxit modus, de qua *Gothofred.* & *Ritterus* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 16. *Lindenbrog.* ad *Ammian.* XVI. 5. male hinc *Guelf.* infr. 10. 5. *dimiſſurus. Guelferb.* etiam *renuiſti.*

Vltro percunctando] *Moerl. percontando*, uti & infra c. 10. 5. *percontatur.* Sed nolo vulgarem conſuetudinem deſerere, quam tuetur etiam *Cort.* ad *Sall.* Cat. 40. 2. IAEGERVS. Conf. ad *Mamertin* Genethl. 7. 7. *Puteolanus*, & *Rhenanus*, *ultra*; male, eſt enim *ultro* quoque ultra, inſuper. Not. ad *Livium* III. 11. 13. XXI. 28. 4. XL. 12. 4. ad *Plinii* Paneg. 6. in fin.

Quae nos] Lege *dum nos*. ACIDALIVS. *Acidalius* poſt *tacebamus* interpungit; ita ut verbis, *Dum nos* —— *adfatu*, prior; & *vidimus miſericordiam* —— *eminentem* poſterior periodi pars abſolvatur; quod minus placet. IAEGERVS. Vnde haec de *Acidalio* hauſerit Vir Clariſſ., ignoro, qui mihi *dum* tantum videtur voluiſſe geminandum.

Iacentes] Supra: *Cum in illo aditu Palatii tui ſtratum ante pedes tuos ampliſſimum ordinem indulgentiae tuae voce divina, porrectaque hac invicta dextera ſublevaſti.* LIVINEIVS.

Attollis afflatu] *Affatu* Vet. *Cuſpin. Rhenan. Chaſſen.* IDEM. *Livin. afflatu*; male. Illud & manu & typis exſcripti omnes praeferunt. IAEGERVS. *Afflatu* etiam *Paull. Stephanus*; poſſet hoc pro favore accipi, ut *adflatus divinus* apud *Ciceron.* N. D. II. 66. ex ea metaphora, qua ſcripſit *Ovidius* ex Pont. II. 3. 25.

Dum flavit velis aura ſecunda meis.

quocum egregie *Lucianum* Toxar. p. 514. contulit Clariſſ. *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* p. 123. Vtrum poſſet inde quoque auctoritatem accipere, quod *adflare* notat tam prope conſiſtere, ut alterum tangas? de quo *Burman.* ad *Valer. Flacc.* VI. 183. ut indicet, quam prope ad colloquium ſint admiſſi. Vulgatum tamen praefero, quod etiam eſt in *Guelferb.* ut apud *Pacat.* Paneg. 20. 2. *cohoneſtatus adfatu.* —— Praeterea *Guelferb. clementiſſime. Adtollere* tetigi ad *Eumen.* Conſtantino 10. 7.

5. *Vidimus minimam*] *Miſericordiam* Vet. *Rhenan. Chaſſen.*, *miam Cuſpin.* Pudendo errore vulgatum e curta, quam *Cuſpin.* exhibet, ſcriptura. Quod idem mendum incidit & *Nazarii* laudatione in Conſtantin. cap. 6. Corruptum in eodem & *mira* pro *miſericordia*, cap. 3. LIVINEIVS. & RITTERSHVSIVS. & IAEGERVS.

Eminentem] Exundantem, & quaſi perſpicuam. PATAROL.

Flebamus gaudio] Conf. ad *Plinii* Paneg. 2. in fin. *Per gaudia plangere* dixit *Sedulius* III. 142.

6. *Vber-*

no ardore ſitientes, expetitus votis imber ubertat, ita lacrimae tuae pectora noſtra gaudiis irrigabant: ut, quamvis neſas eſſet, te flente laetari, vinceret tamen gratulatio religionem, cum lacrimae illae pietatis eſſent indices, non doloris.

Cap. X. Et haec quidem nobis ad ſummam gratulationem ſufficere potuiſſent, etiamſi remediorum noſtrorum ſpem diſtuliſſes, &, quibus nos opibus levaturus eſſes, dubium reliquiſſes: ſed tam promta in te eſt natura boni-
2 tatis, ut, quod pia mente conceperis, ſtatim voce declares. Sic ingenui, largi-

6. *Vbertat*] Nota verbum *ubertare*. niſi mutandum *uberat*. Nam *arore* non ſuſtineam reponere. ACIDALIVS. Lege *uberat*, ut Paneg. *Plinii* cap. 32. BAVNE. Inſolens verbum *ubertare*, nec vero propterea expungendum. Numero ſane, & formae periodi, porrecta media, congruentius videtur, quam, quod alii in locum ſufficiunt, *uberat*, quo *Plinius* ita uſus eſt Panegyr. cap. 32. CELLARIVS. Verbum *ubertare* etiam in Panegyr. *Plin.* l. c. probarunt, & receperunt *Schwarzius*, ac *Geſnerus*. IAEGERVS. Adde illic etiam Patrem meum. *Vberat* h. l. habet *Pareus* Lexic. *Symmach.* V. *uberare.*

Pietatis eſſent] *Eſſent pietatis*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

1. *Etſi remediorum*] Vet. *etiamſi.* PVTEANVS. *Etiamſi* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. etſi.* Sed Cod. *Moerl.* cum Edd. reliquis *etiamſi.* IAEGERVS. *Etiamſi*, quod quoque eſt in *Guelferb.*, primus dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Natura bonitatis] Legendum ſuſpicor, *naturae bonitas.* Simili hyſterologia Librarius ſcripſerat apud Incert. Conſtantino 3. *uſque ad mortem devotionis*, cum debuiſſet ſcribere, *uſque ad mortis devotionem*, ut ibi rectiſſime coniecit *Livineius.* Sic in huius Rhetoris Panegyrico Conſtantino 10. pro *legem illius ſeveritatis* legendum videtur *legis illius ſeveritatem*, quod ſi non eſt certum, at eſto arbitrarium. RITTERSHVSIVS. Per periphraſin dictum videtur, ut *Natura Deorum* pro *Dii*, & alia huius generis. Poteſt tamen *innata* quoque *bonitas* intelligi, quae interpretatio melius fortaſſe cum eo, quod ſequitur, *ingenui fontes* congruit. IAEGERVS. Hyſterologiam in his quoque notavit *Herm. Cannegieter*, Adfinis dilectiſſimus, in Obſerv. iur. III. 10. neque quid emendandum. *Rittershuſii* notam, in Ed. *Pariſina* neglectam, ex Coniecturarum reliquiis poſt *Goldaſti* Paraeneticos huc revocavi; hic autem ſimilia notavit in Sacr. Lect. III. 18. In *Chaſſen.* eſt inverſo ordine, *eſt in te.*

Conceperis] Emendat *Petrus Daniel*, *conceperas.* GRVTERVS. Vti habet *Stephan.* Verum haec emendatio tum demum probanda eſt, cum ſequimur lectionem *Livin. Rhenan.* & *Stephan.* pro *declares* exhibentium *declarares.* At vero, cum *declares* in Codd. *Livin Bertin. Chaſſ. Put. Moerl.* & *Cuſpin.* reliquiſque Edd. reperiatur, nulla admittenda eſt mutatio. IAEGERVS.

Declarares] Vet. *declares.* PVTEANVS. *Declares* Vet. *Bertin. Cuſpin. Chaſſen.* LIVINEIVS. Ante *Gruterum* editum fuit *declarares*, quod in pr. retinuit *Rivinus.* Alterum praeferunt Codd. etiam *Guelferb.* & *Moerl.* modo apud *Iaegerum.*

2. *Ingenui*] *Lucretius* I. 231.

Vnde mare, ingenui fontes, externaque longe
Flumina ſuppeditant?

Lambinus, & *Creech.* h. l. *ingenuus* recte interpretantur non arte, manu, aut opera factos, ſed nativos. IAEGERVS. Coniicit in margine *Cortius irrigui*, de qua voce dixi ad *Sedul.* III. 174.

Vbique poſſint] Vet. *proſint.* PVTEANVS. *Proſint* Vet. *Bertin* Egregie. Eſtque hic quoque, ut hoc obiter addam, a compendiis peccatum. Nam *pſint* in vetere ſcriptura eſt *proſint.* Idem mendum obſervo & in *Seneca* de Benef. VI. cap. 22. Verba apponam, quae foede accepta: *Sit tanti, ut tu coarguaris. Iſta tibi concedere poſſunt etiam invito, euntque iſta tua cauſa, etiamſi maior illis alia ac prior cauſa eſt.* in *Leodienſi* vetuſtiſſimo MS., quem accurate *Car. Langius* tractavit, propius vero eſt; *eſt tanti, ut tu coarguaris iſta concedere. Poſſunt tibi etiam invito*, &c. Iuvem, & emendem, *iſta conced.? Proſunt*, &c. Clarius etiam dixiſſet: *Illa vero proſunt t.*, & *inv.*, *euntque tua cauſa*, &c. LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.*, *ut ubique poſſint ire.* Sed *Livin.* e ſuo, ac *Bert.* MS., quibus & *Put.* cum *Moerl.* accedunt, veram lectionem protulit, quam deinde ceteri amplexi ſunt. IAEGERVS.

gique fontes, ut ubique proſint, ire feſtinant: ſic celeriter in terras caelo
miſſa perveniunt; ſic denique divina illa mens, quae totum mundum hunc gu-
bernat, quidquid cogitavit, illico fecit. In quo tamen, Imperator, ſi conſi- 3
lium amici alicuius callidioris admitteres, eſſet, quod fortaſſe reprehenderet;
nimium te ſcilicet facile ea, quae ſis tributurus, aperire, &, ſine ullo artificio,
cito promere, quae ſperari diu debeant. Neſcis, Imperator, tua commendare
beneficia; praeſtandi celeritate occupas tempus optandi. Sed enim indulgentiae 4
celeritate viciſti, Imperator, ipſa elementa, quibus animamur, & vivimus.
Diu

RVS. Praeter *Rivinum*. In *Guelferb.* legitur, *ut, ubi proſint, ire feſtinent.*

Caelo miſſa] In Conſtantinum A. *Illa, inquam, illa maieſtas, quae Iovis ſubiecta nutu, nec Iridi, Deûm nunciae, ſed pennis commiſſa Victoriae, tam facile te comitata eſt, quam cito ad terras caelo miſſa perveniunt. Statius* Thebaid. III.

Non ocius alti
In terram cadit ira Iovis, ſiquando nivalem
Othryn, & Arctoae gelidum caput inſtitit Oſſae.

LIVINEIVS. & BAVNE. Conf. ad *Eumen.* Conſtantin. 8. 5.

Illud fecit] Vet. *illico.* PVTEANVS. *Illico fec.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Recte. RITTERSHVSIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. illud fecit.* Sed *Livineius* e ſuo, & *Bert.* exemplo, itemque *Cuſp.*, quibus *Put.* & *Moerl.* addi debent, veram lectionem indicavit, quam ceteri Editores merito ſunt ſecuti. *Fecit*, i. e. facere ſolet. IAEGERVS. *Illico* etiam *Guelferb.* cui locum dedit *Gruterus*, eumque ſequentes praeter *Rivinum.* De perfecti uſu vid. *Iaeger.* ad *Eumen.* Conſtantin. 8. 1. de *mente* autem *mundum gubernante* conf. ad *Mamertin.* Genethl. 14. 2.

3. *Concilium amici*] *Conſilium alicuius* Vet. PVTEANVS. *Concilium alicnius* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Retineo vocem *amici*, quae abeſt in Ed. *Puteana.* BAVNE. *Conſilium amici callidioris*; ſic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Baun.* In *Francof. Pariſ.* priore, *Patar.* & *Cellar.* & Cod. *Bert.* deeſt vox *amici*; ante quam in eodem & *Livin.* codice legitur *alienius*, pro quo *alicuius Put. Gud.* & *Moerl.* habent. IAEGERVS. *Conſilium* recte *Rhenanus*, & *Henr. Stephanus*, quod reliqui in *concilium* mutarunt, donec meliorem revocaverit lectionem *Baunius*, confirmatam a *Guelferb. Chaſſen.* etiam *Puteaneo* in variantibus penes me MSS., altera enim ex eo male notatur in Ed. *Pariſ.* Praeterea *amici* primus eiecit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, & *Baunium.* Recepi Codd apud *Iaegerum* lectionem, & *amicum* capio pro eo, qui Principi a conſiliis, eo ſenſu, quem expoſui ſupr. 2. 1.

Callidioris] Abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS.

Reprehenderetur] Vet. *reprehenderet.* PVTEANVS. *Reprehenderet* Vet. *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. *Moerl. reprehenderet.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.*, cui tot Codd. auctoritati in contextu ſum obſecutus.

Vllo artificio] Vid. infra *Mamertin.* Paneg. Iulian. c. 18. 2. & *Pacat.* c. 19. 1. IAEGERVS.

Sperare] Vet. *ſperari.* PVTEANVS. Lege *ſperari.* ACIDALIVS. *Guelferb.* etiam *ſperari*; ita iam edidit *Livineius*, reliquique praeter *Rivinum* in pr. *ſperare Chaſſen.*

Occupas] Vix eſt, quod optemus, cum tu tam celeriter beneficia nobis praeſtes. PATAROL. Conf. *Iuret.* ad *Symmach.* Epiſt. I. 79. *Chaſſen. praeſtanti celeritate.*

4. *Sed enim*] Sic habent libri, quos conſului, omnes. Verum, cum haec ad confirmanda, & illuſtranda ſuperiora addantur, nimis importunum viſum eſt τὸ *ſed.* Repoſui itaque &, ſecutus auctoritatem *Geſneri*, qui in *Quinctil.* Inſtit. Orat. VII. 4. 5. pro *ſed enim*, quod omnes libros obſederat, itidem ſubſtituit *etenim.* Licentia haec, ſumta prudenter, nobis quoque, ſpero, dabitur. IAEGERVS. Mihi ſumere non ſum auſus, cum *ſed enim* praecedentia fortius confirmare videatur, & ſententiam intendat, ut apud *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 19. princ. adde *Burman.* ad *Ovid.* Amor. III. 2. 73.

Animam vivimus] Forte *animalia vivimus.* RHENANVS. Vet. *quibus animamur, & vivimus.* PVTEANVS. *Animamur & viv.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Praeclare. RITTERSHVSIVS. Haec eſt lectio *Rhenan. Stephan. Livin.* Meliorem vero, Cod. *Livin. Bert. Moerl.* innixam, reliqui iam Editores vulgaverunt. *Cuſpin.* & *Schonhov. animamur, vivimus*, omiſſa particu-
la

Diu venturi hominis partus optatur, diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem; diu fruges hiems cohibet, ver elicit flores, aeſtas ſolidat, calor ematurat. Tu nobis vitam pariter totam dediſti; tu fructus meritorum tuorum ſtatim nos metere, & in conditis referre iuſſiſti. Relevaturus cenſum, definiſti numerum: reliqua debita remiſſurus,

la &. IAEGERVS. Deterior lectio eſt in *Guelferb.* Meliorem repoſuit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

Diu venturi] Id eſt, longe optatur. Conf. *Livin.* infr. ad Incert. Conſtantin. 13. 4. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. p. 153. *Burman.* ad *Quinctil.* Declam. I. c. 11. De voce *venturi* vid. 8. 3.

Paratus optatur] Vet. *partus.* PVTEANVS. *Partus* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Sive *partus.* ACIDALIVS. Loco τȣ *partus*, quod Codd. *Gud. Moerl.* exhibent, vitioſe *Rhenan. Stephan. Livin. paratus;* ſed vera lectio iam in *Francof. Gruteri* editione, ceterisque deinceps, reperitur. IAEGERVS. Praeterquam in pr. *Rivini*, deteriorem adhuc lectionem ſecuti.

Vagitus inconditi] *Guelferb. inconditu.* Conf. *Marckland.* ad *Statii* Silv. V. 5. 82.

Aeſtas flore ſolidat] *Pithoean. Ver elicit flores, aeſtas ſolidat;* vel ſic melius leg. *ver elicit, aeſtas ſolidat, calor ematurat.* Videtur enim τὸ *flore* expungendum, ut ſuperfluum. PVTEANVS. *Virgil.* Georg. lib. I. 179.

Area tum primum creta ſolidanda tenaci.

BAVNE. Cum *Putean.*, ut ſolet, *Moerl.* itemque *Gud.* conſentit. IAEGERVS. Dedi ſcripturam Codd., non tamen dubito, quin ſit legendum, *ver elicit flore, aeſtas ſolidat*, ni fallor, ad rei naturam.

Calor ematurat] An *calore maturat?* ut *flore ſolidat.* ACIDALIVS. & BAVNE. *Acidalii* coniectura eſt in *Chaſſen.* Non neceſſe, praeſertim ſi lectionem *flores* ſecundum Codd. tuearis.

Meritorum tuorum] Neſcio, an *munerum*, aut *remediorum.* ACIDALIVS. Nihil hic mutandum. Nam *mereri*, & *merita* poni pro benefactis certiſſimum eſt. *Donatus* ad *Terent.* Adelph. II. 1. p. 259. Ed. *Lindenbrog. Mereri & promereri eſt praeſtare beneficium.* Virgil. *Quique ſui memores alios fecere merendo. & — numquam, regina, negabo Promeritam.* Sic etiam *Seneca* Med. act. 2. v. 120.

Durus merita contemſit mea.

& Herc. Oet. act. 5. v. 1811. ſq.

Arcadum an populos petam,
Meritisque terram nobilem quaeram tuis?

& v. 1817. ſqq.

Thracias gentes petam,
Hebrique populos? haec quoque eſt meritis tuis
Defenſa tellus.

Add. *Iuvenal.* XII. 124. IAEGERVS. *Barthius* ad *Gratium* Cyneg. 191. inde pro virtutibus ſaepe accipitur. Idem ad *Rutilii* Iter I. 546. ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor. p. 677.

Inconditis] Vet. *in conditis.* PVTEANVS. *Condis*, *Bertin.* Mutile, ut opinor. LIVINEIVS. Potius *condita.* ACIDALIVS. Metaphora ducta a meſſoribus, qui non ſimul & metunt, & meſſes condunt in horrea. Mos autem bonorum Principum ſemper fuit, attritis bello, vel alia calamitate civitatibus, ac provinciis, onerum Fiſcalium vacatione, aut indulgentia ſubvenire. BAVNE. Nihil erat, quod *condita* mallet *Acidalius;* ſextum enim caſum in ſimilibus adhiberi docet *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 197. & ipſe ad *Sedulium* IV. 107. V. 200. ſunt autem *condita* horrea. L. 3. C. *Theod.* de Erogat. milit. annon. *de conditis ſpecies annonarias uſurpare.* L. 15. eod. *de conditis ſumere.* L. 16. eod. *ſpecies ex conditis excludere.* utroque loco poſtremo vide *Gothofredum*, & *Lindenbrog.* ad *Ammian. Marcell.* XXIX. 5.

Referre iuſſiſti] Lege, *iuſſiſti. Relevaturus.* ACIDALIVS. *Moerl.* & *Gud. in conditis ferre.* IAEGERVS. *Acidalii* emendatio pertinet ad quasdam Edd., in quibus poſt *iuſſiſti* poſitum eſt minus tantum diſtinguendae ſententiae ſignum.

5. *Definiſti numerum*] Scilicet cenſitorum. Sed & *quaeſiviſti* arbitror verum. Patet ex eo, quod ſequitur, *interrogaſti.* LIVINEIVS. Emendatione non opus. *Definitio* ad eos pertinet, qui tributa pendebant, de quo haec verba recte intelligit *Cellarius* infr. 11. 1. Ad hoc Conſtantini conſilium de cenſu Gallicano levando refert *Gothofredus* L. I.

rus, quantum deberemus, interrogaſti. Quae interrogatio manifeſta promiſſio fuit. Nam cum is, qui omnia poteſt, quid ſibi debeatur interrogat, non curioſe percunctatur, ut ſciat; ſed liberaliter cupit audire, quantum remittat.

CAP. XI. Separate igitur utraque dicam: neque enim quaſi per ſaturam con-

1. C. *Theodoſ.* Sine cenſ. vel reliq., quae ad Galliam Lugdunenſem pertinet: *Rei annonariae emolumenta tractantes, ut cognoſceremus, quanta reliqua per ſingulas quasque provincias, & per quae nomina ex huiusmodi penſitationibus reſediſſent.* conf. & Chronolog. Cod. *Theodoſ.* p. 5. diſſentit tamen a *Gothofredo Pagius* Diſſert. Hypat. p. 142.

Reliqua debita remiſſurus] Τὸ *debita* meo quidem palato gloſſam ſapit. Lego, eo remoto, *reliqua remiſſurus.* *Reliqua* abſolute uſurpari nemo neſcit: unde *reliquare*, *reliquator*, *reliquatio*, quae in optimo Gloſſario exponitur λοιπογραφία. Et in altero eſt; Λοιπὰ, *reliqua*, *reliquarum*, lego *reliquarium*, ut paullo ante, Λοιποδάριομ, *reliquarium*; Λοιπογραφία, *reliquatio*; Λοιπάζω, & Λοιπογραφῶ, *reliquo.* RITTERSHVSIVS. Gloſſema *debita Rittershuſio* apparet, & omnino ea vox poteſt abeſſe, quum non ignotum, quid *reliquorum* nomine, & verbo *reliquandi* ſignificetur. CELLARIVS. Bene removet vocem *debita Rittershuſ.* Sic Auctor ipſe infra c. 12. 4. *remiſſisque reliquis nihil eſt, quod reſpectandum, timendumque ſit.* & c. 13. 1. *quinque annorum nobis reliqua remiſiſti.* & ſ. 5. eiusdem cap. *valet, plena fuiſſe horrea, plenas cellas, cum in nullis reliquis haereamus.* & c. 14. 3. *Quam multi, Imperator Auguſte, quos inopia latitare per ſaltus, aut etiam in exſilium ire compulerat, iſta remisſione reliquorum in lucem exeunt.* V. quos laudat *Cort.* ad *Cicer.* Ep. ad Div. II. 13. 8. Gloſſam igitur hanc, a *Cellario* iam uncis incluſam, expungere non dubitavi. IAEGERVS. Contra Codd. vocem eiicere non ſum auſus, quamvis melius abeſſet. Conf. Gloſſar. Cod. *Theodoſ.* in V. & *Lindenbrog.* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 5. ex quo praeterea patet, male in *Guelferb.* legi *dimiſſurus*, & locis apud *Iaegerum*, adde ſupr. 9. 4.

Omnia poteſt] Bene *poteſt.* Nec male *poſſidet.* ACIDALIVS.

Liberaliter] *Libenter*, *Chaſſen.* Non placet. LIVINEIVS.

1. *Vtique dicam*] *Vtroque*, non *utique*, eſt in Vet. curte, integre in *Cuſpin. de utroque.* Sed nec male, *utraque dicam*, quod e *Bertin.* notatur. LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. utique; de utroque* habet etiam *Schonhov.*; *Gud.* & *Moerl. utrumque*; *Bert. utraque*, & ſic a *Francof.* deinceps reliqui omnes. Mihi prae ceteris placet lectio *Cuſpin.*, nec tamen extrudo vulgatam. IAEGERVS. Corruptum *utique* in pr. ſervavit *Rivinus.* Cum *utraque* notatur Cod. *Bertin.* auctoritate, neque ego intercedo, ceteroquin *utrumque* non male.

Per ſatiriam] *Satyria* genus edulii. RHENANVS. Vet. *ſatyram.* PVTEANVS. *Satyram* Vet. Schedae *Langii*; *ſaturam*, *Bertin.* Sequor *ſaturam.* Tu, mi Lector, *Feſtum* conſule in *Satura* LIVINEIVS. *Satura*, ut *Feſtus* lib. XVII. ſcribit, erat cibi genus, ex variis rebus conditum, vel, ſecundum aliorum interpretationem, genus carminis, in quo multis de rebus coniunctim, & confuſe diſputabatur, ex quo *ſatura lex*, quae multis aliis conferta legibus olim dicebatur, vel νόμος πολλὰ περιέχων, id eſt, lex, quae de pluribus rebus loquitur. Dicta a copia rerum, quaſi a *ſaturitate.* Hinc *Satyrae* nomen, quod vitiorum genus omne inſectetur. Inde etiam *ſaturum* carmen. BAVNE. *Feſtus Pompeius* in hac voce: *Satura & cibi genus dicitur ex variis rebus conditum: & lex multis aliis conferta legibus: & genus carminis, ubi de multis rebus diſputatur.* *Diomedes*, vetus Grammaticus, lib. III. capite de Poematis generibus: *Satyra, lanx referta variis multisque primitiis, quae in ſacro Diis inferebantur.* & paullo ante: *Olim carmen, quod ex variis poematibus conſtabat, Satyra vocabatur*, ut *Pacuvii*, & *Ennii.* Addit tertiam notionem pro *carmine maledico, quale ſcripſerint Lucilius, Horatius, & Perſius.* CELLARIVS. Confuſe, commixte. *Satura* enim eſt genus cibi ex variis rebus compactum; item genus quoddam carminis, quo de omnibus dicitur, *Satyra* etiam dictum, unde *Iuvenal.* Sat. I.

> *Quidquid agunt homines*, &c. *noſtri eſt farrago libelli.*

PATAROL. *Rhenan. Stephan. ſatyriam. Livin.* in contextu, & Cod. *Gud. Moerl. ſatyram. Bertin ſaturam*, quod, ut unice verum, in *Francof.* ceterisque Edd. legitur. *Per ſaturam* itaque ſignificat per quamdam confuſionem, & ſine certo or-

confundenda ſunt tanta beneficia. Septem millia capitum remiſiſti, quintam amplius partem noſtrorum cenſuum; & tamen, utrum ſufficeret
2 hoc nobis, ſaepius requiſiſti. O nos utrumne verecundos nimium dicam, an ſatis gratos? qui reticuimus, haeſimus, indulgentiae tuae am-
ple

ordine. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 29. 5. IAEGERVS. Recte *Patarolus*, & *Iaegerus*, quam in rem abunde ſatis facient notata a *Ruperto*, *Waſſeo*, & *Cortio* ad *Salluſtii* locum, *Lindenbrogio* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 6. neque alia erat ratio in *lege ſatura*, id eſt, quae de pluribus rebus, & diverſis agit, ut ſcribit *Iſidorus* Origin. V. 16. ubi ex optimo *Groningano* Cod. emendo, *quaſi a ſaturitate*, non *ſatietate*. De lege ſatyra egit *Prateius* Leg. Pop. R. T. V. Theſ. *Otton.* p. 514. Duplicem adpellationis rationem, vel a *ſatyra* lance, variis frugum primitiis referta, & in ſacris Cereris adhibita, vel a quodam farciminis genere, variis rebus condito, prodit *Schottus* Obſerv. Phil. I. 2. male *Legem Miſcellam* eodem modo explicuit *Cuiacius* Opp. T. X. p. 10. recte notatus a *Bachio* in Opuſcul. p. 198.

Tua beneficia]. Vet. *tanta*. PVTEANVS. *Tanta ben. Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* Reliqui omnes *tanta*. IAEGERVS. *Guelferb. confundenda tibi tanta ben.* Recepit *tanta* primum *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*.

Millia capitum] *Capita* ſunt tributa, quae in ſingula capita indicebantur. Gloſſae veteres: *Tributum capitulare.* ἐπικεφάλαιος φόρος. BAVNE. Cenſa erant XXV. millia: ex quibus VII. millia remiſſa, ſupra quartam ſummae partem, unde omnibus levamentum. Hoc ſupra c. 10. dixerat: *definiſti numerum.* CELLARIVS. & PATAROL. Conf. *Lipſ.* Excurſ. K. in lib. I. Annal. *Taciti.* IAEGERVS. Verba haec capit *Lipſius*, tam in loco apud *Iaegerum*, quam de Magnitudine Rom. II. 3. de cenſu in ſingula capita, ſive homines indicto, pro colonorum capite, de quo *Savaro* ad *Sidon.* Carm. XIII. vs. 20. idem ſentit *Valeſ.* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 5. *Sirmondus* ad *Sidonii* locum, & hic cum *Baunio Cellarius*, cui opinioni favere videtur locus infr. 12. 3. *parentes adultorum non poenitet filiorum, quorum onera ſibi remiſſa laetantur.* Eſt tamen, ut magis de indicto poſſeſſionibus tributo interpreter, iudicium ſecutus *Gothofredi* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 28. T. V. p. 131. huc enim pertinent, quae ſupra de agrorum modo dixit, praeſertim cap. 5. 5. *agros, qui deſcripti fuerant, haberemus, & Gallicani cenſus communi formula teneremur.* quod ad colonorum capita fruſtra trahas. cap. 13. 5. commoda ex Imperatoris indulgentia deſcribit; *plena fuiſſe horrea, plenas cellas.* cap. 14. 3. *deſinunt odiſſe agrorum ſuorum ſterilitatem, reſumunt animos, operi praeparantur, culturam* &c. cuius non alia poteſt eſſe ratio, niſi levatum in poſſeſſionibus tributum. Quantum vero locum ex cap. 12 adtinet, cum illic de *adultis filiis* loquatur, eorum potuit poſſeſſiones intelligere, quarum onera parentes remiſſa laetabantur, ſicut ex eadem ratione liberi, quod ait, parentes habuerunt cariores, & mariti coniuges non gravate tuiti, cum ita gravioris tributi onere ſoluti rem domeſticam facere poſſent auctiorem. Cenſus autem ille erat fundorum, & iugerum, L. 1. C. *Theodoſ.* Ne collat. tranſlat. poſtul. qui iugorum erat, dicitur *iugatio*, L. 3. eod. *iuga* enim terrae modum ſignificant, cui colendo per annum bovis erat iugo opus; inde *iugatio* eſt poſſeſſio per iuga cenſenda, a quo diſtabat *iugum iugeris*, quod erat, quantum per diem boum iugo exerceri poſſet. Vid. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 60. T. V. p. 132. a *iugatione* autem nihil differt *capitatio*, ita dicta, quia *capita* ſunt praedia, ex quibus praeſtantur tributa, Idem T. V. p. 131. quamvis de cenſu pro capitum, tam liberorum, quam ſervilium numero accipiat *Valeſius* ad *Ammian. Marc.* XIX. 11. Erat itaque *capitatio* canon, in cenſu publico pro capitum, ſeu iugerum, quae quis poſſidebat, modo praeſtandus, non a colonorum *capite*, ſed poſſeſſionibus dictus, quod, quibus locis dixi, pluribus perſequitur *Gothofredus.* Ab ea diſtinguenda eſt *capitatio animalium*, in L. ult. C. *Theodoſ.* de Collat. bonor. quae etiam una voce dicitur *capitatio* in L. 8. C. *Theodoſ.* de Erogat. milit. annon. a recto *capitum*, id eſt, iumentorum pabulum. *Heſychius* κάπετα interpretatur κτηνῶν τροφὴν, alio loco καπητὸν, a καπέω, ſive κάπτω, *edo, voro,* unde κάπη *praeſepe*, notante *Suida* in V. & *Salmaſio* ad *Vopiſc.* p. 354. κάπιτον habent Graeci poſteriores. Novell. XXV. cap. 6. §. 1. Edictum *Iuſtiniani* XIII. cap. 6. ubi *Gothofred.* καπίτων etiam dedit *Haloander* Novell. VIII. cap. 2. ubi alii καπιτατιώνων, conſ. *Hombergium.* hinc *capitum* ſumſerunt Latini. *Ammian. Marcell.* XXII. 4. *pabula iumentorum, quae vulgo dictitant capita.* ibi *capita* non eſt a *caput*, ut plerumque cen-

ple fluenti modum fecimus. Plus adhuc praeſtare cupiebas, ſi auſi fuiſſemus expoſcere. Quantum ſit hoc, Imperator, beneficium, quam neceſſa- 3
rium nobis, quam utile etiam devotionis officiis, non queo ſatis dicere. Remiſſione iſta ſeptem millium capitum, viginti quinque millibus de-

cenſent, ſed a *capitum*, quod, Lexicographis quidem, non tamen *Vicato* in iuris Vocabulario, eſt neglectum, neque *Albertio* ad *Heſychium* V. Καπητὸν, & ſaepe occurrit in Cod. *Theodoſiano*, ut *capitum petere*, L 7. de Erogat. milit. annon. ubi *Gothofred.*, *annonas & capitum conſequi*, L. 17. eod. *annonarias* (alii *annonas*) *neque capitum eſſe mandandum*, L. 1. de Domeſtic. quibus locis ad milites *annona*, ad equos *capitum* pertinet. Foede hinc corruptae ſunt Gloſſae Nomicae in Ἀλλιμκάπιτα, τροφεῖα τῶν ὀρφανῶν παιδῶν. Vir doctus apud *Schultingium* ſubſtituebat Ἀλιμέντα, quod iam, ſaltem ἀλλιμμέντα, in mentem venerat *Gothofredo* ad L. 7. Cod. *Theodoſ.* de Erogat. milit. annon. Ἀλλιμόνια, aut Ἀλιμόνια placuit *Rovero* ad Gloſſas Nomic. p. 55. *Iacobſono* autem ad Gloſſ. Nom. p. 11. Ἀλιμέντα πούβλικα, quia ex publico aluntur orbi, quales *puellas alimentarias* quidam interpretantur apud *Capitolin.* Anton. Pio 8. & exemplum in Nerva eſt apud *Aurel. Vict.* Epit 12. 4. & lege Conſtantini in L. 1. & 2. C. *Theodoſ.* de Aliment. quae inop par. Mihi tamen in Gloſſarum loco potius legendum videtur: Ἀλιμέντα. κάπιτα. τροφεῖα τῶν παιδῶν. ut duplex alimentorum genus indicetur, & equis, & pupillis praeſtandum; viam vero, ne quid diſſimulem, ad hanc coniecturam fecit *Gothofredus* ad L. 7. C. *Theod.* de Erogat. mil. annon. Veriſimiliter Gloſſae ſedes eſt in L. 2. C. de Curſ. Publ. *annonas & alimenta* (id eſt capitum) *pecoribus praeſtare.* forte etiam in L. unic. C. de Annon. legendum eſt, *pro annonis & capito*, non *capite*, niſi malles eadem ratione quoque *caput* fuiſſe adhibitum; ſaltem ſecundo caſu *capitum* occurrit in L. 13. C. *Theodoſ.* de Erogat. mil. annon. *ſpecies capitum annonarumve*, quamvis id pro *capituum* a recto *capitus* eſſe ſuſpicetur *Gothofredus*, ut *capitu* edidit *Haloander* in inſcriptione Tit. C. de Annon. & forte ex eo *capitibus* in L. 23. C. *Theodoſ.* de Erogat. mil. annon.

Quartam amplius] Vet. *quintam.* PVTEANVS. Liberalius *Bertin.* *quintam.* Mendoſe. Cenſa enim XXV. millia capitum. Infra mox: *Remiſſione iſta ſeptem millium capitum viginti quinque millibus dediſti vires*, &c. Iam duc, ſis, in digitos mihi quater ſex, fiunt XXIV. Quod excurrit; id eſt ſcilicet, quod hic ait *amplius.* LIVINEIVS. *Quintam* habent etiam *Gud.* & *Moerl.* Sed vera, & indubitabilis eſt vulgata. IAEGERVS. Non video; vera lectio eſt *quintam*, non *quartam.* Cenſa erant viginti quinque millia, in quibus *quintam* partem faciebant *quinque*, ſed ſeptem remiſit, adeoque amplius *quinta* parte.

Vtrum ſufficeret] *An ſuffic.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Gud. Moerl. an.* Fortaſſe melius. IAEGERVS. Non opus; Codd. enim illorum ſcriptura Gloſſae tribuenda videtur, quia *utrum* pro an, ſuppreſſo *an non*, poni docent exempla in Obſerv. Miſcell. Amſtelaed. T. X. p. 25.

2. *O nos*] *Chaſſen.* *Quos.* nihil muto.

Dicam nimium] Ita omnes Edd. *Guelf.* recte *nimium dicam.*

Satis gratos] Nove meis auribus pro impendio, & eximie. Quo ſignificatu in *Arnobio*, *Ammiano Marcellino*, Hiſtoriae Auguſtae Scriptoribus, *Sulpicio Severo*, ac, ni fallor, *Macrobio* legas. Graecis quoque ἱκανῶς eſt λίαν. Αἰσχρὸν καὶ ἱκανῶς ἀλόγιστον neſcio quis; alii paſſim. LIVINEIVS. Adverbium *ſatis* augendi, atque intendendi vim habere, multis bonorum Scriptorum ſuffragiis vincit *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* II. 7. 35. IAEGERVS. *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. 26.

Auſi fuiſſemus] *Eſſemus*, *Chaſſen.* LIVINEIVS.

3. *Imo beneficium*] Vet. *Imp. beneficium.* PVTEANVS. *Benef. Imp.*, *Chaſſen.* LIVINEIVS. Videatur transponendum alicui: *Quantum ſit hoc beneficium*, *imo quam neceſſar.* Ego aliter: *Quantum ſit hoc in nos beneficium*, *quam neceſſar.* ACIDALIVS. Vitioſam eſſe *Rhenani* lectionem, *immo* pro *Imperator* exhibentis, vidit *Acidalius*, & medicinam adferre voluit; ſed fruſtra fuit. Nam ceteri libri ſcripti, & editi omnes praeferunt *Imperator.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta; *Rhenanum* tamen ſecuti ſunt *Henr. Stephanus*, & in pr. *Rivinus.* In *Chaſſen.* non exſtat *Imperator*, ſed Cod. ille *Acidalii* coniecturam *imo quam* confirmat, neque ea lectio diſplicet.

Etiam devotionis] Τὸ *etiam* deeſt in *Moerl.* IAEGERVS. In Interpretatione, textui addita, *Baunius* explicat: *quam utile etiam ad praeſtanda obſequia, quibus tibi devovemur integra.*

Septem millium] XXV. homines centum pendebant,

dediſti vires, dediſti opem, dediſti ſalutem; pluſque in eo conſecu-
4 tus es, quod roboraſti, quam recidiſti in eo, quod remiſiſti; quatenus tantum tibi firmum, certumque redditum eſt id, quod irrito petebatur. Siquidem deſperatio perferendi debiti etiam id, quod dari poterat, inhibebat; nec erat ratio conandi, cum non eſſet ſpes ul-
5 la complendi. O divinam, Imperator, tuam in ſananda civitate medicinam! Sicut aegra corpora, & onerata ſtupentium torpore membrorum,

bant. Itaque huic eidem numero cum quartam amplius cenſus partem remiſiſſet, dedit vires XXV. millibus, effecitque, ut minore ſuo incommodo deinceps tributum ſolverent. BAVNE. Mox *Guelf. vigintique.*

Dedidiſti vires] *Dediſti* Vet. PVTEANVS. Etiam *Schonhovii* excerpta, cum depravata eſſet lectio in ſola *Rhenani* Edit.

Conſecutus es] Pluſque tibi conſecutus es ſublevando alios, atque ut facilius cenſum pendere poſſent efficiendo, quam tibi ademiſti ſuum ſeptem millibus tributum remittendo. BAVNE. *Chaſſen. quam roboraſti.*

Recidiſti] Puto legendum *quam reſcidiſti.* PVTEANVS. Et ita eſt in *Chaſſen.* Non opus. Conf. *Wopkens* Animadv. ad *Pacat.* p. 7. Not. ad *Pacat.* Paneg. 13. 2.

4. *Quater tantum*] *Pith.* legit, *quatenus tantum tibi firm.*; *Pulm. quater tantum tibi firm.* Forte legendum eſt, *quatenus tibi firmum*, &c. deleto *τῶ tantum*, quod ex praecedentis vocis ultimis ſyllabis conflatum eſſe exiſtimo. Vel ſic, *quatenus tum tibi firm.* &c. PVTEANVS. *Quartum*, *Bertin.* Rotunde hoc, non ex vero, ſiquidem quater ſeptem XXVIII. conficiunt. At cenſa dumtaxat XXV. millia capitum, ut iam iam dixi. LIVINEIVS. Diſtingue, *remiſiſti. Quater tantum* &c. ACIDALIVS. Rotundat numerum: nam quater ſeptem XXVIII. conficiunt, Auguſtoduni vero cenſa dumtaxat erant XXV. millia capitum. Hunc autem locum alio modo legunt, ſed male, meo quidem iudicio. BAVNE. *Gud.* & *Moerl. quatenus tantum.* Vulgata lectio, quam Edd. omnes tuentur, non videtur ſollicitanda. IAEGERVS. Quod de rotundo numero monet *Livineius*, eſt, quia cum aliis edidit, *quater tantum ter*, ſed cum poſtea illud *ter* mutatum ſit, ut mox adparebit, neſcio, quomodo amplius in rotundo numero quaeratur praeſidium, quod fecerunt, qui *Livineium* ſunt ſecuti. Quid *quater* ſibi velit, non perſpicio; dedi itaque ſcripturam *Guelferb.* aliorumque *quatenus.* Sententia eſt, Imperatorem plus hac remiſſione lucratum fuiſſe, quam perdidiſſe, quatenus de tributo integro, ex cenſu accipiendo, fieret certior, quod antea fruſtra petebatur, ſive pro parte, ſive in totum, cum neque id perſolverent, quod ſolvere poſſent, quia nulla umquam debiti complendi ſpes erat; ſed iam, parte remiſſa, nihil erat, quod de complendo debito amplius deſperarent, quo futurum eſſet, ut nullam in ſolvendo tributo moram facturi forent, ita autem Imperatori certum firmumque fiebat, id aerario perſolutum iri, quod antea magis fuerat retentum, etiam pro ea parte, quam ſolvere potuiſſent.

Ter firmum] *Tibi firm.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Belliſſime, ſed inſolens mendum, *καὶ δυσυποπότατον.* Mihi id a litterarum compendiis, quae non temere iam toties incuſo, arceſſere libido, in quîs *ti* repperi ſcriptum, ut *tr* explicate *ter* eſt. Incidit vero apud *Ciceronem* contra in L. Piſonem: *Atque ut tuum laetiſſimum diem cum triſtiſſimo meo conferam, utrum tandem bono viro & ſapienti optabilius putas, ſic exire* (e MS.) *a patria, ut omnes ſui cives ſalutem, incolumitatem, reditum* (forte *precarentur*) *precentur, quod mihi accidit, an, quod tibi* (*in provinciam* MS.) *proficiſcenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam, & perpetuam eſſe vellent?* hic, inquam, Vir & diligens, & optima fide, *Car. Langius* in MS. quodam privato legi annotarat, *unam ter illam viam* &c. perſpicuo mendo, quis neget? ſed ab eodem, ut exiſtimo, fonte. LIVINEIVS. Cur non ſecundo loco item *quater?* ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* Verum MSS. nos docent meliora. Cod. enim *Gud. Moerl.* una cum *Schonhov. Cuſp.* ceteriſque Edd. omnibus habent *tibi firm.* IAEGERVS. *Ter* tamen in pr. *Rivinus*, poſtquam *tibi* primus recepiſſet *Gruterus.*

Id quod] In *Guelf.* deeſt *id*; male.

Ratio conandi] Idem Cod. *ratio* omittit.

5. *Exacerbata torpebant*] Vet. *exagerata.* PVTEANVS. *Exaggerata* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *exacervata.* ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Steph. Livin.* Quae lectio cum ſit men-

rum, reſecata aliqua ſui parte, ſanantur, ut imminuta vigeant, quae exaggerata torpebant; ita nos, nimia mole depreſſi, levato onere, conſurgimus.

CAP. XII. Neſcit taxare indulgentiam tuam, qui te putat ſeptem millia
capitum ſola donaſſe. Donaſti omnia, quae ſtare feciſti. Quamquam enim 2
adhuc ſub priſtina ſarcina vacillemus, tamen levior videtur, quia vicino perfertur: exonerandi praeſumtio dat patientiam ſuſtinendi. Certe 3
&

mendoſa (*imminuta* enim, & *exacerbata* non bene ſibi invicem opponuntur, & *exacerbata* ut *torpeant*, vix poteſt fieri) *Livineius* e ſuo & *Bert.* Cod. notat *exaggerata*, uti legitur etiam in *Put.* & *Moerl.* idque editores reliqui recte receperunt. IAEGERVS. Etiam *exaggerata Guelferb.* primusque id dedit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum.*

Conſurgimus] Cum his contulit *Pricaeus Apuleii* locum Metam. VII. p. 145. *partem tanti ponderis, quoad reſurgerem, ſaltem detrahere.*

2. *Sarcina vacillemus*] Id eſt, ordinaria penſitatione, de qua imminutum erat nihil, tantum reliqua annorum aliquot remiſſa. *Vacillemus* ſic dixit, ut ſupra: *quibus in aere alieno vacillantibus*, &c. LIVINEIVS. & CELLARIVS. Conf. *Waſſe* ad *Salluſt.* Fragm. p. 39. Ed. *Haverc.*

Quia nemo praefertur] Forte, *quia animo praefertur.* PVTEANVS. *Vicino nemo praefertur.* Vet. *Bertin. quia nemo perfertur*, *Cuſpin. Quia nemo praefertur* maniſeſte nihili eſt, & corruptum. Equidem *perfertur* recte emendari nihil dubito, ut paulo ante *deſperatio perferendi debiti* &c. Difficilius, quod adhaeret, *nemo*; pro quo repoſueram ante veteres Codices inſpectos *animoſe*, hoc eſt, certa ſpe, & fiducia, ſcilicet ſolvendi, commode ad ſenſum, nec remote a litteris, ſed turbat ſcriptura vetus, quam non expedio. Tu cogita, ſis, amice Lector. LIVINEIVS. Corruptum. Sententia ſuadet, *quia non omnis porro feretur*, quod explicant ſequentia: *exonerandi praeſumptio dat patientiam ſuſtinendi.* Niſi forte eadem ſententia minore mutatione legendum: *quia non perferetur.* Ita *perferendi* verbo uſus videtur & paullo ſuperius: *Siquidem deſperatio perferendi debiti etiam id, quod dari poterat, inhibebat.* ACIDALIVS. In Edit. *Puteana* eſt, *quia nemo vieino praefertur.* Alii ſublata voce *vicino* legunt, *quia nemo praefertur. Acidalius*, *quia non omnis porro feretur.* Alii, *quia non perferetur.* Ex his omnibus coniecturis ita mihi reſtituendus integritati viſus eſt locus, *quia non omnis perfertur.* BAVNE. Vexatur hic locus, non tam ex membranis, quam coniectura Interpretum; *Acidalius*, *quia non omnis* (ſarcina) *porro feretur*, *Baunius*, *quia non omnis perfertur.* Senſus, quam verba, lucidior. CELLARIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin. Livineius* ex ſuo, & *Bert.* Cod. adfert, *quia vicino nemo praefertur*; & ita legitur in Edit. *Francof. Pariſ.* priore, *Patar. Cellariana*, *Gud.* & *Moerl. quia vicino perfertur. Puteanus* coniicit, *quia animo praefertur*, quod nullam ſpeciem habet. Facillima mihi videtur emendatio *Acidalii*, & ſenſui accommodatiſſima, *quia non perferetur.* Ex *no*, ſuperſcripta lineola, factum videtur *nemo*, & ex hoc *vicino*, quae vox totidem fere ductibus, quot *nemo*, conſtat. Haec prima mali labes. Deinde vox *nemo*, adſcripta in margine Codicis alicuius cum alio exemplo collati, in textum reducta. IAEGERVS. *Baunium* in textu exprimendo ſecutus eſt *Iaegerus*; *Rhenanum* vero in pr. *Rivinus*, in ſec. *Livineii* Codd. Non dubitavi in textum admittere egregiam *Guelferb.* & *Moerl.* ſcripturam, *quia vicino perfertur*, ſcil. ſarcina, ideo levior, quoniam eamdem ferebant vicini, illi nempe, quos memoravit, cap. 6. 1. Antea habuerant, quod quererentur, ſeſe gravius vicinis premi, ut illic expoſuit; iam, remiſſione facta, vicinis erant pares, quos ſarcinae illius ſocios habere dulce erat, eoque fiebat levior.

Exonerandi] Παθητικῶς. BAVNE. Sic non raro gerundia adhibentur. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 62. 8. Poſſit tamen h. l. ex ſuperioribus vox *ſarcinam* ſubaudiri. *Exonerare curas* dixit *Seneca* Hippolyt. act. II. v. 445. IAEGERVS. Vſum gerundii etiam adtigit *Gronov.* ad *Ciceron.* ad Attic. VII. 20. potius tamen *ſarcinam* ex praecedenti revoco; *ſarcinam exonerare* eſt quaedam ei eximere, & ita leviorem facere, ut *exonerare colos* apud *Ovidium* Faſt. III. 818.

Praeſumtio] I. e. ſpes, ac fiducia, qua nobis tam firmiter aliquid promittimus, ut iam *praeſumere*, ſeu ante capere, eoque frui videamur. Vid. *Schwarz.* ad Paneg. *Plinii* 79. 4. IAEGERVS. Eam *futuri praeſumtionem* dixit *Nazarius* Paneg. 20. ad fin. & *mente praeſumere* Incertus Maxim. 7. init. hoc ſenſu *praeſumtionem adoptionis emere-*
re

& nunc liberi parentes ſuos cariores habent, & mariti coniuges non gravate
tuentur, & parentes adultorum non poenitet filiorum, quorum onera ſibi re-
miſſa laetantur. Ita omnium pietas, olim feſſa, reſpirat, & ſuos quemque iu-
4 vat numerare ſecurum, cum plures adiuvant obſequia paucorum. Quo ma-
gis ſpe futuri temporis elevamur. Recreatur animus ſecuritate praeteriti, re-
miſſisque reliquis nihil eſt, quod reſpectandum, timendumque ſit, quod ali-
5 quid virium venturis penſitationibus necet. Ita duorum temporum, quae ſunt
maxima, moleſtia liberati ſumus; unum, atque id minimum, brevi labore trans-
6 igimus. Nam cum praeteritum tempus pro modo ſuo longum, futurum au-
tem infinitum ſit; praeſens tempus breve, & ſemper in partem utramque mu-
ta-

re dixit *Spartianus* Hadrian. 4. unde etiam *praeſumere* paſſim pro audere, ſibi adrogare, infra apud Incert. Conſtantin. 2. 3. *Cellar.* ad *Ruſi* Breviar. 7. & quae dixi in Miſcell. 6. p. 57. adde *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 44. & 108.

3. *Et tum*] Vet. *& nunc.* PVTEANVS. *Et nunc* Vet. *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Loco *τȣ nunc Rhenan. Stephan. Livin.* habent *tum.* Sed veram lectionem ſummo conſenſu MSS. & Edd ceteri tuentur. IAEGERVS. *Nunc* etiam recte *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta; iam recepit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes.

Adultorum] Vide *Senecam* I. de Clement. c. 13. PVTEANVS. *Plinius* Paneg. 27. 1. *Super omnia eſt, quod talis es, ut ſub te liberos tollere libeat, expediat.* IAEGERVS.

Quemque iuvat] *Chaſſen. quemquam.*

Adiuvant] *Moerl.* mendoſe, *advocant.* IAEGERVS. In interpretatione explicat *Baunius*, *cum multitudo capitum ſingulorum onus minuit.*

4. *Remiſſisque reliquis*] *Que* ignorat *Chaſſen.*

Reſpectandum] Retro ſpectandum: debiti nempe praeteriti, quod timorem incutiat. PATAROL. *Terent.* Adelph. II. 1. 3.

Quid reſpectas? nihil pericli eſt.

Pacatus 38. 1. *Ibat interim Maximus, ac te poſt terga reſpectans in modum amentis attonitus avolabat.* Non audiendus *Gud.* qui *ſpectandum* habet. IAEGERVS.

Aliquid virium] I. e. opum. Vid. *Burman.* ad *Ovidium* Metam. IX. 676. & ſupr. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 11. 2. —— *Penſitationes* eodem modo ſunt in L. 1. C. *Theodoſ.* Sine cenſ. vel reliq. *Venturis* deeſt in *Chaſſen.* Conf. de hac voce ſupr. 8. 3.

Necet] Forte *neget.* LIVINEIVS. In *Chaſſen.* eſt *nocet.* Vtrum *necare* habet inferendi damni notionem? ut *nex* pro damno in L. 13. D. de Minor. aliisque *Vlpiani* fragmentis; & quamvis huic ICto ea tantum adhibita ſignificatio videatur, forte tamen aliarum locutionum habet auctoritatem, qua defendatur. Conf. *Dukerum* de Latin. Vet. ICtor. p. 431.

5. *Vnum*] Praeſens videlicet tempus, atque id minimum. BAVNE. *Chaſſen. atque id nimium.*

6. *Futurum aut infinitum*] *Futurum autem;* ſic legendum. FABER. Vet. *autem.* PVTEANVS. Lege *autem.* ACIDALIVS. *Longum futurum aut infinitum ſit;* ſic, vitioſa diſtinctione, & corrupta voce *Rhenan.* & *Stephan.* Ceteri omnes recte. IAEGERVS. *Rhenanum* in pr. ſecutus eſt *Rivinus.*

Praeſens tempus] *Tempus* deleam. LIVINEIVS.

A praeterito] Praepoſitionem ignorat *Guelferb.*

Temporum indulgentiis] *Temporum praeteritorum*, *Chaſſen.* LIVINEIVS. Pluraliter etiam *Auſon.* Paneg. c. 32. 1. *Neque vero unum aliquod bonum uno die praeſtas, ſed indulgentias ſaeculares per ſingula horarum momenta multiplicas.* IAEGERVS. In *Guelferb.* eſt, *ſenſum non habet difficultas duorum t. i. coartatur.*

Et utriusque confinii] *Et* vacat, ut opinor. LIVINEIVS. Lege *confinium.* Vtriusque nempe temporis, praeteriti & futuri, praeſens dicit eſſe confinium. ACIDALIVS. Legendum alii putant *confinis*, vel *confinium.* BAVNE. & CELLARIVS. Sic Edd. omnes, praeter *Baunianam*, in qua legitur *utriusque confinis*, ut ad *terminus*, vel potius *annus* referatur. *Gud. Moerl. & utrumque confinii.* Quid? ſi legas: *poſitus, felicitati utriusque confinis.* IAEGERVS. Qui ſint, quibus *confinis* placuiſſe teſtatur *Baunius*, ignoro; hunc tamen

tabile, cum & a praeterito relinquatur, & tranſeat in futurum; unus hic annus prope ſenſum non habet difficultatis, duorum temporum indulgentiis coartatus, & quaſi terminus quidam poſitus felicitati, & utriusque confinii, quae nos & praeterito liberos facit, & in futuro ſecuros.

CAP. XIII. Quinque annorum nobis reliqua remiſiſti! O luſtrum, omnibus luſtris felicius! o luſtrum, quod merito hanc imperii tui aequavit aetatem! Nobis ergo praecipue te Principem Dii noſtri creaverunt, quibus ſingulis haec eſt nata felicitas, ex quo tu imperare coepiſti. Quinquen- 2
nalia tua nobis, etiam perfecta, celebranda ſunt. Illa enim, quinto incipiente ſuscepta, omnibus populis iure communia; nobis haec propria, quae ple-

men ſecutus id in textu admiſit *Iaegerus*. Mihi iuncti caſus diverſi videntur; annus erat in praeteriti & futuri temporis confinio terminus. Ita caſus ſunt iuncti apud *Iuſtinum*. II. 15. *munimenta hoſtibus & receptacula futuri belli exſtruant*. & XLIV. 3. 4. *plumbi uberrima tum & minio*. fruſtra ibi *Faber minii*. *Salluſt*. Iugurth. 7. init. *per vim & inſidiis*. ubi *Waſſe*; adde ad *Claudian*. II. Conſ. Stilicon. 326.

Qui nos] *Quae nos* Vet. *Bertin*. LIVINEIVS. *Quae* etiam *Guelferb*. & recepit *Gruterus*, cum ſequentibus praeter *Rivinum* in pr. Conf. mox notata.

Et in praeterito] *In* abeſt in Vet. *Bertin*. LIVINEIVS. *Qui nos & in praeterito*; ita *Cuſpin*. *Rhenan*. *Stephan*. *Livin*. Hanc lectionem, *quae nos & praeterito liberos facit*, *& in f. f.* receperunt Editores *Francof.*, *Pariſienſes*, *Cellarius*, *Patarol*. MS. *Moerl*. *quae nos & praeterito liberos facit*, *& in futurum ſecuros*. Quod ſi coniecturae noſtrae, in adnotatione praecedente propoſitae, locus detur retineam *quae*; ſin minus, malim *qui*, ut referatur ad *annus*. Particulam *in* ante *praeterito* non cenſeo delendam; nam *praeterito liberos facere* quo modo hic accurate dici poſſit, non video. *In praeterito liberos facere* autem adfine videtur locutioni, qua uſus eſt *Plinius* Paneg. 40. 3. *in praeteritum ſubvenire*, & *Sueton* Domit. c. 9 *venia in praeteritum donare*. Si lectio Cod. *Moerl*. *in futurum* recipienda eſſet. etiam hic *in praeteritum* legi deberet. IAEGERVS. Etiam *Guelferb*. *quae nos & praeterito*. Hanc lectionem poſtquam dediſſet *Gruterus*, omnes praeter *Rivinum* expreſſerunt, & poteſt abeſſe praepoſitio.

1. *Aequavit aetatem*] Hoc eſt, ſpatium & tempus, id eſt, quinquennium. Infra mox: *Quinquennalia tua nobis etiam perfecta celebranda ſunt*. LIVINEIVS. Luſtrum imperii tui. BAVNE. Quintus tum annus Conſtantini prope exactus erat, quae *quinquennalia perfecta* mox vocat: quinque etiam annorum reliqua Flavienſibus remiſerat. Haec eſt illa aequatio. CELLARIVS. & PATAROL. Hanc ἔνστιν, explicata ratione cenſus, ſeu collationis luſtralis, & definito accurate tempore, quo haec Oratio habita fuit, praeclare illuſtravit *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 125. ſq. & p. 142. IAEGERVS. *Pagio* iunge *Scaliger*. de Emendat. temp. p. 501. *Ianuar*. ad *Sigon*. de Occid. imp. II. p. 71. Opp. T. I. Part. II.

Dii creaverunt] *Dii noſtri* Vet. PVTEANVS. *Dii numinum*, *Bertin*. Forte *immortales*. LIVINEIVS. Etiam *Guelf*. *Dii noſtri*; ob *nobis* vocem inſerui. Conf. ad *Eumen*. Pro inſtaur. Schol. 1. 2. Conſtantino 16. 9.

Quibus ſingulis] Arbitror rectum *ſingularis*. LIVINEIVS. Mihi vulgata eſt fortior, ut neminem excipiat.

2. *Perfecta*] Haec propria Flavienſium erant, in beneficii memoriam celebranda. CELLARIVS. Nempe finita. Vota enim illa, quae ſingulis luſtris fiebant, ante ipſorum finem ſane nuncupabantur, ut patet ex nummis Imperatorum, quos ſcimus luſtro minus imperaſſe, ut in illis Conſtantini Iun., Maguentii, ac Decentii; plerunque vero ſub initium, ut patet ex nummis Ioviani, qui imperavit tantum menſes octo. PATAROL. Conf. ad *Mamertin*. Genethl. 1. 3.

Quae te incipiente ſuſcepta] *Quanto incipiente* Vet. *Cuſpin*. Emenda *quinto* ex *Bertin*. LIVINEIVS. Confert Quinquennalia Conſtantini cum remiſſione tributi in quinque annos, quam ſingulis conceſſit. BAVNE. Ex hoc conſtat, Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia ineunte anno, a quo nomen habent, fuiſſe celebrata. CELLARIVS. *Quinto*, ſubintellige *anno*. PATAROL. *Rhenan*. *Stephan*. *Livin*. *quae te inc*. *Quinto* recte reliqui. *Gud*. *quinto incepiſti*, deleto τῷ *ſuſcepta*. IAEGERVS.

3 plena ſunt. Praeclara fertur Catonis oratio de luſtri ſui felicitate. Iam tunc enim, in illa vetere republica, ad Cenſorum laudem pertinebat, ſi luſtrum felix condidiſſent, ſi horrea meſſis impleſſet, ſi vindemia redundaſſet, ſi oli-
4 veta larga fluxiſſent. Quid ergo nos convenit gratulari de hoc indulgentiae tuae luſtro? luſtro, quo, licet nulla frugum ceſſarit ubertas, feciſti ta-
5 men, ut omnia videantur fuiſſe largiora, quam fuerint. Valet enim, nos tantum habuiſſe, quantum debere deſinimus: valet, plena fuiſſe horrea, ple-
6 nas cellas, cum in nullis reliquis haereamus. Hoc nobis eſt iſta largitio, quod terra, mater frugum, quod Iupiter, moderator aurarum. Quid-

quid

RVS. *Quinto incipiente* primus recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*. Alteram lectionem, *te incipiente*, ad id refert *Acidalius* ad *Tacit.* Annal. I. 19, quod lectis Imperatoribus *ortus* tribuitur, de quo dixi ad *Mamertin.* Paneg. Maxim. 6. 2. Incertum Maximian. 1. 1. V. D. ad eumd. 4. 3. ſed rei naturae parum convenit haec interpretatio; non enim Quinquennalia ſuſcipiebantur, cum lectus eſſet Imperator, & vulgatam tuentur dicta ad *Mamertin.* Genethl. 1. 3.

Plena ſunt] I. e. exacto prope anno quinto celebrantur. IAEGERVS. Eadem ſunt, quae modo dixit *perfecta.* Conf. *Gruner.* ad *Aurel. Vict.* O. G. 12. 2.

3. *Catonis oratio*] De Cenſura. Sic adducitur a veteribus Grammaticis. PVTEANVS. Luſtrum condidit A. V. C. DLIX. P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino Coſſ. Orationis quidem in veteribus Grammaticis qui exerte meminerit, nondum repperi. *Antonius Riccobonus* de *Priſciani* ſexto e *Cenſura de veſtitu & vehiculis* haec adducit: *Nam periniurium eſt, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, ubi datus eſt* (forte *tum uti*) *tamen uti eos mutem, atque alii modi ſim*; ſed ea an haec noſtra ſit, non habeo affirmare. Nota etiam *De ſuis virtutibus contra Thermum* in *Feſto* pluries, ſed quae ne ipſa quidem liquido huc pertineat. LIVINEIVS. Nullibi, quod ſciam, extat illa Oratio; laudatur tamen a veteribus Grammaticis. BAVNE. Cuius nihil, & vix nomen ſupereſt. CELLARIVS. Marci ſcilicet Catonis Cenſorii, qui circa medium ſexti ab V. C. ſaeculi floruit, vir literis & armis clarus, quare dicitur a *Plinio* lib. VII. cap. 27. *optimus Orator*, *optimus Imperator.* Orationum eiusdem mentio fit apud *Priſcianum* lib. VI. & *Gellium* lib. XIII. cap. 17. PATAROL.

Condidiſſent] *Guelferb. condidiſſet*, & ita ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus.* Vulgatum iam dedit *Livineius.*

Redundaſſet] Conf. ad *Eumenium* Conſtantio 21. 2.

Larga fluxiſſent] Forte legendum, *large fluxiſſent.* PVTEANVS. Forte legendum, *ſi olivitas larga fluxiſſet.* ut infr. in Grat. act. *Mamertin. Vna certe unius eſt hiemis olivitas.* RITTERSHVSIVS. An *large?* BAVNE. Sed in *Mamertin.* Genethl. 3. 5. ubi quidam Editores pro *tacitae* adverbium *tacite* praeferunt, *Schwarzius* adiectivum, ut elegantius, tuetur. Conf. etiam *Burman.* ad *Phaedr.* II. 6. 13. IAEGERVS. Dixi ad *Arator.* I. 425. II. 413.

4. *Indulgentiae*] Reſpice ad 1. 3.

Luſtro? quo] *Luſtro* abeſt in Vet. LIVINEIVS.

Ceſſarit ubertas] *Fuerit ub. Chaſſen.* IDEM. *Chaſſen. fuerit*, quod melius videtur convenire cum *parcius dederant*, ſect. 6. IAEGERVS. *Guelf.* vulgatum habet.

Videantur fuiſſe largiora] *Larg. vid. fuiſſe* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS.

5. *Deſinimus*] *Debuimus*, *Chaſſen.* Forte *deſivimus.* IDEM. Huic coniecturae favet *Guelferb.* in quo *deſcivimus.*

Nullis reliquis] Cum expediti ſimus cura ſolvendi, quod reliquum erat. BAVNE.

6. *Hoc nobis eſt*] Tua illa liberalitas nobis eſt inſtar abundantis terrae, &c. IDEM.

Quidquid illi] Id eſt, utcunque, quam libet. Auctor Aetnae:

> *Quidquid in antiquum iactata eſt fabula carmen.*

Hoc vult, opinor, utcunque Aetnaei incendii cauſa antiquorum carminibus fabuloſe explicata, & prodita eſt. *Agellius* XII. cap. 1. *Quidquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor eſt, ſed civilis, & opinabilis.* *Rutilius* Itinerario altero,

quid illi parcius dederant, nobis tamen ex beneficio tuo natum eſt.
CAP. XIV. Quaenam toto orbe terrarum auri, argentique metalla tam
larga ſunt? quis Tagus, quisve Pactolus tanto fluxit auro, quantum libera-
litate tua conſecuti ſumus? non enim maioris eſt muneris abs te accepiſſe.
Quinimo, quanto eſt durius extorqueri, quod proprium fuerit, quam 2
non adquirere, quod fuerit alienum; tanto dulcior eſt remiſſa ſolvendi ne-
ceſſitas, quam lucrandi optata commoditas. Quam multi, Imperator Augu- 3
ſte, quos inopia latitare per ſaltus, aut etiam in exſilium ire compule-
rat, iſta remiſſione reliquorum in lucem exeunt, in patriam revertuntur,
de-

ro, de Stilicone:

Dumque timet, quidquid ſe fecerat ipſe timendum,
Immiſit Latiae barbara tela neci.

LIVINEIVS. Conf. *Burman.* ad *Petron.* c. 99. ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. XII. 6. Not. ad *Calpurn.* Eclog. IV. 12.

Parcius dederunt] Vet *dederant.* PVTEANVS. *Dederant* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Rectius ex Cod. *Liv. Bert. Put. Moerl. dederant* ceteri. IAEGERVS. Quibus etiam adcedit *Guelferb.* iamque recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Natum eſt] *Gud.* non bene *tutum eſt.* IAEGERVS.

1. *Tagus*] Noti fluvii, ille Hiſpaniae, hic Lydiae, de quibus fabulati Poetae, quod auro fluxerint. PATAROL.

Fluxerunt] *Fluxit* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Gud. fluxit.* IAEGERVS. Et hoc praetuli, propter notata ad *Mamertin.* Genethl. 7. 4. in *Puteolani* Edit. *flexerunt* eſt a typographo.

Nos enim] Forte ſic legendum, *non enim maioris eſſet muneris*, &c. PVTEANVS. *Non* Vet. *Bertin.* Mendoſe, ut puto. LIVINEIVS. *Non enim*, ſic duo MSS. forſan non male, etſi haud omnino reiecerim lectionem antea vulgatam, *nos enim maioris*, imo praeponam alteri; quamvis tamen haud ſatis intelligam, quid alterutra ſibi velit. GRVTERVS. Lego *non.* Ait, non minoris eſſe muneris remiſſionem debiti, quam largitionem beneficii. Non maius munus accipere, quam non ſolvere. ACIDALIVS. Si valet *non*, quae ſequuntur *abs te accepiſſe* opponenda ſunt τῷ *remiſiſſe.* Hoc eſt, ſi ipſis tantum pecuniae donaſſet, quantum remiſit reliquorum, & capitationis, non ideo maius munus, aut illuſtrius donum fuiſſet. CELLARIVS. *Nos Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Lectionem, quam *Livineius* immerito damnavit, exhibent *Francof. Pariſ. Cellar. Patar.* & Cod. *Moerl.* IAEGERVS. *Non* etiam *Guelferb.* quod recte recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Ex vetuſta lectione emendabat, voce traiecta, *Stewechius* ad *Arnob.* adverſ. Gent. IV. p. 97. *nos conſecuti ſumus? enim maioris.* ſed non opus, recte enim explicuit *Acidalius.* Facile illud *non* in *nos* abire potuit. Apud *Martialem* Epigr. XIII. 6. ex *Thuaneo* notatum habeo, *Non alicam*; contra in *Horatii* loco apud Scholiaſtem *Iuvenalis* Sat. VI. 366. repone *nos.* adde *Drakenb.* ad *Livium* III. 9. 5.

2. *Quanto eſt*] *Guelferb. tanto.* male. —— Mox *proprium* notat, quod ſuum eſt, & in dominio. *Gruner.* ad *Victor.* Caeſar. 14. 5. eodemne modo Iudae proditoris τόπον ἴδιον capias? apud *Lucam* Act. Apoſt. 1. 25. ut indicetur ager, pecunia Iudae data emtus, ſive χωρίον αἵματος, ut ibi dicitur vs. 19. non definio. Hac notione *ſuus proprius* aliquando iungitur, quam melioris eſſe Latinitatis locutionem docet *Bauldri* ad *Lactant.* M. P. 44. unde *Ciceronem* pro Sext. 7. contra *Erneſtium* recte tuetur amiciſſimus *Nodell.* Obſerv. Crit. cap. 7.

Dulcior eſt] Inverſo *Guelferb.* ordine, *eſt dulcior.*

3. *Latitare*] Ideo *Iuvenal.* Sat. IV.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

PATAROL.

Et in patriam] Vet. delet *&.* PVTEANVS. Abeſt *&* Vet *Bertin.* LIVINEIVS. Abeſt recte. RITTERSHVSIVS. *Et in*, ita *Cuſpin. Rhenan. Steph. Livin.* τὸ *&* abeſt in *Moerl.* Etiam poſteriores Editores omiſerunt. IAEGERVS. Omittit quoque *Guelferb.* & inter Editores primum *Gruterus*,
qnem

deſinunt priſtinam accuſare pauperiem, deſinunt odiſſe agrorum ſuorum ſteri-
litatem, reſumunt animos, operi praeparantur, culturam melioribus adnitun-
4 tur auſpiciis, reviſunt domos, referunt vota templis! Praeſertim cum tu o-
mnium

quem praeter *Rivinum* recte reliqui ſunt ſecuti; nulla enim eſt particulae hic inſerendae idonea ratio.

Deſinunt] *Cuſpin.* & *Schonhov.* bis *deſinant*; ſed hoc locum habere non poteſt. IAEGERVS.

Pauperiem] *Moerl. paupertatem.* IDEM.

Praeparant culturam] Sic Vet. *operi praeparantur*, *culturam mel.* PVTEANVS. Aliter haec in Vet. qua ſcripta, qua diſtincta, *reſum. animos*, *operi praeparantur*, *culturam melior.* &c. parum ad ſtomachum meum, quis enim ſic loquatur? *culturam anniti.* LIVINEIVS. *Reſumunt animos*, *operi*, forte, *reſumunt animos operi*, *praeparant cult.* vel potius, *reſumunt animos*, *manus operi praeparant*, *cultura melioribus.* ACIDALIVS. Sine praepoſitione poſuit & *Plinius* Ep. VI. 18. 1. *Quod ego —— adnitar*; ſed non probanda eſt idcirco lectio, quam damnat *Livineius.* Reperitur eadem & in *Cuſpin.* Ed., excepto, quod haec, uti etiam *Rhenan. Stephan.* & *Schonhov.* pro *praeparantur* exhibet *praeparant.* Quod *Acidalius* coniicit, neque neceſſarium eſt, neque probabile. IAEGERVS. *Praeparantur* etiam *Guelferb.* quod revocavi, omnibus enim verbis ſuum additur ſubſtantivum, quod ceteroquin in *adnituntur* abeſt. Neque video, quare *culturam adniti* non poſſet dici, quamvis in *Chaſſen.* ſit *admittuntur*, ita enim apud *Plinium* VI. Epiſt. 18. 1. *quod ego, quamquam pluribus occupationibus diſtentus, adnitar.* *Symmachus* Epiſt. I. 21. *adnitentur artes bonas*, & IX. 86. *arduum laudis adnititur.*

Dona templis] Vet. *vota.* PVTEANVS. *Vota* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. In Edd. *Rhenan. Stephan. Livin. dona*; ſed haec vox videtur interpretamentum eſſe exquiſitioris *vota*, quae in Codd. *Gud. Moerl.* itemque *Cuſpin.* ceteriſque Edd. invenitur, & hic res voto dicatas Numini ſignificat, uti *Petron.* c. 89. *ſtipant graves equi receſſus Danai*, *& in voto latent*, h. e. in equo votivo, Palladi ſacrato. Eaedem voces miſcentur quoque in *Sedulio* Carm. III. 128. ubi *Grunerus* bene adſerit *vota.* IAEGERVS. *Vota* primus reddidit *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* reliqui ſunt ſecuti; recte, ex eadem ratione, qua illud prae *donis* etiam placebat *Heinſio*, & *Burmanno* apud *Virgil.* Aeneid. VIII. 61. *Dona* magis pertinent ad rem peractam, ut apud *Ovidium* Heroid. I. 27.

Grata ferunt Nymphae pro ſalvis dona maritis.

vota ſunt rei futurae, & nondum conceſſae, quae huius loci eſt proprietas. Noſter Conſtantino 21. 3. *Diis immortalibus ferre, quae voveras.*

4. *Praeſertim cum*] Clarius mihi quidem videatur, *praeſertim vero cum tu*, &c. immiſſo *vero.* LIVINEIVS.

Omnium noſtrorum] Forte *noſtrum.* IDEM. Ita legitur in Edd. omnibus. *Livineius* coniicit *noſtrum*, & ſic habet exſerte *Moerl.* Facile haec permutantur, cuius rei exemplum vidimus ſupra c. 8. 2. ubi omnes alii *noſtrum*, *Moerl. noſtrorum.* IAEGERVS. *Iaegeri* exemplo id in textum admiſi. Conf. *Wopkens.* ad *Sedul.* V. 337. neque aliter capio verba in §. 1. I. de Teſtam. ordin. *quod procinctum dicebatur*, i. e. procinctorum; male *noſtrorum* eſt in *Moerl.* ſupr. 8. 2.

Reſervator] Vet. *conſervator.* PVTEANVS. *Conſervator* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. reſervator*, quas voces itidem miſceri adnotavimus ad Paneg. VI. 20. 3. IAEGERVS. *Conſervator* etiam *Guelferb.* idque iam recepit *Paull. Stephanus*, quem reliqui ſunt ſecuti. Recte, propter Codd. auctoritatem, quamvis altera poſſet lectio inde praeſidium habere, quod apud hos Auctores vocabula ex *re* compoſita ſimplicis paſſim notionem habeant. Conf. *Iaeger.* ad *Mamertin.* Maximian. 11. 3. & *Eumen.* Conſtantino 20. 3. & quae dixi Specim. Obſerv. cap. 8.

Et quaſi illa maieſtatis] Forte *& quaſillus maieſtatis.* RHENANVS. Vet. *ille.* Forte legendum, *adveneris*, *aut quis alius maieſtatis tuae comes ac ſocius*, *flag.* &c. ut Panegyrico praeced. cap. 2. vel ſic legendum, *adveneris*, *quaſi illa maieſtatis tuae comes & ſocia flagrabit tota civitas.* *Maieſtatis comes* propter veterem ſplendorem, & fraternitatem Pop. Romani, de qua ſupr. cap. 3. *Quo nomine*, inquit, *& communitas amoris apparet*, *& dignitatis aequalitas.* PVTEANVS. *Ille* Vet. *Bertin.* Arbitror verum, ſed & verba quoque tranſponam, *& ille quaſi maieſt.* &c. etſi, quem velit, non expedio. Fortean Fauſtum e Minervina filium. LIVINEIVS. *Rhenanus*, *quaſillus.* Quid hoc emendationis? Lege, *& pietas illa maieſt. t. comes & ſocia.* *Pietatem*

vo-

mnium noſtrum conſervator adveneris, & quaſi ille maieſtatis tuae comes & ſocius, flagrabit tota civitas, gaudiis perſtrepet, &, cum proficiſceris, fortaſſe retinebit. Dabis enim veniam amori noſtro, contumeliam feres. Omnium ſis li-

vocat benignitatem illam, qua in Flavienſes erat uſus. ACIDALIVS. Fortaſſe *quaſi ille.* RIVINVS. Quis ille? ſunt, qui Criſpum filium intelligant. Sed hic nondum Caeſar, atque ita neque ſocius. Libri *illa* habent ſequiori genere. Quod ſi etiam *ſocia*, peracta res eſſet, & ultro *Acidalio* accederem. CELLARIVS. Varie legitur hic locus a Criticis. Conieсto legendum *quis*, quaſi dicat, quisquis ille eſt maieſtatis tuae comes, &c. intelligens fortaſſe Criſpum, Conſtantini filium, qui Patrem tunc ſequeretur, quod opinatus eſt etiam *Livineius.* PATAROL. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Pro *illa* Cod. *Livin. Bertin. Put. Moerl. ille*, quod editores poſteriores amplexi ſunt. *Puteanus* coniicit, *aut quis alius*, ſed quisnam hic ſocius, & comes maieſtatis ſit habendus, non indicat: nec ſibi ipſe ſatis feciſſe videtur hac coniectura. Profert enim alteram, *quaſi illa maieſtatis tuae comes & ſocia flagrabit tota civitas. Maieſtatis comes* propter veterem ſplendorem, & fraternitatem Pop. Romani, ſed haec ratio admodum aliena eſt h. l. *Acidalio* accederet *Cellarius*, accederemus & nos, ſi libri pro *ſocius* haberent *ſocia.* Verum cum in nullo eorum ita legatur, potior nobis eſt ſententia *Livineii.* Filius enim Conſtantini dicitur tantummodo *quaſi* ſocius maieſtatis; & ſic, puto, dici potuit, licet nondum re ipſa eſſet Caeſar. *Plinius* Ep. VIII. 16. 1. permittit ſervis, *quaſi teſtamenta* facere, quae legitimis opponuntur. ſect. 2. ſervis —— *quaſi civitas* eſt domus, quae a vera civitate diſtinguitur. Similiter etiam *quaſi ſocius maieſtatis* eſſe poteſt, qui a vero ſocio, i. e. Caeſare, differt, eamque dignitatem nondum eſt conſecutus. IAEGERVS. Haec ſi vera foret interpretatio, magis ſcripſiſſet, *ille maieſtatis tuae quaſi comes*; idem ſenſiſſe videtur *Livineius*, vocum traiectione ſuccurrendum ratus; non aliter enim *quaſi* iungitur in exemplis apud *Iaegerum*, & apud *Mamertin.* Genethl. 17. 2. *quaſi regem*; *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 2. 4. *quaſi pulvere.* & centena ſunt in iure noſtro exempla, quorum quaedam habet *Heineccius* Elem. ad Inſtit. I. §. 303. qui id a Stoicorum ὡσανεὶ ICtos tranſtuliſſe cenſet: *Labbei* Gloſſas hac auctiores exhibet MS. apud *Albertium* Gloſſar. p. 246. Κούαμ ἐξ φαμίλιε, ὡσανεὶ ἐκ φαμιλίας. ubi egregie emendat Vir Cl. Κούασι. Eſt tamen apud *Mamertinum* Genethl. 8. 7. *vos fertis quaſi ambo iuniores.* In *Guelferb.* etiam legitur, *& quaſi ille maieſtatis comes & ſocius.* Emendandum puto, *&*, *qua ſit illa maieſtatis comes & ſocia*, ut duo ſignificet, *&* civitatem flagrare, *&* eamdem eſſe profecturum Imperatorem retenturam. Sententia igitur eſt; tota civitas flagrabit, ſive omnes confluent cives ea via, qua, te adveniente, maieſtatis tuae in via ſint *comites*, & publicae laetitiae *ſocii*; ita enim *comitem*, & *ſocium* aliquando diſtingui docet *Burman.* ad *Lucan.* II. 346. *Socia* facile in *ſocius* abire potuit, ſi litteram *a* pro vulgari ſyllabae *us* in Codd. nota habuerit Librarius. Retinui tamen, quod inde a *Grutero*, praeter *Rivinum*, conſtanter fuit editum.

Maieſtatis tuae] Vet. delet *tuae.* PVTEANVS. Etiam *Guelferb.*

Flagrabit] Nihil additur, niſi ex ſequentibus *gaudiis* iungere velles. Sed utrum *flagrare gaudio* aeque dicatur, atque *amore*, *ſtudio*, ſimilibusque animi adfectibus? huc enim non facit *flagrare rumore malo*, apud *Horatium* I. Serm. 4. 125. & *ignominia ac pudore*, *Florum* II. 18. 7. eſt tamen *calere gaudio* apud *Mamertin.* Genethl. 10. 5. ubi ſuſpicabar, utrum ad aras victimaſque caeſas forte hic locus pertineat; iam vero malim de civium ad vias, per quas tranſibat Imperator, confluentium frequentia capere, eo modo, quo loca ſimili in re *fervere* dicuntur, & *flagrare* de domo interpretatur *Erneſti* Clav. *Ciceron.* V. *Flagrare*, & *cuncta gaudio calere* dici poſſunt apud *Mamertin.* Genethl. d. l.

Amoris noſtri] Sic hic locus legendus, & diſtinguendus. Primum ex *Pulm.* & *Fabr.* legendum: *dabis enim veniam amori noſtro*, quae verba debent includi parentheſi, *contumeliam feres omnium*, *ſis licet dominus urbium*, *omnium nationum. Nos tamen etiam nomen accepimus tuum iam: nam antiquum Bibracte*, *quo huc usque dicta*, &c. PVTEANVS. Quod cum iniurioſum tibi eſſe videatur, tamen ex amore tui faciemus. BAVNE. *Amori noſtro* etiam *Guelferb.*, quod, mutata interpunctione, recepi. cum antea legeretur, *dabis enim veniam*, *amoris noſtri contumeliam feres.* Maxime praeterea blanditur. *Puteani* opinio, qua *contumeliam feres* ſequentibus iungantur, & nova fiat periodus in *Nos tamen*, quamvis *omnium* non ad *contumeliam*, ſed ad *urbium* refe-

licet dominus urbium, omnium nationum, nos tamen etiam nomen accepimus tuum iam, non antiquum; Bibracte quidem hucusque dicta eſt Iulia, Pola, Florentia; ſed Flavia eſt civitas Aeduorum.

ferendum putem, quia eadem eſt conſtructio in *omnium nationum*. Sententia itaque eſt, contumeliam feres, eamque tibi inferre audebimus, quamvis ſis omnium urbium dominus; id vero dabis amori noſtro, praeſertim quia & nomen tuum accepimus. Cum tamen vulgata etiam interpunctio nihil habeat, quod ſententiae obſtet, eam retinui.

5. *Et nomen*] *Etiam* Vet. PVTEANVS. *Etiam* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. etiam* Cod. *Moerl* & reliqua typis edita exempla. IAEGERVS. *Etiam* pariter *Guelferb.*, quod iam recepit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes.

Antiquum. Bibracte quidem] Sic Vet. *antiquum Bibracte quod hucusque.* PVTEANVS. *Bribracte; Bibracte* Vet. *Rhenan. Chaſſen. Bibracte quod* Vet. *Bertin.* *Non antiquum* Auguſtodunum, ut iam diximus, non Bibracte, quod oppidum, & ipſum eſt in Aeduis. Quae deinceps ſequuntur, mihi quidem incerta, & obſcura. Quis eſt enim hic Iulius Polius Florentius? aut quis transnominatum ab eo Bibracte in omni memoria prodidit? Deinde, quae haec tam inſulſa hominis novi cum Gente Flavia commiſſio, quae ab D. Claudio Auguſto eſt ad Conſtantinum propagata? Inepta quoque illa, *ſed Flavia eſt civitas Aeduorum.* Quaſi vero non & Bibracte in Aeduis! Itaque, ut ſemel dicam, omne hoc, quo de loquimur, ut nullo iure huc intruſum, abeſſe iubeo, & relego, de eoque equidem te, frequens Lector, in ſuffragium mitto. LIVINEIVS. Dubito an, *accepimus tuum. Iam antiquitus Bibracte quidem*, &c. ACIDALIVS. Hoc eſt, inquit *Valeſius* in ſua Notitia Galliarum, Bibracte quidem in Aeduis, ut & Pola Iſtriae, & Florentia Tuſcorum a Iulio Caeſare nomen acceperunt, & *Iuliae* ſunt cognominatae, at civitas Aeduorum primaria, nimirum Auguſtodunum, a Flavio Conſtantino, & Flavio Conſtantio, reſtitutoribus ſuis, *Flavia*, incolae *Flavienſes* appellantur. BAVNE. & CELLARIVS. *Bibracte*, Burgundiae oppidum in ipſis Aeduis, nunc *Beuret*, ab Auguſtoduno, ſeu Flavia noſtra non multum diſtans. Quae ſequuntur, multum negotii Criticis faceſſunt, valde quidem implicita. Nec acquieſco iis, quae P. *de la Baune*, & *Cellarius* ex *Valeſii* Notit. Gall. proferunt, ut ſit ſenſus: Bibracte quidem in Aeduis, ut & Pola Iſtriae, & Florentia Tuſcorum a I. Caeſare nomen acceperunt, & *Iuliae* ſunt cognominatae; at civitas Aeduorum primaria, nimirum Auguſtodunum, a Flavio Conſtantino &c. *Flavia*, incolae *Flavienſes* appellantur. Quoad me enim, haec pariter interpretatio ſuos patitur Manes, & mera divinatio eſt, neque, ut ego ſic capiam, lectio patitur. *Pighius* cuncta illa nomina de Bibracte dici putat, quaſi ex terna Coloniarum deductione dicta fuerit, primum Iulia, mox Polia, inde Florentia; & quidem in tanta loci huius obſcuritate non contemnenda Viri docti eſt coniectura. PATAROL. Pro *quidem* exhibent *quod Schonhov.* & *Cuſpin.* Hinc fluxit aliqua ex parte emendatio *Puteani*, ſupra propoſita. Verum, ſi hanc lectionem ſequamur, ſequentia non video qua ratione poſſint explicari. IAEGERVS. *Bribracte*, dederunt *Puteolanus*, & *Livineius*; emendatius iam *Rhenanus*. In *Guelferb.* etiam eſt *quod*, quae lectio ſi ſana eſſet, Bibracte triplici nomine fuiſſet dicta, quod recte reiecit *Valeſius* ad *Ammian.* XIV. 11. Melior eſt eiusdem interpretatio, in Notit. Gall. p. 61. quam etiam ſecutus eſt *Cellarius* Geogr. antiq. II. 2. p. 137. *Non antiquum* indicat urbes illas antiquo Caeſaris nomine adpellari, cum Auguſtoduno eſſet honorificentius, viventis adhuc Imperatoris nomine dici, cui itaque magis eſſet devinctum, maiorique de accipiendis beneficiis ſpe, & occaſione fruiturum.

Iulia Polia Florentia] Ita *Cuſpin. Livin. Francof. Pariſ.* prior, *Patar.* Hinc pugnat *Livineius* adverſus Iulium Polium Florentium. *Stephan.* non neglecta diſtinctione, *Iulia*, *Polia*, *Florentia.* Denique *Baun.* & *Cellar. Iulia*, *Pola*, *Flor.* IAEGERVS. Interpunctionem recte iam habet *Rhenanus.* De Pola, *Iulia* dicta, vide *Valeſium* ad *Ammian.* XIV. 11.

Civitas Aeduorum] Praeclara haec eſt apoſiopeſis, qua ſuam, in tanti Principis praeſentia, tantoque in conſeſſu & auditorio Orationem finit Orator. Ceterum non eius, mihi crede, hoc artificium: fortunae potius, ac temporum iniuriis hoc imputandum eſt, quibus omnia deteruntur, & vitiantur. Demonſtrant etenim hic deſiderari verba quaedam non ſolum ipſe ſenſus imperfectus, verum etiam *Beati Rhenani* exemplaria, in quibus ante vocem *dixi*, in eius generis Orationibus ſemper ultimam, unius, atque alterius lineae ſpacium vacuum remanſit. Verum ut ſententia expleri debeat,

beat. ingenioſo Lectori iudicandum relinquo. Mihi quidem ſic fere dixiſſe videtur; *Sed Flavia eſt civitas Aeduorum haec immortali tuo, Imperator Auguſte, beneficio in perpetuum nuncupanda.* Aliorum alia ſit, mea pace, ſententia; neminem tamen puto iudicaturum, nihil hoc loco deſiderari. PIGHIVS Hercul. Prodic. p. 60. Quod *Pighius* de ſuo ſupplere geſtit, apud me fidei locum non invenit; quanto enim melior emphaſis lectionis vulgatae? PATAROL. Mirum, in his verbis tot tricas moviſſe Interpretes. Addidit illa *Pighius*, ut ſuae opinioni faveret, qua p. 58. multis eſt conatus demonſtrare, Flaviam & Bibracten eaſdem eſſe urbes. Alia etiam egit *Livineius* praeced. obſervatione, cum haec inepta ſcriberet, quia Bibracte eſt aeque Aeduorum civitas. Flaviam Aeduorum eſſe civitatem, ſive in Aeduis ſitam, non tradit *Eumenius*, ſed ut Bibracte *Iulia*, ita *Aeduorum civitatem*, id eſt Auguſtodunum, *Flaviam* eſſe dictam. Haec enim verba non niſi de Auguſtoduno intelligenda, recte docent *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 150. T. IV. p. 55. *Balduinus* de Legib. Conſtantin. p. 232. Ed. *Gundl.* *Cellarius* Geogr. antiq. II. 2. p. 137. *Ianuar.* ad *Sigonii* Opp. T. II. Part. II. p. 72. adde ſupr. ad cap. 1. init.

INCERTI

PANEGYRICVS

CONSTANTINO AVGVSTO DICTVS.

CAP. I. Vnde mihi tantum confidentiae, ſacratiſſime Imperator, ut poſt tot

INCERTI] Titulus huius Panegyrici in Vet. Cod. talis eſt: *Panegyricus dictus Divo Conſtantino A.* nullo Auctoris adiecto nomine. Videtur tamen eſſe *Nazarii*, quod coniicio primum ex ſtilo, & ex loco Panegyr. *Nazarii*, Conſtantino dicti, qui ſic incipit: *Non commemorabo*, inquit, *hic tectas continuis ſtragibus ripas*, *non oppletum acervis corporum Tyberim*; *perſtringi haec ſatis eſt*, *quod & pridie prolixius mihi dicta ſunt.* nempe in hac Oratione, qua fuſius deſcribitur pugna, qua Maxentius debellatus eſt a Conſtantino. Deinde ex ordine, quo omnes noſtri Panegyrici conſtituuntur in veteribus libris: ſubiicitur enim huic Panegyricus *Nazarii*, qui incipit; *Dicturus Conſtantini*, &c. PVTEANVS. Habita eſt haec Oratio anno Chriſti CCCXIII. poſt Maxentii cladem, menſe, opinor, Ianuario, Treveris, antequam Conſtantinus inde ad pacandos Germaniae tumultus diſcederet. Auctor incertus. BAVNE. Habita Oratio in Treverorum urbe. quum Conſtantinus, Maxentio victo, in Gallias, & ad Rhenum revertiſſet. Auctor hiſtoriam belli cum Maxentio in Alpibus, in Tranſpadana, & cis Padum, & tandem ad Tiberim geſti, clariſſime deſcripſit, cuius victoriae clementiam cum aliis civilium bellorum comparat. CELLARIVS. Orationem hanc *Nazario* adiudicat *Puteanus* pluribus de cauſis, ex quibus tamen certi nihil ſtatui poteſt. Licet enim ſtylus dicendi non multum diverſus ſit, mihi tamen minime probabile videtur, eundem *Nazarium* duplicem Orationem habuiſſe de laudibus Conſtantini, nullo die inter ipſas intermedio, alteram quidem praeſente Imperatore, alteram abſente. Nam idem Auctor, qui bis in eadem urbe, & eodem pene die peroraſſet, non utique eadem Imperatoris facta, & eodem quaſi numero attigiſſet in utraque Oratione. Meo igitur iudicio duplicis Oratoris hae ſunt; & haec fortaſſe poſt illam *Nazarii* dicta, ut ex ipſo huius initio licet coniectare, cum tamen *Puteanus* citatus hanc ante illam recitatam fuiſſe ſentiat. PATAROL. *Puteanum* in Panegyrici Auctore hoc loco, & ad *Nazar.* Paneg. 30. 2. ſequitur, quamvis non ſatis certus, *Fabricius* Biblioth. Latin. T. II. p. 771. eamdemque ſententiam *Petro Pithoeo* adſcripſit *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 18. Gallum fuiſſe ex iis patet, quae de ſua dicendi copia tradit infr. cap. 1. 2. ubi vide, & ita recte *Modius* Novant. Lection. 25. praete-

te-

tot diſertiſſimos homines, quos & in Vrbe ſacra, & hic rurſus audiſti, dicere

terea, cum haec diceret, ſexaginta iam annos, aut ultra natum fuiſſe colligo ex cap. 8. init. ubi de Conſtantini contra Veronam expeditione: *iam pridem media aetate noſtra civili ſanguine maculata Verona*; intelligit autem Sabinum Iulianum a Carino in campis Veronènſibus occiſum; cum autem *media* ſit *aetas* iuventutem inter & ſenectam, eamque ab anno triceſimo computet *Baunius* ad *Eumen.* Conſtantin. 1. 1. imperium autem Carini ad A. CCLXXXII. ſit referendum, aetas, quam dixi, conſtituenda videatur. Ceterum quis fuerit, mihi non liquet, & *Incerti* nomine quoque inter Panegyricorum auctores exſtat in Catalogo, quem in excerptis MSS. ex *Puteaneo* Cod. notatum ad manus habeo. *Nazarium* eſſe nondum perſuadet *Puteanus.* Quod enim de ſtili convenientia contendit, id tale eſt, ut in alia omnia ire malim; adeo uterque diſtat; conferas tantum deſcriptum cum Maxentio bellum, &, quae habet *Nazarius* Paneg. 24. ſqq. &, aut omnia me fallunt, Te adſentientem ſum habiturus. Neque tamen *Pataroli* utar ratione, de nullo utrumque inter Sermonem die intermedio. In eam enim opinionem venit ex *Nazarii* loco Paneg. cap. 30. 2. *Perſtringi haec ſatis eſt, quod & pridie prolixius mihi dicta ſunt*; ſed dubia eſt illa lectio, *pridie* enim quibusdam corruptum videtur, de quo ibi latius Miror vero, *Patarolum* hunc illo *Nazarii* Panegyrico habere poſteriorem, quae enim in initio de *diſertiſſimis hominibus*, quos iam audierat Conſtantinus, praefatus eſt, id non conficiunt; quid enim? potuerintne alii etiam Conſtantini laudes praedicare? ſed vero etiam *Patarolo* obſtat Hiſtoriae ſeries; vix enim in rebus geſtis enarrandis anni ſpatium poſt victum Maxentium hic excedit Panegyricus; contra *Nazarius* cap. 36. 3. & 37. 3. Criſpum & Conſtantium Caeſares praedicat, quae dignitas, poſt victum Maxentium, pactumque Conſtantinum inter & Licinium, iis demum decreta, poſteaque ſumta eſt; mirum autem foret hac de re, aliisque nullam hoc Panegyrico fieri mentionem, ſi *Nazariano* eſſet poſterior, quamvis, ne quid diffitear, Catalogus, quem in Cod. *Puteani* excerptis MSS. habeo, hunc ordine poſteriorem ponat. Atque haec manu velut me ducunt ad tempus, quo dictus ſit hic Panegyricus. Cum *Baunio* annum CCCXIII. conſtituunt *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 134. *Fabricius* Bibl. Lat. T. II. p. 771. *Walchius* Parerg. Acad. p. 892. *Schoepflin.* Alſat. inluſtr. T. I. p. 393. Diverſa ſentit *Gothofredus*, qui annum CCCXVI. ponit, ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 486. quem, typographi, ut videtur, errore corruptum in CCCXXVI., reſtituendum puto apud eumdem T. II. p. 433. quamvis non ante annum CCCXVII. dictum eſſe ſuſpicetur *Cellar.* infr. cap. ult. n. 5. de quo illic dicam. Sed ne in tenebris oberremus incerti, facem praebeat Hiſtoria. A. CCCXII. (alii ſequentem ponunt, ſed illud malim) in Galliis verſabatur Conſtantinus, ſed, propter Maxentii motus, in Italiam per Alpes tendit, in quam XXIV. Septembris pervenit, ſi computantem ſequamur *Gothofredum* Chronolog. Cod. *Theodoſ.* p. 6. & ſequenti menſe VI. Kal. Novembres, ſive XXVII. Octobris, Maxentium Romae debellavit; hoc teſtatur *Lactantius* M. P. 44. ubi *Baluz.* adde *Noriſium* de Num. Dioclet. Diſſ. II. cap 2. Poſt victoriam Romae aliquantum ſubſtitit, quo pertinent, quae cap. 20. Noſter commemorat, ubi etiam fuiſſe adhuc menſe Ianuario CCCXIII. videtur, quo Romae data eſt L. 1. C. *Theodoſ.* de Petition. quamvis enim in illius fine nulla *Romae* mentio, eam tamen ſupplendam eſſe ex L. 1. C. *Theodoſ.* de Cenſ. iudicat *Gothofredus;* adde *Reland.* Faſt. Conſ p. 290. & forte menſis illius initio inde eſt profectus, quam *hiemem proximam* potuit adpellare *Lactantius* M. P. 45. atque ita duo menſes Romae moratum fuiſſe potuit recte ſcribere *Gothofredus* Chronol. Cod. *Theodoſ.* p. 6. Diſſentit quidem ab hac opinione *Bauldri* ad *Lactant.* d. l. & ad cap. 48. qui medio circiter Decembri Roma iam profectum fuiſſe contendit, neque aliter *Baſnage* Annal. T. II. p. 633. hoc autem adfirmant propter *Nazarii* locum Paneg. 33. 6. *Quidquid mali ſexennio toto dominatio feralis* (Maxentii) *inflixerat, bimeſtris fere cura* (Conſtantini) *ſanavit.* Sed *bimeſtrem curam* non de tempore, quo res lapſas inſtauraverit Romae moratus, intelligo, ſed de expeditione contra Maxentium, quam cum exeunte Auguſto, aut Septembris initio inchoaverit cum exercitu in Italiam profectus, curam liberandi ab tyranno imperii ſuſcepit, eoque in fine ſecundi menſis devicto, dicendus eſt *bimeſtri cura malum ſanaſſe*, mortuo enim tunc Maxentio ſublatum erat malum, neque adeo opus eſt, ut in vocabulo *fere* haereamus cum *Baluzio* ad *Lactant.* M. P. cap. 45. Roma Mediolanum perrexit Conſtantinus, ubi menſe Februario, ſive VI. Kal. Martias, dedit L. 1. C. *Theodoſ.* de Bon. vacant. adde *Gothofredum* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 447. *Pagium* Critic. *Baronian.* ad

re auderem ? niſi nefas eſſe ducerem, & commiſſi cuiusdam ſacrilegii religionem vererer, ſi is, qui ſemper res a Numine tuo geſtas praedicare ſolitus eſſem, haec tanto maiora priſtinis ſilentio praeterirem; per quae non pars
2 aliqua ſervata, ſed univerſa ſibi res eſt publica reſtituta. Neque enim ignoro, quanto inferiora ſint ingenia noſtra Romanis. Siquidem Latine & diſerte loqui illis ingeneratum eſt, nobis elaboratum: &, ſi quid forte commo-
3 de dicimus, ex illo fonte & capite facundiae imitatio noſtra derivat. Sed, quamvis conſcius mihi infirmitatis ingenitae, & inchoati potius ſtudii, quam eru-

A. CCCXIII. n. 2. Mox Mediolano in Galliam eſt profectus, quo refer a Noſtro tradita infr. 21. 5. illic eum menſe Maio ſubſtitiſſe tradit *Gothofredus*, qui inde ſubſcriptionem L. 1. C. *Theodoſ.* de Actor. corruptam putat, Comment. T. III. p. 436. inde ad inferiorem Germaniae limitem perrexit, Francos rebelles coerciturus, infr. 21. 5. & 22. 3. iisque in officium redactis Treviros videtur reverſus, qua in urbe, menſe Novembri, & Decembri, leges dedit, a *Gothofredo* ibid. enumeratas, etiam anno CCCXIV., menſe Martio, L. 1. C. *Theodoſ.* de Admin. & peric. tutor., quae in *Iuſtinianeo* Codice eſt L. 20. eod. Mox tamen inde contra Maximinum in Pannoniam eſt profectus, eaque eſt ratio, quod VIII. Kal. Maias Romae, per quam in Pannoniam tranſire debuit, dederit L. unic. C. *Theod.* de Ingen. qui temp. tyrann. Ex his non aberraturum me confido, ſi Panegyrici huius dicti tempus conſtituam inter VI. Kal. Novembr. CCCXIII. & menſem Martium CCCXIV. quo Gallia exceſſit Conſtantinus; dictus enim videtur poſt VI. Kal. Novembr. CCCXIII., quia Conſtantini contra Maxentium expeditionem *annuam* dicit infr. 21. 5. id eſt, anno poſt perfectam elapſo; fuerat vero illo die perfecta A. CCCXII. —— Habitus autem Treviris videtur, poſt Maximianum in Galliis Imperatorum ſede. Conf. V. D. mox cap. 1. n. 1. *Schoepflin.* Alſat. inluſtr. T. I. p. 391. ſupr. ad *Mamertin.* Maxim. init. —— Ceterum abeſt a *Guelferb.* In ordine mira eſt varietas. Demto *Plinio*, *tertius* eſt in Ed. *Rhenani*, quam ſecuti uterque *Stephanus*, & *Rivinus*; ſed *quintum* conſtituerunt *Pariſienſes*, & *Patarolus*; *octavum Baunius*, *Cellarius*, & *Iaegerus*, & recte ſecundum rei geſtae ſeriem. In excerptis ex *Puteaneo* penes me MSS. eſt quidem *nonus*, & poſt ſequentem ponitur; ſed minus recte, ut iam notavi.

1. *Vnde mihi*] Formam hanc loquendi illuſtrat *Gronov.* ad *Senec.* Herc. fur. v. 295. IAEGERVS.

Diſertiſſimos homines] *Homines diſertiſſimos*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Vrbe ſacra] Roma, quae *Sacra*, & *Diva* paſſim Auctoribus. Adnotavi ſupra ad *Mamertin.* Maximian. cap. 14. PATAROL. *Mamertin.* Maxim. 1. init. *ſacroſanctam civitatem* adpellat *Apuleius* Met. XI. p. 358. iudice *Pricaeo*, quia Deorum erat ſedes.

Hic rurſus] *Rurſus hic*, *Bertin.* LIVINEIVS. Opinor Treveris, unde Conſtantinus diſceſſum parabat in Germaniam, ut in Conſtantini vita obſervavi. BAVNE. Treviris, ut opinor cum aliis Interpretibus PATAROL. Errat *Baunius*; in Germaniam enim iam progreſſus fuerat Conſtantinus, antequam hic fuit habitus Panegyricus. vid. infr. 21. 5. & quae modo ad initium dixi.

Sed univerſa] In utraque Ed. *Rivinus*, *& univerſa.* male.

Eſt reſpublica] Vet. *res eſt publica.* PVTEANVS. Hoc reſtitui, auribus, ni fallor, ſuavius.

2. *Ingenia noſtra*] Apparet, hunc Rhetorem Italum non fuiſſe, ſed Gallum, aut alterius nationis. RHENANVS. *Noſtra ſint ingenia*, *Bertin.* LIVINEIVS. Auctor enim Gallus fuit, &, ut videtur, Treverenſis. CELLARIVS. Conf. Not. ad *Pacat.* Paneg. 1. 3.

Ingeneratum] Nobis *ingenerata* dicuntur, ad quae facti videmur a natura, ſic ut nullo nobis labore conſtent: *elaborata* vero ea, quae non ſine magna contentione efficimus. BAVNE.

Derivat] Scil. *id.* RHENANVS. Adſcripſerat *Puteanus Pacati* locum Paneg. 1. 3. quem totum addam, quia ex hoc ductus eſt: *non eſſe faſtidio rudem hunc, & incultum Tranſalpini ſermonis horrorem, praeſertim cum abſurdae ſiniſtraeque iactantiae poſſit videri, his oſtentare facundiam, quam de eorum fonte manantem in noſtros usque uſus derivatio ſera traduxit.* Facit huc *Quinctilian.* I. O. VIII. 1. in fin. *verba omnia, & vox huius alumnum urbis oleant, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata.* De voce *imitationis* vide *Wopkenſ.* ad *Pacat.* Paneg. p. 7.

Re-

eruditi, cohibere me ſilentio nequeo, quo minus de recuperata Vrbe, imperioque Romano, & tandem ex diuturna convulſione ſolidato, & ipſe aliquid coner effari : ut inter tantos ſonitus diſertorum mea quoque vox tenuis exaudita videatur. Etenim ſi in rebus bellicis, ipſiſque praeliis non ſolum tu- 4
bae, ac litui, ſed etiam Spartanae tibiae incentivum aliquod feruntur habuiſſe; (credo, quia magnos animos parvo licet modulo ſufficit incitari) cur ego in me de tuo favore diffidam, ut ſermonem meum ſtudio potius tui cultus, quam ſuis viribus metiaris ? Experiar igitur, ut poſſum, quamquam oppletis 5
au-

Recte *fonti* iungit *caput*, id eſt fontis originem, ita *capita fontium* apud *Vitruvium* de Architect. VIII. 3. de quo dixi ad *Mamertin.* Genethl. 16. 4.

Recuperata Vrbe] Poſt Maxentii cladem. BAVNE. & PATAROL.

3. *Infirmitatis ingenitae*] Legam *infirmi ingenii.* ACIDALIVS. Non neceſſe; *ingenitae* pertinet ad praecedens *ingeneratum.* ita *Pacatus* Paneg. 1. 3. *ingenita, atque hereditaria orandi facultas.* *Trebellius Pollio* Claud. 7. *ingenita illa virtute.* & *ingenita crudelitas* apud *Spartian.* Hadrian. 23. ἔμφυτον εὐσέβειαν dixit *Euſebius* Vit. Conſtant. I. 39. adde ad *Mamertin.* Geneth. 2. 2.

Exaudita videatur] Non fero hic *Tullianum*, *videatur.* Quanto enim melius erat? *exaudiatur.* ACIDALIVS. *Terent.* Eun. III. 2. 1. *Audire vocem viſa ſum modo militis*; ubi *Donatus*: *Omnes ſenſus viſa dicuntur, ab eo, quod eſt certiſſimum oculorum. Ergo viſa ſum, ſenſi; ut Virgilius:*

Viſaeque canes ululare per umbram,
Adventante Dea.

Ferendus igitur hic pleonasmus. IAEGERVS. Imo vero eſt, ob numerum magis rotundum, elegantior. Quod de ſenſibus notat *Donatus*, verum eſt; *videre* pro audire explicui ad *Sedulium* II. 130. & contra ἀκούειν pro videre *Lennepius* ad *Coluth.* Rapt. Helen. 71. in ἰδεῖν ſimile notavit optimus Collega, *Segaar* ad *Lucam* p. 42. hinc *Bentleius* apud *Horatium* II. Od. 1. 21. emendandum putabat:

Videre magnos iam videor duces.

vulgo *audire.*

4. *Tubae ac litui*] Hoc differunt, quod *tuba* recta eſſet, *lituus* incurvus: illa peditum foret, hic vero equitum; ſaepe tamen promiſcue accipiuntur ab Auctoribus. BAVNE. Conf. *Lipſium* Milit. Rom. IV. 10.

Spartanae tibiae] Lacones milites ſuos, ad praelium exituros, tibiis incendebant. *Plutarch.* περὶ Μουσικῆς. Vide Apophth. Lacon. & περὶ ἀοργῆς, *Gellium* cap. 11. lib. I. PVTEANVS. *Pauſanias* Laconicis cap 17. Λακεδαιμόνιοι τὰς ἐξόδους ἐπὶ τὰς μάχας οὐ μετὰ σαλπιγγῶν ἐποιοῦντο, ἀλλὰ πρός τε αὐλῶν μέλη, καὶ ὑπὸ λύρας, καὶ κιθάρας κρούσμασι. *Lacedaemonii proelium non incinentibus tubis, ſed ad tibiarum carmina, & lyrae modulos citharaeque inibant.* LIVINEIVS. & BAVNE. Mentionem facit etiam *Quintilian.* Inſt. Orator. lib. I. cap. 10. PATAROL. Adde *Cerdam* ad *Virgil.* Aen. VII. 698. qui *tubam* ad ſaltationem, ſive Lacedaemoniorum pyrricham refert.

Incentivum aliquid] *Prudentius* in Apotheoſi: *incentivum peccavimus.* & in Hamartigenia: *lues incentiva.* PVTEANVS. *Incentivum aliquod* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Aliquid* eſt in *Puteolana*, & *Livineii. Rhenanum* ſecutus eſt *Henr. Stephanus*, & ſequentes. *Incentivum* apud poſterioris aevi Scriptores eſt ſtimulus, incitamentum. *Cellar.* Cur. poſter. p. 213. *Stephan.* ad *Saxon. Grammat.* Hiſt. Dan. p. 24. *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* V. 13. tale incitamentum pugnae cum tuba fieret, inde *tubae incitamenta*, & *belli tubam* pro concitatore dixerunt. *Hegeſipp.* Excid. Hieroſ. II. 10. init. Conf. *Cortium* ad *Cicer.* ad Diverſ. VI. 13. 8.

Sui viribus] Vet. *ſuis.* PVTEANVS. *Suis* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Suis* primum dedit *Paull Stephanus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſunt ſecuti. Codicibus in eo obtemperandum, cum ceteroquin *ſui* poſſet defendi ex iis, quae dicta ſunt ad *Mamertin.* Maxim. 9. 3. Genethl. 2. 1. *Eumenium* Conſtantino 6. 2. & alibi.

5. *Oppletus viribus tuis*] Vet. *oppletis auribus.* PVTEANVS. Mutandum arbitror, *oppletus* (ſive, quod malim, *oppreſſus*) *virtutibus tuis.* MODIVS. Novant. Lect. Epiſt. 25. *Oppletis auribus* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

auribus tuis, ut ſic dixerim, inſuſurrare, ſine aemulandi fiducia cupidus imitandi.

Cap. II. Ac primum illud arripiam, quod credo neminem adhuc auſum fuiſ-

IVS. Lego *oppletis auribus tuis.* ACIDALIVS. Aliorum Oratorum ſermonibus BAVNE. Sic vitioſe *Rhenan. Stephan. viribus* etiam *Livin.* Reliqui Edd. & MSS. recte habent. In *Gud.* haec oratio deeſt. IAEGERVS. *Oppletus viribus* eſt in *Puteolana* antiquiſſima; veram primus lectionem dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. *auribus* eſt quoque in *Schonhovii* excerptis.

Inſuſurrare] *Modius* Novant. Lect. Epiſt. 25. citat *ſuſurrare*, quod in nulla Ed. inveni. Vulgata melior, quae talem indicat, qui palam non audet dicere. *inſuſurrare in aurem* eſt apud *Ciceron.* in Verr. I. 46. pro Muraen. 36. adde *Spartian.* Hadrian. 15. *Capitolin.* Anton. Pio. 6. Anton. Philoſ. 19. & ita *occultus rumor inſuſurrare* dicitur apud *Capitolin.* Vero 9.

1. *Illud eripiam*] Melius *arripiam.* RHENANVS. Vet. *arripiam.* Lego ſic, ut *Rhenanus*, & ita omnes veteres libri. PVTEANVS. *Arripiam* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* Probe. *Mamertinus* in Maximianum A. *cetera*, & *potiſſimum illud arripiam*, &c. *Vopiſcus* Probo: *magnum & praeclarum Principem*, & *qualem hiſtoria noſtra non novit, arripiam.* LIVINEIVS. Pro *eripiam* neſcio, quid ſupponam. Facile eſſet *arripiam.* Sic Paneg. Maximiano Aug. ACIDALIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin. arripiam* ceteri, optime *Pacat.* 3. 2. *id oratione mea tempus arripiam, quo Romana lux coepit.* IAEGERVS. *Arripiam*, quod etiam *Schonhovii* habent excerpta, primus recepit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

2. *Nutu adverſi ominis*] Vet. *metu.* PVTEANVS. Locus perdifficilis, & in quo mihi ipſe non admodum ſatis faciam. *Car. Langius*, Vir doctiſſimus, *metu adv. om.* reſcribebat; vere, ut arbitror. LIVINEIVS. Melius videtur, quod *Langio* occurrebat, *metu adverſi ominis*, & idem prorſus veniſſe in mentem *Petro Delbenio*, V. C., indicat manus *Petri Danielis.* GRVTERVS. Manifeſto corrupta priora: nec hilum ſanant, qui ad marginem coniiciunt, *ominis & offenſiore*, vel *offenſione vocati*, magis imo corrumpunt. Nam quid, obſecro, faciunt ſenſus? ut de vocum ipſa taceam ſtructura. Ego audacter, ſed credo vere, emendo: *Ten'*, *Sac. Imp.* (hinc quam facile poſtea natum, *tranſacto enim?*) *nutu adverſi ominis*, & *oſtentis revocantibus* (*utar l. e. te n. a. quem t. i. m. & r. v. ſuſpendimus*) *ten' Imp.* Sequentia inferius lege, & probabis. ACIDALIVS. Id eſt, ſignificatione adverſi ominis. Alii legunt *metu.* Infra dicit, contra Haruſpicum monita id bellum eſſe ſuſceptum: quare crediderim, primum ductum eſſe auſpicium, quod adverſum fuit, tum illud idem revocatum, ac repetitum, iterum adverſum fuiſſe. Hoc, & ea, quae conſequuntur, huic loco, qui multum vexavit Interpretes, lucem afferent. BAVNE. *Nutu*, id eſt, ſignificatione. Vult dicere, primum ante expeditionem auſpicium *adverſi ominis*, & infauſtum fuiſſe: nec id *revocatum*, ſive repetitum ſine *offenſa*, aut felicius. Id quod paullo poſt num. 4. dicit *contra aruſpicum monita.* Ergo iam tum de paganae religionis caerimoniis videtur Conſtantinus dubitaſſe. CELLARIVS. *Metu:* ſic repoſui ex fide duorum Cod. *Vatican.*, cum in aliis legatur *nutu.* PATAROL. *Tranſigere nutum ominis* pro defungi periculo, quod omine fuit ſignificatum, ἄτοπον nemini non poteſt videri. Recepi itaque *metu*; quod melius convenit, & magnis ſe iudicibus tuetur. De cetero, quod *Cellarius* putat, iam tum de paganae religionis caerimoniis Conſtantinum dubitaſſe, verum id quidem eſſe poteſt: ſed fortaſſe dubitavit ita, ut prudentiſſimus quisque Romanorum ducum, V. G. Iulius Caeſar, qui teſte *Suetonio* cap. 59. *ne religione quidem ulla a quoquam incepto abſterritus umquam, vel retardatus eſt:* qui, *cum immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem adverſus Scipionem, & Iubam non diſtulit:* qui denique, eodem auctore, c. 81. *pluribus hoſtiis caeſis, cum litare non poſſet, introiit Curiam, ſpreta religione.* IAEGERVS. Certam tuentur emendationem Codd. & ita haec permiſcent Librarii. Conf. ad *Eumenium* Conſtantio 18. 1. *metum* confirmat verbum *timentibus* mox num. 4. Sententia eſt, cum iam finitus ſit metus, ex adverſo omine iniectus, & finita ſit offenſio, ob revocatum idem omen a pluribus ſuſcepta (ob id enim comites & duces tacite muſſitaſſe, id eſt, offenſos fuiſſe tradit n. 4.) iam libere fatebor ex amore, quo in te ducebamur, non minus nos ob id conſilium fuiſſe offenſos, & de te timuiſſe. *Tranſigere metum* eſt finire. *Cicero* in Verr. II. 70. pro Quinct. 5. *Drakenb.* ad *Livium* XXV. 16. 14.

Offenſio revocati] Forſan legendum, & *offenſione*

fuiſſe; ut ante de conſtantia expeditionis tuae dicam, quam de laude victo-
riae. Tranſacto enim metu adverſi ominis, & offenſione revocati, utar li- 2
bertate erga te noſtri amoris, quem tunc inter metus & reipublicae vota ſus-
pen-

re vocati, niſi malis *offenſione*. RHENANVS. Vet. *offenſione*. PVTEANVS. *Offenſio revocati* Vet. *Rhenan. Offenſo revocati* legerim, ut in *Cuſpin.*, pro *offenſa*, ſcilicet ipſius illius ominis, memoria, & ſermone omnium repetiti. Eſtque haec omnino, ut ariolor, ſententia; nam victoria parta, quamlibet Comitum ac Ducum tuorum, atque omnium noſtrum longe aliud omen, ac metus erat, (ſequitur enim, *contra conſilia hominum*) ſuperata, inquam, hac diffidentia publica, & ſiniſtra omnium ſignificatione in melius converſa, in quorum ipſorum in peiorem partem interpretatione fieri poteſt, ut aliquid publice ſit peccatum, cum Tibi, Conſtantine, ſecretior quaedam, & minus vulgo perſpecta ratio conſtaret, (nam huc equidem traham, quod mox ſubdit: *Habes profecto aliquod*, &c.) utar libertate, & quae ſequuntur. LIVINEIVS. Emendo, *& oſtentis revocantibus*. ACIDALIVS. Pro *offenſo* legam *offenſa*, vel *offenſione*. BAVNE. Non male coniectavit *Acidalius* legendum, *oſtentis revocantibus*, at deeſt auctoritas exemplarium, ut ſecure lectionem hanc adſtruamus. PATAROL. *Offenſo*, quod quamvis placeat *Livineio*, durius videtur, quam ut ferri queat, mutavi in *offenſione*, eamque vocem ita, uti *Baunius*, & *Cellarius* interpretati ſunt, accipiendam puto. *Livineii* enim explicatio, ſi veriſimilitudinem non impeditam ſequamur, vix ac ne vix quidem ex toto poterit probari. Quod ſi liceret a litterarum tractu longius recedere, adſtipularer fere *Acidalio*, locum hunc, audacter quidem, ſed ſatis ſpecioſe emendanti: nam is noſtra lectione (aperte & ingenue confitebor) haud quaquam perſanatus videtur. Poſſis fortaſſe etiam legere; *Tr. e. m. a. o. & oſtenſionis* (h. e. oſtenti) *revocantis* ſc. te ab incepto. Voce *oſtenſio* ſic utitur *Cyprianus* Epiſt. I. 2. *Crebris atque aſſiduis oſtenſionibus admonemur*. Sed & hoc parum arridet. IAEGERVS. Locus difficilis, in quo mira eſt lectionis varietas. *Offenſio revocati* dederunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus* in pr. *offenſo revocati*, quod etiam eſt in *Schonhovii* excerptis, *Cuſpin. Paull. Stephanus*, *Gruterus*, *Baunius*, *Rivinus* in ſec. *offenſionis revocatae Livineius*; *offenſa revocati*, *Patarolus*, *Cellarius*; denique *offenſione revocati*, *Iaegerus*. Poſterius, *Puteanei* Cod., cui multum tribuo, auctoritate confirmatum, probo; ex praecedenti enim eſt *transacto* mente repetendum; transacto metu ominis, & transacta offenſione. Videamus, poſſitne ad ſtabiliendam hanc loci ſcripturam exquiri veritas. *Omen revocatum* exponunt repetitum; hinc in Interpretatione ſua *Baunius*; *nam praetermiſſo & metu, quem incutiebat infelix auſpicium, & offenſione, quae fuit in eodem iterando*. Sed de repetito omine deeſt veterum auctoritas; id igitur eodem iure negari poteſt, quo adfirmatur; mihi repetitum non videtur, quia num. 4. tantum memorat *aruſpicum monita*, ubi ad ſententiam multum feciſſent *repetita monita*. Potius *revocatum omen* eſt, quod irritum redditur, cuius nullam rationem habuit Conſtantinus, ita ut, quamvis adverſum, ab expeditione eum non dimoverit. Ita *revocare* pro irritum reddere hoc praeſertim Latinitatis aevo. *Dictys Cretens.* de B. Troian. II. 51. *neque oportet prudentem meminiſſe transactorum, quando ea, etſi maxime cupias, nequeas revocare*, id eſt irrita reddere, tamquam numquam eſſent facta, adeoque rem in priorem ſtatum reducere. & V. 3. *praeterita revocare nulli conceſſum eſt.* utrumque locum debeo *Cortio* ad *Iulium Exſuper.* de B. Civ. cap. 7. ubi eadem notione eſt *beneficium revocare.* frequens ICtis, *alienationem*, *dominium revocare.* Pari pacto *omen revocare* eſt irritum facere, omen habere tamquam numquam viſum fuisſet. Neque dicas, exempla, quae dedi, parum congruere, quia *beneficia*, *dominium*, & ſimilia ab eo *revocantur*, qui ea dederat, atque ita *revocare omen* dici quidem Dii poſſent, non autem Conſtantinus; namque, qui Deos conſulit, omen petit; qui omine uti nolit, id *revocat*, eoque ipſo indicat, ſe amplius nolle, ut omen detur, idque ſe habere, tamquam numquam fuiſſet datum, id enim ſimile eſt illi, quod *transacta*, aut *praeterita revocare* dixit *Dictys*, id eſt, quod a ſe, aut alio factum ſit, habere, tamquam numquam fuisſet factum. Hac, ni fallor, via facilis erit loci interpretatio. Ab Aruſpicibus omen acceperat adverſum Conſtantinus, id vero ſpreverat, forte quia vanam artem iam ridebat, quaedam de Chriſtiana religione iam edoctus, aut quia ſignum in caelo viderat, quod pro meliori omine adriperet, de quo ad num. 4. & 5. totam igitur rem, quam agitabat, ita conſiderabat, tamquam omen ex aruſpicina numquam fuiſſet datum. Id vero & *metum* quibusdam incutiebat, de infelici belli eventu,

3 pendimus. Tene, Imperator, tantum animo potuiſſe praeſumere, ut bellum, tantis opibus, tanto conſenſu avaritiae, tanta ſcelerum contagione, tanta veniae deſperatione conflatum, quieſcentibus, cunctantibusque tunc imperii tui ſociis, pri-

tu, a quo ut abſtineret, Dii monuerant, & vero idem illud *offenſionem* quoque Conſtantini Ducibus, & Comitibus dabat, aegre admodum ferentibus, religionem ita publicam ab Imperatore ſperni, ſeque, contra Deorum voluntatem, ſuaque conſilia de ſervando omine, contra hoſtes duci, ſine ulla victoriae ſpe ob Deos, talem expeditionem abnuentes. Hanc vero offenſionem ſuam, & animi aegritudinem premebant, aperte Conſtantinum neglectae in Deos pietatis, & temeritatis adcuſare non auſi, metu, ne id aegre ferret. Haec ſignificat num. 4. *Quae tam praeſens hortata eſt maieſtas, ut, omnibus fere tuis comitibus & ducibus, non ſolum tacite muſſantibus, ſed etiam aperte timentibus, contra conſilia hominum, contra Aruſpicum monita, ipſe per temet liberandae Vrbis tempus veniſſe ſentires?* & ita de *conſtantia expeditionis*, id eſt, de eadem contra acceptum omen ſuſcepta, *neminem* loqui *fuiſſe auſum* modo dixit num. 1. haud dubie, ne Conſtantinum haberent ſibi offenſum. Forte etiam ſigno, quod in caelo viderat, militibus ſignificato, effecit Conſtantinus, ut hi contra Aruſpicum monita ſeſe alacres ſequerentur, ad expeditionem parati; talibus enim facile ſolent moveri plebeiorum mentes; cum contra Ducibus Comitibusque, patria ſuperſtitione inbutis, aut plane non, aut difficulter perſuaderi poſſet, ut, contra Aruſpicum monita, fidem haberent prodigio, a ſua religione adeo diverſo. Interim cum felicem habuiſſet eventum ſuſcepta nihilominus expeditio, *metus* ille ex omine adverſo, & huius neglecti *offenſio* erat transacta, & finita. Ex religionis tamen Romanae praeceptis, quam haud dubie Auctor profitebatur, eadem manebat in Conſtantino temeritas, ſed, cum antea de ea loqui non auſi fuiſſent, iam ſe locuturum profitetur; ita ut quaedam ipſi exprobrare videatur, veluti, quod cum vicerit, rationem tamen reddere deberet, infr. n. 5 quod iactanter & glorioſe probare vellet, ſeſe liberandae Vrbi ſufficere cum minori exercitus parte, cap 2. n. 2. & 3. adde cap. 9. 4. & 10. 3. ſed ſpretum omen excuſat ex mente Divina, quae ſeſe uni Conſtantino dignata fuiſſet oſtendere, num. 5. ſuam vero audaciam, qua de his publice exponeret, ex Conſtantini lenitate; ita enim 10. 3. *haec ego non dicerem, neque ab aliis dicta memorarem*, (id eſt, quae ab aliis dicta non ſunt, quae alii dicere non fuerunt auſi) *niſi beneficia tuae lenitatis tutior eſſet noſtra in verbis, quam tua in armis audacia*; id eſt audacia expeditionis contra omen, & cum minori parte exercitus factae.

3. *Tantum animo*] *An tantum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Frequens eſſe optimis Scriptoribus, in admirationibus uti infinitivis, omiſſo *mirandum eſt*, aut alio huius notae verbo. docet *Graevius* ad *Iuſtin.* II. 14. 9. Similiter Graeci. *Ariſtoph.* Ran. v. 753. ſq.

> Τὸ δὲ μὴ πατάξαι σ᾽ ἐξελεγξάντ᾽ ἄντικρυς,
> Ὅτι δοῦλος ὢν ἔφασκες εἶναι δεσπότης.

ubi Schol. λείπει τὸ θαυμάζω, ἢ τοιοῦτόν τι. Conf. etiam *Berglerus* ad eumdem Comici locum. In orationibus animi adfecti commode ſubauditur quoque *decet*, *aequum eſt*, vel *fieri poteſt.* Sic *Pacuvius* in *Sueton.* Caeſ. 84. *Men' me ſervaſſe, ut eſſent, qui me perderent?* Conf. *Sanctii* Minerv. IV. 5. p. m. 657. IAEGERVS. *Praeſumere* eſt audere, ſibi adrogare. Supr. ad *Eumen.* Gratiar. act. 12. 1.

Tantis opibus] Infra cap. 3. *Mille & ſexaginta annis contractas ex toto orbe divitias*, &c. ibi vide adnotata. PATAROL.

Avaritiae tanta veniae] *Avaritiae, tanta ſcelerum contagione, tanta veniae* Vet. PVTEANVS. *Tanta ſcelerum contagione*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Recepi in contextum illa, *tanta ſcelerum contagione*, quamvis in uno tantum comparerent MS. Codice; quod item extarent in Ed. *Vienneuſi*, quae, cum manarit ex membranaceis libris, pro tali quoque haberi queat. GRVTERVS. Haec verba abſunt *Rhenan. Stephan. Livin.* Sed cum in Ed. *Cuſpin.*, itemque Cod. *Bert.*, cui addi quoque debent notata *Schonbov.* & Codd. *Put.* & *Moerl.*, legantur, recepit illa in contextum *Gruterus*, quem reliqui ſequuntur. IAEGERVS. Praeter *Rivinum*, Ed. *Rhenani* plerumque ſecutum.

Imperii tui ſociis] Galerio Maximiano, & Licinio, quem Galerius, antiqua ſibi conſuetudine notum, ac bello, quod contra Narſeum geſſerat, ſtrenuis laboribus & officiis acceptum in imperium aſſumpſerat. *Eutrop.* X. LIVINEIVS. Galerio & Licinio Augg., Severo & Maximino Caeſaribus. BAVNE. & PATAROL.

3. *Pr*

primus invaderes? Quiſnam te Deus, quae tam praeſens hortata eſt maieſtas, ut, 4
omnibus fere tuis comitibus, & ducibus non ſolum tacite muſſantibus, ſed etiam aperte timentibus, contra conſilia hominum, contra aruſpicum monita, ipſe per temet li-

3. *Potens hortata*] *Praeſens hortata*, Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livin. potens*, quod Gloſſam ſapit. IAEGERVS. Vnde illud *potens* ſolus ediderit *Livineius*, nihil habeo, quod adfirmem. *Cerda* ad *Virgil.* Aen. IX. 184. hunc locum de eo explicat, quod vehementiſſimas etiam cupiditates a Diis oriri veteres credebant.

Comitibus & ducibus] *Comites* unius, *Duces* multarum civitatum rectores erant, quae ſingulae ſuos Comites haberent. BAVNE. Hanc Ducum Comitumque differentiam ad haec minus recte adcommodatam arbitror; magis enim Francorum imperio, & poſterioribus quidem temporibus, eſt propria, de quo dixi in Inſtit. Iur. Belgic. de Condit. homin. Part. I. Prooem. cap. 1. §. 5. Conf. in primis *Wagenaarium* Hiſt. Patr. T. II. p. 12. *Wiarda* de Comit. Friſic. p. 84. Act. Societ. *Groning.* T. II. p. 33. *Racer.* Monum. Tranſiſal. T. II. p. 17. *Potgieſer* de Stat. Serv. III. 8. §. 4. *Leibnitzium* Scriptor. rer. Brunsvic. T. I. p. 133. Hic *Comites* non alii ſunt, quam qui Conſtantinum in itinere, aut expeditione comitabantur, ſive propter munera in Imperatoris aula, ſive alia de cauſſa; ut apud *Mamertin.* Genethl 8. 3. *absque pauciſſimis, qui vobis comites haerere potuerunt*; isque eſt *Principis comitatus* apud *Capitolin.* Anton. Pio 7. Sunt itaque hoc loco *Comites Ducesque* iidem illi, quos infr. 10. 3. *Comites & Tribunos* adpellat, & ſimiliter *Mamertinus* Grat. act. 24. 6.

Tacite muſſantibus] Aeneid. XI. 346.

Sed dicere muſſant.

Aeneid. XII. 657.

Muſſat rex ipſe Latinus.

BAVNE. *Salluſt.* Fragment. III. 8. *muſſantibus vobis.* *Trebellius Pollio* Gallien. 12. alii *muſſitare* dicunt. *Schulting.* ad *Senec.* Controv. V. p. 304. Deſignat itaque palam proloqui non audere, & eſt indignantium & conquerentium; ideo apud *Iuvencum* Hiſt. Euang. III. 24. praefero:

Haec inter ſeſe muſſanti voce ſuſurrant.

non *ſubmiſſa voce*, quod recepit *Reuſchius*, & ex *Pulmanni* Schedis notatum habeo, ideo ſubſtitutum, quia in Codd., etiam *Cantabrig.* penes me, eſt *muſitanti*, contra metrum. Adde *Drakenb.* ad *Livium* VII. 25. 1. & XXXIII. 31. 1. Patrem meum ad *Pacat.* Paneg. 43. 5. ubi *clam queri* dare debuiſſet Typographus, non *palam*.

Sed omen aperte] Vet. & *Vatican. ſed etiam.* PVTEANVS. *Sed etiam aperte* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Dixi ad *Plinium* Paneg. cap. 82. LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. ſed omen*; *Livin. ſed omnem*; *Schonhov. Moerl. ſed etiam*, quod ceteri Editores recte arripuerunt. *Livineius* ad Paneg. *Plinii* 77. 7. p. 703. ed. *Schwarz.* prodit, compendiis exſcriptorum *omne* & *etiam* miſceri, quod & hic factum. IAEGERVS. *Sed etiam* primum edidit *Paullus Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

Contra auſpicum monita] Vet. *haruſpicum.* PVTEANVS. *Aruſpicum* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Haruſpices* vates fuere vel Hetruſci, vel ab Hetruſcis haruſpicinam edocti, quorum ars praecipue in eo verſabatur, ut inſpectis victimis futura praenunciarent. Qui autem vocem illam ab *hara*, ſeu ab hoſtia ſumptam, in *Hara* cum *Donato* repetunt, *haruſpices* ſcribunt, qui vero ab *aris* cum *Iſidoro* deductum volunt, ſcribunt *aruſpices.* Quae hic ſunt de infelici omine, de haruſpicibus, de adverſo auſpicio, fortaſſe accipienda ſunt de Labaro, quod ſub huius expeditionis initium Conſtantino viſum eſt. Crucem enim mali apud Romanos ominis fuiſſe, nemo, opinor, neſcit. De prodigio illo vide Conſtantini vitam ad annum CCCVII. BAVNE. *Rhenan. Stephan. Livin. auſpicum*; ceteri omnes *haruſp.* IAEGERVS. *Aruſpicum* primum edidit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum.* ita recte; *auſpicum* enim hic parum convenire, ex iis patet, quae de *auſpicibus* notat *Trekell.* ad *Briſſon.* de R. N. p. 307. & de *aruſpicum* ab *auguribus* differentia *Bauldri* ad *Lactant.* M. P. 10. *Gothofred.* ad L. 1. & 2. C. *Theodoſ.* de Malef. Ex lapidibus, addita adſpiratione, *haruſpex* probat *Cellarius* Orthogr. p. 84. ſed melius eam cum pluribus tollendam iudicat *Drakenb.* ad *Livium* V. 15. 1. VIII. 6. 12. Eſt vero dignus omnino hic locus, quem, propter illa *aruſpicum monita*, non levi tractem digito. Quid enim? conſulueritne aruſpices Conſtantinus, quem in Galliis Chriſtianam religionem cognitam iam habuiſſe tradit *Sozomenus* Hiſt. I. 5. unde iam

am-

5 liberandae Vrbis tempus veniſſe ſentires? Habes profecto aliquid cum illa mente divina, Conſtantine, ſecretum, quae, delegata noſtri Diis minoribus cura, uni ſe

anno CCCXII., id eſt, ipſo huius expeditionis tempore, Chriſtianum fuiſſe ſtatuit *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 397. Neque levis eam in rem eſt ſuſpicio, cum inde a Decio per Gallias iam incrementa ceperit haec religio, & ſub Diocletiano, & Conſtantio Chloro non pauci illic fuerint Chriſtiani, quod patet ex *Lactantio* M. P. 15. & ex monumentis terra erutis, gemma *Smetiana*, aliorumque teſtimoniis idem docet Ampliſſimus, mihique iam a tenera aetate coniunctiſſimus, *Ioan. in de Betouw* Annal. Noviomag. p. 20. Adcedit, ab ipſo Conſtantino, ſequenti anno CCCXIII., tres ex Gallia Epiſcopos ad examinandum Donatiſtarum a veris Chriſtianis diſſidium Romam fuiſſe arceſſitos. Conf. *Moshemium* Hiſt. Eccleſ. Part. I. p. 339. Part. II. p. 126. Ed. Belg. adde, Treviris ut plurimum verſatum eſſe, qua in urbe iam Chriſtianorum templum, ſive Eccleſia erat condita, utrum ab Eucherio, an Materno, tractant illi, quos citat Idem d. l. Part. I. p. 339. in Not. Ab hoc tamen tempore illud puto diſtinguendum, quo Chriſtianam religionem publice profeſſus fuit Conſtantinus, quod non diu poſt victum Maxentium fuerit factum, eoque refero, quod tradit *Euſeb.* Hiſt. Eccl. IX. 9. *Philoſtorgius* Hiſt. Eccleſ. I. 6. & alii. Haec mihi veriſimiliora videntur, quam ut ſtatuam ante victum Maxentium Chriſtianae religionis praecepta nondum Conſtantino fuiſſe cognita, quod viſum fuit *Cupero* in Epiſt. ad *Fabricium*, edita a *Reimaro* in Vit. *Fabricii* p. 236. Quid itaque? conſulueritne igitur aruſpices Conſtantinus, quaedam Chriſtianorum praecepta iam edoctus. Ipſum id feciſſe, parum mihi fit veriſimile; ſed, ut ab aliis conſulerentur, permiſiſſe facile mihi perſuaderi patior. Eſto enim, iam anno CCCXII. talem fuiſſe, quem dixi, ideone tamen Chriſtianorum fuit publice religionem profeſſus? ideone Romanos ſacrorum ritus, & cerimonias iam abrogavit? id ſi credas, qui, anno ſequenti, haec coram tali Imperatore dicere auſum fuiſſe Noſtrum contendas, quae mox leguntur n. 5. *quae*, (mens divina) *delegata noſtri Diis minoribus cura, uni ſe tibi dignatur oſtendere.* aut quae legis cap. 4. 2. *ſua cuique prudentia Deus eſt.* aut quae de Signo Dei, Conſtantino per Senatum dato, praedicat cap. 25. 4. adcedit, quod quamvis Chriſtianae religionis praecepta intelligeret, & etiam probaret, ritibus Romanae uno eodemque tempore tollendis nondum par erat; aegre enim evelluntur, quae fixas in hominum animis, praeſertim ex religione, radices habent, & ſaepe ſeditionibus cauſſam apud eos praebent, qui de novandis maiorum ſuorum ſacris ſunt ſolliciti; id vero quo minus fieret, poſtulabat ſummi imperii ratio, ad ſervandam rei publicae tranquillitatem, hac praeſertim tempeſtate, comparata. Huic etiam civili prudentiae tribuatur, quod deinde prohibuerit Conſtantinus, quo minus privatorum domos adirent aruſpices, publice tamen ad aras, & delubra ſuos exercere ritus permiſerit, L. 1. & 2. C. *Theodoſ.* de Malefic. quae utraque data eſt anno CCCXIX. quamvis prior male annum CCCXII., in quibusdam Codicis *Iuſtinianei* Edd., exhibeat, L. 3. eod. quin adhuc, anno CCCXXI., in locis publicis, fulmine tactis, ab aruſpicibus exquiri poſſe ſtatuit, quid illud portenderet; eos tamen a domeſticis privatorum ſacrificiis removendos, L. 1. C. *Theodoſ.* de Pagan. id vero, quod civilis tantum erat prudentiae, non ideo tamen probavit, atque hoc eſt, quod ſacris Romanorum fuiſſe uſum, οὐ τιμῆς ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας, tradit *Zoſimus* Hiſtor. II. 29. hinc ritus illos *ſuperſtitionem* adpellat in L. 1. C. *Theodoſ.* de Malef. & *conſuetudinis ſollemnia*, L. 2. eod. quae lex egregiam *Noodtii* ad D. p. 16. explicationem confirmat, qua in L. 2. C. *Iuſtin.* Quae ſit long. conſuet., quae huius quoque Conſtantini eſt, vocem *conſuetudinis* de religione Romana eſt interpretatus. De Conſtantini in hiſce prudentia civili exponit quoque *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. VI. p. 284. neque multum diſtat Vir. Cl. in Obſerv. *Halenſ.* T. I. p. 393 Huius autem neceſſitatem vel haec ratio probat, quod, ſublata deinde aruſpicina, novae Chriſtianorum religioni mala adſcripſerint Romani, quae Remp. premebant, iis iam deſtituti, per quos haec evitari poſſe, aut, quid Diis placeret, exquiri credebant, de quo recte monet *Relandus* Faſt. Conſul. p. 309. Haec ſi ad hunc locum adcommodemus, vix dubitaverim, quin pari prudentia in hac expeditione ſuis id militibus permiſerit, ut de belli eventu aruſpices conſulerent, eo magis, quia, teſte *Zoſimo* Hiſt. II. 15., exercitum XC. millium peditum, & VIII. millium equitum ex Barbaris, id eſt Francis, (ita enim in his Panegyricis paſſim adpellantur) Germanis, Celticis nationibus, ipſisque etiam Britannis conſcriptum ducebat, in quo quamvis eſſe potuerint Chriſtiani, plerique tamen erant religionis peregri-

ſe tibi dignatur oſtendere. Alioquin, fortiſſime Imperator, ſic quoque, cum vice-
ris, redde rationem. Rhenum tu quidem, toto limite diſpoſitis exercitibus, tutum 6
reli-

egrinae, & ab ipſa etiam Romana diverſae. His religionis ſuae exercitium negare admodum erat periculoſum, neque etiam civilis imperii ratio id concedebat; in tanti itaque momenti expeditione, hoc diverſarum gentium religioni dandum videbatur, ut Deos per aruſpices conſulerent, neque tamen Hetruſcos, aut ab Hetruſcis artem edoctos, quod ſenſiſſe videtur *Baunius*, ſed, ut ſuſpicor, harum gentium Sacerdotes, in extis, aut alio modo futura praedicere ſolitos, quos Ὀυάτεις adpellat *Strabo* Geogr. IV. p. 302. ſive *Vates*, utrum a *Faidh*, id eſt aruſpice, non definio; viſum ita fuit *Tolando* in Act. Erud. *Lipſiens.* A. 1729. p. 360. de quibus plura *Stephan.* ad *Saxon. Grammat.* Hiſt. Danic. I. p. 42. vix ab iis diverſos, quos *Eubages* dixit *Ammian. Marcell.* Hiſtor. XV. 9. quamvis in eo erraſſe videatur *Bocharto* Geogr. S. I. 42. arbitranti *Ammianum* apud *Strabonem* pro ὀυάτεις legiſſe ὀυάγεις. Quam facile autem tot millium numerum ad quaevis belli pericula eſſet habiturus paratiſſimum, ſi exta addicerent, callide proſpiciebat Conſtantinus, quem tamen, viſo omine infauſto, ſpes deſtituit, Ducibus ideo expeditionem diſſuadentibus. Tum vero Imperator, cui omnis haec aruſpicum ars mera videbatur ſuperſtitio, aliud adripuit remedium, ſignoque caeleſti, forte oborto, uſus, de quo videndum ad cap. 3. 3., ſpretisque aruſpicum monitis, felicem militibus ſucceſſum perſuaſit, & quidem, ut mihi videtur, hoc commento, quod harum gentium Dii, per aruſpices conſulti, eſſent minores, hoc vero ſibi ſignum a Deo ſummo, reliquisque maiori, oſtenderetur: huc ducit Noſter n. 5. *Habes profecto aliquod cum illa mente divina ſecretum, quae, delegata noſtri Diis minoribus cura, uni ſe tibi dignatur oſtendere.* eoque ſigno bellum veluti praecipi videbatur, unde *divina praecepta* memorat cap. 4. n. 4.

5. *Profecto aliquid*] Forte *aliquod.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Ceteri, ex emendatione *Livineii*, & *Acidalii*, praeferunt *aliquod.* IAEGERVS. Primum *aliquod* recepit Gruterus; ſecuti eum ſequentes praeter *Rivinum;* cum vero illud ex ſola ſit *Livineii* coniectura, Codicum lectionem retinui. *Aliquid ſecretum* videtur eſſe aliud quid, de quo *Erneſti* ad *Tacit.* Annal. I. 5.

Illa mente] Forte *ipſa.* Et hoc ſupra attigi ad *Eumen.* Pro reſtaur. Schol. cap. 9. infra: *ſed divina mens, & ipſius Vrbis aeterna maieſtas nefario homini eripuere conſilium.* LIVINEIVS. Cum per *mentem divinam* ex ſua religione Iovem intelligat Noſter, magis huius excellentiam prae Diis minoribus *illa* indicat. In voce *ſecretum* ad ſecreta reſpicit mandata, quae dare ſolebant Imperatores, aliis dignitate minoribus incognita, de quibus *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 30. Iovem igitur ſignificat Conſtantino tale de movenda feliciter expeditione mandatum dediſſe, quem eventum Dii ignorabant minores. Nihil itaque eſt, ut *divinam mentem* de digniori quodam Conſtantini Genio capiamus cum *Lipſio* Phyſiolog. Stoic. I. Diſſ. 19.

Diis minoribus] Τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται Θεὸς, τὰ μικρὰ δ' ἐις τύχην ἀνεὶς ἐᾷ, κατὰ τὸν Ἐυριπίδην, *Plutarchus* ἐν Πολιτ. παραγγέλμ. Aliquando putavi legendum *denegata* pro *delegata.* Sed nihil muto. PVTEANVS. Recte nihil mutat, ut dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 2. 1.

Cum viceris] Recte *cum viceris:* neque opus mutare in *cur viceris.* Quinimo ſic perierit totus ſententiae lepos, aut potius tota vis. reſpicit enim ad illud *Auſonianum: Quid me oneras ſuſcitator? Rationem felicitatis nemo reddit.* GRVTERVS. Quomodo *Auſonianum* reſpicere potuerit Noſter, viderit *Gruterus*, recte tamen vulgatum tuitus. Sententia eſt: niſi ſecretum a ſummo Deo mandatum habuiſſes, temeritatis tuae in ſuſcipienda contra aruſpicum monita expeditione rationem reddere deberes, quamvis viceris.

6. *Limite*] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 3. 9. & *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 18. 4.

Tuum reliqueras] Alias *tutum.* RHENANVS. Vet. *tutum.* PVTEANVS. *Tutum* Vet. *Bertin. reliqueris*, *Bertin.* LIVINEIVS. Alii vere *tutum.* ACIDALIVS. Maiorem exercitus partem ad Rhenum adverſus Francos tutandum reliquerat. BAVNE. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed rectius, iudice *Acidalio*, in margine *Rhen. tutum*, quod etiam in MS. *Moerl.*, & editionibus reliquis legitur. IAEGERVS. *Tutum* recte primus recepit *Gruterus*, iubentibus ita Codd., quos reliqui ſunt praeter *Rivinum* ſecuti. Aliud enim eſt illud *Eumenii* Conſtantio 6. init. *Gallias tuas, Caeſar, veniendo feciſti.* Sed quod hic de exercitu Noſter ſcribit, id de Imperatoris praeſentia ita exprimit *Eumenius* d. l. 13. 3. *illum limitem —— praeſentiae tuae terrore tutatus es.*

reliqueras; ſed hoc maiores pro te ſuſcepimus metus, quod nobis potius, quam tibi, conſulebas, noſtramque pacem magis, quam bellum, quod adgrediebare, firmaveras.

Cap. III. Nae tu, Imperator, nimio noſtri amore neſciſti ad ſecuritatem nobis vere providere, qui non omnia tecum arma moviſti, cum tua conſervatio ſalus
2 noſtra ſit. Et quid opus erat ipſi Rheno inſtructis & militibus & claſſibus, quem iam

Pro te] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 2. 4. & *Schwarzium* ibid. 3. 1.

1. *Nae tu*] *Firmaveras, nae tu;* integro puncto haec interpungenda: *Nae tu*, &c. ACIDALIVS. Vitioſa ſcilicet erat in *Rhenan.* Ed. interpunctio.

Arma moviſti] Ποιητικώτερον pro *copias*, & *exercitus.* Infra: *explicari ſtatim in frontem ordines, & extendi latius arma iuſſiſti. Lucanus:*

Impia concurrant Pompeii, & Caeſaris arma.

Statius:

Cum rauca dabunt abeuntibus armis
Signa tubae.

Alii paſſim. LIVINEIVS. & BAVNE. Scribit tamen *Zoſim.* lib. II. Conſtantinum exercitum collegiſſe etiam ex *Barbaris, & Germanis, & aliis Celticis nationibus; itemque de Britannia coactis militibus.* PATAROL. *Arma* ſunt armati, ea loquendi ratione, de qua dictum ad *Eumenium* Conſtantio 8. 4. Quid autem ex *Zoſimi* loco voluerit *Patarolus*, tamquam ab hoc diverſo, non video. Quamvis enim tantum ex variis gentibus exercitum conſcripſerit Conſtantinus, non omnes tamen contra Maxentium copias duxit, parte ad Rheni tutelam relicta, quas mox *diviſas copias* dicit, ubi recte *Baunius.*

In tua conſervatione] Vet. *cum tua conſervatio.* PVTEANVS. *Cum tua conſervatio* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed Cod. *Moerl. cum tua conſervatio* &c. quod reliquae Editiones exhibent. IAEGERVS. Codd. lectionem recte recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. infr. 9. 6. *tu, cuius ex vita omnium fata pendent. Ammian. Marcell.* XII. 5. *Si Principis perditur vita, a cuius ſalute velut filo pendere ſtatum orbis terrarum.* ubi ſimilia contulit *Lindenbrog.* & *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 433. & *Lucani* locum *Patarolus* infr. 10. 3.

2. *Opus erat*] *Erat opus* Vet. LIVINEIVS.

Barbaris nationibus] Iam enim Francos, & Alamannos vicerat, teſte *Eutrop.* lib. X. PATAROL. *Eumenius* Conſtantio 13. 3. *Rheno inſtitiſti, omnemque illum limitem non equeſtribus, neque pedeſtribus copiis, ſed praeſentiae tuae terrore tutatus es.*

Oſtentare voluiſti] *Noluiſti* Vet. Inepte. LIVINEIVS.

Diviſis copiis] Aliis ad Rhenum relictis, aliis in Italiam ductis. BAVNE.

Aut etiam] Omnes, quod ſciam, exhibent *aut*, praeter *Moerl.*, in quo *an* legitur: quod quin praeferendum ſit, dubitare poterit nemo, qui *Quinctil.* Inſtit. Orat. I. 5. 49. cum adnot. *Geſneri*, & *Schwarzium* ad *Plin.* Paneg. 64. 2. & 84. 1. & in Supplem. p. 578. conſuluerit. IAEGERVS. Recte. Quamvis enim *an* geminatum priore loco eleganter omittatur, ut docent *Burman.* ad *Quinctil.* I. O. V. 13. ad *Sueton.* Caeſ. 58. Pater meus ad *Victor.* Inl. 72. 2. tamen bis quoque poni monet *Cellar.* Cur. poſter. p. 161. ſimilis vocum permutatio eſt apud *Mamertin.* Iulian. 24. 5.

Et glorioſe] Forte *ſed glorioſe.* LIVINEIVS. Quod parum probabile. IAEGERVS.

Cum paucis] Repugnant verba *Zoſimi* lib. II., nimirum Conſtantini milites fuiſſe *ad nonaginta millia peditum, & octo millia equitum.* PATAROL. Non repugnant; tot milites conſcripſerat Conſtantinus; partem vero ad limitem in Rheno tuendum reliquit, vix autem quartam, adeoque paullo amplius XXIV. millibus, ſecum in Italiam duxit. Confer ſequentia. XL. tamen millia Conſtantino dat *Valeſius* ad Anonymi Excerpta poſt *Ammianum* p. 712. de parte exercitus relicta etiam non adtendiſſe videtur *Nourrius* Diſſert. ad *Lactant.* p. 297. & *Baſnage* Annal. T. II. p. 621.

3. *Quarta parte*] Ellipſis praepoſitionis *cum*, Graeciſmo adfinis, nec infrequens Latinis Scriptoribus. *Salluſt.* Cat. 57. 4. *Neque tamen Antonius procul aberat: utpote qui magno exercitu, locis aequioribus expeditus, in fuga ſequeretur.* ibi *Cortius* advocat *Livium* XXXI. 36. *Poſtero die omnibus copiis Conſul in aciem deſcendit.* & XXXVI.

30.

iam pridem barbaris nationibus virtutis tuae terror obſtruxerat? An oſtentare vo-
luiſti diligentiam tuam, diviſis copiis inter cuſtodiam pacis & belli? an etiam iactan-
ter & glorioſe probare, liberandae Vrbi te ſufficere cum paucis? Vix enim quarta 3
parte exercitus contra centum millia armatorum hoſtium Alpes transgreſſus es: ut
adpareret penitus conſiderantibus, (id quod nos fugit in amore trepidantes)
non dubiam te, ſed promiſſam divinitus petere victoriam. Duxerat magnum 4
Se-

30. *Inde toto exercitu profectus reliquum iter ſatis expedito agmine fecit.* His adiungi poteſt *Virgil.* Aeneid. XI. 477. ſq.

> *Nec non ad templum, ſummaſque ad Palladis arces*
> *Subvehitur magna matrum regina caterva.*

IAEGERVS. Exemplis abundat Nota *Drakenborchii* ad *Livium* I. 14. 7.

Centum millia] Scribit *Zoſimus* lib. II., Maxentii exercitum centum & ſeptuaginta millia peditum, decem & octo equitum habuiſſe. PATAROL.

Alpes] Cottias, quae e Gallia in Italiam venienti occurrunt. Ibi tunc degebat Conſtantinus, teſte *Eutropio* lib. X. IDEM.

Penitus] Forte *penitius.* LIVINEIVS. Neſcio, utrum *Baunio* placuerit, in textu vitioſe exprimenti *penitlus.*

In amore] *Moerl. tui amore.* Sed non eſt ſollicitanda vulgata lectio. IAEGERVS.

Promiſſam divinitus] *Schoepflinus* Alſat. inluſtr. T. I. p. 393. haec ad crucis ſignum refert, quod in caelo vidiſſe dicitur Conſtantinus, in quo quidem adſentientes non eſt eos habiturus, qui crucem Conſtantino demum adparuiſſe contendunt, cum ad Vrbem Romam perveniſſet, iam iam Maxentium victurus; haec autem verba ad expeditionis initium pertinent, cum demum in Italiam moturus eſſet caſtra Conſtantinus; Alpes enim transgreſſus dicitur, quia *promiſſam* petebat victoriam, id eſt iam in Gallia promiſſam, priusquam Alpes tranſcenderet. Melius itaque de fama hunc interpretatur locum *Baſnage* Annal. T. II. p. 630. qua Conſtantino in auxilium veniſſe caeleſtes narrabantur exercitus. Imo vero locus hic eſt digniſſimus, in quo paulisper inmoremur. Vulgata ſunt inter omnes, quae de ſigno, quod ſeſe Conſtantino obtulerit, narraverint *Euſebius* Vit. Conſtantin. I. 28. *Lactantius* M. P. 44. & ex his alii, neque tamen omnes pari conſenſu, de quo *Gothofred.* ad *Philoſtorg.* Hiſt. Eccleſ. I. 6. *Patarol.* infr. 4. 4. crucemne vere viderit Imperator, iam non diſputo, & non parum diſcrepant *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 44. *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* p. 184. ſqq. *Fabricius* Biblioth. Graec. T. VI. p. 8. *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. p. 237. & in Epiſt ad *Fabricium*, quam in huius vita dedit *Reimarus* p. 235. *Maclaine* ad *Moſheimii* Hiſt. Eccl. T. II. p. 17. *Wernsdorf* Muſ. Crit. Vol. II. Faſc. I. n. 1. apud *Iaeger.* ſupr. ad *Eumen.* Conſtantin. 21. 4. Obſerv. *Halenſ.* T. I. p 379. *Heuman.* Poecil. T. II. p. 51. aliique, qui ſingularibus lucubrationibus hoc egerint. Eſto, ſeſe crucem, litterasque, ſive Graecas, ſive Latinas, videre putaverit Conſtantinus, idque etiam iureiurando confirmatum *Euſebio* narraverit, de cuius tamen in talibus fide confer Obſervat. *Halenſ.* T. I. p. 357. ſqq., vix tamen dubitem, quin duo facta miſcuerint Scriptores, loco & tempore diverſa, ex quo, ſive negligentiam, ſive piam fraudem dixeris, haud aliter fieri potuit, quin oriri debuerint difficultates, quas cum etiam ſenſiſſe *Euſebius* videatur, duplicem Conſtantino ſpeciem, & die, & nocte oblatam, ſed tempore fere eodem, tradit Vit. Conſtant. I. 28. De duplici hac ſpecie monuit etiam *Columbus* ad *Lactant.* M. P. 44. ſed rem non expediit monuiſſe contentus. Vtramque ita diſtinguo; prima, ſi expeditione contra Maxentium non ſit prior, ſaltem in Gallia fuit viſa; alteram ſeſe videre putavit Conſtantinus in Italia, cum ad Vrbem iam perveniſſet; primam conſpexerunt quoque milites, alteram ſolus Conſtantinus; prima vere in caelo adparuit, altera in ſomnio; prima die, altera nocte. Verane etiam fuerit altera, non ſum ſollicitus; vidiſſe ſe putavit Conſtantinus, putaverunt etiam ex ipſius teſtimonio alii, idque ad utriusque diſcrimen mihi ſufficit. Sed de prima, quae quidem huius eſt loci, diſquiramus. Rem ita expediendam puto: Nunciato per aruſpices infauſto expeditionis omine, de quo ad cap. praeced. n. 4., aliud remedium quaeſivit Conſtantinus, aruſpicum artem ridens, damnare tamen nondum auſus. Occaſionem itaque ex inproviſo oblatam adripuit, qua in nubibus formatas velut equorum, militumve inter ſe pugnantium imagines conſpiciebat; formatae autem erant per ſolis ad occaſum vergentis radios, quo pertinet ἤδη τῆς ἡμέρας
ἀπο-

Severus exercitum, & hoſtem ſuum, perfidia deſertus, armaverat. Maiores poſtea

ἀποκλινούσης apud *Euſebium*, ſed haec miſcentem, Vit. Conſtant. I. 28. ubi *Valeſius*; & inde cap. 29. νὺξ ἐπῄει; adde *Columbum* ad *Lactant.* M. P. 44. quam varias autem montium, ſilvarum, ipſorumque etiam pugnantium ſpecies formare queant ſolis ad occaſum vergentis radii, notum eſt, ab ipſis etiam aliquando recentioris aetatis Hiſtoricis prodigii inſtar commemoratas: quid itaque mirum, ſi ex his quoque omina ceperint veteres? huc refer haſtas militares in caelo ardere viſas apud *Obſequent.* de Prodig. 9 arma in caelo volare viſa, ibid. 76. adcommodatus praeſertim eſt eiusdem locus cap. 103. *arma caeleſtia tempore utroque ab ortu & occaſu viſa pugnare, & ab occaſu vinci.* Si iam Conſtantinum conſideremus, a religionis Chriſtianae praeceptis non alienum, publice tamen eam profiteri nondum auſum, conf. ſupr. 2. 4., quid vetat, quo minus ſtatuamus, eum ex Romana, ſuorumve militum ſuperſtitione has in nubibus formas, tamquam felix expeditionis omen, ſuis perſuaſiſſe? & quidem illo aruſpicum certius, quia hi a Diis minoribus, ipſe autem a maiori, cui minores illi ſuberant, hi ex extis, ipſe ex caelo illud ob ſervaſſent; ita enim Noſter cap. 2. 5. *Habes profecto aliquid cum illa mente Divina, Conſtantine, ſecretum, quae, delegata noſtri Diis minoribus cura, uni ſe tibi dignatur oſtendere.* ubi vide; addidit etiam forte, patris Conſtantii, inter Divos recepti, ope hanc ſibi ſpeciem, in fauſtum expeditionis omen, oſtendi, quae cuncta quantum ad perſuadendos militum animos facere potuerint, intellectu eſt facile. Vera autem eſſe, quae dixi, docebit *Nazarius* Paneg. 14. init. ſed ideo notatu dignior, quia id ſervavit, quod praetermiſerunt Hiſtorici. Ipſum audi: *In ore eſt omnium Galliarum,* (quia in Gallia id contigerat) *exercitus viſos, qui ſe divinitus miſſos prae ſe ferebant.* —— *Flagrabant verendum neſcio quid umbones coruſci, & caeleſtium armorum lux terribilis ardebat.* —— *Illi caelo lapſi, illi divinitus miſſi gloriabantur, quod Tibi militabant. Ducebat hos, credo, Conſtantius pater, qui terrarum triumphis altior tibi ceſſerat, divinas expeditiones iam Divus agitabat.* praeterea cap. 15. 4. hanc cum eo ſpeciem comparat, quod de Caſtore, & Polluce, bello Latino viſis, narrant Romanorum Hiſtorici, ideo tamen maiorem, quia *duo quondam iuvenes, ſed nunc exercitus viſi.* ibid. n. 7. unde & *caeleſtes* Conſtantini *exercitus* dicit cap. 19. 2. & 29. 1. eaque ſunt *divina praecepta* inſr. 4. 4. Male igitur *Sigonius* de Occid. imp. Opp. T. I. Part. II. p. 76. *exercitus* hos *caeleſtes* accipit de militibus tanta animorum alacritate advenientibus, ut non adcitae, ſed a Deo miſſae crederentur, quod *Nazarii* narrationi prorſus eſt incongruum. Vides itaque prodigium, ex quo ſibi auxilium promiſerit Conſtantinus, non alia arte, quam praecepit *Frontinus* Strateg. I. 11. 13. *Hoc genere* (ut tamquam a Diis imperata habeantur) *ſtrategematon non ea tantum parte utendum eſt, qua inperitos exiſtimabimus eſſe, apud quos his utemur, ſed multo magis ea, quae talia erunt, excogitabuntur, ut a Diis monſtrata credantur.* prudentiam Imperatorum, omen malum in melius vertentium, adtingit *Barth.* ad *Claudian.* in Eutrop. I. 125. De huius quidem prodigii veritate dubitat *Puteanus* ad *Nazar.* cap. 14. init. quia eius nulla apud alios mentio; & certe ſilent Hiſtorici, praeſertim Chriſtiani; ſed poſt *Nazarium* Romanos ſiluiſſe Hiſtoricos puto, ne victoria de Maxentio Chriſtianis infenſo, & eam ſecuta Chriſtianae religionis, fautore Conſtantino, publica auctoritas Deorum adprobationi, & caeleſti per hoc prodigium auxilio tribuerentur; ſiluerunt autem Chriſtiani, ne de conſultis aruſpicibus, aliisve artibus, quibus hac in re uſus fuerat Conſtantinus, confiteri cogerentur, ideoque ex hac ſpecie quaedam ad viſam crucem transferre maluerunt, eoque effectum eſt. ut utrumque factum fuerit commixtum, unde *Zonaras* habet ἱππότην καὶ ὡπλισμένον τοῦ σταυροῦ τύπον, in loco, quem excitat *Bulenger.* de Prodigiis IV. 26. Quod itaque in cruce viſa ad naturalem rationem, id eſt, ad halones ſolares, ſive parhelios revocavit *Fabricius* Bibl. Graec. T. VI. p 8. quamvis, qui ita ſentiant, damnatae fere religionis notentur a *Nourrio* Diſſert. ad *Lactant.* p. 184. ſqq. id ad hanc adparentium in nubibus exercituum ſpeciem magis retulerim: atque tum facile confutes, quae obmoverit *Cuperus* in Epiſtola ad *Fabricium*; conf. *Reimari* Vit. *Fabric.* p. 235. neque tum difficulter componantur, quae de crucis viſae loco tradunt, inter ſe multum diverſa, aut in Alſatia, aut Novimagi, vico ad dextram Moſellae ripam, aut Auguſtodunum inter & Ladonam, aut Danubium & Rhenum haud procul Briſacio, aut denique in Italia. Conf. *Baune* Vit. Conſtantini ſupr. T. I. p. 300. & *Schoepflin.* Alſat. inluſtr. T. I. p 393. Crux itaque in Italia prope Romam adparuit, haec exercituum ſpecies in Gallia; hanc enim in *omnium Galliarum ore* fuiſſe tradit *Nazar.* d. l. idque etiam indi-

ſtea copias Maximianus admoverat, & ipſe transfugis circumciſus videbatur pro-

indicant verba n. 6. *bellum*, *quod adgrediebare*; nondum itaque erat inchoatum, aut, ſi inchoatum fuerit, erat adhuc in Gallia Imperator, in Italia enim dici nequit *bellum adgreſſus*.

4. *Severus exercitum*] *Eutrop.* lib. X. *Sed adverſum motum Praetorianorum*, *atque Maxentii Severus Caeſar*, *Romam miſſus a Galerio*, *cum exercitu venit*, *obſidensque Vrbem militum ſuorum ſcelere deſertus eſt.* Vide *Euſeb.* Chron. & in Hiſtor. *Oroſii* lib. VII. PVTEANVS. Infra: *Non intelligens maieſtatem illam Vrbis*, *quae pridem admotos exercitus ſollicitaverat*, *ad tua auxilia tranſiſſe.* Ibi, quantum opus erit, dicemus. LIVINEIVS. Severus Caeſar a Galerio miſſus cum exercitu adverſus Maxentium, qui, inconſultis & invitis Auguſtis, imperium invaſerat. Hiſtoriam tradit *Eutropius* X. 2. *Zoſimus* II. 10. & *Lactantius* de Mort. Perſec. c. 26. CELLARIVS. Caeſar hic una cum Maximino Daza electus eſt ab Imperatoribus, Maximiano Armentario & Conſtantio Chloro. Ipſe autem, cum Italiae praeeſſet, ab eodem Maximiano cum copiis eſt miſſus contra Maxentium, a quo victus Ravennam ſe recepit. Eadem poſtea Maximiani Herculei dolo digreſſus, dum Romam peteret, in paratas a Maxentio inſidias incidit, quibus etiam ſublatus eſt. Ita *Zoſimus* lib. II. At *Eutrop.* lib. X. init. ipſum ſuorum ſcelere deſertum ſcribit: *auctaeque*, inquit, *Maxentio opes;* quae magis conveniunt cum iis, quae a Noſtro dicuntur, lucemque praebent ſequentibus. PATAROL. Adde *Anonymi* Excerpta poſt *Ammianum* p. 712. *Nourry* Diſſ. ad *Lactant.* p. 336. *Sigon.* de Occid. imper. Opp. T. I. P. II. p. 62. & quae dixi ſupr. ad Incert. Maximian. 1. 1. & *Livineius* inſr. 15. 4.

Hoſtem ſuum] Maxentium, adverſus quem Severus Caeſar, a Galerio Auguſto miſſus, Maxentii artibus proditus a ſuis, raptim fugere neceſſe habuit pene ſolus, mox vel Ravennae, vel Romae in via Appia a Maxentio ipſo interfectus eſt. BAVNE. De diſſenſu, quo Severus loco vitam finiverit, vide *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. 26. *Cellar.* ad *Zoſim* Hiſt. II. 10. *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* p. 137.

Perfidia deſertus] Et artibus Maximiani Herculei, ac ſuorum. PATAROL.

Armaverat] Puta, quia vel plures ex ſuis militibus, qui in congreſſu illo capti ſunt, ad Maxentii partes tranſiere, vel ultro transfugae ad eundem defecere. IDEM.

Maximianus admoverat] Inepte, & contra hiſtoriam, qui *Maximinus* ſupponunt. Eſt enim Galerius Maximianus A., qui a Diocletiano A. Caeſar factus fuerat, *Armentarius* cognomine. Apud *Iulianum* Imperatorem Caeſarib. Diocletianus, ἄγει μεθ' ἑαυτῦ Μαξιμιανώ τε τὼ δύω, καὶ Κωνςάντιον. LIVINEIVS. Hic eſt Maximianus Galerius, qui, cognito Severi Caeſaris fato, ipſe contra Maxentium profectus eſt in Italiam. Sed, nec ſibi milites fidos fore praeſentiens, in Orientem regreſſus eſt. *Zoſimus* II. 10. CELLARIVS. Male nomine huius Maximiani Herculium intelligit P. *de la Baune.* PATAROL. *Baunii* error eſt in ſeq. Obſerv., in quem ductus eſt a *Zoſimo* Hiſt. II. 11. ubi *Cellar.*

Transfugis videbatur] Vet. & *Vatic. transfugis circumciſis.* PVTEANVS. *Transfugis circumciſus*, *Bertin.* Forte *circumceſſus.* LIVINEIVS. Maximianus Herculius praeclare ſecum actum putabat, quod Maxentii manus effugiſſet, amiſſis copiis pene omnibus, quae item ad Maxentium transfugerant. BAVNE. Militibus parum fidis transfugarum more ſtipatus, circumſeptus. PATAROL. Vox *circumciſus* deeſt in Ed. *Cuſpin. Rhenan. Steph. Livin.* Eam vero ex Cod. *Bertin.*, in quo, *Livineio* teſte, legitur, adſumſerunt ceteri Editores. *Put.* & *Moerl.* habent *circumciſis.* *Livineius* coniicit *circumceſſus*, hoc eſt, ni fallor, cinctus atque circumdatus. Sed tali mutatione non eſt opus. *Transfugis circumciſus* dicitur, puto, is, cuius copiae, multitudine transfugarum, attenuatae ſunt, & imminutae. Et ſane, quemadmodum milites Severi praemiorum illecebris traduxerat Maxentius, ita & Maximiani exercitum, eadem via, ab illo attentatum fuiſſe auctor eſt, praeter alios, *Aurelius Victor* Caeſ. c. 40. IAEGERVS. *Circumciſus*, a *Grutero* inſertum, retinuerunt ſequentes praeter *Rivinum* in pr. & recte; hoc enim *maioribus copiis* opponitur. Male tamen explicuit *Patarolus*, cuius interpretatio ad *Livineii* magis eſſet coniecturam adcommodata; optime autem *Iaegerus.* Maximianus, id eſt ipſius copiae, *circumciſus* dicitur, ut *ſumtus circumciſi*, de quibus *Schulting.* ad *Senecae* Controv. III. p. 213. & in genere minuendi, reſecandi notionem in hoc verbo obſervarunt V. D. ad *Plinii* Epiſt. III. 7. 11. & X. 52. 3. *Transfugis* eſt ob transfugas, ut hi cauſſam dederint, qua ipſius eſſent copiae imminutae, de quo ablativi uſu dixi ad *Sedul.* Carm. III. 134. iique ſunt, quos Maximianum intellexiſſe ὡ πιςῶς

proſpere refugiſſe. Ipſe denique, qui pater illius credebatur, diſciſſam ab humeris purpuram detrahere conatus, ſenſerat in illud dedecus ſua fata tranſiſſe. Mille & ſexaginta annis contractas ex toto

πιστῶς περὶ αὐτὸν ἔχειν tradit *Zoſimus* Hiſt. II. 10.

Proſpere refugiſſe] Felicius, & conſultius egiſſe redeundo in Aſiam, quam dubio ſe committendo certamini. PATAROL.

Pater illius credebatur] *Ipſe* ſcilicet Maximianus Herculius, qui credebatur pater Maxentii; nam Maxentius putabatur ſuppoſitus eſſe filius Maximiani. Vide *Eutrop.* lib. IX. *Paull. Diaconum.* PVTEANVS. Epitome *Sex. Victoris: Sed Maxentium ſuppoſitum ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auſpicio gratiſſimi partus, coepti a puero.* Scripſi, quod arbitror germanum, & *a puero* eſt a prole maſcula. Infra: *ut omittam, quod erat ille Maximiani ſuppoſitus.* Iterumque: *ut falſo generi non invideamus.* LIVINEIVS. Anonymus *Valeſii: de cuius* (Maxentii) *origine mater eius, cum quaeſitum eſſet, Syro quodam genitum eſſe reſpondit.* BAVNE. & PATAROL. Recte de Maximiano Herculio *ipſe* accipiunt Interpretes: uxorem enim habuit Valeriam Eutropiam, antea homini Syro nuptam, ex qua natus Maxentius, dubium tamen inter Hiſtoricos, legitimus, an ſuppoſitus. Conf. *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* p. 290. *Baluzius* ad eumd. cap. 18. *Cuper.* ad eumd. cap. 39. Not. ad *Valeſii* Anonym. poſt *Ammianun* p. 712. legitimum fuiſſe indicare videtur *Mamertinus* Paneg. 14. 1. ſed ut alterum credam, ſum pronior. Recte *Spanhemius* de V. N. Diſſ. XII. p. 509. eorum refutat ſententiam, qui Maxentium Galerii Maximiani filium faciunt, cuius erat gener. *Livineii* in *Aurelio Victore* Epit. 11. 13. coniectura ex Codd. confirmata eſt, ſecundum quos Pater meus, & *Grunerus* iam dederunt, quos vide.

Detrahere contatus] Vet. & *Vatican. conatus* *Eutropius* princip. lib. X. *Herculius tamen Maximianus poſt haec, in concione exercitus filium Maxentium denudare conatus, ſeditionem & convitia militum tulit. Paul. Diacon.* lib. VII. *Herculius Maximianus perſecutor confirmatum iam in imperio filium veſte, ac poteſtate regia ſpoliare conatus.* PVTEANVS. Credo *conatus.* ACIDALIVS. *Conatus* iam edidit recte *Livineius*, & ita *Schonhovii* excerpta; *contatus* in pr. retinuit *Rivinus.* Noſtrum quoque inluſtrat *Lactantius* M. P. 28. *Convertit* (Maximianus) *ad filium manus, & illum eſſe dicens auctorem malorum, illum principem calamitatum, quas res publica ſuſtineret, diripuit ab humeris eius purpuram.* *Sigonius* de Occid. imp. lib. II. p. 62. Opp. T. I. Part. II. hoc loco habet *coactus*, & refert ad Maximianum, tamquam is, cum purpuram vellet ſumere, ex militum timore eam ſuis humeris detraxerit, quod *Eutropii*, & *Lactantii* locis parum eſt conſentaneum, neque *Oroſio* Hiſt. VII. 28. adde *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. 28.

Sua fata] Id eſt, imperii olim ſui. LIVINEIVS. Recte; cum enim Maxentio purpuram detraheret Maximianus, illum milites, patris perfidiam deteſtati, exceperunt, *quorum*, inquit *Lactantius* M. P. 28., *ira & clamore perturbatus eſt ſenex inpius, & ab Vrbe Roma tamquam Superbus alter exactus eſt.* ita cum penes filium maneret imperium, illius *fata* in hunc tranſierunt. adde *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* p. 285.

5. *Mille & ſexaginta*] Bellum enim Maxentii illud incidit in annum V. C. MLX. BAVNE. Tot ſane elapſi ab V. C. ad Maxentii imperium. quod in Faſtis Capitolinis ponitur ſub Conſulatu Conſtantini M. & Maximiani Herculei IX. Fuit autem A. C. iuxta dictos Faſtos CCCVII., iuxta aliorum computum CCCVI. PATAROL. Conf. *Scalig.* Emend. temp. p. 306. *Livineium* ſupr. ad Incert. Maxim. 2. 5.

Monſtrum illud] Maxentius, & *prodigium* cap. 7. n. 1. CELLARIVS. De eodem *Prudentius* lib. I. contr. Symmach.

Cum te peſtifera premeret Maxentius aula.

&c. PATAROL. *Portentum* dicit infr. 14. 2. adde ſupra ad *Mamertin.* Maxim. p. 16. θὴρ de Licinio apud *Euſebium* Vit. Conſtant. I. 49. *belluam* hoc ſenſu adhibuit *Capitolin.* Maxim. 15. & Maxim. & Balbin. 15. *beſtiam Lactant.* M. P. 16. & 25. *animal* Noſtr. infr. 14. 3. ubi Not. plura dedi ad *Arator.* I. 102. & *Iaeger.* infr. 7. 1. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VI. 17. 7.

Ingeſſerat] In Romam, in fiſcum, ad abutendum, niſi aliud forſan diſpiciendum verbum eſt. CELLARIVS. Nodum in ſcirpo quaerit *Cellarius.* Senſus eſt: Maxentius opes, mille & ſexaginta annis ex toto orbe Romam congeſtas, militibus ſuis, tamquam auctoramentum civilis latrocinii, dederat, eaque largitione, & alia quaedam gratificando, quae ſect. proxima commemorantur, volun-

to orbe divitias monſtrum illud, redemtis ad civile latrocinium
manibus, ingeſſerat. Ad hoc aliena matrimonia, innocentium ca- 6
pita cum bonis paſſim donando, usque ad mortem devotionibus
ob-

voluntates eorum adeo redemerat, ut ipſi corpora, animasque addicerent. Infra c. 14. 6. *Fruimini, aiebat, diſſipate, prodigite.* IAEGERVS. De *civili latrocinio* vide infr. 17. 1.

6. *Ad hoc*] Ita rectius, quam *adhaec.* Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 44. 6.

Aliena matrimonia] Senatorum, *& maxime nobilium matronas publice abſtrahi*, &c. *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. lib. VIII. cap. 16. vide eundem de Vita Conſtant. lib. I. cap. 33. PATAROL. *Matrimonia* pro coniugibus Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 8. 4. ſupr. hoc cap. n. 1. quo ſenſu *thalamos* quoque dixit *Iſcanus* Bell. Troian. I. 35.

> *Qui caperent thalamos, ſpoliarent regna metallis.*

lege *raperent.*

Innocentium capita] Conſule citatum *Euſebii* locum, qui fuſe Maxentii ſcelera proſequitur. PATAROL.

Mortem devotionis] Neſcio, quae ſit *mors* iſta *devotionis*, quare arbitrabar, maxime cum Gallum hominem Panegyrici huius auctorem credere cum aliis libeat, *usque ad morem devotionis* eſſe legendum, qui qualis in hac gente fuerit, ex *Caeſare* cognoſcere licet, alioquin enim paſſim in iure noſtro, & Hiſtoricorum, Poetarumque monimentis *devotiſſimi milites*, & *devotiſſimae legiones* appellantur. MODIVS. Novant. Lect. Epiſt. 25. Varie locus hic legitur in veteribus libris. *Pithoean.* ſic habet: *usque ad mortem devotionibus obſtrinxerat*, rectius quam in vulgatis. Forte ita legendum, *usque ad mortem devotionis obſtrinxerat.* PVTEANVS. Forte *mortis devotionem.* LIVINEIVS. Lege *ad mortem devotos. Livineius* coniecit *usque ad mortis devotionem*, quod *Rittersbuſio* placuit, qui eo modo dictum vult, quo apud *Eumen.* Grat. act. 10. *prompta in te eſt natura bonitatis.* & Conſtantino cap. 10. *legem illius ſeveritatis evaſit.* ubi *legis illius ſeveritatem* legi mavult. ACIDALIVS. *Devotionem capitis*, *vitae* dici, nemo ignorat: num vero etiam *devotio mortis* inveniatur, fateor, me neſcire; quamquam facile agnoſcam, ἀναλογῶς dici poſſe. Vt ut ſit, vulgatam tamen mutatione non indigere arbitror. Quemadmodum enim *Virgil.* Aen. II. 436. *vulnus Vlyſſei* eſt, quod Vlyſſes inflixit, & *Senecae* Herc. Oet. Act. II. v. 447. *malum pellicis*, quod a pellice proficiſcitur; ita *mors devotionis* erit, quae ob devotionem oppetitur, eiusque effectus haberi poteſt. Eam *devotam mortem* dixit *Lactant.* de Mort. Perſ. 47. 3. Senſus igitur eſt: obſtrinxerat eos adeo, ut ad ſubeunda maxima pericula, & pectora morti devovenda eſſent paratiſſimi. Sic de Principe meliore *Claudianus* IV. Conſ. Honor. 118. ſqq.

> *Magnarum largitor opum, largitor honorum:*
> *Pronus & in melius gaudens convertere fata.*
> *Hinc amor, hinc validum devoto milite robur.*

IAEGERVS. Quam memorat *Acidalius* ſententiam *Rittersbuſii*, *Livineium* ſecuti, vide ſupr. ad *Eumen.* Grat. act. 10. 1. contra *mortem devotionis* probat noſter *Herman Cannegieterus* Obſerv. iur. III. 10. & cum *devota morte* apud *Lactant.* M. P. 47. 3. contulit *Bunemannus*; poteſt enim *mors devotionis* eſſe *mors devota*, ex ſimilibus genitivi exemplis, quae dedi ad *Arator.* I. 1. *Bondam* Var. Lect. p. 37. & 188. *Cannegieter* ad Fragm. Vet. ICtor. p. 317. Sed quamvis haec admittatur locutio, eſt tamen aliud, quod in hoc loco male me habet, & in quo, vellem, facem praetuliſſent Interpretes. Ecce enim; a quo pendebunt *aliena matrimonia?* ſi ad *obſtrinxeras* referenda putes, ut in plerisque Edd. fit, quae tum erit conſtructio, *aliena matrimonia obſtrinxerat parricidas?* ſi ad *donando*, aeque intricata erit ſcribendi ratio: ita enim *Puteolanus*, & *Rhenanus: ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita, cum bonis paſſim donando —— obſtrinxerat parricidas omnes, inſidiatos ſibi;* ſimiliter *Henr. Stephanus*, & *Chouetiana*, niſi quod praepoſitionem *cum* in *quum* mutent, quod tamen nihil iuvat: ita *innocentium capita* eſt tamquam adpoſitum τῶν *aliena matrimonia*; hoc ſi nolis, aſyndeton debet eſſe, quo cepiſſe modo videtur in interpretatione, textui ſubiecta, *Baunius:* ita enim explicat: *Praeterea alienas coniuges, innocentium hominum vitam, & bona ſine diſcrimine parricidis dando, eos ita ſibi devinxerat, ut ſuam ipſi vitam devoverent.* non id reiicerem, ſi legeretur *& bona*, ſed iam non concoquo, *aliena matrimonia, innocentium capita donare.* Praeterea alie-

obſtrinxerat: Patricios omnes, aut inſidiatos ſibi, aut palam aliquid pro li-
7 bertate conatos, poenis adfecerat, armis oppreſſerat. Et inter haec utebatur eius Vrbis maieſtate, quam ceperat; totam Italiam conductis ad omne facinus ſatellitibus oppleverat.

Cap.

aliena matrimonia de uxoribus accepit *Baunius*; has vero quibus donavit? parricidis? ſed quid tunc *innocentium capita donare*, ſive innocentium vitam, ut ipſe explicat? ad quid itaque iis permiſit, ut aliorum uxores occiderent? non capio; magis enim, ut occiderentur mariti, flagitabat Maxentii libido, idque convenit *Euſebio* Hiſt. Eccleſ. VIII. 14. Vit. Conſtant. I. 33. de violatis aliorum uxoribus multa tradenti: quamvis uxores per divortium a viris abſtractas, vitiatasque ad eos remiſſas ſcribat; huc facit *Suidas* in Μαξέντιος; *μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας.* unde *libidinem ſtupris contaminatam* ipſi tribuit Noſter 4. 4. Vt brevis ſim, integer mihi locus ita videtur legendus: *Ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis paſſim donando, usque ad mortem devotionibus obſtrinxerat; Patricios omnes, aut inſidiatos ſibi*, &c. *Devotionibus* eſt ex Cod. apud *Puteanum*; *devotionibus obſtringere ad mortem* notat devovendo morti obnoxios facere; *ad necem deſtinare* dixit *Capitolinus* Get. cap. ult. qui enim alium morti devovet, is *devotioni* eum *obſtringere* dici poteſt, cum ipſe ad id ſeſe obſtringat. ita primores Samnitium *deteſtatione obſtricti* dicuntur apud *Livium* X. 38. quia exſecratione promiſerant, ſeſe occiſuros, quos fugientes vidisſent; hi itaque fugientes tali exſecratione ad mortem erant obſtricti; & ſimiliter apud *Iuſtinum* III. 4. 1. cum enim *obſtringere ſe ſcelere, parricidio*, & ſimilibus is dicatur, qui ſceleri, parricidio, ſe obnoxium facit, vid. *Caeſar* B. C. II. 32. 4. *Oudend.* ad eumd. B. C. I. 11. 2. *Drakenb.* ad *Livium* IX. 34. 19. XXXIX. 37. 20. ita *devotionibus aliquem obſtringere ad mortem* is dici poterit, qui ſuis devotionibus alium certae morti facit obnoxium. *Aliena* itaque *matrimonia* ſunt mariti, ut, his ſublatis, eorum uxores ſtupris & libidinibus aliorum traderentur. Confer *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. VIII. 14. idque ſignificat Noſter per verba, *innocentium capita cum bonis paſſim donando.* Eſt enim *innocentium capita donare* innocentium maritorum inpune occidendorum alicui facultatem concedere, ut aliquem *plebi ad poenam donare* apud *Lampridium* Commod. 7. & Herodis filia, Ioannis necem expetitura, in Euang. *Matthaei* 14. 8. & *Marci* 6. 25. *δός μοι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννȣ.* *Cum bonis* recte *Baunius* interpretatur *& bona*, cuius conſtructionis exempla pete a *Salmaſio* ad *Vopiſcum* p. 370. *Anna Fabri* ad *Eutrop.* VI. 19. *Graevio* ad *Florum* III. 10. 8. *Cortio* ad *Plinium* VII. Epiſt. 33. 4. apud *Virgilium* Georg. I. 360. legitur;

> *Iam ſibi tum curvis male temperat unda carinis.*

quem locum varie explicuerunt Eruditi, ſed ex Cod. apud *Burmannum* lego *cum curvis*, ut *ſibi cum carinis* ſit ſibi, & carinis. Quod ſi Noſtri verba ita capias, notetur, velim, duplex ſignificatio, quae uni verbo inſit, *donare caput*, & *bona*, qualia etiam exempla dedi in Specim. Obſerv. cap. 2. in fin. *paſſim donare* eſt ſine ullo dignitatis diſcrimine, cuius nullam a Maxentio rationem eſſe habitam tradit etiam *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. VIII. 14. de cuius vocis *paſſim* ſignificatione dixi ad *Eumen.* Conſtantio 17. 1. Quae denique in ſequentibus mutanda cenſui, mox confirmabo.

Obſtrinxerat parricidas] Vet. *patricios*; *Vatican.* *parricios.* Vide *Iſaacum Caſaubonum* ad *Strabonem* p. 64. C. PVTEANVS. Sine ulla haeſitatione *Patricios* reſcripſi; ita enim Senatores, aliosque honoribus inſignes fictis criminibus eum puniviſſe teſtatur *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. VIII. 14. & Vit. Conſtant. I. 35. unde infr. 4. 4. *trucidatum* memorat *Senatum.* Omnes reliqui *parricidas* dederunt, id cum *obſtrinxerat* coniungentes, ſed tunc turbata eſt praecedentium conſtructio, ut dixi praeced. obſerv., neque ad ſequentia referre potuerunt, quia *autem* obſtabat tertio loco poſitum. Ni fallor, omnia ſunt iam plana, ſecundum ea, quae ex Codd. reſtitui.

Omnes inſidiatos] *Omnes aut inſidiatos*, Vet. PVTEANVS. *Omnes autem inſidiatos*, *Langii* Schedae; *ante*, *Cuſpin.* *aut* Vet. Probe LIVINEIVS. Lege, *parricidas, inſidiatos ſibi.* ACIDALIVS. Loco τȣ̃ *autem*, quod ex *Lang.* adſumtum Editores plerique exhibent, *Cuſpin.* praefert *ante*, Cod. *Liv.* *aut*, probante *Livineio*, qui una cum *Rhenan.* & *Stephan.* in contextu vocibus *omnes inſidiatos* nullam particulam interponit. IAEGERVS. *Autem* primus adſumſit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, qui cum *Puteol.* & praecedentibus omiſit. *Cuſpinianum* ſecutus eſt

Paull.

Cap. IV. Haec omnia, Imperator, cum cogitares, ſcires, videres, nec te paterna gravitas, nec tua natura temerarium eſſe pateretur, dic, quaeſo, quid
in conſilium, niſi divinum Numen, habuiſti? An illa te ratio ducebat, (ſua 2
enim cuique prudentia Deus eſt) quod, in tam diſpari contentione, non pote-rat

Paull. Stephanus. Sed cum *autem* ſola *Langii* auctoritate, & forte coniectura nitatur, ex Codd. *aut* reddidi, praeſertim ut foret oppoſitio inter *inſidiatos*, & *palam*. *Inſidiati* enim hic ſunt, quos *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. VIII. 16. memorat, aperte Maxentio reſiſtere non fuiſſe auſos, quomodo *aperte* & *per inſidias* diſtinguuntur apud *Spartian.* Hadr. 23. *omnes* in ſequentem locum traiicit *Acidalius*, ſine neceſſitate.

Armis] Lege *omnes armis.* ACIDALIVS.

7. *Totam*] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 10. 5.

1. *Nec te*] *Et te* Schedae *Langii.* LIVINEIVS.

Dic quae & quid] Opinor legendum, *Dic, quaeſo.* RHENANVS. Sic lege, ut in omnibus libris, *Dic, quaeſo, quid in conſilium niſi divinum Numen habuiſti?* PVTEANVS. *Quaeſo* Vet. *Bertin. Cuſpin.* & abeſt in Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Haec eſt lectio *Rhenan. Stephan. Livin.* niſi quod illi τὸ & omittunt. IAEGERVS. *Quaeſo* etiam *Schonkovii* excerpta, quod primum recte recepit *Paull. Stephan.* & praeter *Rivinum* ſequentes.

In conſilio] Vet. *conſilium.* PVTEANVS. Alii *in conſilium.* BAVNE. Pro *in conſilio Putean.* ex ſuo Cod. adfert, probatque *in conſilium.* Notiſſimus eſt uſus praepoſitionis *in* cum quarto caſu loco ſexti, de quo vid. *Taubm.* ad *Plaut.* Amph. I. 1. 25. ut alios praeteream: ſed tamen non ubique inculcandus. IAEGERVS. Probavit hanc lectionem in praeced. obſerv. *Puteanus.* Verum quidem eſt, quod de praepoſitionis uſu monet *Iaegerus*, quem etiam adtigi ad *Sedul.* IV. 107. V. 200. ad *Arator.* I. 38. & ita *conſilio* hic retineri poſſet, ut infr. 11. in fin. *qui tibi in conſilio erant.* magis tamen *conſilium* placet, tum quia multum Cod. *Puteaneo* tribuo, tum quia, elegantem praepoſitionis cum quarto caſu uſum ignorans, Librarius conſtructionem magis frequentem ſecutus videtur, aut poteſt ipſi fuiſſe fraudi conſuetum illud ſcripturae genus, ex quo caſum quartum nonnumquam corruperunt Librarii, de quo pluribus monui ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 8. init. *Habere* enim *aliquem in conſilium* eſt, ut ſibi conſilium det; ita cauſſam ſaepe haec indicat praepoſitio; quo modo *deligere in conſilium*, *Mamertin.* Iulian. 25. 1. ſimilia dedi ad *Arator.* I. 597. & de Graeco εἰς *Burman.* ad *Petron.* p. 429.

Divinum Numen] *Tuum N.* Vet. LIVINEIVS. *Livineius* ex ſuo Cod. & N. pro *divinum* notat *tuum*, quod fortaſſe ab ingenioſo correctore, ea, quae proxime ſequuntur, non ſatis conſiderante, & verba ſect. 5. *divino conſilio, hoc eſt, tuo*, ante oculos habente, eſt profectum. IAEGERVS. Littera *N.* in *Livineii* margine non Codicem, quod putaſſe videtur *Iaegerus*, ſed vocem *Numen* indicat; nullo enim loco iſtiuſmodi nota Codicem deſignavit.

2. *Ratio ducebat*] Diſtingue. *An illa te ratio ducebat, (ſua enim c. p. D. e.) quod n. p. m. c. n. ſuperare?* ACIDALIVS. *Acidalio* ad diſtinguendum cauſſam dedit omiſſa in quibusdam Edit. parentheſis, & iure ita diſtinxit.

Prudentia Deus eſt] Reſpexit ad illud Aeneid. IX. 185.

An ſua cuique Deus fit dira cupido.

BAVNE. Ita Mezentius Aen. X. 793.

Dextra mihi Deus.

Cornel. Attic. 16. 4. *facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodam modo eſſe divinationem.* IAEGERVS. Dictum hoc *Menandri*, vel *Euripidis* praeclare illuſtrat *Wyttenbachius*, V. C. in ſpecimine editionis Opp. *Plutarchi*, quod exhibet Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 17. ſq. IDEM in Adpend. Obſerv. ad Panegyr. Comparabat quoque hunc locum *Eldikius* noſter cum illo *Iuvenalis* Sat. 14. vs. 316.

Nullum Numen abeſt, ſi ſit prudentia.

adde *Cerdam* ad *Virgil.* Aen. IX. 185.

Diſpari contentione] Supra enim cap. 3. Conſtantinum alloquens, *vix quarta parte exercitus contra centum millia armatorum hoſtium Alpes transgreſſus es.* BAVNE. Quae de *meliori cauſſa* addit, ſi cum ſequentibus comparentur, oſtendunt Noſtrum belli, Maxentio inlati, cauſſam, a Conſtantini parte, in Italia a tyrannide liberanda conſtituiſſe, non autem in ipſius ſtatuis Romae a Maxentio deiectis, quod voluit *Valeſius* Rer. Fran-

rat melior cauſſa non ſuperare, &, innumerabiles licet ille copias
3 pro ſe obiiceret, pro te tamen iuſtitia pugnaret? Vt enim omittam
illa, quae non decet comparari; quod erat ille Maximiani ſuppoſitus, tu Conſtantii Pii filius; ille deſpectiſſimae pravitatis, detortis, ſolutisque membris, nomine ipſo abuſiva appellatione mutilato,
4 tu, quod ſufficit dicere, tantus ac talis; ut haec, inquam, omittam,

Francic. I. p. 23. notatus ideo a *Nourrio* Diſſert. ad *Lactant.* p. 196. niſi ſtatuere velis, Maxentii tyrannidem cauſſam belli fuiſſe iuſtam, ſtatuas vero deiectas Conſtantinum moviſſe ſub cauſſa utilis, id eſt, fuiſſe cauſſam ſuaſoriam, ſed arte civili tectam, de quo *Grotius* I. B. & P. II. 1. §. 1. n. 1. ſqq. Alii tamen bellum hoc a Maxentio inlatum ſcribunt, de quo *Ianuar.* ad *Sigon.* de Occid. imp. Opp. T. I. Part. II. p. 75. Silentio autem praeterit Noſter, in principio Conſtantinum Maxentio fuiſſe inferiorem; id quoque tegunt reliqui Hiſtorici praeter *Lactantium* M. P. 44. ubi *Cuper.* dubito, utrum hoc oblique etiam ſignificaverit *Nazarius* Paneg. 20. 1. Conſtantini expeditionem cum illa Macedonum contra Illyrios comparans, *& prima quidem*, inquit, *congreſſio ſecundum illos* (Illyrios) *fuit.*

Iuſtitia pugnabat] *Pugnaret* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livin. pugnabat*; ceteri, ut nos. Hanc modi mutationem exemplis pluribus adſerit *Cort.* ad *Cic.* Ep. ad Div. XII. 2. 7. *Baunius* aliam rationem videtur iniiſſe, omiſſa vocula *&* ante *innumerabiles*; quo facto verba, *in tam diſpari contentione non poterat melior cauſſa non ſuperare*, per parentheſin orationi inſerenda eſſe puto. Sed neſcio, an parentheſis tam frequens poſſit ferri. IAEGERVS. Vſum modi, eadem in periodo diverſi, exemplis vide probatum apud *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* p. 112. Obſ. Miſcell. T. IV. p. 159. de Graecis, Obſerv. Nov. T. III. p. 13.

3. *Maximiani ſuppoſitus*] Elegans Maxentii, & Conſtantini oppoſitio. Illius mores, crudelitatem, libidines, ſtupra, proſcriptiones, calumnias, & magicas artes vide apud *Euſebium*, *Zonaram*, & *Eutropium*, &c. BAVNE. Ille Maxentius, de cuius natalibus fama dubitavit. Mox: *ut falſo generi non invideamus.* Epitome *Victoris* in Herculeo: *Maxentium ſuppoſitum ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auſpicio gratiſſimi coepti a puero.* CELLARIVS. Ex *Zoſimo* tamen colliges, ipſum Maximiano legitimis natalibus ortum ex Eutropia. PATAROL. Conf. ſupr. ad cap. 3. 4. Ex ſimili Conſtantini & Maxentii comparatione *Nazarius* Paneg. 10. 3. *nihil ſibi*, inquit, *putat tecum commune, quia nihil ſimile eſt.*

Conſtantii Pii] Extat numus in *Triſtani* Commentariis Hiſtor., cuius titulus D CONSTANTIO PIO PRINCIPI. Vide Paneg. *Eumenii* Conſtantino cap. 7. BAVNE. Et quae ibi ſunt notata.

Deſpectiſſimae pravitatis] *Moerl. parvitatis.* Haec facile permutantur. Vulgata quidem probabilis eſt, & verbis ſtatim ſequentibus declaratur: ſed illa tamen magis fere arridet, propterea quod, ſicuti *detorta & ſoluta membra* τῷ *talis*, ita *parvitas* τῷ *tantus* ſcite opponitur. IAEGERVS. Vt in Cod. *Moerl.* legitur, ex ingenio etiam emendavit *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 18. Facile haec a Librario miſceri potuiſſe patet exemplis, apud *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* VII. 385. *Livium* I. 31. 8. & XXIX. 37. 16. ita in *Chriſtii* Cod. apud *Statium* Theb. IX. 308. *prava alno* invenit *Klotzius* Miſcell. Crit. p. 90. Propter ſequentia tamen, *detortis ſolutisque membris*, vulgatum praefero; *pravum* enim de corpore notat perverſum, male diſtortum; qua notione propria *curvaturae pravitatem* dixit *Palladius* de R. R. IV. 11. 2. ad Noſtri locum egregie *Cicero* Tuſcul. Quaeſt. IV. 13. *pravitas membrorum, diſtortio, deformitas.* & quae plena manu dedit *Gronovius* ad *Livium* IV. 26. 6. & ad *Senec.* Epiſt. 122.

Detortis ſolutisque] An *diſtortis?* ita *Cicero* Tuſcul. Quaeſt. IV. 13. *membra non diſtorta, nec prava adpellat*, & ibid. princ. *diſtortionem* cum *pravitate membrorum* coniungit; adde loca apud *Gronov.* ad *Senec.* Epiſt. 122. De *ſolutis membris* confer *Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 58.

Mutilato] Indicare videtur Maxentium a Maximiano dictum truncato & mutilato nomine. BAVNE. Quaſi *Maxentii* nomen eſſet mutilatio nominis *Maximiani*; ſeu quod eſſet minime *Maximus*, quia ſtatura parvus. PATAROL. Mihi vero aliud quiddam ſubeſſe, & Maxentius in deſpicabilem appellationem, vulgi ſermone, impactus fuiſſe videtur, cuius mentionem Hiſtorici, quos habemus, intermittunt. IAEGERVS. De voce *abuſiva*

tam, te, Conſtantine, paterna pietas ſequebatur; illum, ut falſo generi non invideamus, impietas; te clementia, illum crudelitas; te pudicitia ſoli dicata coniugio, illum libido, ſtupris omnibus contaminata; te divina praecepta, illum ſuperſtitioſa maleficia: illum denique ſpoliatorum templorum, trucidati Senatus, plebis Romanae fame enectae piacula; te abolitarum calumniarum, te pro-

va vide *Falſter.* Supplem. p. 4.

Tantus ac talis] Pertinent haec ad egregiam Conſtantini formam, de qua *Eumenius* Conſtantin. 5. 4. & cap. 17. ita mox 7. 5. *pulcerrimi Imperatoris formam* memorat. adde notata ſupr. ad Incertum Maxim. 3. 3.

4. *Vt hoc, inquam*] Vet. *haec.* PVTEANVS. *Haec*, *Bertin.* LIVINEIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* ſed Cod. *Moerl.* cum reliquis excuſis melius *haec.* IAEGERVS. *Haec* primum dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

Inpietas] Maxentii mores, crudelitas, libidines, ſtupra, proſcriptiones, & calumniae, magicae artes pluribus verbis deſcribuntur ab *Euſebio* cap. 27. lib. VIII., cap. 8. lib. IX. Hiſtor. Eccleſ., cap. 27. & 29. de Vit. Conſtantin. *Zonara* lib. II. *Eutropio* lib. X. *Prudentio* lib. I. contra Symmach. & aliis. PVTEANVS.

Sola dicata] Vet. *ſoli.* IDEM. *Soli* Vet. *Bertin. Cuſpin.* An ergo iuſta ei coniux Minervina, ex qua Criſpum ſuſtulit? At παλλακὴν *Zoſimus* appellat. Confer, quae ad Incert. Maximian. cap. 4. notamus. LIVINEIVS. Lege *ſoli.* ACIDALIVS. Igitur Minervinam, ex qua Criſpum ſuſcepit, uxoris loco habuit. Vide Conſtantini vitam. BAVNE. Minervina tamen, de qua Criſpus natus, dicitur a *Zoſimo* concubina. Apud alios autem nomine hoc non audit; &, ut verum fatear, plura invenies in *Zoſimo* contra aliorum fidem. PATAROL. Ita meliores libri ſcripti, & typis impreſſi. *Rhenan. Stephan. Livin. ſola.* IAEGERVS. *Soli* dedit primum *Paull. Stephanus*, & ſequentes, praeter *Rivinum.* Minervinam non fuiſſe concubinam patet etiam ex Incerti Paneg. Maxim. 4. init. ubi ab ipſo pueritiae fine ſeſe matrimonii legibus tradidiſſe dicitur Conſtantinus; illic vide, & *Baunium* Vit. Conſtantin. p. 297.

Illum libido] Fuſe *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. lib. VIII. cap. 16. PATAROL. *Suidas:* Μαξέντιος βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὃς κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος, κατ᾽ ἀυτῶν μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τούτοις ἀκόλουθα. IAEGERVS. Adde *Nourrij* Diſſert. ad *Lactant.* p. 291. *Cuper.* ad *Lactant.* M. P. cap. 44.

Divina praecepta] Intelligit, puto, crucis ſignum, quam auctor *Euſeb.* de Vita Conſtant. lib. I. cap. 28. &c. eidem apparuiſſe ſub meridiem, omnibus viſibilem, propinqua in hanc ſententiam ſcriptura, *Eo vinces:* ipſumque mox per noctem in ſomnis a Chriſto admonitum, *ut, exemplar imitatus illius ſigni, idem in bellicis conflictibus amuletum circumferret.* Eadem fere & *Socrat.* Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. 2. Notandum vero, citatum *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. lib. IX. cap. 9. rem aliter narrare; nimirum, crucem Conſtantino per ſomnum in caelis apparuiſſe, dicentibus Angelis, qui ad crucem ſtabant, *In hoc vince;* ex hoc inde animos eundem ſumpſiſſe ad praelium contra Maxentium. PATAROL. Conf. ſupr. ad cap. 3. 3.

Superſtitioſa maleficia] Teſtis idem *Euſeb.* lib. VIII. cap. 16. cuius verba: *Tandem vero tyrannus ſceleribus ſuis, quaſi quoddam faſtigium, magicae artis praeſtigias impoſuit.* PATAROL. De his vide infr. 14. 3.

Trucidati ſenatus] Vid. ſupr. 3. 6.

Fame enectae] *Euſebius* de Vita Conſtantini de Maxentio: Ὄυτω μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμης ὁ τυραννῶν οὐκ ἔστιν ἐιπεῖν, οἷα δρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο. ὡς ἤδη τῶν ἀναγκαίων τροφῶν ἐσχάτῃ σπάνει, καὶ ἀπορίᾳ καταστῆναι ὅσον ἐπὶ Ῥώμης, οὐδ᾽ ἄλλοτέ ποτε οἱ καθ᾽ ἡμᾶς γενέσθαι μνημονεύουσιν. Vide *Paulum Diaconum* princ. libr. XX. PVTEANVS. *Fame necatae* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Enectae* etiam *Schonhov.* excerpta; indicat vox plebem ita fame vexatam, ut mortuo ſit ſimilis. *Drakenb.* ad *Liv.* II. 23. 2. quamvis etiam pro vere mortuo adhibeatur, ut in Anthol. Latin. I. Epigr. 42.

Tertius enectus ſus eſt Erymanthius ingens.

ſerpentis enectae virus, *Seneca* Herc. Oet. 916. adde *Burman.* ad *Sueton.* Calig. 49. De hac fame conf. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 486. —— *Piacula* notant crimen expiatione, & morte dignum; dixi ad *Arator.* I. 188.

Abolitarum calumniarum] Infr. *Nazar.* in fine Pa-

prohibitarum delationum, te conſervatio, atque homicidarum ſanguinis gratulatio. In tam diverſa cauſſarum ratione divino conſilio, Imperator, hoc eſt, tuo, non militum multitudinem, ſed partium merita numeraſti.

CAP.

Panegyr. Conſtantino cap. 38. *Veterum calumnioſae ambages reciſae*, *captandae*, &c. Vide, quae ad hunc locum. PVTEANVS. *Victor Schotti* de illo: *Commodiſſimus multis rebus fuit*, *calumnias ſedare legibus ſeveriſſimis*, &c. Id ipſum habet *Euſebius*, & Paneg. *Nazarius* cap. 38. BAVNE. & PATAROL.

Probitatum delationum] Opinor legendum, *te prohibitarum delationum*. RHENANVS. Vet. *prohibitarum*. PVTEANVS. *Prohibitarum* Vet. *Bertin*. LIVINEIVS. Emendant, & recte, *te prohibitarum*. ACIDALIVS. *Livin*. *probatarum*; *Cuſpin*. *Rhenan*. *Stephan*. *te probitatum*, *del*. quod iam *Rhenanus* coniectura ita emendavit, uti nos ex Codd. *Livin*. *Bert*. *Schonhov*. *Put*. *Moerl*. & accuratioribus Edd. hic proponimus. IAEGERVS. *Prohibitarum*, quod etiam eſt in *Schonhov*. excerptis, recte primus recepit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſecuti. Solus *probatarum* edidit *Livineius*, quae lectio fidei eſt Hiſtoricae contraria, cum delatores non *probaverit*, ſed *prohibuerit* Conſtantinus, & quidem iam ante devictum Maxentium, quae tamen lex periit; namque in L. I. C. *Theod*. de Petition., quae anni CCCXIII. principio, & proinde brevi ante hunc Panegyricum, lata eſt, ſeſe *de delatoribus iam certa conſtituiſſe monet*, quae ſub graviſſima poena confirmat. Hanc quidem legem cogitaſſe potuiſſet Noſter, ſed tamen magis priorem videtur, quia hic de expeditione contra Maxentium loquitur, & L. I., eodem iam victo lata, ſecundum iuris antea conſtituti normam eſt facta; itaque ad ius, expeditione illa prius, Noſtri de expeditione loquentis potius verba adcommodentur. Conf. ibi *Gothofred*. T. III. p. 460. qui tamen in Chronol. Cod. *Theod*. p. 6. parum recte legem, quam periiſſe dixi, ad Kal. Decembr. CCCXII. refert; tunc enim devictus iam erat Maxentius; legem vero ante eumdem devictum iam fuiſſe latam, hic locus aperte indicat. Ceterum eſt cavendum, ne, quae de calumniis, & delatoribus in iure civili conſtituerit Conſtantinus, ad hunc locum referantur; ſunt enim hoc Panegyrico poſteriora, ut ad *Nazarium* Paneg. 38. oſtendam.

Te conſervatio] Vet. delet *te*. PVTEANVS. Deleam hinc, & poſt *gratulatio* reponam. LIVINEIVS. Emendandum inſertis duabus voculis, quae notatae ſaltem, non perſcriptae exciderunt. Lege *te P. R. conſervati*, *atque homicid*. id eſt, *Populi Romani*. Opponit enim hoc illi ſuperiori membro: *trucidati Senatus*, *plebis Romanae fame enectae piacula*. ACIDALIVS. Pronomen *te* ante *conſervatio* delet *Put*. & *Moerl*. Locum in mendo cubare ſatis liquido adparet, nec ullum remedium libri adferunt. Emendatio *Livineii*, τὸ *te* omittentis, & vocem *conſervatio*, ſublatam loco priore, poſt *gratulatio* reponentis, non ſufficit ad removendam difficultatem. Nam ea vox, in fine periodi collocata, non habet, quo referatur. Quod ſi *Acidalium* ſequamur, ſententia efficitur quidem planior, ſed poſt *ſanguinis* vox aliqua deſiderari videtur. *Patarol*, parum ſollicitus de verbis, ita convertit: *Voi la conſervazione del Romano Popolo, e la conſolazion dello ſcempio degli di lui uccifori*. Deſunt fortaſſe etiam plura, quae

Divinare mihi magnus non donat Apollo.

IAEGERVS. Scite huic loco medetur Bibliotheca Philologica ita reponendo: *te Populi Romani conſervati atque homicidiarii ſanguinis expiati gratulatio*. Sic omnia bene, atque apte ſibi invicem reſpondent. IDEM. Adpend. Obſerv. in Panegyr. Locus maxime difficilis. Vnde enim pendent genitivi *calumniarum*, & *delationum*? utrum a praecedenti *piacula*? ut hoc denuo repetatur, tamquam *piacula calumniarum* deſignent calumniae & delatorum crimen, ipſa Conſtantini lege morte expiandum, in L. I. C. *Theod*. de Petit. certe non pendere poſſunt a ſequente *gratulatio*, propter interiecta *te conſervatio*. Mihi locum conſideranti non eſt dubium, quin in voce *conſervatio* lateat vitium, Codicibus, quos adhuc habemus, antiquius. Bis in praecedentibus τῷ *te* genitivum addidit; eumdem itaque caſum in hoc tertia vocis repetitione etiam fuiſſe additum mihi fit veriſimile, ſi non certum, ob vocem *ſanguinis* per copulam *atque* prioribus iunctam. Acuta igitur eſt *Acidalii* coniectura *Populi Romani conſervati*. Neque tamen premam, quod mihi in mentem venit; ſcriptum puto, *te conſervati orbis*, id eſt imperii Romani. Forte in antiquo Cod. per notas exſtitit *O*., quod in *Papiae* vocabulario *orbe*

ex-

CAP. V. Magnus Alexander, cum, praeter Macedonas ſuos, cunctae Graeciae, univerſo Illyrico innumerabilem delectum poſſet indicere, numquam tamen maiores quadraginta millium copias duxit; inhabile regenti ratus quidquid excederet, & turbam potius, quam exercitum. Tu vero etiam 2
mi-

exponitur, aut craſis quatuor poſterioribus litteris, cum neſciret Librarius, quo *o* ſuperſtes referret, praecedenti voci iunxit. Ita *conſervator* Romae Conſtantinus dicitur a *Nazario* Paneg. in fin. ut Diocletianus & Maximianus apud *Mamertin.* Maxim. 13. 2. *conſervatorem* quoque dixit Conſtantinum *Eumenius* Grat. act. cap. ult.

Homicidarum ſanguinis] *Homicidiarii* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. *Moerl.* pro *homicidiarii* exhibet *homicidiarum. Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. homicidarum*, *Francof. Pariſ.* prior, *Cellar. Patar. homicidarii*, *Baunius* ex *Bertin. homicidiarii.* IAEGERVS. *Homicidiarii* non eſt ex *Bertin.* ſed *Langii* Schedis; vox certe corrupta, quam non niſi huius loci auctoritate tuentur Lexicographi; alii igitur id in *homicidarii* mutarunt, ſed ex ſolo arbitrio. Revocavi igitur *homicidarum*, quod in ſuis inveniſſe Codd. dicendi ſunt *Puteanus*, & *Livineius*, cum pro varia lectione nihil notaverint, & proxime adcedit Cod. *Moerl.* ita etiam *Gruterum* usque conſtanter Edd. Diſplicuiſſe quibusdam duplex videtur genitivus, cuius tamen exempla dedi ad *Mamertin.* Maximian. p. 10. ad *Eumen.* Grat. act. 4. 3. *Gratulatio ſanguinis homicidarum* eſt gratulatio de occiſis homicidis, id eſt Maxentio, eiusque ſectatoribus, ut *gratulationes victoriarum* apud *Nazarium* Paneg. 33. init. Nulla igitur ratio, ut poſt *ſanguinis* inſeratur *expiati* cum Viro Cl. apud *Iaegerum* praeced. obſerv.

5. *Militum multitudinem*] Infra Paneg. IX. 7. 2. *Tantum inter arma bona conſcientia ſibi vindicat, ut iam coeperit non virtutis magis, quam integritatis eſſe victoria. Propert.* IV. 6. 51. ſeq.

> *Frangit, & adtollit vires in milite cauſſa:*
> *Quae niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.*

ubi vid. *Brouckhus. Onoſander* Strat. c. 4. ὅσοιγε νομίζουσι, νεμεσήσειν τὸ θεῖον ἐπὶ τῷ παρὰ τὸ δίκαιον ἐκφέρειν πόλεμον, αὐτῇ τῇ οἰήσει, κᾂν μή τι δεινὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαντήσειν μέλλει, προκατοῤῥωδοῦσιν. IAEGERVS.

1. *Dilectum*] Scripſi ex Edd. antiquis *delectum.* Vid. ſupr. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 5. 3.

Numquam maiores] *Numquam tamen* Vet. PVTEANVS. *Numquam tamen* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ante *maiores* ex Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl. Schonhov.* & Edd. *Cuſp. Francof. Pariſ.* priore, & *Cellar.* vocem *tamen*, omisſam reliquis, inſerui. IAEGERVS. Inſeruerat etiam *Paull. Stephanus*, quem praeter *Chouet*, *Rivinum*, & *Baunium* reliqui ſecuti.

Quadraginta millium] Forte *millibus.* LIVINEIVS. Sic & *Frontinus* lib. IV. cap. 2. *Alexander Macedo quadraginta millibus hominum, iam inde a Philippo patre diſciplinae aſſuefactis, orbem terrarum aggreſſus, innumeras hoſtium copias vicit.* Apud alios Auctores variat numerus, ut videre eſt apud *Diodor.* lib. XVII. *Arrian.* lib. I. *Iuſtin.* lib. XI. cap. 6. PATAROL. Particulam *quam* ſaepius omitti docet, praeter alios, *Sanctius* Minerv. IV. 7. p. m. 699. Sed & comparativis, more Graecorum, addi genitivos, cum *Salmaſio*, contra ſententiam *Perizonii*, adſerit *Heuſinger.* ad *Vechn.* Hellenolex. p. 292. Prior tamen ratio hic potior eſt, nec audiendus *Livineius*, qui *millibus* legendum eſſe coniicit. De copiis Alexandri *Plutarchus*, in eius Vita p. 1231. *H. Steph.* Τῆς δὲ στρατιᾶς τὸ πλῆθος, οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες, τρισμυρίους πεζοὺς, καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς· οἱ δὲ πλεῖστον, πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν. De modo exercitus *Veget.* III. 1. *Cum Xerxis, & Darii, & Mithridatis, ceterorumque regum, qui innumerabiles armaverant populos, exempla releguntur, evidenter apparet, nimium copioſos exercitus magis propria multitudine, quam hoſtium virtute depreſſos. Nam pluribus caſibus ſubiacet amplior multitudo.* IAEGERVS. Recte vulgatum tuetur *Iaegerus* ex omiſſo *quam*, de quo ſimilia Pater meus ad *Plinii* Paneg. 28. 4. neque opus, ut ad uſum genitivi poſt comparativum confugiamus, cuius exempla vide apud *Barth.* ad *Claudian.* in Rufin. I. 377. *Davies.* Addend. ad *Ciceron.* de Divin. p. 376. Obſerv. Miſcell. Nov. T. VII. p. 909.

Exercitum iudicabat] Dele *iudicabat* ex Vet. *Cuſpin. Rhen.* LIVINEIVS. Solus *iudicabat* dedit *Livineius. Claudian.* B. Get. 402.

> *Menſus numerum, qui congruus eſſet,*
> *Nec gravis Italiae, formidandusve regenti.*

adde *Vegetii* locum, modo a *Iaegero* adhibitum.

minoribus copiis bellum multo maius adgreſſus es ; tanto ſcilicet tua virtu-
3 te propria potior, quanto ille numero inſtructior. Et ille quidem contra leves Medos, & imbelles Syros, & Parthorum arma volatica, & Aſiaticos, optantes mutare ſervitium, rem geſſit praelii unius eventu : tibi vincendi erant milites, pro nefas! paullo ante Romani, armis omnibus, more primae claſſis, armati, &, pro facinorum conſcientia, numquam niſi morte ceſſuri.

2. *Minoribus*] Quantum a Noſtro diſſentiat *Zoſimus*, colligi ex iis poteſt, quae adnotavi ad cap. 3. PATAROL. At non diſſentire illic docui. Similia Ducum exempla contulit *Cerda* ad *Virgil.* Aen. IX. 149.

3. *Leves Medos*] Fluxos, delicatos, utpote Orientales. PATAROL. Τὸ *Medos* omittit *Moerl.* IAEGERVS.

Inbelles Syros] Ignavos, bello minus aptos. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 67. 2.

Arma volatica] Tela, ſagittas, quae maximo uſu Parthis, qui eisdem fugiendo etiam praeliabantur. PATAROL.

Aſiaticos] *Moerl.* habet *Aſiacos.* IAEGERVS.

Praelii unius] Innuit, arbitror, praelium cum Dario, clademque eidem illatam, de qua *Curtius* lib. IV. Gentes eas tamen non illo tantum praelio ſubegit, ſed pluribus aliis cum eodem Dario habitis, ut teſtatur idem lib. IV. & V. PATAROL. Haud dubie illius, quo imperium Aſiae rapuit. Paullo ante commiſſum ad Arbela praelium, teſte *Diodoro Siculo* pag. 592. l. 17. *H. Steph.* ἔφησεν ὁ Ἀλέξανδρος, Δαρεῖον, εἰς ἕνα τόπον ἠθροικότα τὰς δυνάμεις, ἀπολελυκέναι πάσης ἀγωνίας αὐτὸν· μιᾷ γὰρ ἡμέρᾳ κριθέντα περὶ τῶν ὅλων παύσασθαι τῶν πόνων, καὶ πολυχρονίων κινδύνων. Et Darius, *Curt.* IV. 14. 10. *Hic dies imperium, quo nullum amplius vidit aetas, aut conſtituet, ant finiet.* IAEGERVS.

Vincendi erant] *Erant vincendi* Vet. LIVINEIVS. Elevat, quantum poteſt, Alexandri victorias, ut Conſtantini virtus maior appareat. BAVNE.

Milites] Praetoriani Maxentii. LIVINEIVS.

Romani] Diſtingue, *milites, prob nefas! paullo ante Romani, armis omn.* &c. ACIDALIVS. Copiae ſcilicet, & praeſidia Romani Imperii: ſeu milites quidem Romani, qui tunc tamen Romani dici non merebantur, quod ad Romanae Reip. hoſtem deſciviſſent. PATAROL. *Acidalianae* diſtinctioni cauſſam dedit neglecta in antiquioribus Edd. interpunctio.

Primae claſſis] Id eſt, cataphracti. BAVNE. More primi ordinis, & praeſtantiſſimorum militum. Terreſtris exercitus etiam *claſſis* antiquis: & *claſſes* pro equitibus. Vide *Tanaquilli Fabri* Epiſt. 47. lib. I. & *Feſtum* inſpice, ac *Gellium* ex *Pictore*, X. 15. CELLARIVS. Cives claſſis primae, ex inſtituto Servii Tullii, armis melioribus utebantur, quam inferiorum claſſium cives. *Livius* I. 43. *Prima claſsis.* —— *Arma his imperata galea, clypeum, ocreae, lorica, omnia ex aere. Haec ut tegumenta corporis eſſent. Tela in hoſtem, haſtaque & gladius. Secunda claſſis.* —— *Arma imperata, ſcutum pro clypeo, &, praeter loricam, omnia eadem. Tertia claſſis.* —— *nec de armis quidquam mutatum, ocreae tantum ademtae. In quarta claſſe* —— *arma mutata; nihil praeter haſtam, & verutum datum. Quinta claſſis,* —— *fundas, lapidesque miſſiles hi ſecum gerebant.* Adde, ſis, *Dionyſ. Halicarnaſſ.* lib. IV. p. 221. *Sylb. Polyb.* VI. 21. *Lipſ.* de Milit. Rom. III. 6. p. m. 84. IAEGERVS. Melius *Cellario* locum cepit *Iaegerus*, & ita ad milites refert ditiores *Lipſius*, quibus in prima claſſe non pectoralia, ſed integras erat loricas ferendi neceſſitas. Qua autem ratione armati fuerint hi Maxentii milites, adcurate deſcribit *Nazarius* Paneg. 22. 3.

Pro facinorum] *Bongarſ. & proh! facinorum.* PVTEANVS. Argute aliquot editiones, *&, prob facinorum conſcientia! nunquam niſi morte ceſſuri.* ſed noſtrum videtur ut ſimplicius, ita & verius. GRVTERVS. Si placeat exclamatio, *pro* retineri poſſet; *prob* enim eſt ex deteriori ſcriptura. Vide, quos citavi ad *Arator.* II. 111. *Facinorum conſcientiam* dixit ex eo more, quo *conſcientia*, ſimpliciter poſita, ſenſu malo de hominibus maxime inpiis adhibetur. Ita *conſcientiae timore diffugere*, infr. 11. 2. *conſcientia carnifex* apud *Pacat.* Paneg. 43. 4. adde *Schulting.* ad *Quinctil.* Declam. p. 19.

4. *Obſtinatio eorum*] Scilicet Seguſienſium. *Nazarius* in Paneg. ad Conſtantin. c. 17. *Differamus parumper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium civitatem, quae ſuperatis Alpibus Italiae clauſtrum obiicit, cum tua virtute velut ianuam belli refregiſſes.* & cap. 22. *Seguſienſium vaſtitas monet, ut ſibi caveant.* PVTEANVS. Seguſienſium; Seguſium enim, nunc *Suſa*, in Pedemontio civi-

ri. Probavit hoc prima obſtinatio eorum, qui ſub ipſis Alpium iugis, muni- 4
tiſſimo licet muro ac ſitu tenentes oppidum, auſi fuerunt, te imminente, reſiſte-
re, ac portas claudere; non credentes illi quidem, ut audio, te ipſum adeſſe;
quis enim crederet, tam cito a Rheno ad Alpes Imperatorem cum exercitu per- 5
volaſſe? ſed qui tamen non ſolum praeſenti Numini tuo, verum etiam nuntiato
nomini cedere debuiſſent. Luerunt igitur illico dementiae ſuae poenas, cum 6
obla-

civitas ſita, prima occurrit Conſtantino, per Alpes Cottias in Italiam venienti. Infr. etiam *Nazarius* Paneg. cap. 17. PATAROL.

Alpium iugis] Lege de Alpibus accurate *Ammianum Marcellinum. Eumenius* Grat. act. Conſtantino A. *Sed enim Aedui totum illud, quod Rheno, Oceano, Pyrenaeis montibus, cunctis Alpibus continetur, Romano imperio tradiderunt.* LIVINEIVS. Conf. Not. ad *Mamertin.*Genethl.9.3.

Munitiſſimo] Forte *munitiſſimum.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Mutatio non improbabilis *Plautus* Perſ. IV. 4. 5. *Vt munitum muro tibi viſum eſt oppidum?* IAEGERVS. *Murus* dici poteſt *munitiſſimus* turribus, ſimilibusque munimentis. *Vitruvius* de Architect. I. 5. *munitiones muri turriumque.* hoc ſenſu eſt *portus munitiſſimus* apud *Eumenium* Conſtantino 19. init. ſed cum non aeque dici queat *ſitus munitiſſimus*, vix de *Livineii* coniectura dubitaverim. *Curtius* VIII. 10. 23. *urbem non ſitu ſolum, ſed etiam opere munitam.* & IX. 1. 14. *urbem non muro ſolum, ſed etiam palude munitam. Vell. Paterc.* II. 26. 1. *munitum natura oppidum.* & *munitisſimam civitatem Eumenius* Conſtantin. 18. in fin. quam facile autem, ex vulgata ſcribendi ratione, in hoc peccare potuerit Librarius, patet ex dictis ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 8. init. & ſimile exemplum eſt ſupr. 3. 1.

Licet muro] *Licet* non hic convenit. Forte *ſcilicet.* Niſi *licet* ſic uſurpatum, ut ſolet *quamvis*, & *quamlibet.* At *Seneca licet ſed* iungit, I. de Clement. cap. 13. *Vterque licet non minus armis valletur, ſed alter arma habet, quibus in munimentum pacis utitur: alter, ut magno timore magna odia compeſcat.* Niſi forte melius, ut priora iſta praecedentibus verbis nectantur: *clementia efficit, ut magnum inter regem tyrannumque diſcrimen ſit; uterque licet non minus armis valletur. Sed alter*, &c. Diſtinctio ergo in *Seneca* peccat. *Tertullianus ſed* pro tamen uſurpavit libr. de Anim. c. 51. *Quae ſi ineſſent, alia quoque membra moviſſent: & ſi manus tantum, ſed non in cauſſam orationis.* ACIDALIVS. Fac vero, *licet* hic poni pro quamlibet, verba tamen non bene erunt inter ſe apta & connexa, ſed potius repugnantiae aliquid habebunt. Itaque non poſſum non probare emendationem *Acidalii, ſcilicet* ſubſtituentis. IAEGERVS. Tueor *licet*, qua voce Seguſienſium audaciam excuſat, quorum licet murus eſſet munitiſſimus, & ita iure ſe defendere poſſent, tamen nunciato Conſtantini nomini cedere debuiſſent. *Acidalii* coniecturam probaſſe videtur *Sigonius* de Occid. imp. Opp. T. I. Part. II. p. 78.

Oppidum] Seguſium *Ptolemaeus*, *Seguſionem Ammianus* nominat. *Nazarius* in Conſtantinum: *Primam igitur Seguſienſium civitatem, quam primam iter dederat, victoria facilis amplexa eſt.* Rurſum: *Seguſienſium civitatem, quae ſuperatis Alpibus Italiae clauſtrum obiicit, cum vi & virtute velut ianuam belli refregiſſes*, &c. LIVINEIVS. & CELLARIVS.

Non credentes] Sic diſtingue: *non credentes illi quidem, ut audio, te ipſum adeſſe, (quis enim crederet tam cito a Rheno ad Alpes Imperatorem cum exercitu pervolaſſe?) ſed tamen qui non ſolum praeſenti Numini tuo, verum etiam nuntiato nomini cedere debuiſſent.* ACIDALIVS.

5. *A Rheno*] A Galliis nempe; quas Rhenus abluit, & conterminat. PATAROL.

Sed tamen] *Sed qui* Vet. LIVINEIVS. *Sed tamen qui* editum eſt ante *Gruterum*, qui ordinem invertit, quem reliqui praeter *Rivinum* ſecuti. Solus *qui* omiſit *Livineius.*

Nuntiationi nominis] *Nunciato nomini cred. debuiſſent.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita prodidit *Livineius*, ſed iam ipſe in margine meliorem ſcripturam indicavit, eamque ceteri recte tuentur. IAEGERVS. *Nuntiationi nominis* ſolus dedit *Livineius*, unde, neſcio: Edd. enim, etiam antiquiores, vulgatum habent. Illud *credere*, quod ex ſuis Codd. produxit, nihili eſt, quamvis etiam ſit in *Schonhovii* excerptis.

Cedere debuiſſet] Vet. *debuiſſent.* PVTEANVS. *Debuiſſent* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *debuiſſent.* Vulgo male *debuiſſet.* ACIDALIVS. *Debuiſſent* etiam *Schonhovii* excerpta: idque iam dedit *Paullus Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. *debebant* ſolus *Livineius.*

6. *Luerunt igitur*] In *Schonhovii* excerptis, omiſ-

oblatam ſibi a clementia tua veniam recuſaſſent. Neque enim vallo, foſſaque obſeſſio inchoata eſt; nec cuniculis agendis, nec machinis admovendis, nec incutiendo ariete tentati, quaſſatique ſunt muri; ſed ſtatim iniectae faces portis, ſcalae propugnaculis: nec ſolum fundis eminus, teliſque miſſilibus, ſed haſtis, gladiis. Ita res ſimul coepta & patrata, iunctusque rebellibus fuit conatus, & exitus.

CAP.

omiſſo *igitur*, haec praecedentibus iunguntur, *cedere debuiſſent*, *luerunt illico.*

Vallo foſſaque] Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 23. 1.

Cuniculis] Nota rationem expugnandarum urbium, illo tempore uſurpatam. Vide *Lipſium* de Militia Romana. BAVNE. Subterraneis excavationibus, quibus milites occulte pergebant ad hoſtium aggeres evertendos, aut machinamenta incendenda. Saepe horum mentio apud *Caeſar.* Commentar., qui peritiſſimos huius artis Aquitanos fuiſſe refert lib. III. PATAROL. *Claudianus* IV. Conſ. Honor. 331.

Ruat emerſura iuventus
Effoſſi per operta ſoli.

ubi *Barthius*, & V. D. ad *Curtium* IV. 6. 8.

Machinis] Puta Baliſtis, Catapultis, Turribus &c. PATAROL.

Ariete] Nota haec machina: longa nimirum trabs, cui praefixum erat arietis caput ex ferro, ſeu aere: inde funibus attrahi, &, ſeu vi militum, ſeu machinae alterius impetu in muros impelli ſolebat. IDEM. *Claudianus* IV. Conſ. Honor. 329.

Tum tibi murali libretur machina pulſu,
Saxa rota, praeceps aries protectaque portas
Teſtudo feriat.

Sed ſtatim] Lege *nec ſtatim.* ACIDALIVS. Ita emendavit *Acidalius*, quia in ipſius Ed. varia deerant, de quibus mox Cl. *Iaegerus.*

Faces portis] Id in contemtum fieri ſolitum fuiſſe, & inde Noſtri locum eſſe explicandum notat *Cerda* ad *Virgil.* Aen. IX. 154. ipſam rem narrat *Nazarius* Paneg. 21. 2. Mox *Sigonius* de Occid. imp. Opp. T. I. Part. II. p. 78. citat, *ſcalae admotae propugnaculis*, quod in nullo inveni.

Sed haſtis] Duae fere paginae abſunt, hiſtoriam omnem obſidionis continentes. Quae tamen ſunt in *Viennenſi* Editione anni DXIII. Illinc petantur. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Multa hic deerant, quae ex Vet. *Bertin. Langii* Schedis, *Cuſpin.* ſupplevi. Forte *gladiis agi res.* LIVINEIVS. Lege, *ſed ſolum fundis eminus teliſque miſſilibus pugnatum*, *pugnaciſſimo quidem Praefecto*, *ſcilicet* &c. Ita enim levi oppugnatione iſta veniam illis obtulit, quod ante dicebat. Poſtrema invidioſe, ſed cum quadam ironia. ACIDALIVS. Locus parum expeditus. In lectione vulgata deſideratur verbum *pugnatum eſt*, quod inſerit *Acidalius*, vel aliud huius ſignificationis. Equidem ſcio, Graecos ſuum μάχεσθαι, vel πολεμίζειν non numquam reticere: num vero eadem ellipſis etiam in Latinis reperiatur, non habeo dicere. *Livineii* emendatio, etſi non omnino certa & vera, tamen minime ſpernenda videtur. Frequentiſſima illa Hiſtoricis enallage, qua pro finitivo verbum infinitivum ponitur, Oratores etiam, ubi narrant, uti docet *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 6. 4. vid. infr. hoc Paneg. c. 7. 6. & 11. 4. *Acidalii* emendatio nequaquam poteſt probari. Nam verba *neque enim vallo foſſaque* cet. non referenda ſunt ad *oblatam veniam;* ſed ad illa, *Luerunt igitur illico dementiae ſuae poenas*, quia ſcilicet Conſtantinus non obſidione, ſed ſtatim vi ſumma adortus eſt oppidi praeſidium. Non dicam, quam male lectionis *Acidalii* verba cum ſequentibus cohaereant; id enim Vir doctus non poterat animadvertere in exemplo, quo utebatur. Deerant nimirum omnia, quae leguntur a verbis *teliſque miſſilibus* usque ad cap. 8. 1. *acerrimis ducibus*, quae ſupplevit *Livineius*, cui reliqui addunt ſe comites. IAEGERVS. Graviſſimum in Ed. *Rhenani* eſt ulcus, qua, pluribus omiſſis, ita legitur, *teliſque miſſilibus*, *pugnaciſſimoque Praefecto*, *ſcilicet ut quam coloniam* &c. quae poſteriora demum ſunt infr. 8. 1. & ita Edd. *Henr. Stephani*, *Choueti*, & pr. *Rivini. Livineii* ſupplementum ex Codd. recte reliquae inſeruerunt. Adhuc tamen locus eſt adfectus. In *Schonhovii* excerptis eſt, *ſed haſtis*, *gladiiſque*, quod eſt in *Puteolana.* Propter *eminus* moveri poſſet ſuſpicio excidiſſe *cominus*, quod ſaltem ad *gladiis* referretur, ſecundum ea, quae notat *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 60. 3. & excidiſſe potuit facilius, ob loci hiatum, de quo dixi. Mihi tamen potius prava videtur interpunctio hoc modo tollenda; *nec ſolum fundis eminus teliſque miſſilibus*, *ſed haſtis*, *gladiis* (aut *gladiiſque* ex *Puteolani* Ed.) *ita res ſimul coepta*, *& patrata* (fuit), *iunctusque rebellibus fuit*

CAP. VI. Gomphos, urbem Theſſaliae, quoniam abnueret obſequium, C. Caeſar uno die ſuſtulit. Sed ille Graeculos homines adortus eſt, tu Subalpinos: ille ſolos incolas, tu etiam militare praeſidium: ille non potuit captos a direptione defendere, tibi licuit clementiam tuis victoribus imperare. Sed illa quidem 2
Gomphenſium clades documento ceteris fuit; tibi paullo poſt alia in Taurinatibus cam-

fuit conatus, & exitus. Cuncta, ni fallor, iam ſunt plana. Fundis & telis eminus res fuit coepta, patrata autem haſtis & gladiis cominus; haſtis enim cominus quoque pugnaſſe oſtendit *Lipſius* Milit. Rom. I. Dial. 1. & Poliorc. IV. Dial. 4. Eſt itaque Chiasmus, tamquam legeretur, *teliſque miſſilibus ita res ſimul coepta, ſed haſtis gladiiſque patrata fuit.* ut infr. 13. 2. *tela inimicos aut ſupplices tuos pernicie aut conſervatione diſcernunt.* id eſt, inimicos pernicie, ſupplices conſervatione; ſimilia exempla dedi ad *Mamertin.* Genethl. 8. 1. *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 10. 1. addam adhuc duo exempla; alterum eſt in *Paulli* Epiſt. ad Philemon. vs. 5. Ἀκούων σοῦ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. ubi ἀγάπην ad ἁγίους, πίστιν ad Ἰησοῦν pertinet. alterum in inſcriptione Tituli D. *de Auctoritate & conſenſu Tutorum & Curatorum*, in qua multum laborat *Touillieu* Collectan. p. 271. ut Curatoribus quoque auctoritas tribui queat, ſed ex loquendi modo, quem dixi, capienda eſt, tamquam legatur, *de auctoritate Tutorum, & conſenſu Curatorum.*

Coepta & patrata] *Saluſtius* Iugurthino: *Adherbal cum paucis equitibus Cirtham profugit, &, ni multitudo togatorum fuiſſet, quae Numidas inſequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coeptum, atque patratum bellum foret.* LIVINEIVS. & BAVNE. *Patrare* eſt conficere; apud *Iſidor.* Orig XIV. 3. ex optimo *Groningano* emendes; *regnum cum eo patrata victoria diviſerunt.* editur *peracta*, quod eſt ex Gloſſa; adde *Cortium* ad *Salluſt.* Iug. 21. 2. *Drakenb.* ad *Livium* XLII. 30. 11.

1. *Gomphos*] *Caeſar* Civ. Bell. III. *Dio* XLI. LIVINEIVS. *Gomphi* urbs Theſſaliae, apud Epiri confinia, primoque inde venientibus occurrens, Gonno finitima, a Lariſſa ſupra XL. mill. paſſ. in occaſum diſtans; de qua *Statius* lib. IV. Sylv.

Et crebris iter alligare Gomphis.

BAVNE. Vide ipſius *Caeſaris* B. Civ. III. 80. CELLARIVS. & PATAROL. Adde *Stephan. Byzantin.* de Vrb. in V. Gomphos *Theſſaliae caſtellum* vocat *Florus* IV. 2. 41. fruſtra ad hanc urbem locum *Statii* Silv. IV. 3. 48. refert *Patarolus*; ibi enim de via Domitiana agit, ad quam nihil haec Theſſaliae urbs, & *gomphi* illic ſunt pali lignei in terram adacti, de quibus plura *Barthius.*

Abnueret obſequium] *Abnueret imperium* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Androſthenes enim, Theſſaliae Praetor, cum mallet Pompeium ſequi, omnem multitudinem in oppidum coegit, & portas Caeſari praecluſit. PATAROL.

Vno die ſuſtulit] De hac Caeſaris expeditione vide *Dionem* lib. XLI. BAVNE. *Caeſar* de Bell. Civ. lib. III. *Eodem, quo venerat, die* (Caeſar), *poſt horam nonam oppidum altiſſimis moenibus oppugnare aggreſſus, ante ſolis occaſum expugnavit.* PATAROL.

Graeculos] Per contemtum. *Livius* VIII. 22. *Quum relatum eſſet a Graecis, gente lingua magis ſtrenua, quam factis, ferox reſponſum.* IAEGERVS. *Iuvenalis* Sat. 3. 78.

Graeculus eſuriens in caelum, iuſſeris, ibit.

ubi *Grang.* Adhibuit *Iuvenalis* locum *Ioan. Sareſberienſis* Policr. VII. 12.

Subalpinos] De virtute Gallorum vide, quos laudat *Cort. Sall.* Cat. 40. 1. IAEGERVS.

2. *Sed illi quidem*] *Illa Bertin. Langii* Schedae, *illinc Cuſpinianus.* Forte *illic.* LIVINEIVS. Malim *ibi*, aut *illic*, quomodo fere Editio *Viennenſis*, in qua *illinc.* Praeterea videtur *ſed* mutandum in *&*. GRVTERVS. Ita *Livin. Francof.* utraque *Pariſin. Patar.* Pro *illi Moerl. illa.* Et edidit *Cellarius*, quem ſequimur. *Sed* cum *&* interdum turbari vidimus ſupr. Paneg. VI. 6. 3. & VII. 10. 4. IAEGERVS. *Sed illi* eſt in *Puteolani* antiquiſſima, & pr. *Rivini*, *illinc Paull. Stephanus.* Primus *Livineii* coniecturam *illic*, eamdemque *Gruteri* & in textum tacite recepit *Cellarius*, deinde *Iaegerus*, quod ſequi non ſum auſus. Reddidi itaque ex Codd. *Livineii*, & *Moerl. illa*, idque ſequenti *alia* recte opponitur; neque rationem video, quare *ſed* mutetur.

In Taurinatibus] In campis, qui circa Taurinum ſunt. *Taurinum* autem urbs Italiae Subalpinae, Pedemontii caput. Hodie *Turin*, BAVNE. & CEL-

campis pugna pugnata eſt, non trepidantibus ex victoria tua rebellibus, ſed iratis, incenſisque ad ulciscendum animis, quos fortunae inclinatio reſtinguere debuiſſet:
3 nec vero temere ac paſſim vagis hoſtibus, ut facile palantes caederentur; ſed acie in cunei modum ſtructa, deſcendentibus retro in altitudinem lateribus;
4 quae, ſi cum prima avide confligeret, reflexa impeditos certamine circuiret. Sed tu id providens, praemiſſis utrimque, qui obviam irent, & ſimul, ſi quid inſidiarum lateret, excuterent, ipſe, obfirmato illo capite, deiectaque acie in fugam verſa, tanto maiorem in proceſſu ſtragem edidiſti, quanto amplioribus ſub-
5 ſidiis inſtructa conſtiterat. Ita usque ad Taurinatium muros fuſi, caeſique, obſeratasque nacti portas ab incolis, etiam corporum ſuorum mole, clauſerunt.

CAP.

CELLARIVS. Pugnam hanc deſcripſit *Nazarius* Paneg. 22. 2.

Campis pugna] *Moerl.* inſerit *gravior.* IAEGERVS. Huic ſcripturae ſavere poſſet *Nazarius* Paneg. 22. 2. *apud Taurinos venientem pugna gravior exſpectat.*

Tua victoria] *Victoria tua, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Secundum *Bert.* voces iam tranſpoſuit *Paull. Stephanus.*

Incenſisque] Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 49. 2. & quae dixi ad *Sedul.* I. 196.

Reſtringere debuiſſet] *Reſtingere, Cuſpin.* LIVINEIVS. Legendum *reſtinguere*; praeceſſit enim *iratis incenſisque animis*, RITTERSHVSIVS. & ACIDALIVS. Vitioſe ſic omnes, praeter *Moerl.* cum *Cellar.* & *Patar.* IAEGERVS. *Reſtinguere* iam dederat *Paull. Stephanus*, a quo ſequentes etiam in ſec. *Rivinus* male receſſerant. Frequens eſt illa permutatio. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* X. 13. 8. & XXVIII. 23. 2.

3. *In cunei modum*] *Cuneus* in re militari accipitur pro figura, qua ſic milites conſtituuntur, ut acies in fronte acuminata paulatim ſe retrorſum pandat. Ab antiquis figura haec vocata fuit etiam *roſtrum*, & *trigonum*, & *caput porcinum.* Videatur *Veget.* lib. I. c. 26. & lib. III. c. 19. PATAROL. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio. 12. 1.

Quae ſi cum] *Quae s. cum, Bertin.* valet *ſcilicet.* LIVINEIVS. Sic omnes, excepto *Baunio*, qui voculam *ſi* exeſſe iuſſit; *Livineius* ſuſpicatur, eam valere *ſcilicet*, compendio ſcripturae. Non male: *ſi* certe ferri commode non poteſt. IAEGERVS. Id de nota litterae *s* in *Bertin.* ſenſit *Livineius.* In *Puteolani* antiquiſſima eſt, *quae ſic cum.* Non video, cur *ſi* displiceat.

4. *Obfirmato illo capite*] Hoc eſt, exercitus duce, Ruricio, ut exiſtimo, & *obfirmato* eſt duro, ac pertinace. LIVINEIVS. *Baunius caput* longe aliter, & rectius fortaſſe interpretatur, dum locum totum circumlocutione ſic explicat: *Sed exercitu compoſito in figuram cunei, lateribus retro abeuntibus in profunditatem; ut, dum anterior* pars exercitus noſtri *certaret animoſe, latera* hoſtium *explicata circumdarent* noſtros, *occupatos certamine. At tu, praecavens illud, praemiſſis, qui occurrerent obviam, & ſimul explorarent, an aliquid inſidiarum lateret; tu ipſe, coniecto in fugam pertinaci illo roſtro, & facie cunei aperta, tanto maiorem feciſti ſtragem in progreſſu certaminis, quanto* &c. *Caput porcinum*, itemque *roſtrum* vocabatur acies, in *cunei*, ſeu trigoni formam compoſita. Vid. *Lipſ* de Mil. Rom. IV. 7. p. m. 115. IAEGERVS. Vere *Baunius.* Conf. *Veget.* de R. M. III. 20. ubi *Stewech.*

Deiectaque] Forte *detectaque.* LIVINEIVS. *Baunius* mutationem vocis *deiecta* in *detecta* videtur probare. IAEGERVS. Interpretatur enim, *facie cunei aperta.* An legendum, *diductaque acie*; contra hoſtium cuneum hac uſus fuerat arte Conſtantinus, ut ſuam aciem diduceret, eoque hoſtes ſuam quoque diducere cogeret, quod *diducta acie hoſtes effundere* in hac ipſa pugna dixit *Nazarius* Paneg. 24. 2. Sed nihil definio.

Edidiſti] *Puteolani* Ed. *cecidiſti.* male.

5. *Taurinatium*] Populos hoſce *Taurinos* potius, quam *Taurinates* ab aliis obſervo appellatos. PATAROL. *Taurinos* dixit *Nazarius* Paneg. 22. 2.

1. *Turpiſſimo*] Quem tam prodigioſa, ac turpis clades manebat. BAVNE. Male, ſi quid video. *Prodigium* hic eſt Maxentius, quem ſupra 3. 5. *monſtrum* adpellavit, & infr. 14. 2. *portentum.* Sic *Cicero* Or. in L. Piſ. c. 4. *Ego his fundamentis poſitis Conſulatus tui, triduo poſt, inſpectante & tacente te, a P. Clodio, fatali portento, prodigioque rei publicae, lex Aelia & Fuſia everſa eſt.* Conf. infr. c. 17. 2. *Claudianus* in Rufin. I. 89. ſqq.

Eſt

Cap. VII. Quid tibi aliud ſperare potuiſti, miles infelix, turpiſſimo illi tunc
devote prodigio? iam enim non inſulto, ſed doleo. Conſtantinum tu tantum ſan- 2
guinis fundere coegiſti; cui, quia ſalutem veſtram a vobis impetrare non licuit,
pene diſplicuit ipſa victoria. At non Taurinatibus, neque ceteris Italiae civitati- 3
bus idem animus fuit, qui te, Imperator, exſultantes gaudio certatim ad ſe voca-
verunt. Miſſae ab omnibus legationes, oblati undique commeatus: ut appareret, 4
quamdiu deſideraſſent, cui ſe tam promte, bello adhuc reſtante, committerent.
Qui fuit dies ille, quo Mediolanum ingreſſus! quae gratulatio principum civitatis! 5
qui plauſus populi! quae ſecuritas intuentium! te matrum, te virginum quaeque
duplici fructu fruebantur, cum pulcerrimi Imperatoris formam viderent, & licen-
tiam

Eſt mihi prodigium cunctis immanius hydris,
Tigride nobilius feta, violentius Auſtris
Acribus, Euripi reſiuis incertius undis,
Rufinus.

IAEGERVS. Conf. ſupr. ad cap. 3. 5. Recte *Baunio* oblocutus eſt *Iaegerus.*

2. *Tantum ſanguinis*] *Puteolani* Ed. *tamen ſanguinem.*

4. *Quamdiu deſideraſſent*] *Quem diu*, *Cuſpin.* Non placet. LIVINEIVS. Etiam *Paull. Stephanus.*

Se etiam promte] Alii *cui ſe omnes prompte.* Forte ſic legendum: *cui ſe omnes tam prompte committerent.* PVTEANVS. *Se tam prompte*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. In antiquiſſima *Puteolani* eſt, *cui ſe omnes propter bello. Livineius* dedit, *cui ſe etiam prompte.* ſed *ſe tam prompte*, *Paull. Stephanus*, quod reliqui ſunt ſecuti. Ex Codd. nullum eſt auxilium, quorum ſi vel unus addiceret, libenter illud *omnes* infererem, propter praecedentia *omnibus*, & *undique.*

5. *Dies ille*] Triumphalis Conſtantini in urbem Mediolanum ingreſſus. BAVNE.

Ingreſſus] Forte *ingreſſus es.* LIVINEIVS.

Te virginum] Melius *Pulman. quae ſecuritas intuentium te matrum virginum quaeque duplici.* Forte legendum, *intuentium te matrum virginumque, quae duplici* &c. in aliis Codd. ſic legitur: *int. t. m. & virg. q. d.* PVTEANVS. *Virginumque*, *Bertin.*, *virginum quaeque*, *Cuſpin.* Forte *virginum*, *quae.* LIVINEIVS. *Moerl. virginum quaeque. Puteanus* forte, inquit, legendum: *intuentium te matrum virginumque*, *quae* &c. Quod haud dubito, quin verum ſit. Lectio *Livin. Grut. Pariſ. Patar Cellar.* eſt, *quae ſec. int. te matrum, te virginum? quam duplici fructu fr.* Veriſimilius eſt, lectionem, quam nos exhibemus, fuiſſe mutatam, & inde effictam illam vulgatam, quam ex hac noſtram procuſam eſſe. *Virginumque quae*, inſuave fortaſſis auribus correctoris, mutationis occaſionem potuit dare; fortaſſis etiam ſcribendi compendium dedit. *Quam duplici f. f.* dure dici, & parum commode videtur. Nolo verboſius rem perſequi, quae intelligentibus non poteſt eſſe obſcura. Aſperitatem compoſitionis non ſemper refugiſſe veteres ad *Nepot.* Lyſandr. 1. 5. oſtendit *Heuſingerus.* IAEGERVS. In antiquiſſima *Puteolani* eſt: *te matrum & virginum? quam duplici. Livineii*, aliorumque ſcripturam dedit quoque *Rivinus:* ſed vero *Iaegerus*, *quae ſecuritas intuentium te matrum, virginumque! quae duplici fructu fruebantur*; quod auctoritate *Bertin.* & *Puteani* coniectura nititur. Cum vero *Pulman.* & *Moerl.* in *quaeque* conſpirent, maxime mihi adridet interpunctio, quae eſt in *Paulli Stephani* Ed. *quae ſecuritas intuentium? te matrum, te virginum quaeque duplici fructu fruebantur*; i. e. matres quaecumque duplici te fructu adſpiciebant. Elegans locutio *frui Imperatore* de iis, qui eiusdem adſpectu gaudent. *Nazarius* Paneg. 34. fin. *quod tali Principe tam ſero fruerentur.* & 36. 4. *Caeſar —— omnium fruitur adſpectu, ſeque fruendum omnibus praebet.* & 38. 6. *ut beatiſſimos Caeſares videat, ut fruendi copiam pro deſiderii modo capiat.* hoc *praeſentia* Imperatoris *frui* dixit *Mamertin.* Maxim. 14. fin. & *adſiduitate praeſentiae*, *Eumenius* Conſtantin. 2. init. huius locutionis uſum parum conſiderans Librarius, & *fructu* pendere a *fruebantur* arbitratus neſcivit, quo geminatum *te* referret, ex quo variantium eſt origo. Similis huic eſt locus apud *Mamertin.* Genethl. 10. 5.

Licentiam] Maxentii, quem, ſtupris & libidinibus indulgentem, ita tuto adſpicere non licuerat. De *pulcerrima* Conſtantini *forma* vide *Eumen.* Conſtantin. 5. 4. & cap. 17. & quae dixi ad Incertum Maxim. 3. 3. ſupr. 4. 3.

6. *Oſten-*

6 tiam non timerent. Oſtentare ſe omnes, & tripudiare, ſine ullo de reliquiis
7 belli metu, & auſpicium victoriae tuae pro conſummatione metiebantur. Non
Tranſpadana provincia videbatur recepta, ſed Roma. Quis enim crederet,
tantis ſucceſſibus tuis ullum obſtaculum fore, quo minus omnes exercitus ſe cle-
8 mentiae tuae traderent, cum virtutis experimentum noviſſent? Muros vi ce-
peras, acie palam viceras. Quis tam demens videbatur, ut aut obſideri aude-
ret, aut congredi? praeſertim cum tu, dies aliquot Mediolani reſiſtens, tem-
pus

6. *Oſtentare*] Oſtentabant, de quo infinitivi uſu egi ad *Mamertin.* Maximian. 10. 5. *Iaeger.* ſupr. 5. 6.

Reliquis belli] *Reliquiis*, *Bertin.* LIVINEIVS. Sic *Livin.* & *Baun.* At *Moerl.* una cum Edd. reliquis *reliquiis.* IAEGERVS. *Reliquis* etiam *Paull. Stephanus.* Conf. ſupr. ad *Eumen.* Conſtantino 6. in fin. & 13. 1.

Auſpicium victoriae] Ex felici victoriae initio de eiusdem confectione exiſtimantes. BAVNE.

Metiebantur] Simili ratione & *Saluſtium* miſcere modos, & *Capitolinum* oſtendit *Cort.* ad illius Cat. 21. 4. vid. infr. c. 19. 2. IAEGERVS. Idem *Cortius* ad Cat. 31. 2. uſum verbi *metiri* explicuit. De modis permutatis vide ſupr. 4. 2.

7. *Tranſpadana*] Si Romam reſpicias: caeterum Ciſpadana, ſi Treviros, ubi Noſter loquebatur. PATAROL. Haec quantivis eſt pretii obſervatio, ut locus adtendatur, quo quis ſcripſerit, dixeritve, quae neglecta nonnullos in errorem duxit. Ita infr. 14. 2. *cis Padum* recte interpretatur *Baunius.* Idem in *ultra Scaldim* ſervavit *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. II. p. 69. *deſerti finem* memorat Moyſes, Exod. 13. 20. eo nimirum, quo haec ſcribebat, loco; namque in Iſraelitarum, quod deſcribit, itinere erat deſerti initium.

Succeſſibus ullum] *Succeſſibus tuis ul. obſt. fore*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Tuis* ſolus omiſit *Livineius.*

8. *Vi ceperas*] Vid. Paneg. IX. 17. 3. IAEGERVS.

Reſiſtens] Subſiſtens, commoratus. *Plinius* Paneg. 10. 4. *Iam te providentia Deorum primum in locum provexerat: tu adhuc in ſecundo reſiſtere, atque etiam ſeneſcere optabas.* Vid. ibi *Schwarz.* IDEM. Conf. ad *Eumen.* Conſtantin. 11. 1. *Ovidius* Faſt. II. 669.

> *Terminus, ut veteres memorant, conventus in aede*
> *Reſtitit, & magno cum Iove regna tenet.*

ubi ſcribo *contentus*, id eſt retentus; diſcedere enim nolebat, de quo vocis uſu vid. *Schulting.* ad *Senec.* Suaſor. p. 36. & praeterea *Schwarz.* ad *Mamertin.* Genethl. 11. 1.

Sibi omnibus] *Omnibus ſibi*, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

De te ſperarent] *Moerl. ut de te ſperare liceret.* IAEGERVS. Coniiciebat Pater meus, *ut bene ſperarent.* hoc ſi placeret, mallem *de te bene ſperarent*, ut apud *Nepot.* Miltiad. 1. 1. ſed vulgatum teneo, ut *de muris ſperare* apud *Hegeſipp.* Excid. Hieroſ. V. 15. init. & *de ſe ſperare*, *Sedul.* IV. 5.

1. *Et pridem*] *Et iam pridem*, *Bertin Cuſpin.* LIVINEIVS. Recte *iam* primus inſeruit *Paull. Stephanus*, quem ceteri ſunt ſecuti.

Media aetate] Ingenue fatebor: neſcio, quid ſibi velint illa, *media aetate noſtra.* nec tamen aliquid ſuccurrit, quod eorum loco reponam. nam, ut faciamus *medietate noſtra*, id eſt, dum medii ſumus, neque hanc illamve partem etiam ſequimur, neſcio, de qua medietate loquatur. Viderint igitur eruditiores, quid ſibi velit Auctor. GRVTERVS. Id eſt, ante XXX. circiter annos, cum *Sabinus Iulianus invadens imperium a Carino in campis Veronenſibus occiſus eſt*, *Victor Schotti.* Itaque Auctor huius Panegyrici tum agebat annum LX., cum hanc Orationem habuit. Certe quod *media aetate* ſua contigiſſe ait, id eſt, cum eſſet in flore aetatis, quae *aetas media* dicitur, ut obſervavi Paneg. *Eumenii* Conſtantin. cap. 1. *Verona* autem urbs eſt ad fluvium Atheſim, Tridentum inter & Mantuam, *Verone.* BAVNE. Quum Auctor iuvenili aetate eſſet circiter XX. vel XXX. annorum. Videtur tumultum Iuliani illius notare, qui, quum Corrector Venetiae eſſet, audita Cari morte, imperium invaſit; quem Carinus, pulſa eius acie, obtruncavit. *Aurel. Victor* hiſtoriam attigit. CELLARIVS. & PATAROL. Mirum, haeſiſſe *Gruterum* in locutione, quae etiam eſt apud *Eumen.* Conſtantin. 1. 1. ubi vide, & ad init. huius Paneg. & *Grotium* in Not. ad I. B. II. 4. 7.

Civili ſanguine] Sabini Iuliani motum intellexerit, opinor, qui imperium invadens a Carino in cam-

pus ſibi omnibus conſulendi dediſſes, ut de te ſperarent.

CAP. VIII. Sed enim aerumnoſa illa, & iam pridem, media aetate noſtra, civili ſanguine maculata Verona maximo hoſtium exercitu tenebatur, acerrimis ducibus, pertinaciſſimoque praefecto; ſcilicet, ut quam coloniam Cn. Pompeius aliquando deduxerat, Pompeianus everteret. O miſerabilem Veronen- 2
ſium calamitatem, quos non tam tua, quam inteſtina ſatellitum preſſit obſidio! quippe Atheſis ille, ſaxis aſper, & gurgitibus vorticoſus, & impetu ferox, op-

campis Veronenſibus interfectus eſt. Epitome *Sex. Victoris*. LIVINEIVS. Anno C. circiter CCLXXXIV. Maxentius autem debellatus eſt anno circiter CCCXII. PATAROL. Hic locus egregiam, quam ex Cod. a *Vonckio* ad marginem notatam habeo, ſcripturam confirmat in *Lucano* I. 39.

Diros Pharſalia campos
Inbuat, et Poeni ſaturentur ſanguine manes.

editur *impleat*.

Pertinaciſſimoque praefecto] Ruricio, viro ſtrenuiſſimo. BAVNE. Cum priora, inde a fin. cap. 5. in *Rhenani*, aliorumque Edd. eſſent omiſſa, hic iterum pergunt, & *pugnaciſſimo* exhibet *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*. Non opus. *Mamertin.* Genethl. 3. 7. *pertinaci animoſitate certandi.* & *pertinax manus*, *Eumen.* Conſtantio 6. 1. *reſiſtendi pertinacia*, *Nazar.* Paneg. 31. 1.

Cn. Pompeius] *Onuphrium* adi de Imperio Romano. Meminit coloniae huius *Tacit.* Hiſtor. III. *Quaeſitum inde, quae ſedes bello legeretur. Verona potior viſa, patentibus circum campis, ad pugnam equeſtrem, qua praevalebant, ſimul coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem famamque videbatur.* LIVINEIVS. & BAVNE. Cn. Pompeius Strabo, Magni pater, ut puto; de ipſo refert *Aſconius* Comment. in Piſonian. *Cicer.*, quod Tranſpadanas colonias deduxerit, quibus ius Latii dederit. Ex hiſce vero praedicantur a Scriptoribus Verona, Comum, Laus Pompeia. PATAROL.

Pompeianus] Pompeianus ſcilicet Ruricius. Infr. in *Nazarii* Paneg. cap. 25. *Ipſa autem Verona, freta immanibus copiis, quas in unum adventus tui formido conduxerat*, &c. PVTEANVS. Certum e *Nazarii* Panegyrico Ruricium denotari, ſed, unde id ei cognomen, nondum repperi. LIVINEIVS. Vtrum Ruricium intelligit, natum forte in Pompeii oppido? an Carinum fortaſſe e familia Pompeii? an demum Conſtantinum? BAVNE. *Nazarius* Paneg. Conſtant. cap. 25. *Ruricium* vocat. Cognomen igitur alterutrum eſt. CELLARIVS. Ruricius innui creditur, at, unde hic etiam *Pompeianus* dicatur, ex nullo Auctore conſtat. Mihi olim in mentem venerat, ut *Pompeiani* nomine intelligerem Conſtantinum, qui Reipublicae ſalutem, ac libertatem, ſicuti olim Pompeius, tuebatur; qui ex neceſſitate belli contra tyrannum conficiendi Veronam erat everſurus. PATAROL. *Pompeianus* eum notat, qui Pompeio ſit ſimilis, ut apud *Sueton.* Tiber. 57. *ex Pompeio Pompeianus fieret, acerba cavillatione ſimul hominis nomen inceſſens, veteremque partium fortunam.* Non itaque eſt Ruricii cognomen, neque intelligitur Conſtantinus, quamvis id etiam putaverit *Burmannus*, cum ad *Suetonii* locum hoc Noſtri uteretur; ſed *Pompeianus* eſt Maxentius, in quem ſolum duo illa, quae notavit *Burmannus*, conveniunt, ut ita dicatur, tum quod Pompeii inſtar civile bellum movit, tum vero etiam, quod capite eſt truncatus. Vtrumque de Ruricio non conſtat, qui, tantum praefectus, civilis belli cauſſa dici non poterat, ut Pompeio compararetur; de Conſtantino autem poſterius falſum eſt, neque prius, ſive civile bellum, ipſi imperium a tyrannide liberare conanti ſatis recte tribuitur, praeſertim ſi inlatum fuiſſe a Maxentio bellum ſtatuas, de quo dixi ſupr. 4. 2. ubi *meliorem cauſſam* Conſtantino Noſter tribuit. Qui Conſtantinum intellexerint, voce *everteret* in errorem videntur ducti; Veronam enim evertit Conſtantinus; ſed nihil impedit, quo minus de Maxentio vocem accipiamus, hoc ſenſu, tyrannide ſua & inlato bello effecit, ut everteretur, quo modo ſaepe is agere dicitur, qui ſuo facto aut iuſſu cauſſam praebet. Exempla habet *Reitzius* Ambig. p. 203. quaedam quoque dedi in Specim. Obſerv. cap. 1. in fin. *Eutropium* eodem modo ſum interpretatus ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 1. p. 186. adde ad *Mamertin.* Maximian. 11. 1.

2. *Saxis aſper*] *Aſper* abeſt a *Bertin.* LIVINEIVS. De Atheſi *Virgil.* Aen. IX. 680. BAVNE. Conf. *Marckland.* ad *Statii* Silv. I. 3. 20. Quod vero addit *gurgitibus vorticoſus* de fluminis celeritate accipiendum monet *Cerda* ad *Virgil.* IX.

oppugnationem prohibebat, omnemque retro regionem evehendis copiis tutam, 3 defenſamque praeſtabat. Quod tamen ne diutius hoſtem iuvaret, providentia tua factum eſt, cum ſuperioribus in locis, qua lenior amnis, & ignari hoſtes erant, exercitus parte proiecta ancipiti periculo, clauſos obſesſosque, omiſſa ſpe morae, experiri armis coegiſti, adeoque omnes, qui eruptionem tentaverant, ce-

IX. 680. cum ceteroquin fluminis huius amoenitas maxime ſit celebrata.

Oppugnationem prohibebat] Vet. *oppugnatione*. PVTEANVS.

Evehendis copiis] *In evehendis*, *Bertin.* Primum *invehendis* emendem, deinde *copias* exponam commeatum. Infra: *Tu Romae tuae altor copiis ſubvehendis*, &c. *Eumenius* in Conſtantinum: *ut lente & cunctanter itinere confecto, conſumptis copiis manſionum, ne quis conſequi poſſet exercitus, repente intra parietes conſideret purpuratus* &c. *Seneca* de Benef. VI. cap. 7. *nec fluminibus gratias agimus, quamvis aut magna navigia patiantur, & ad ſubvehendas copias largo ac perenni alveo currant, aut piſcoſa, & amoena pinguibus arvis interfluant.* LIVINEIVS. Forte *invehendis*, ut *copias* commeatum accipias. ACIDALIVS. Advehendo commeatu. BAVNE. Emendationem *Livinei*, probatam quoque *Acidalio*, confirmat Cod. *Bertin.* & *Moerl.* in quibus ante *evehendis* vocula *in* legitur. IAEGERVS. Cl. *Iaegerum*, *Livinei* conïecturam in textum admittentem, ſequi non ſum auſus, neque Codd. iuvare video, in *evehendis* conſpirantes. Praeterea ſi *invehendis* ſcribas, *copiae* erunt commeatus: anne vero commeatu regio praeſtatur *tuta & defenſa*? Mihi res ita videtur capienda: Veronam circumfluebat Atheſis, quod probavit *Drakenb.* ad *Silium* VIII. 597. a Brixia autem Veronam perrexerat Conſtantinus: ab ea itaque parte *oppugnationem prohibebat* Atheſis; ab altera retro idem fluvius *regionem praeſtabat tutam evehendis copiis*, quia, urbe oppugnata, & victa, tuto adhuc evehi poterat praeſidium, hoſtique inſequenti ab altera iterum parte idem obſtabat fluvius urbem ambiens. Male igitur in quibuſdam tabulis Geographicis pingitur Atheſis non Veronam cingere a parte, qua Brixia venitur, ſed ab altera, tum enim fluvium prohibuiſſe oppugnationem Noſter adfirmare non potuiſſet.

Superioribus in locis] Supra Veronam, & forte intellexit ad Boream, ex uſu ſcriptorum, de quo dixi ad *Eumen.* Conſtantin. 9. 5.

Levior amnis] Vet. *lenior.* PVTEANVS. Lege *lenior.* ante *ſaxis aſperum*, & *gurgitibus vorticoſum* Atheſin dixit. ACIDALIVS. Ita *Rhenan.* *Stephan.* Ceteri ſcripti, & editi recte *lenior.* IAEGERVS. *Lenior* iure recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Conf. *Davieſ.* & *Ciaccon.* ad *Caeſar.* B. G. I. 12. 1. De permutata voce dixi ad *Mamertin.* Maxim. 12. 7. & Genethl. 9. 2. Quod de *ignaris hoſtibus* addit, exemplis inluſtrat *Cerda* ad *Virgil.* Aen. IX. 243.

Proiecta, ancipiti periculo] Dele ſectionem poſt *proiecta*, ac poſt *periculo* repone: nam *ancipiti periculo* eſt fortunae, & aleae belli. LIVINEIVS. Probo ingenioſi, & eruditi iuvenis, *Mich. Virdungi*, conïecturam, legentis *traiecta*. Non enim *proiici*, ſed *traiici* dicitur exercitus, cum flumen tranſmittit. RITTERSHVSIVS. Lege *traiecta*; itaque *Virdungus* conïecerat, ut notavit ad oram libri ſui *Rittershuſius*, & editum a *Goldaſto* illo. ACIDALIVS. *Traiecta* habet etiam *Schonhov.*, *provecta Patarol.* Sed vulgata non videtur ſollicitanda. *Proiicere* eſt periculo obiicere, fortunae committere. Sic *Tullius* Ep. ad Attic. IX. 6. *Tuas nunc epiſtolas a primo lego. Hae me paullum recreant. Primae monent, & rogant, ne me proiiciam. Proximae te gaudere oſtendunt, me remanſiſſe.* Vid. hoc Paneg. cap. 10. 3. *in quae nos fata p*[illegible]*as.* IAEGERVS. Non nego *proiicere* ſe[illegible]e tueri, vix tamen hoc loco; ſi Codd. acceſſiſſet auctoritas, in *traiecta* forem pronior, aut *provecta*, quod me latet, unde hauſerit *Patarolus*. Hanc flagitat lectionem ipſa rei indoles. Per flumen oppugnatione impediebatur Conſtantinus; exercitus itaque partem, qua per lenitatem tranſitum admittebat Atheſis, traiecit, ut ita ab altera parte flumen quoque urbem praeterfluens tutum non amplius exitum praeberet, ſed ab omni parte includerentur obſeſſi, ab altera Conſtantini exercitu, ab altera flumine. —— *Rittershuſii* notam, in Ed. *Pariſ.* omiſſam, ex eius Conïecturarum reliquiis poſt *Goldaſti* Paraeneticos revocavi. —— Cum vero hic ſcribat *Acidalius*, ſeſe *Rittershuſii* notas ad marginem MS., & poſtea editas, habuiſſe, haec quamdam forte lucem iis praebeant, quae in Praefat. T. I. dixi, quamvis tamen in anno, quo mortuus dicatur *Acidalius*, non tollatur difficultas.

Peiora experiri] Vet. & *Vatican.* *obſeſſosque omiſſa ſpe morae experiri.* PVTEANVS. *Obmisſos-*

cecidiſti, ut ipſe etiam dux cum parte copiarum, ad arceſſenda auxilia, muris
exceſſerit, maiorem miſer adducturus exercitum, ut maiore comitatu cladis occi-
deret. Quo quidem tempore praecipua apparuit tua, Imperator, cura ſimul & 4
animi magnitudo, qui redeunti illi minore exercitu congredi, quam obſidionem
intermittere maluiſti, ne reſpirare clauſis, aut effugere, aut imminere tergo liceret.

CAP.

ſosque, *Vet. Bertin. obmiſſosque remora exper.* Vet. Obſcura, ſi qua alia, ſcripta lectio, & in qua ungues admordeas, *obſeſſosque obmiſſos remora exper.* In *Cuſpin.* quoque editum: *obſ. q. omiſſos poenora exper.* Sed erui tandem, & cum cura: *obſeſſ. q. omiſſa ſpe morae exper. Spe morae*, id eſt trahendi obſidione diutina belli. *Lucanus* IV. de Maſſilia:

Iam ſatis hoc Graiae memorandum contigit urbi
Aeternumque decus, quod non impulſa, nec ipſo
Strata metu tenuit flagrantis in omnia belli
Praecipitem curſum, raptisque a Caeſare cunctis
Vincitur una mora.

Infra: *unum iam illud timebatur, ut ille, contentus his viribus, graviter afflictus, & in arctum redactus, boni conſuleret, & debitas Reip. poenas obſidione differret.* LIVINEIVS. Vox *peiora* vereor, ne inſititia ſit a Gloſſatore, qui phraſin *armis experiri* non concoxerit, niſi quid adderetur. At ſic optimi quique Auctores. *Virgilius:*

Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus & armis.

Terentius: Omnia prius experiri, quam armis, ſapientem decet. Nazarius Paneg. Conſt. *cum adverſus Parthos armis experiretur.* ACIDALIVS. Edd. omnes: *obſeſſosque peiora experiri.* Lectio, quam eruit *Livineius* ex ſuo, & *Bert.*, reperitur etiam in *Put.* & *Moerl.* tantaque veritatis ſpecie commendatur, ut recipiendam eſſe in contextum iudicaverim. IAEGERVS. Optime; ipſa etiam rei natura hoc flagitante. Cum enim ab altera quoque parte, ut dixi, Veronam praeterflueret Atheſis, morae ſpem habebant obſeſſi, ſi, victa urbe, per flumen in regionem retro tutam cedere deberent. Traiecta iam parte exercitus ſpem illam omittere debebant, cum tantum temporis non daretur ſpatium, ut in regionem retro tutam concederent, ideoque cum Conſtantini militibus armis experiri coacti. *Omiſſos penora* eſt in *Schonhov.* excerptis.

Adeo qua omnis eruptio] Lege, *adeoque omnes, qui eruptionem tentaverant, ceciditi.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Sic Vet. *adeoque omnes qui eruptionem temptaverant ceciditi.* PVTEANVS. *Adeoque omnes* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. Reſcribam: *adeoque omnes, qua eruptio tentata erat, ceciditi.* nam *tentaverat*, non *tentaverant*, in omnibus lego. Vir eximie doctus, mihique amiciſſimus olim correxit: *adeoque omnes, qui erupt. tentaverant, ceciditi*, parvo ac nihili diſcrimine. Tu elige, mi Lector. LIVINEIVS. Lege, *adeoque omnes, qua eruptio tentaverat, ceciditi.* Vel, *qui eruptionem tentaverant.* ACIDALIVS. & BAVNE. Repoſui, *qui eruptionem tentaverant*, ex auctoritate Codicum *Vatican.* In editis nonnullis legitur, *qua eruptio tentaverat*, in aliis *tentata erat.* PATAROL. *Rhenan. Stephan. Livin. adeo qua omnis eruptio tentaverat. Francof. Pariſ.* prior, *Cellar. adeoque omnes, qua eruptio tentaverat, cec.* Lectionem noſtram, *omnes, qui eruptionem tentaverant*, tuentur Codd. *Vaticani, Put. Moerl.*, qui plane ita exhibent, itemque ex parte Cod. *Liv. Bert. Lang.* IAEGERVS. Et hoc probo. Ab altera parte urbis per flumen eruptionem tentaverant contra eos milites, quos in ſuperioribus locis per flumen lenius traiecerat Conſtantinus. *Rhenani* lectionem exhibet etiam *Paull. Stephanus*, & in pr. *Rivinus.*

Ipſe etiam dux] *Etiam* abeſt Vet. *Langii* Schedis. LIVINEIVS. Nempe Ruricius. BAVNE. *Ruricius*, ut opinor. Vide infra. Paneg. *Nazar.* cap. 12. PATAROL.

Accerſenda] *Arceſſenda* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Arceſſenda* primus dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Recte; quamvis enim utrumque diſtinxerint veteres Grammatici, neglecta tamen diſtinctione *arceſſere* probavit melior aetas, alterumque poſteriori aevo, & Librariorum ignorantiae adſcripſit. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* II. 19. 10. *Gebbard.* ad eumd III. 9. 13. & IX. 9. 12. *Cortius* ad *Salluſt.* Iug. 40. 6. Not. Patern. ad *Victor.* Inluſtr. 4. 11.

Vt maiore] *Vt* ἐκβατικῶς, ſicut in illo *Flori* IV. 2. *Acceſſit copiis* (Pompeianis) *rex Iuba, ut latius vinceret Caeſar.* CELLARIVS.

4. *Redeunti illi*] Qui Veronam redeunti, poſt ir-

CAP. IX. Et primo quidem, ut audio, aciem inſtruxeras duplicem, mox,
proviſo adverſariorum numero, explicari ſtatim in frontem ordines, & ex-
tendi latius arma iuſſiſti, ex tuo animo nimirum animos tuorum omnium me-
2 tiens : quamvis gravius inde pondus infringi poſſe impetu pauciorum. Lau-
dare me exiſtimas, Imperator, cuncta, quae in illo praelio feceris? Ego ve-
3 ro iterum queror. Proſpexeras omnia, diſpoſueras univerſa, ſummi Impera-
toris officia compleveras. Cur ipſe pugnaſti? cur te denſiſſimis hoſtium glo-
bis

irruptionem factam, occurrere maluiſti, cum ea tantum parte exercitus, quae accincta erat ad bellum, in quo non erat parum periculi; quam ad copias omnes tecum educendas obſidionem intermittere, & obſeſſis dare locum aut reſpirandi, aut effugiendi, aut te inſequendi. BAVNE. Vt Graeci, ita & non raro Latini verbis pugnandi, contendendi iungunt tertium caſum, quod magna exemplorum copia probat *Vechner.* Hellenolex. I. 2. 25. p. m. 335. ſqq. IAEGERVS. De hoc tertii caſus uſu dixi ad *Arator.* I. 264. & II. 930. ita *pugnare beſtiis* accipiendum in L. 1. §. 5. D. de Poſtul. confer *Cannegieterum* meum ad Fragm. vet. Iurisprud. p. 220.

1. *Arma iuſſiſti*] Mirum, ni hic *armos* pro latera ſcriptum, quo ſignificatu *Lipſius* alicubi in *Tacito*, me licet refellente, voluit reponere. Hic ſenſui profecto optime quadret. ACIDALIVS. Superflua eſt *Acidalii* cura; *arma* ſunt armati, milites. Conf. ſupr. 3. 1. Rem hanc ita narrat *Nazarius* Paneg. 24. 2. *Diducta acie, in inrevocabilem inpetum hoſtes effundis, dein, quos ludificandos receperas, reductis agminibus includis.*

Animos tuorum omnium] Delet Vet. In *Vatican.* eſt ſpatium aliquod album. PVTEANVS. Hanc *Puteani* notam ex excerptis penes me MSS. dedi, neglectam in Ed. *Pariſ.* ſi hoc placeret, ſcribi deberet, *ex tuo animo nimirum metiens, quamvis gravius, inde pondus infringi poſſe.* Sed non opus hoc remedio; verborumque horum omittendorum cauſſa fuit, quod putaverit Librarius, nihil eſſe, a quo infinitivus *infringi poſſe* pendeat, quae tamen Scriptoribus ſaepe placuit Ellipſis.

Quamvis gravius] *Quantumvis* Schedae *Langii.* Apparet Gloſſa. LIVINEIVS. *Quamvis* enim pro quantumvis ſaepe occurrit. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. II. p. 200. *Drakenb.* ad *Livium* II. 51. 7. & cap. 54. 7. & XXII. 8. 3.

Inde pondus] *Inde*, hoc eſt ab hoſtibus. In *Langii* Schedis deſideratur; vitioſe, ut puto. LIVINEIVS. Non percepit Noſtri ſententiam *Livineius.* *Inde* ad praecedentia refer, quod ordines explicari, & arma extendi iuſſerit Conſtantinus. *Inde*, i. e. per id putabat pauciorum inpetu, ſive eorum militum, quos per Atheſin traiecerat, poſſe infringi pondus, quamvis gravius, id eſt hoſtium copias ſub Ruricio duce, numero quamvis maiores.

Infringi poſſe] Legerem libenter *infligi*; & fortaſſe Auctor non aliter ſcripſit. PATAROL. Male. In pr. *Rivinus* dedit *poſſet*, vulgatum infinitivi huius uſum parum cogitans. *Infringi* nihil aliud eſt quam valde frangi, ut *infractus armis* apud *Vellei.* II. 37. 2. & quae ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 17.

Inpetu imperii] Vet. *impetu pauciorum.* PVTEANVS. *Impetu pauciorum* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Revocanda lectio MSS., & retro cuſorum, *infringi poſſe impetu pauciorum. Laudare.* GRVTERVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin.* Sed meliorem lectionem praeferunt ſummo conſenſu MSS., & Edd., exceptis tribus illis, omnes. IAEGERVS. Primus meliorem lectionem recepit *Paull. Stephanus*, confirmatam in *Schonhovii* excerptis; alterum in pr. retinuit *Rivinus.*

2. *Iterum queror*] Non queſtus fuit antehac. Itaque legam *quaero.* Quaeſierat & ſupra, cum rationem ab eo reddi vellet ſuſcepti belli. ACIDALIVS. & BAVNE. Vulgatam tuentur omnes: ſolus paululum diſcedit *Moel.*, in quo legitur: *interim queror.* Equidem nihil cenſeo mutandum. Queſtus enim fuit iam antea c. 2. 6. & 3. 1. IAEGERVS. Vulgatam habent quoque *Schonhovii* excerpta, & recte tuetur *Iaegerus.*

3. *Diſpoſueras univerſa*] *Diſpoſueras omnia univerſa*, *Bertin.* LIVINEIVS. Haec lectio non mala, qua *univerſa* referendum ad ſequens *officia.*

Officia compleveras] Conf. ad *Mamertin.* Maximian. 6. 2.

Hoſtium globis] Multitudine conglobata. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 85. 10. *Drakenb.* ad *Livium* VIII. 32. 13.

Salutem Reipublicae] Quae pendet a vita tua. PATAROL. *In pericula mittere* recte *Cerda* contulit cum hoc *Virgilii* Aen. IX. 663.

Anim

bis miſcuiſti ? cur ſalutem reipublicae in pericula tanta miſiſti ? An neſcire 4
nos putas , quod , cum nimio rapereris ardore , in media hoſtium tela deve-
neras , & , niſi viam tibi caedibus aperuiſſes , ſpem totius generis humani &
vota deceperas ? Toto quippe impetu ferebare , torrenti ſimilis amni , quem 5
abruptae radicitus ſilvae , & convulſa funditus ſaxa ſequerentur. Quid tibi 6
eſt, Imperator , cum inferiore fortuna ? Illos pugnare fas eſt , quibus ſuo
cuiusque fato aut vincendum eſt, aut cadendum ; tu , cuius ex vita omnium
fata pendent , ad ullum discrimen accedas ? inter tot tela gladiosque verſe-
re ? quis hoc a te exigit ? aut quis pati poſſit, ut quidquam in te belli caſi-
bus

Animasque in aperta pericula mittant.

& *Acidalius* cum illo *Taciti* Annal. XII. 14. *rem in caſum dare.*

4. *Quod dum*] *Moerl. q. cum n.* idque verum puto. Nam vulgata σολοικίζει. Vid. *Gronov.* ad *Livium* XXXV. 8. princ. & *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 22. 1. & 62. 8. & 101. 5. IAEGERVS. Conf. Not. Patern. ad *Victor.* Inluſt. 8. 4.

Deveneras] *Deveneris* eſt in *Puteolani*, *Rhenani*, utriusque *Stephani*, *Choueti*, & pr. *Rivini*; alterum dederat *Livineius*, quem ſecuti *Gruterus*, & reliqui, idque poſtulat ſequens *deceperas.*

Caedibus aperuiſſes] Contulit cum hoc *Cerda* illud *Virgilianum* Aeneid. IX. 323.

Haec ego vaſta dabo, & lato te limite ducam.

ubi eiusmodi plura.

5. *Toto quippe*] Vide, quae ſupra ad *Mamertini* Panegyr. Maximian. cap. 5. *Toto quippe praelio ferebare.* PVTEANVS. & BAVNE. Vſus hac ſimilitudine *Virgilius* Aeneid. II.

Rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata laeta, boumque labores,
Praecipitesque trahit ſilvas, &c.

PATAROL. Et *Horatius* III. Od. penult. vs. 33.

Cetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc lapides adeſos
Stirpesque raptas, & pecus, & domos
Volventis una, non ſine montium
Clamore, vicinaeque ſilvae.

Quamvis autem ex *Homero*, aliisque Graecis hoc tranſtulerint Poetae Latini, *Iaegero* tamen adſentior in Addend. T. I. ad pag. 32. Noſtrum id ex Latinis magis hauſiſſe , & ſolo forte *Virgilio*, cuius quoque locum adhibuit infr. 12. 3. aut eſt imitatus *Mamertinum* Maxim. 5. 3. *Toto quippe praelio ferebare; non aliter, quam magnus amnis ſolet hibernis imbribus auctus & nivibus paſſim fluere, qua campus eſt.* ubi vide.

6. *Quid tibi eſt*] Alieno loco haec verba leguntur. Traiicienda in inferiorem, atque hoc ordine omnia legenda: *& niſi viam tibi caedibus aperuiſſes, ſpem totius generis humani, & vota deceperas. Toto quippe impetu ferebare, torrenti ſimilis amni, quem abruptae radicitus ſylvae, & convulſa funditus ſaxa ſequerentur. Quid tibi eſt, Imp., cum inferiore fortuna? illos pugnare* &c. ACIDALIVS. & BAVNE. Mutavit hic ordinem verborum, recte iubente *Acidalio*, *Baunius.* In ceteris omnibus ſic leguntur: *vota deceperas? Quid tibi eſt, Imperator, cum inferiore fortuna? toto quippe impetu ferebare, torrenti ſimilis amni, quem —— ſequerentur. Illos pugnare fas eſt* &c. Parum concinne. IAEGERVS. Traiectionem probo. *Quid tibi*, & Graecum τί μοι explicuerunt *Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 119. *Taubman.* ad *Plautum* Epid. II. 2. 112. *Burman.* ad *Phaedr.* III. 19. 8.

Inferiore fortuna] Mediocrium eſt periculis ſe inferre , non ſummi Principis, ne cum ipſius ſalute ſalus publica in diſcrimen trahatur. CELLARIVS. *Onoſander* Strateg. c. 33. *Μαχέσθω ὁ στρατηγὸς αὐτὸς προμηθέστερον, ἢ μὴ τολμηρότερον, ἢ καὶ τὸ παράπαν ἀπεχέσθω τοῦ τοῖς πολεμίοις εἰς χεῖρας ἰέναι, κ. τ. λ.* IAEGERVS.

6. *Aut cadendum*] Conf. *Pricaeum* ad *Apul.* Metam. II. p. 102.

Fata pendent] Conf. ſupr. 3. 1.

bus liceat? deceat te, Imperator, hoſtem ferire? immo non decet laborare.

Cap. X. Spectavit ex edito monte Xerxes navale certamen. Augu-
ſtus aliud agens vicit apud Actium. Fuit etiam, qui, ſublatus in ſcalas in-
vicem nexas, concurrentes eminus vidit exercitus, ut nec intereſſet peri-
2 culo, & adeſſet eventui. Ignava, inquies, ſunt haec exempla; ſed tuta:
3 graviorque metus eſt periculi tui, quam laetitia victoriae. An non ipſi
te, caeſis fugatisque hoſtibus, interfectoque etiam ipſo eorum duce, co-
mites & Tribuni corripuere lacrimantes, amplexique illud tuum anhelum pe-
ctus, cruentas manus, & quidquid de ſanguine profundae caedis emer-
ſerat,

Hoſtem ferire] Hac forte eſt uſus locutione, ut Imperatorem decere oſtendat ex longinquo, locoque tuto pugnare, eorum inſtar, qui ſagittis feram occidunt; ita de occiſo leone eſt apud *Auſonium* Epigr. 6. ſi hoc diſpliceat, in univerſum notabit hoſti nocere, damno adficere; hoc enim ſenſu eſſe verbum bellicum notavit *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 60. 4.

1. *Spectans*] Vet. *ſpectat.* Forte *ſpectavit.* PVTEANVS. *Spectavit*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Falſum eſt; non vicit Xerxes, ſed victus fuit, ſellaque argentea, in qua ſedens ſpectaverat, in templo Minervae Virginis adſervata, in perpetuam rei memoriam. Corrigo ego, *Spectavit ex edito monte.* MEVRSIVS. Auctar. Phil. cap. 31. Ita *Cuſpin. Rhen. Stephan. Livin.* At recte ex *Lang. ſpectavit* reliqui. IAEGERVS. Primus *ſpectavit* edidit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr. recte id mutatum, quia ceteroquin *ſpectans* cum ſequenti *vicit* cohaerere deberet, quod contra Hiſtoriae fidem eſſe recte monuit *Meurſius.* Conf. Hiſtoricos, mox citatos.

Edito monte] Aegaleo, qui a regione Salaminis. *Herodotus* VIII. LIVINEIVS. & BAVNE. Xerxes, Perſarum rex, dum copiae ſuae navale praelium cum Graecis, duce eorum Themiſtocle, prope Salaminam committerent, in locum quendam e regione Salaminis ſe recipit, unde praelii contuitus pateret; haec *Diodor.* lib. XI. Montem Aegaleum Xerxem aſcendiſſe ſcribit *Herodotus* lib. VIII. Mentionem facit rei huius etiam *Iuſtinus* Hiſtor. lib. II. cap. 12. PATAROL.

Aliquid agens] Scribe, *Auguſtus aliud agens.* Id manifeſte ex ſententia tota liquebit. Non usque quaque vero tamen hoc dicit. Nam Auguſtus, etſi alias timidus, tamen Actiaco proelio dextro cornu ipſe praefuit. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Vet. *aliud.* PVTEANVS. *Aliud* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. Probe. Habueritque, opinor, in mente, quae Auguſto accidiſſe bello Siculo *Suetonius* refert cap. 16. nam Actiaco quidem cornu dextro M. Lurio, laevo Arruntio commiſſis, Agrippae omni claſſici certaminis arbitrio, ipſe ubique aderat. Verba ſunt *Velleii Paterculi* e II. LIVINEIVS. Iam olim hic de coniectura emendabat *Salomon Pantherus Ryſinius*, *aliud agens.* Quam poſtea libenter vidimus etiam *Lipſio* in Epiſtolic. probatam, & nunc nuper trium librorum auctoritate confirmatam a *Livineio. Aliud agere* dicitur, qui non ſerio, neque cum cura magna in rem incumbit, ſed obiter, & velut perfunctorie eam tractat. RITTERSHVSIVS. Corrigo *aliud agens.* MEVRSIVS. Auctar. Phil. cap. 31. Lege *aliud*, curante nimirum Agrippa. ACIDALIVS. Bellum Actiacum fortaſſe ſumit pro Siculo, in quo Auguſtus per Agrippam, alioſque exercitus Duces, Pompeium inter Mylas & Naulochum ſuperavit, anno V. C. DCCXVIII. *Dum ipſe tam arcto ſomno devinctus eſſet, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur.* —— *Neque prius ſurrexiſſet, ac militibus in conſpectum fuisſet, quam a M. Agrippa fugatae eſſent hoſtium naves*, *Sueton.* Auguſt. cap. 16. Nam Actiaco bello *dextrum navium Iulianarum M. Lario commiſſum*, *laevum Arruntio*, *Agrippae omne claſſici certaminis arbitrium. Caeſar ei parti deſtinatus*, *in quam a fortuna vocaretur*, *ubique aderat*, *Velleius* lib. II. cap 85. BAVNE. & PATAROL. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* corrupte. Sed *aliud*, ex emendatione *Lipſii*, & Codd. *Livin. Bert. Lang. Put. Moerl.* ceteri. *Acidalius* de praelio Actiaco Auctorem noſtrum loqui, & propterea, quod Agrippae omne claſſici certaminis arbitrium erat commiſſum, Auguſtum aliud agentem viciſſe, recte exiſtimat. Sic Paneg. Maximian. & Conſtant. c. 13. 4. *Si pro Divo Auguſto Actiacam victoriam tantummodo gener Agrippa confecit.* IAEGERVS. Recte *aliud* rece-

ſerat, hinc atque inde clamarunt: quid egeras, Imperator? in quae nos
fata proieceras, niſi te divina virtus tua vindicaſſet? quae haec eſt impa-
tientia? aut quo tibi manus noſtras, ſi verſa vice pugnas ipſe pro no-
bis? Haec ego non dicerem, Imperator, neque ab aliis dicta memorarem, 4
niſi, beneficio tuae lenitatis, tutior eſſet noſtra in verbis, quam tua in ar-
mis audacia. Nova enim quadam varietate naturae, confuſoque virtutum 5
temperamento, idem es & in praeliis ferociſſimus, & parta ſecuritate mitiſ-
ſimus.

1 CAP. XI. Cum enim, dato obſeſſis tempore poenitendi, Aquileiam quoque de legatis eorum ac ſupplicibus recepiſſes, cunctique ſe tibi dedidiſſent, quos ob-

cepit *Gruterus*, omneſque reliqui praeter *Rivinum*. Interpretationem *Acidalii* probo, quo minus opus ſit, ut *Rittershuſii* interpretationi adſtipulemur; aliud egit, quam Agrippa, Auguſtus, unde Agrippae tribuitur victoria. Conf. ſupr. ad Incert. Maximian. 13. 4. —— *Rittershuſii* notam, in Ed. *Pariſ.* neglectam, ex Reliquiis Coniecturarum poſt *Goldaſti* Paraeneticos revocavi.

In ſcalas] Ingenue fateor, nondum incidi in hanc hiſtoriam, nec, qui ſubiiceret, inveni. Itaque, quod aiunt, trado lampadem. LIVINEIVS. & BAVNE. Commentum hoc puto ad rem amplificandam. PATAROL.

2. *Sunt exempla*] *Haec exempla* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Rotundius fuerit, ſi eiiciamus voculas, *ſunt haec.* GRVTERVS. Solus *haec* omiſit *Livineius.*

3. *Ipſi, caeſis*] *Ipſi te* Vet. PVTEANVS. *Ipſi te*, *Bertin.* LIVINEIVS. Inſere *te*. Niſi mutandum verbum *corripuere.* ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* voculam *te* omittunt, quam vero *Bert.* una cum reliquis MSS. & Edd. bene praefert. IAEGERVS. Primus *te* inſeruit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

Fugatisque] *Fugatis* Vet. LIVINEIVS.

Comites] De *Comitibus* ſupr. cap. 2. BAVNE.

Profundae caedis] Conf. *Wopkens.* in Obſerv. Miſc. T. VII. p. 826.

Quid egeras] Imitatur Noſter locum illum *Lucani* Pharſal. lib. V.

> *Quo te dure tulit virtus temeraria Caeſar* &c.
> *Cum tot in hac anima populorum vita, ſaluſque*
> *Pendeat*, &c.

PATAROL.

Proieceras] An *proieciſſes*? BAVNE. Nil opus.

Quo tibi] Aut quo tibi manus noſtras poſcis. BAVNE. I. e. ad quid. *Cicer.* Epiſt. ad Diverſ. VII. 23. 8. *Martis ſignum quo mihi, pacis auctori?* Vid. *Cort.* ad Ep. ad Diverſ. VI. 4. 3. *Heinſ.* ad *Ovid.* A. A. I. 303. IAEGERVS. *Quinctilian.* Declam. II. cap. 10. *quo caeco hereditatem.* adde *Boſchium* ad *Petron.* Sat. 55. Not. ad *Valer. Max.* IX. 13. ext. 2. *Heinſ.* ad *Ovid.* Heroid. II. 53. Egregie hic locus ad id pertinet, quod ſcribit *Grotius* I. B. & P. I. 5. §. 1. quemque ſui eſſe iuris vindicem, ideoque manus hominibus datas eſſe, in quo argutari non debuiſſet *Oſiander*, recte refutatus a *Iaegero* Obſerv. ad *Grot.* p. 184.

4. *Neque ab aliis*] Non quod alii dixerint, ſed cape, tamquam legatur, & ab aliis non dicta memorarem. ut ita exponam, faciunt, quae tradidit ſupr. 2. 3. ubi vide.

5. *Idem es in praeliis*] Vet. *idem &*. PVTEANVS. *Es &* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Poſt *es* Cod. *Liv. Bert. Put. Moerl.* & Ed. *Pataroli* inſerunt *&*: non male. *Cellar.* etiam habet *&*, ſed omiſſo *es*, errore, credo, operarum. IAEGERVS. Cod. *Put.* a reliquis in eo diſcrepat, quod pro *es* ſcribat *&*. Omnes Edd. ante *Cellarianam* habent *es*; Codd. ſcripturam exhibui.

1. *Aquileiam*] Infr. *Nazarius* cap. 27. *Praetereo te, Aquileia, te, Mutina, caeteraſque regiones, quibus gratiſſima fuit ipſius oppugnationis iniuria.* PVTEANVS. De Aquileienſi expugnatione vide ſupr. Paneg. Incert. Maximian. cap. 6. BAVNE. Sed ille locus huc non pertinet, cum ne de hac expugnatione, poſtea demum facta, cogitare quidem potuerit Incertus.

Eorum ac] *Ac* deleam. LIVINEIVS.

Tibi dediſſent] Melius *dedidiſſent*. RHENANVS. *Dedidiſſent* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

obſidendo ſervaveras, ignoviſti omnibus, & vitam, quam deſperaverant, red-
2 didiſti. Et quidem iuſſiſti arma deponere, ut multo tutius victoris pietate tege-
rentur: ut tamen pertinaciae ſuae merita ſentirent, corripi eos, vincirique iuſſi-
ſti, non ad ſupplicium, ſed vitam; ne conſcientiae timore diffugerent, graviter-
que delinquerent, conſervarique iterum non mererentur, ſi ſervati non fuiſſent.
3 Sed unde tanto hominum numero tot vincula, quae continere militares, & paul-
4 lo ante armatas manus poſſent? Stupere milites, qui perducendos ſuſceperant,
& cuſtodiae curam abnuere, & prorſus neſcire, quid facerent; ipſi etiam, qui
ti-

Etiam *Schonhovii* excerpta, unde illud recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*. Ita aliquando ſyllabam *di* omiſiſſe Librarios oſtendit *Schwarzius* ad *Mamertin.* Genethl. 3. 1. apud *Ciceron.* de Orator. I. 55. vulgo legitur, *Scaevolae te dedidiſti*; recte reſcripſit *Erneſti* ex Cod. *Erl. dediſti*, quod ſecutus *Harleſius*, & confirmat Bibliothecae *Traiectinae* Cod. & ipſe *Cicero* de Orator. II. 1. *Rhodi ſe doctisſimorum hominum ſermonibus dediſſet.* Cum hic de victis agatur, quibusque arma ſint ademta, *dediſſent* foret melius ex Patris mei ſententia, *dare* ad eos, qui arma tradunt, *dedere* vero ad eos, qui in ſidem perveniunt, referentis ad *Victor.* Inluſtr. 23. 2. ſed Codd. hic ſequor, & *noxios dedere* eſt apud *Livium* XXXIX. 50. 9. ubi *Drakenb.* hinc dubia ſcriptura apud *Ciceron.* de Orator. I. 40. *Pater patratus dedidiſſet.* ubi Cod. *Traiectin. dediſſet.* etiam *deditos* adpellat Noſter infr. 12. 1. adde *Iaegerum* infr. 25. 2.

Ignoviſti omnibus] Conſentiunt verba *Zoſimi* lib. II. *Oppida quidem, per inducias ſe dedentia, nullo damno mulctat*, &c. PATAROL. Conveniunt *Ciceronis* verba pro Marcell. 7. *Qui magis ſunt tui, quam quibus tu ſalutem inſperantibus reddidiſti.* ubi *Abram.*

2. *Conſcientiae timore*] Conf. ſupr. 5. 3.

Graviterque delinquerent] Lege *graviusque.* ACIDALIVS. & BAVNE. A te ad hoſtium partes tranſeundo. PATAROL. Si Codd. adeſſet auctoritas, *Acidalio* adſentirer.

Non merentur] Vet. *merenter.* Forte *mererentur.* Sic *Vatican.* PVTEANVS. *Mererentur* etiam *Schonhovii* excerpta, & ita poſt *Rhenanum* conſtanter placuit.

3. *Stupere*] Stupebant. RHENANVS. Conf. ſupr. 7. 6. & ad *Mamertin.* Genethl. 10. 5.

Producendos ſuſceperant] *Perducendos* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Moerl. perducendos*, quod probo: ſaepius enim de captivis hoc verbum uſurpatur. *Iuſtin.* XII. 5. 10. *Interea unus ex amicis Darii, Beſſus, vinctus perducitur.* ubi vid. *Gronov.*, qui plura huius uſus exempla congerit. IAEGERVS. Probo *perducendos* ex iis, quae habet *Drakenb* ad *Livium* V. 15. 8. *Gronov.* ad eumd. XXX. 12. 2. Not. ad *Ovid.* Amor. III. 12. 11. apud *Caeſarem* B. G. VII. 13. 2. *comprehenſos ad Caeſarem perduxerunt*, mavult *Oudendorpius produxerunt*, quod non probo, neque id confirmant exempla, quae contulit; apud *Hirtium* enim B. G. VIII. 38. 4. recte legitur, *celeriter omnium cura quaeſitus in caſtra perducitur*, quamvis & hoc mutatum mallet Vir Clariſſ.; in aliis autem agitur de iis, qui in conſpectum Ducis veniebant, de quibus, ut & in concionem venientibus frequenter adhibetur. vid. *Fabrum* Semeſtr. I. p. 138. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 33. 4. *Duker.* ad *Livium* XLV. 2. 6. *Pricaeum* ad *Apulei.* III. Met. p. 140. Patruum meum ad *Caton.* Diſt. III. 4. de talibus autem non loquitur Noſter; quamvis enim intelligi poſſent captivi in militum concionem, Ducisve conſpectum *producti*, ut morte adficerentur, tamen accipere malim de iisdem in alium locum contra voluntatem tranſportandis; *perducuntur neceſſitate coacti*, ait *Donatus* ad *Terent.* Andr. III. 1. 54. & hinc *perductores* invitorum in re turpi, de quibus *Erhard.* ad *Petron.* Sat. 126. *Graev.* ad *Sueton.* Tiber. 45. *Caſaub.* ad eumd. Veſp. 22. *Bunem.* ad *Lactant.* Inſtit. VI. 17. 19. quam frequenter autem utraque vox permutetur, oſtendunt *Duker.* ad *Livium* XXXVIII. 50. 1. *Burman.* ad *Sueton.* Claud. 4. ad *Lucan.* II. 562. *Drakenb.* ad *Sil.* XV. 100. Not. ad *Virgil.* Ecl. I. 73. *Oudend.* ad *Sueton.* Tiber. 45. Not. Patern. ad *Victor* Inluſtr. 2. 6. Cum itaque viderent milites, Conſtantinum captivos non ad ſupplicium mortemque deſtinaſſe, ſed vitam ſervari voluiſſe, ideo ſtupebant, & ipſam etiam cuſtodiae curam abnuebant.

Curam abnuere] *Cura* Vet. quod ſequor. Incertus in Maximianum & Conſtantin. *Quanquam etiamſi totam excuſationem aetatis afferres, ſic quoque tibi Reip. curis non erat abnuendum.* LIVINEIVS. *Cura* neſcio, an ſatis loco allato firme-

tibi in conſilio erant, ipſe etiam praefectus haerere; cum tu, divino monitus inſtinctu, de gladiis eorum gemina manibus aptari clauſtra iuſſiſti, ut ſervarent deditos gladii ſui, quos non defenderant repugnantes.

Cap. XII. O pulcerrimum, & qui omnium oculis ſubiici debuiſſet, trium-
phum virtutis & clementiae tuae! cuius enim potentiae fuit, hoſtibus arma deri-
pere, eius humanitatis, deditos ad impunitatem ſuis armis adligare, atque ita
vincire, ut eos ferri illius, quod contra te geſſerant, quotidie poeniteret. Gla- 2
dius ille, quem in te deſtrinxerat hoſtis infeſtus, ipſe domini ſui manus tenuit,
&,

metur; in eo certe τὸ *curis* poteſt eſſe tertius caſus. Et ſupra Noſter c. 6. 1. *abnuere obſequium* dixit. IAEGERVS. Vulgatum tuitus ſum ad Incert. Maximian. 9. 3. & ſimilia dedit *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 84. 3.

4. *Tibi in conſilio*] *Tibi* omiſit *Rivinus.*

Monitus inſtinctu] *Moerl. d. motus inſt.* IAEGERVS. Vulgata melior. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol 19. 3.

De gladiis] Militum enſes in vinculorum formam conflari iuſſit BAVNE.

1. *Diripere*] Lege *deripere.* ACIDALIVS. *Patar. diripere.* Male. Vid. *Heinſ.* ad *Ovid.* Metam. III. 52. IAEGERVS. *Diripere* non ſolus *Patarolus*, ſed omnes ante *Gruterum.* Male. *Deripere ſpolia*, *Virgil.* Aeneid. II. 193. ubi *Heinſ.*, quem etiam confer ad *Ovid.* Amor. I. 5. 13. ad *Silium* IX. 29. *Torren.* ad *Valer. Max.* II. 9. 8. frequenter haec permutata notant *Heyne* ad *Tibull.* I. 2. 82. *Brouckh.* ad eund. I. 5. 40. V. D. ad *Valer. Flacc.* II. 160. VI. 668. *Buneman.* ad *Lactant.* M. P. 6. 6. *Klotz.* Miſcell. p. 71. Obſerv. Miſcell. T. I. p. 187.

Ad inpunitatem ſuis armis] Vet. & *Vatican. ſui.* PVTEANVS. *Sui alligare* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Sic edidit *Baunius*, *Cellar.* & *Patarol. Moerl. ad pietatem ſui all.* omiſſa voce *armis.* Lectio nemini probanda. Verba *ad impunitatem* videntur ſignificare, *ut ne amplius nocere poſſint*. *ut impune*, i. e. ſine damno noſtro, (vid. Paneg IV. 18. 3.) *inter nos verſentur.* IAEGERVS. *Ad impunitatem ſuis armis alligare* non tantum edidit *Baunius*, ſed haec conſtans in omnibus eſt ſcriptura. Praeterea in Vet. & *Vatic.* eſt *impunitatem ſui all.*, ut in Codd. *Livineii*, ſed in *Puteani* Cod. fuit *ſui armis all.* ita enim in excerptis *Puteani* MSS. additur; *in meo legitur* armis, *in his* (Vet. & *Vat.*) *deeſt.* Non quidem diſplicet Codd. lectio *ad impunitatem ſui alligare*, de quo uſu τοῦ *ſui* dictum eſt ad *Mamertin.* Maxim. 9. 3. Genethl. 2. 1. & ad loca illic citata; vulgatam tamen tueri malim, quia hoc poſtulat ſententiae ſeries; opponit enim in *armis deripiendis potentiam*, & *humanitatem* deditos *ſuis armis alligandi*; deinde cum ex eorum gladiis vincula conſici iuſſerit Conſtantinus, recte *ſua arma* memorat, cuius locutionis tota periret efficacia, ſi legeres, *ad inpunitatem ſui armis adligare*; ita enim nondum indicat, quae arma intelligat; aut *inpunitatem ſui adligare*, quia tunc non exprimit, quibus fuiſſent vinculis adligati. *Ad inpunitatem* ſi cum Cl. *Iaegero* capias, longius mihi videtur quaeſita interpretatio. Simpliciusne foret exponere, ne morte punirentur. Ipſi de vita deſperaſſe dicuntur, cap. praeced. n. 1. hos itaque mortis ſupplicio adſicere potuiſſet Conſtantinus, ſed *vinciri iuſſit non ad ſupplicium*, *ſed vitam*, ibid. n. 2. id eſt, ad inpunitatem, ne morte punirentur. ut apud *Eumen.* Conſtantin. 6. 1. *culpae conſcios ad poenitentiam revocaret inpunitas.*

Atque etiam vincire] Vet. *atque ita vincere.* PVTEANVS. *Ita vincire* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *atque ita vincire.* ACIDALIVS. Pro *ita Rhenan. Stephan. Livin. etiam*; male. Τὸ *ita* in Codd. *Schonhov. Moerl.* & Edd. ceteris reperitur. Pro *vincere*, quod habet etiam *Cuſpin. Livin. Schonhov. Moerl.*, reliqui recte *vincire.* Si enim *dediti* fuerint, non amplius *vincendi* fuiſſe videntur. IAEGERVS. *Ita* primus dedit *Paull. Stephanus*, & reliqui praeter *Rivinum*; *vincire* vero *Henr. Stephanus*, cuius lectionem a *Livineio*, & *Paull. Stephano* neglectam, reſtituit *Gruterus*; & recte retinuerunt ſequentes: cum enim *arma* iam eſſent *derepta*, non amplius *vincebantur*, ſed ita *vinciebantur* adligati, ut armorum ſuorum poeniteret. Haec permutari docuit *Iaeger.* ad *Mamertin.* Maxim. 6. 3. *Statius* ad *Tibull.* II. 4. 14.

2. *Diſtrinxerat*] Emendabat Pater meus *deſtrinxerat*, & ita *Iaegerus* recte dedit, ut etiam infr. 20. 4. forte favent Codd., quamvis ex iis nihil ſit notatum. Mutationis cauſſa eſt, quod *diſtringere gladios* Latinum non videatur, unde *Erneſti* Clavi *Ciceron.* V. *Deſtringo* neminem in

his.

3 &, paratus ad caedem, cuſtos factus eſt ad ſalutem. Magnus Poeta, dum bellorum toto orbe ſurgentium diſcurſum, apparatumque deſcribit, *Et curvae*, inquit, *rigidum falces conflantur in enſem?* Triſte nimirum tempus illud, cum inſtru-
4 menta, cultui pecudum praeparata, in caedem hominum verterentur. At nunc rigidi illi, mortiferique mucrones in ſalutaria vincla curvantur, & exarmatum hominem non interimunt, ſed coercent; deditosque hoſtes gladii ſui colliſi obtuſique tutantur, qui nihil illis prodeſſe integri, acutique potuerunt.

CAP.

his litteris paullo verſatiorem ſcribit dubitare, in omnibus, in quibus detrahendi vis eſt exprimenda, *diſtringere* rectum eſſe; deſignat enim in diverſas partes diſtrahere, cum contra *deſtringere* aliqua re nudare indicet, quod gladio de vagina ducto eſt proprium, & huic tantum loco conveniens. Conf. *Cuperum* Obſ. IV. 5. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 37. 2. *Harleſ.* ad *Ciceron.* de Orator. III. 2. & de propria notione in *ſtringere* ex *Horatii* Scholiaſte *Heinſius* ad *Virgil.* Georg. II. 300. *Burman.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 24. ita *deſtricti gladii* recte redditum *Valerio Max.* III. 2. 1. idemque reſtitue *Sulpicio Sever.* Hiſt. S. I. 19. 6. male Cod. *Traiect.* apud *Senec.* Agam. 734. *tela diſtricta;* eſt quidem *ſecuris diſtricta* apud *Florum* II. 2. 17. ſed illic etiam *deſtricta* dedit *Oudend.* ad *Lucan.* VII. 313. alii ſimiliter aliis ſunt locis opitulati. Vid. *Duker.* ad *Flor.* d. l. *Drakenb.* ad *Livium* VIII. 7. 20. *Oudend.* ad *Sueton.* Calig. 56. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 19. 12.

3. *Magnus Poeta*] *Virgilius* Georg. lib. I. 508. BAVNE. & CELLARIVS. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 14. 2.

Toto orbe] Primis Octaviani Auguſti temporibus. PATAROL. De voce *diſcurſu* vide ad *Mamertin.* Genethl. 2. 4.

Triſte nimium] Sic Vet. *triſte nimirum tempus illud aperiens, cum. Pithoean.* ſic legit hunc locum: *& curvae, inquit, rigidum falces conflantur in enſem, inſtrumenta cultui* &c. deletis his vocibus, *turpe nimium tempus id, cum. Fabr.* autem, & *Bongarſ.* nihil tollit, legitque, *triſte nimirum tempus illud aperiens, cum inſt.* &c. PVTEANVS. Forte *nimirum.* LIVINEIVS. *Triſte nimirum tempus id, cum;* haec eſt lectio *Rhenan. Stephan.* utriusque *Pariſ. Patar. Cellar.* Pro *nimirum, Cuſpin. Livin. Gruter. nimium;* pro *id* Cod. *Livin. illud. Pith.*, teſte *Puteano*, ſic legit h. l. *in enſem, inſtrumenta cultui.* Haud dubie etiam pro *verterentur* legere debebat *vertebantur. F.* autem, pergit *Puteanus*, & *Bong.* nihil tollit, legitque; *triſte nimirum tempus illud aperiens, cum inſtr.* &c. & ſic legitur quoque in *Moerl.* Sed vereor, ne explicationis cauſſa, a correctore, ellipſi verbi *erat* non animadverſa, vox *aperiens* intruſa fuerit. Itaque ex hac lectione retinui dumtaxat voculam *illud*, aurium gratia, & quia feſtinatio ſcribentis litterarum compendium facere amat, faciliusque adeo *id* pro *illud* ponitur, quam inverſa vice hoc pro illo. Vid. infra cap. 14. 2. ſect. 4. IAEGERVS. Male *nimirum Rhenano*, aliisque tribuit *Iaegerus;* in antiquiſſima enim *Puteolani*, deinde *Rhenani*, utriusque *Stephani*, *Livineii* Edd. eſt *triſte nimium; Gruterus, Pariſ.* & ſequentes dederunt *nimirum*, praeter *Rivinum.* Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 6. 3. Vera lectio vulgata, in qua non opus, ut per ellipſin *erat* ſubaudiatur; repetendum enim ex praecedenti eſt *deſcribit.*

Tempus id] *Tempus illud* Vet. LIVINEIVS. Hoc cum *Iaegero* reſtitui, conf. praeced. obſerv.

Cultui pecudum] Ingenioſe coniiciebat acutiſſimus *Eldikius*, *cultui ſegetum.* Eſt tamen, quo vulgatum defendas, in primis quia quibusdam in locis *Virgilium* expreſſit, ut dicam infr. 16. 5. *cultum* itaque illum tranſtuliſſe videtur ex Georg. I. 3.

Qui cultus habendo
Sit pecori.

& IV. 559.

Haec ſuper arvorum cultu, pecorumque canebam.

Calpurn. Eclog. II. 361.

Me docet ipſa Pales cultum gregis.

Nemeſianus Cyneg. 239.

Cultusque mihi dicendus equorum.

Columella de R. R. VI. Praef. *tam pecorum, quam agrorum cultum pernoſcere.* Fateor, *falces* non

ad

Cap. XIII. Omnium ergo armorum miniſteria ad diverſos effectus arbi-
trio tuo ſerviunt, Imperator. Tibi vincunt gladii, tibi ſervant; te pugnan-
te feriunt, te ignoſcente cuſtodiunt. Vt Deus ille, mundi creator & domi- 2
nus, eodem fulmine ſuo nunc triſtes, nunc laetos nuntios mittit: ita eadem
ſub Numine tuo tela inimicos aut ſupplices tuos pernicie, aut conſervatione
diſcernunt. Eripuiſti, Imperator, adverſariis tuis gladios, ne quis incumbe- 3
ret dolore ſuperatus: & eosdem manibus ſuis innoxios reddidiſti,
ut

ad hunc cultum, ſed ſegetes, arboresve pertinent, & ad *pecudes* magis *inſtrumenta*, at vero *Virgilii falces* tantum oratorio artificio adcommodat.

4. *Obtuſique*] *Obtunſique*, *Bertin.* LIVINEIVS. Ita frequenter Librarii. Vid. Obſ. Miſcell. Vol. VI. p. 194. & quae dixi ad *Sedul.* Epiſt. ad Macedon. p. 4.

2. *Fulmine ſuo*] *Feſtum* conſule in *Manubiae*, & *Senecam* Natural. quaeſt. II. cap. 12. LIVINEIVS. & BAVNE. & CELLARIVS. Praeter *Feſtum* & *Senecam* addendus eſt *Cicero* de Div. II. 35. *Fulmen ſiniſtrum auſpicium optimum habemus ad omnes res, praeterquam ad Comitia.* & c. 39. *ad noſtri augurii conſuetudinem dixit Ennius.*

Cum tonuit laevum bene tempeſtate ſerena.

Plinius H. N. II. cap. 54. ſect. 55. *Laevâ* (fulmina) *proſpera exiſtimentur: quoniam laeva parte mundi ortus eſt. Nec tam adventus ſpectatur, quam reditus: ſive ab ictu reſiliit ignis, ſive, opere confecto, aut igne conſumto, ſpiritus remeat. In ſedecim partes caelum in eo adſpectu diviſere Tuſci. Prima eſt a Septemtrionibus ad aequinoctialem exortum: ſecunda ad meridiem: tertia ad aequinoctialem occaſum: quarta obtinet, quod reliquum eſt ab occaſu ad Septemtriones. Has iterum in quaternas diviſere partes, ex quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem e contrario adpellavere dextras. Ex his maxime dira, quae Septemtrionem ab occaſu adtingunt. Itaque plurimum refert, unde venerint fulmina, & quo conceſſerint. Optimum eſt in exortivas redire partes. Ideo, cum a prima caeli parte venerint, & in eamdem conceſſerint, ſumma felicitas portenditur, quale Syllae Dictatori oſtentum datum accepimus. Cetera ipſius mundi portione minus proſpera, aut dira.* Conf. *Dionyſ. Halicarnaſſ.* lib. II. p. m. 80. ſq. IAEGERVS.

Nunc triſtes] Quando enim ad Septentrionem tonabat, fauſtum omen antiquis erat, contra vero, cum ad Meridiem. PATAROL.

Aut conſervatione] Hoc ad *ſupplices*; *pernicie* autem ad *inimicos* pertinet. Conf. ſupr. 5. 6.

3. *Imperator*] Abeſt *Bertin.* LIVINEIVS.

Dolore ſuperaſti] Rectius Cod. *Pithoean. ne quis incumberet dolore ſuperatus.* Forte leg. *ne quis incumberet dolore ſuper acie.* PVTEANVS. Editiones exoletae, etiam *Viennenſis*, alia diſtinctione, *dolore ſuperaſti*, & *eosdem.* ex quo ingenioſe finxit *Petrus Daniel*, *dolore ſuper acie*, & *eosdem.* Mihi aliquando veniebat in calamum, *ne quis incumberet*, *dolones ſeparaſti*, & *eosdem*, &c. & ſic quidem minimum ibatur a characterum priorum figura: ſed an huiusmodi emendatio rei praeſenti conveniat, alii examinent. ego, in hac feſtinatione, non poſſum. GRVTERVS. Clarior erit ſententia, ſi legatur, ut eſt in Codice *Pithoeano*, *ne quis incumberet dolore ſuperatus*, vel ut ſuſpicatur *Puteanus*, *ne quis incumberet dolore ſuper acie.* BAVNE. Ne quis hoſtium devictorum doleat nimis, ſe victum eſſe, & dolore incitatus ultionem rebellando paret. CELLARIVS. *Incumberet dolori. Superaſti*, & *eosdem*; ſic legunt meliores. Alii *dolore ſuperatus*; alii *dolore ſuper acie.* PATAROL. *Cuſpin. ne quis incumberet*, *dolore ſuperaſti*, &c. *Rhenan. Stephan. ne quis incumberet dolore*, *ſuperaſti. Livin. Francof.* utaque *Pariſ. Patar. ne quis incumberet dolori. Superaſti*, &c. *Cellar. ne quis incumberet dolori ſuperatus.* Nunc iam, poſitis ambagibus, veram e Cod. *Put.* & *Moerl.* proferamus lectionem: *ne quis incumberet dolore ſuperatus*; cuius ſenſus hic eſt: Eripuiſti, Imperator, adverſariis tuis gladios, ne quis eorum, dolore victus, gladio ſuo incumberet, ſibique adeo necem conſciſceret, & eosdem reddidiſti manibus eorum, qui illos tractaverant, ſed innoxios, i. e. in vincula mutatos, ſeu manicas, ita, ut illis vim ſibi inferre non poſſint. Quid planius, & certius? IAEGERVS. Vt *Rhenanus* edidit, lectum iam eſt in antiquiſſima *Puteolani*, & utraque *Rivini. Livineium* vero ſecutus eſt *Paull. Stephanus*, & *Baunius. Dolore* ex ingenio etiam emendabat *Eldikius*, hoc modo, *ne quis incumberet dolore. Superaſti.* Verior tamen ſcriptura, quam ex Codd. de-

ut & clementiae & vindictae tuae ſatisfaceres: quorum ſanguini peperceras, ar-
4 ma fregiſti. Vita enim hominum, diu parta, ſemper ſervanda eſt, ſi liceat;
ferrum inventu facile, uſu mutabile. Ideo, quae erant reparabilia, conflaſti;
5 quod redivivum non erat, reſervaſti. Quid ſimile fabulae ferunt? converſa eſſe
humana corpora in fontes, aut pecudes, aut aves? Foeda & degener talis con-
verſio. Gladius, mutatus in manicas, hoc eſt, quod ſecuritas poſt timorem,
quod

dedit *Iaegerus*, & recte explicuit.

Vt clementiae] *Vt &* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Inſerunt quoque *& Schonbovii* excerpta, quod primus dedit *Gruterus*, quem reliqui ſunt ſecuti praeter *Rivinum* in pr.

4. *Vt enim hominum*] Forſan ſic legendum: *Vt enim vita hominum.* RHENANVS. Vet. *natura.* in *Vatic. etiam*, ſed alia manu. PVTEANVS. *Vita enim* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Vita enim*; ſic *Cuſpiniani* Codex; ſic *Langii.* nam alii, *Vt enim*, quod tamen de coniectura in melius permutarat *Petrus Daniel.* GRVTERVS. Inſerunt, *Vt enim vita hominum.* Simpliciter lege: *Vita enim hominum.* τῷ *ut* enim nullus uſus, & in eo latet neceſſaria altera vox. ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. Vt enim hominum diu parta ſemper ſervanda eſt, ſi liceat: Livin.* ſimili modo, niſi quod *ſi* ante *liceat* omittat. *Moerl. Vt enim hominum natura diu parta ſemper ſervanda eſt, ſi liceat, ſic ferrum* &c. *Acidalius* recte. Sic *Lang. Schonbov.* & *Cuſpin.* hic tamen pro *ſi liceat* vitioſe *ſcilicet.* Veram lectionem iam inde ab editione *Gruteri* omnes praeferunt. IAEGERVS. Praeter *Rivinum* in pr. *Gruteri* lectionem iam dederat *Paull. Stephanus.*

Diu parta] Hoc eſt, lente procurata. *Eumenius* in Conſtantinum: *Diu venturi hominis partus optatur, diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem*, &c. LIVINEIVS. Lente procurata: multo labore & cura ad id aetatis perducta. CELLARIVS. & PATAROL. Conf. ſupr. ad *Eumen.* Grat. act. 10. 4.

Ferrum] *Sic ferrum.* Vet. PVTEANVS. *Si liceat* Vet. *Rhenan. Eſt, ſcilicet ferrum*, *Cuſpin.* Forte *eſt ſcil.* LIVINEIVS. Vulgata iam eſt in *Puteolani* Ed. Eam deſeruit *Livineius*, qui dedit, *ſervanda eſt, liceat, ferrum. Cuſpinianum* ſecutus eſt *Paull. Stephanus.* Veterem ſcripturam revocavit *Gruterus*, & ſequentes.

Ideo] *Moerl. ita:* minus appoſite. IAEGERVS.

Redivivum] Melius opinor *recidivum. Virgilius* Aeneid. VII.

Funeſtaeque iterum recidiva in Pergama taedae.

LIVINEIVS. Conf. Aeneid. IV. 344. & X. 58. itemque infra Paneg. *Nazar.* c. 35. 4. IAEGERVS. Hic omnino verum eſt *redivivum*; loquitur enim de vita, quae ſemel amiſſa recipi nequit; *redivivum* itaque eſt, quod deſtructum iterum vivit, *recidivum*, quod a caſu renaſcitur, & reſurgit. Vid *Heinſius* ad *Claudian.* Idyll. I. 65. & ad *Ovidium* Faſt. IV. 45.

Reſervaſti] *Servaſti*, *Bertin.* LIVINEIVS. Vide Paneg. VI. 20. 3. IAEGERVS. Non opus ſcriptura *Bertin.* ita ex *re* compoſita pro ſimplicibus; vid. ſupr. *Iaeger.* ad *Mamertin.* Maxim. 11. 3. *Eumen.* pro Inſtaur. Schol. 11. 3. Gratiar. act. 14. 4. *Cortium* ad *Salluſt.* Iug. 4. 9.

5. *Quid ſimile*] Sic Vet. & *Vatic. cui ſimile ad laetitiam fab.* ſine interrogandi nota. PVTEANVS. *Quid ſimile ad laetitiam*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Schonbov. Put. Moerl.* poſt *ſimile* inſerta exhibent verba *ad laetitiam*, quae ab interpolatore profecta eſſe videntur. IAEGERVS. Nihil ad haec facit *laetitia.* De locutione *quid ſimile* conf. *Schwarz.* ad *Mamertin.* Genethl. 8. 3.

Converſa] Notae fabuloſae hominum in irrationalia animalia metamorphoſes ex *Ovidio*, & aliis. PATAROL.

In fontes] Dubitabat Pater meus, legendumne *frondes*, ut Daphnidis, ſimiliumque exempla Noſter intellexerit; facillimo Librarii errore, quo *frondes* etiam mutatum eſt in *frontes*, apud *Klotzium* in Miſcell. Crit. p. 77. *fronte* iterum in *fonte*, de quo *Pierius* ad *Virgil.* Eclog. III. 97. ipſe tamen vulgatum ſe tueri adſcripſit Pater ex *Ovidio* Metam. IX. 663.

Sic lacrimis conſumta ſuis Phoebeïa Byblis
Vertitur in fontem.

Geminus Noſtri loco eſt alter *Minucii Fel.* Octav. 20. *Quid illas aniles fabulas de hominibus aves, & feras homines, & de hominibus arbores, atque flores.* ubi praefero *de feris homines*; alii aliter.

quod umbraculum poſt calorem. Splendorem mutatio perdidit, ſed aciem retudit.

Cap. XIV. Studium, & humanitas tua hortata eſt, Imperator, ut hucusque exſultatio noſtra verbis luderet. Sed iam ad potiora redeamus. Recuperata 2 omni cis Padum Italia, ipſa iam ad te ſupplices manus Roma tendebat, cui portentum illud inſederat, nihil conari auſum ad tot nuncios ſuarum cladium. Quippe ipſa ſe viliſſimi hominis obſidebat ignavia, & degeneres animos ti-

ter. Conf. Obſerv. Miſcell. T. I. p. 29. T. III. p. 177. T. IX. p. 166. *Vonckium* Lect. Latin. I. p. 56.

Degener] *Degener* in foeminino. RHENANVS. Vix hoc notatu dignum, utrique enim generi poterit iungi, ut fecit *Taubman.* ad *Plautum* Mercat. V. 4. 9.

Quod ſecuritas] *Quod* hoc loco eſt coniunctio. BAVNE. Mea ſecus eſt ſententia. Subaudiendum eſt *negotium.* Vid. *Sanct.* & *Perizon.* p. m. 610. ſq. & *quod* eſt pronomen relativum. IAEGERVS. Recte.

Poſt calorem] Diſtingue: *calorem. Splendorem mutatio perdidit, ſed aciem retudit.* ACIDALIVS. Qui ideo id monet, quia in quibusdam Edd. poſt *calorem* eſt minus diſtinguendi ſignum, & poſt *perdidit* duo puncta.

1. *Hucusque ut*] Vet. *ut hucusque.* PVTEANVS. *Hucusque* Vet. LIVINEIVS. *Moerl. ut hucusque.* IAEGERVS. Codd. ſum obſecutus, cum ediderint omnes, *hucusque ut.* Neſcio, utrum in Vet. ordinem inverſum quoque invenerit *Livineius;* ex eo enim *hucusque*, quod ipſe ediderat, ceteroquin notare non erat neceſſe.

Verbis eluderet] Vet. *eluderet.* PVTEANVS. *Illud luderet* Vet. *Langii* Schedae; *eluderet*, *Cuſpin.* male. LIVINEIVS. Damnat plane *Livineius*, quod eſt in *Viennenſi* Editione, *eluderet.* Verum cur id mihi nondum omnino diſpliceat, prompſi in Suſpicionum libellis. GRVTERVS. An fuit *eluderet*, non ſatis claret in meo libro. Ceterum indubie emendandum, *levioribus luderet.* Nam ſubdit: *ſed iam ad potiora redeamus.* ACIDALIVS. *Verbis eluderet* habent *Rhenan. Stephan.*; *eluderet Cuſpin. Schonhov.* Vitioſe *Moerl. eluderetur. Livin. Francof. Paris.* prior, *Cellar. Phtar. luderet. Baunius: verbis illud luderet.* Τὸ *illud* ex Cod. *Liv.* & *Lang.* petitum eſt, ſed minus opportunum videtur. *Acidalio* obſequerer, ſi per libros liceret. IAEGERVS. Typothetae vitium *eluderet* in *Puteolani*, & *Rhenani* Ed. occaſionem dedit notandae a *Puteano* lectioni, & *Acidalii* coniecturae. *Cuſpinianum* ſecutus eſt *Paullus* *Stephanus*, *Livineium* in ſec. *Rivinus*, in pr. *Rhenanum.* *Eludere* huc non pertinet; id enim notat alterius conatus aſtutia quadam fruſtrari. *Nazarius* Paneg. 14. 1. & 24. 1. ſed *verbis ludebat*, dum *gladium in manicas* mutatum dixerat, mutationemque illam *ſplendorem perdidiſſe*, *ſed aciem retudiſſe*, cap. praeced. in fin. & quae in princip. ibid. *tibi vincunt gladii*, *tibi ſervant*; *te pugnante feriunt*, *te ignoſcente cuſtodiunt.* Accipiam itaque *ludere* iocandi notione, quam confirmavit *Burman.* ad *Sueton.* Aug. 86.

Ad potiora] Patri meo placebat, *ad aptiora. Potiora* videntur mihi magis ſeria, res maioris momenti, *verborum luſui* oppoſitae.

2. *Cis Padum*] Loquitur Treveris homo Gallus. BAVNE. Vide adnotata ſupra cap. 7. PATAROL.

Portentum id] Vet. *illud.* PVTEANVS. *Illud inſ.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Maxentius. BAVNE. *Rhenan. Stephan. Livin. port. id.* Vid. ſupra c. 12. 3. IAEGERVS. *Illud* primus dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.; in ſec. enim utrumque pronomen omiſit. Vtrum ſcripſit *iſtud?* quod magis contemtui inſervit; ita ſaltem *ille*, & *iſte* permutantur, ut apud *Arator.* II. 751. adde ad *Sedulium* a me notata I. 308. Poſſet tamen in contemtu *ille* auctoritatem capere ex *Ovidio* Heroid. XII. 175.

Quos ego ſervavi, pellex amplectitur artus,
Et noſtri fructus illa laboris habet.

De voce *portentum* vide ſupr. 3. 5.

Conari auſum] Includi enim ſe Romae paſſus eſt, teſte *Zoſimo* lib. II. PATAROL.

Degeneres animos] Aeneid. IV. *Degeneres, ut dictum eſt, animos, Bertin.* LIVINEIVS. Hic quoque *Virgilii* alluſus. ACIDALIVS. BAVNE. & PATAROL. In *Moerl.* inepte poſt *animos* inſerta ſunt verba, *ut dictum eſt.* Monere ſcilicet nos volebat eruditionis ille oſtentator, ſumtum hoc eſſe ex *Virgilio* Aeneid. IV. 13. IAEGERVS. Adde *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 20. 3.

 3. *Ne-*

3 timor arguebat. Stultum & nequam animal nusquam extra parietes egredi audebat. Ita enim aut prodigiis, aut metus ſui
4 praeſagiis monebatur. Pro pudor! intra parietum cuſtodias Impe-

3. *Nequam animal*] *Animal* abeſt *Bertin.* plagio. *Seneca* de Benef. II. cap. 16. *tumidiſſimum animal* (Alexandrum Magnum intelligit) *ſi illum accipere hoc non decet, nec te dare.* *Rutilius* Itinerario priore:

Namque loci querulus curam Iudaeus agebat,
Humanis animal diſſociale cibis.

LIVINEIVS. Durum verbum, ſed tamen *Tullius* haud multo honorificentius adhibet in virum Conſulem, quem praeſentem in Senatu compellabat. BAVNE. Conf. ſupr. 3. 5. Ita Maxentium propter nefarios ipſius mores depingit, in quibus libidinem, & artes magicas praecipue tangunt Hiſtorici; *ſuperſtitioſa maleficia* dixit ſupr. 4. 4. *κακοτέχνους καὶ γοητικὰς μαγγανείας* ipſi tribuit *Euſebius* Vit. Conſtantin. I. 27. & confiſum teſtatur *ταῖς κατὰ γοητείαν μηχαναῖς*, Hiſt. Eccleſ. IX. 9. adde ibid. VIII. 14. & IX. 36. ſimilia contulit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. cap. 44. init.

Extra parietes] Praeſertim Romae portas. *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. IX. 9. *προελθεῖν γε μὴν οὐδ' ὅσον πυλῶν τοῦ ἄστεος ἐπιτολμῶντος.*

Monebatur] Vet. *movebatur.* PVTEANVS. Lege *movebatur*, ut ſuſpicantur omnes Interpretes: vel, ſi hanc ſcripturam retinueris, ſenſus erit; ita facere eum admonebat metus, quem ſua ei auſpicia incutiebant. BAVNE. Quare & Diis hoſtias immolabat, & extiſpices de belli eventu conſulebat; *Zoſimus* loc. cit. PATAROL. Ex iis Interpretibus, quorum conſulendorum mihi copia fuit, nullus omnino ſuſpicatur, *τὸ monebatur* eſſe mutandum in *movebatur*, licet hoc praeferat Cod. *Put.* & verba illa ſaepe numero permiſceri ſatis conſtet. Mihi, ſi admitterem ſcripturam a *Baunio* commendatam, eiicienda videretur vox *enim*; ut ſenſus eſſet: Adeo aut prodigiis, aut metus ſui praeſagiis, turbabatur, & percellebatur. Sed bene ſe habet vulgata, cuius ſenſus (nec eum enim ſatis adcurate expoſuit Interpres Delphinicus) hic eſt: Maxentius non audebat egredi extra parietes. Nam vel prodigia, vel animus ipſius meticuloſus, qui mala praeſagiebat, quique adeo ipſi inſtar oſtentorum erat, monebat eum, ut palatio ſe teneret, & omnem periculi bellique umbram, cane peius & angue, vitaret. IAEGERVS. Neque ego Interpretem novi, cui *movebatur* placuerit. *Iaegeri* interpretationem adiuvabit *Zoſimus*, qui a Maxentio hoſtias inmolatas, & conſultos de belli eventu haruſpices, ipſosque libros Sibyllinos tradit, Hiſtor. II. 16. ſed dubito, utrum illa ad hunc locum faciant. In Sibyllinis enim oraculis invenerat, gravi morte periturum *τὸν ἐπὶ βλάβῃ πράττοντα Ῥωμαίων*, eoque ſe ſignificari putabat, *ὡς δὴ τοὺς ἐπελθόντας τῇ Ῥώμῃ, καὶ ταύτην διανοουμένους ἑλεῖν ἀμυνόμενος*, ut illic *Zoſimus.* Sed ideone monebatur, ne extra parietes egrederetur? de quo monitum fuiſſe Noſter adſirmat, eaque videtur ratio, quare hunc locum, illumque *Zoſimi*, tamquam inter ſe diverſos, diſtinxerit *Nourrius* Diſſert. ad *Lactant.* p. 297. Mihi itaque aliud hic *monitum* videtur intelligendum, quod habet *Lactantius* M. P. cap. 44. *quamvis ſe Maxentius Romae contineret; quod reſponſum acceperat, periturum eſſe, ſi extra portas urbis exiſſet, tamen bellum per idoneos duces gerebatur.* Hoc autem illo *Zoſimi* prius videtur. *Lactantii* enim ſententia eſt, eum, propter illud reſponſum, Conſtantino, in Italiam advenienti, obviam tendere non auſum, rem Ducibus peragendam commiſiſſe, atque ita Noſter etiam tradit egredi non fuiſſe auſum ad nuncios cladium, in Italia nimirum acceptarum, cum ad portas nondum eſſet Conſtantinus. Accepto hoc reſponſo ſeſe Vrbi incluſiſſe, & tum demum haruſpices de belli eventu conſuluiſſe videtur; ita enim *Zoſimus*, *ἐναποκλείσας ἑαυτὸν* (non *incluſus*, ut Interpres, tamquam iam Vrbem cinxerat Conſtantinus, ſed *ſe* Vrbe *includens* propter acceptum reſponſum) —— *τῶν ἱεροσκόπων περὶ τῆς τοῦ πολέμου τύχης ἀνεπυνθάνετο.* Ex reſponſo enim, ne Vrbe exiret, nondum ſcire poterat, quis belli futurus eſſet exitus. Nihil igitur eſt, quod de lectionis *monebatur* veritate dubitemus; eſſe enim hoc verbum Diis, & fatidicis proprium dixi ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 19. 3. & ita *divinitatis monitus* apud eumd. Conſtantio 15. 2. adde *Torren.* ad *Valer. Max.* I. 7. ext. 3. *Burman.* ad *Valer. Flacc.* I. 29. Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 15. 1. *Klotz.* Miſcell. Critic. p. 74. *Burman. Secundum* ad *Propert.* IV. 1. 107. alterum in *Puteaneo* eſt ex vulgata permutatione, quam notavi ad *Arator.* I. 924. & 1044. II. 519. Not. Patern. & *Schwarz.* ad Plinii Paneg. 66. 4. *Schott.* ad *Senec.* Suaſor. VI. p. 550. Ed. *Schulting. Burman.* ad *Lucan.* VI. 416. *Drakenb.* ad *Livium* XXXV. 35. 5. & in

perator? Non ille adſpirare in campum, non exerceri armis, non pulverem pati. Aſtutus quidem, ne virorum officia tentantem contemnerent, qui viderent. Deambulare, & tantum in

in Cod. *Chriſtii*, aliisque, ut etiam *admonere*, & *admovere*, in *Statio* apud *Klotzium* Miſcell. Crit. 74. 84. 87. & 88. & Obſerv. Miſcell. Amſtel. T. I. p. 251. 259. & 265.

4. *Imperator*] Lege, *proh pudor! intra parietum cuſtodias Imperator? Non ille aſp.* ACIDALIVS. In quibusdam nimirum Edd. haec eſt interpunctio, *cuſtodias, Imperator.*

Adſpirare] Aſpirabat. RHENANVS. De hoc infinitivi uſu vid. ad *Mamertin.* Geneth. 10. 5. ſupra 7. 6. & 11. 3.

Pulverem pati] Quod eſt fortium, & bellicoſorum. Vid. Not. ad *Plinii* Paneg. 13. 1. *ſudore, & quaſi pulvere ſordidum* dixit *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 2. 4. & quae ad eumd. Conſtantio 16. 4.

Ne virorum officia] Lubenter inſeram *quidem*, ut ſit, ne virorum quidem officia tentantem. BAVNE. In utraque *Pariſ.* locus hic mancus, ac mutilus eſt. Legitur nempe: *Aſtutus quidem, ne virorum officia tentantem in illo palatio marmoratis parietibus incedere.* Corruptelae mederi ſtudet *Baunius*, inſerenda voce *quidem.* Praeterea mirificam hanc ſubiicit interpretationem: *Ne quidem ut viri ſaltem officium eſſet; deambulare in eo palatio, cuius parietes ſunt e marmore.* Equidem, cum nec in ſcriptis libris, nec aliis typis excuſis ullum exſtet lacunae veſtigium, temperare mihi vix poſſum, quo minus exiſtimem in Ed. *Pariſ.* priore, quae vulgo *Puteano* tribui ſolet, operarum incuria, omiſſum eſſe verſum, & *Baunium*, inconſultis exemplis aliis, ad emendationem interpretationemque provolaſſe. Reliqui certe omnes, iisdem verbis, quibus nos, h. l. exhibent. IAEGERVS. *Quidem* inſerendi nulla foret neceſſitas, etiamſi id locus poſtularet, de quo dixi in Miſcell. cap. 6. adde ad *Mamertin.* Genethl. 7. 6. Aliam eſſe Noſtri ſententiam mox exponam.

Contemnerent] Sic legunt geminae Edd. *Genevenſes*; in aliis plerisque deeſt hoc verbum cum ſequentibus, *qui vid. deamb.* PATAROL. Haec ad typothetae vitium, proxime a *Iaegero* notatum, pertinent.

Qui viderent deambulare] Forte *viderant.* LIVINEIVS. Lege, & diſtingue, *qui viderent. Deambulare*, &c. Modis infinitivis ſic utitur, ut paullo ante; *Non exerceri armis, non pulverem pati*, &c. ACIDALIVS. Non male. In tanta veri ſimilitudine viſum eſt, ſequi illius auctoritatem. IAEGERVS. Nihil certius. Alii ediderunt, *qui viderent deambulare, & tantum.* In altero exprimendo *Iaegerum* ſum ſecutus, propter interpunctionum naturam, de qua dixi ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 17. 3. In campum adſpirare, armis exerceri, pulverem pati virorum erat fortium, & bellicoſorum; ab his quadam ſeſe aſtutia abſtinuiſſe Maxentium dicit, ne, ſi haec officia tentaret, illi, qui viderent, ipſius inperitiae, ignaviae, animique inbellis forent teſtes, eumque ideo contemnerent. Egregie igitur *tentare* illi tribuit, qui officia haec inplere conabatur, ſed ultra conatum nihil poterat. *Virorum* expone hominum fortium, qua notione ſaepenumero occurrit. Conf. *Drakenb.* ad *Livium* III. 67. 2. apud *Claudianum* ideo Conſ. Honor. IV. 405., ubi de Scaevola loquitur, pro *vel ſolus* recte *vir ſolus* malebat *Burmannus*, quam coniecturam pluribus confirmavit Patrui Nepos *Secundus* ad Anthol. Latin. T. I. p. 199. ubi eſt:

Miratur Porſenna virum.

adde T. II. p. 715. ita *virile ingenium* apud *Salluſtium* Catilin. 20.

Deambulare] Deambulabat, ut recte modo *Acidalius.*

Et tantum] Lege, *Deambulare tantum, & in illo palatio.* ACIDALIVS. Addidi *tantum* ex auctoritate MS. *Divi Marci.* In aliis deeſt. PATAROL. *Acidalius* non male. *Moerl.* & *Patar.* coniunctionem *&* plane omittit; quae ſi in alio etiam libro defuit, potuit deinde loco non ſuo inſeri, & ſic ex alio in aliud exemplum transſcribi. *Patarol* τὸ *tantum* ex auctoritate MS. *D. Marci* ſe addidiſſe narrat: ſed illud iam ante eum prodiderunt alii. IAEGERVS. *Acidalii* transpoſitionem in textum admiſit *Iaegerus*, ſed neceſſitatem non video. Deambulabat Maxentius non per totam urbem, id enim nondum audebat, ſed *tantum* in palatio. Omnes, quas conſului, Edd. *tantum* habent, quare neſcio, quem ſignificaverit *Patarolus*, qui illud omiſerit, niſi *Pariſin.* & *Baunianam* voluerit, ſed in iis non ſola haec vox, at vero plura fuiſſe in hac periodo omiſſa modo notavit *Iaegerus.*

 In

in illo palatio marmoratis parietibus incedere. Nam in Salluſtianos hor-
5 tos ire, peregrinatio, & expeditio putabatur. Et hae quidem deliciae to-
to illo tempore, quo Vrbem obſederat, ſemet incluſerat, turpiſſimam hanc
eius formidinem protegebant. Non enim ſe imbellem, ſed beatum, non
6 inertem, ſed ſecurum videri volebat. Quoties milites in concionem vo-
cabat, ſe ſolum cum illis imperatorem, alios per limites pro ſe milita-
re iactabat. Fruimini, aiebat, diſſipate, prodigite. Haec erat miſero-
rum

In illo palatio] Forte *in uno*. LIVINEIVS. Haec mutatio nec neceſſaria eſt, nec ſatis probabilis. IAEGERVS.

Salluſtianos hortos] Quos C. Criſpus Saluſtius, Hiſtoricus inſignis, vir opulentus, idemque magnificus, ſub Quirinale extra pomoerium ad Collatinam portam adornavit. Is Tullii temporibus vixit, neque deſunt, qui ſcribant, Terentiam, Marci Ciceronis uxorem, ab eo repudiatam, Saluſtio nupſiſſe. BAVNE. Quorum *Tacitus* meminit Ann. XIII. 47. Hiſtor. III. 82. CELLARIVS. & PATAROL. Fuerunt illi, ut oſtendit *Ligorius*, in colle Quirinali, regione VI. Vrbis, non procul porta Collina. IAEGERVS. Conf. *Claver.* ad *Claudian.* in Eutrop. II. 97. *Nardinum* Rom. Vet. IV. 7. *Pancirollum* Deſcript. Rom. Theſ. *Graev.* T. III. p. 345. hortos illos ad Imperatores pertinuiſſe patet ex L. 39. §. ult. D. de Legat. I. adde *Heineccium* ad *Briſſonii* Lexicon V. *Horti*, & inde *Vopiſcus* Aurelian. 49. *diſplicebat ei, cum eſſet Romae, habitare in palatio, & magis in hortis Salluſtii, vel in Domitiae vivere.*

5. *Tanto illo tempore*] *Toto illo*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.*, *tanto illo tempore*; minus recte. IAEGERVS. *Toto* iam dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Facile ita potuerunt aberrare Librarii; apud *Eumenium* Conſtantio 18. 6. pro *tanta illa* invenit in *Moerl. Iaegerus*, *tota illa*; vitio typographi illic in nota irrepſit *tacita*. Conf. Notas ad *Ovidium* Met. XV. 254. *Burman.* ad *Lucan.* II. 500. *Drakenb.* ad *Livium* II. 57. 3 & ſupr. ad *Mamertin.* Maxim. 5. 3.

Orbem obſederat] Equidem non hoc damnem; non; praeferam tamen *Vrbem*. *Nazarius* in Conſtantinum: *Duci ſane omnibus videbantur ſubacta vitiorum agmina, quae Vrbem graviter obſederant.* LIVINEIVS. Forte legendum *Vrbem*. BAVNE. & PATAROL. *Livineii* ſententiam probavit, & recepit *Cellarius*: nec quisquam diſſentiet, qui, quanta litterarum *o* & *u* ſit adfinitas, ſecum reputaverit. IAEGERVS. Frequenter haec permutata. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* V. 19. 11. *Burman.* ad *Lucan.* I. 644. II. 16. *Iaeger.* ad *Nazar.* Paneg. 35. 1. apud *Martialem* Epigr. I. 1.

Toto notus in orbe Martialis.

in *Thuaneo* eſt *totus notus in urbe*; ſcribe *Tota notus in urbe*; male tamen hic Cod. apud eumdem IV. 71. exhibet *per orbem*.

Turpiſſimam hanc] *Hanc* in *Moerl.* deeſt: bene, ni fallor. IAEGERVS.

Se inbellem] Qualis re vera fuit. *Iulian.* Caeſ. p. 24. Ed. *Heuſing.* eum ἀπόλεμόν τε καὶ μαλακὸν fuiſſe indicat. IDEM.

6. *Imperatorem*] Vet. *imperatore*. PVTEANVS. Ita in Ed. *Pariſ.* varians lectio notata eſt, ſed in iis, quas MSS. ex eo Cod. habeo, legitur *imperare*, quod forte verum, ut ſequenti *militare* reſpondeat.

Per milites] Voces *per milites* deleo. ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Acidalius* delet. Sed non adeo immedicabile hoc vulnus, ut recidendum ſit. Ceteri omnes *per limites*, quarum vocum ſollemnem eſſe permutationem, obſervat *Schwarz.* ad Panegyr. II. 3. 9. IAEGERVS. *Limites* recte iam dederat *Paull. Stephanus*; *Rhenanum* tamen ſecutus eſt *Rivinus*. Conf. ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 3. 9. & Maximian. 7. 3.

1. *Ad inſiſtendum*] *Ad reſiſtendum* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Poteſt & haec *ad reſiſtendum* gloſſa eſſe. ACIDALIVS. *Acidalio* mox accedit *Iaegerus*; ſi abeſſent, non intercederem, nunc vero Gloſſam eſſe haud putaverim; *ad reſiſtendum* ſequentibus iunxiſſe videtur *Acidalius*, & ita in textu *Iaegerus*, poſita poſt *conatus eſt* diſtinctionis nota, cum tamen una ſerie praecedentibus eſſent iungenda, *obviam ire conatus eſt ad reſiſtendum*; neque aliquid eſt, in quo haereas, loco praeſertim ad Codd. emendato.

Cum Padi limite] Vet. *ut Padi*. PVTEANVS. Neſcio, quid vitii eſt, quod nunc non educo, aut tollo. An *quaſi Padi limite aut Apennini?* ACIDALIVS. Bene vidit *Acidalius*, his verbis aliquid vitii ineſſe. Tollitur id lectione Cod. *Put.*
&

rum brevis & caduca felicitas.

CAP. XV. Ac ne tum quidem, cum tot adverſa ſuorum praelia comperiſſet, obviam ire conatus eſt ad reſiſtendum, ut Padi limite, aut Apennini iugis uteretur: ſed litteras, calamitatum ſuarum indices, ſupprimebat. Interdum etiam palam, ut uſque ad portas veniretur, optabat: non intelligens, maieſtatem illam Vrbis, quae pridem admotos exercitus ſollicitaverat, iam flagitiis ipſius deformatam, & ſedibus ſuis pul-

& *Moerl.* qui pro *cum* exhibent *ut:* ſenſu aperto, & perſpicuo. *Non conatus eſt obviam ire, ut Padi limitem, & Apennini iuga inſideret, & hoſtibus iter intercluderet.* Et hinc claret, verum eſſe & alterum, quod *Acidalius* monuit; nimirum gloſſam eſſe verba *ad reſiſtendum*, quae propterea uncis coërcui. Exturbaſſem ea prorſus, niſi ſcirem, quam moleſte non nulli facinus eiusmodi ferant. IAEGERVS. Recte Codd. *ut Padi.*

Qui pridem] Sic legendum: *quae pridem ad motus exercita, ſollicitave erat, iam flagitiis deformatam e ſedibus*, &c. RHENANVS. Sic Vet. *quae pridem admotos exercitus.* PVTEANVS. *Quae pridem* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Qua pridem admotos*; ita legunt *Gruter. Put. Baun. Cellar. quam pr. admotus exer. Livin.* peſſime. Veram lectionem magno conſenſu tuentur Codd. *Livin. Bert. Lang. Put. Moerl.* cum Edd. *Cuſp.* & *Patar.*, qui exhibent, *quae pr. admotos*, &c. IAEGERVS. *Qui pridem* dedit *Rhenan. Henr. Stephanus, Rivinus* in pr., *quae pridem Puteolanus, Paull. Stephanus*, & *Schonhovii* excerpta; *quam pridem, Livineius, qua pridem* reliqui apud *Iaegerum*, quem, & *Patarolum* ſecundum Codd. ſecutus *quae* exhibui.

Admotus exercitus ſollicitaverat] *Admotos* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* Probe *admotos*, multitudinis numero. nam primum adverſus motum Praetorianorum, atque Maxentii Galerius Maximianus A. Severum Caeſarem cum exercitu Romam miſerat. Isque cum circum muros ageret, deſertus a ſuis, quos praemiorum illecebris Maxentius conduxerat, fugiens, obſeſſusque Ravennae obiit. Ex *Aurelio Victore*, & *Eutropio* X. Atque haec prima expeditio. Addit deinde idem *Victor: Hoc acrior Galerius, aſcito in conſilium Iovio*, (ſuſpecta haec mihi) *Licinium, vetere cognitum amicitia, Caeſarem, creat Auguſtum, eoque ad munimentum Illyrici, ac Thraciae relicto, Romam contendit. Ibi cum obſidione diſtineretur, militibus eadem, qua ſuperiores, via attentatis, metu, ne desereretur, Italia deceſſit.* Lege reliqua. LIVINEIVS. Sic aiunt legendum: *Quae pridem ad motus exercita ſollicitave erat, iam flagitiis deformatam e ſedibus.* Non audio. Lego: *quae pridem admotos exercitus ſollicitaverat, iam flagitiis ipſius deformatam, & ſedibus ſuis pulſam*, &c. ACIDALIVS. Primum a Severo Caeſare, tum a Galerio ipſo, demum a Maximiano Herculio; qui omnes, a ſuis militibus proditi, fugere neceſſe habuerunt. BAVNE. Lectionem *admotos exercitus* praefero, *Livineio, Acidalio*, aliisque probatam; at eorum interpretationem ſequi non libet. Hi enim intelligunt de exercitibus Severi, Armentarii, & Maximiani Herculei; aſt ego Noſtrum arbitror ad copias hoſtium alludere, puta Gallorum, & Poenorum, quae, olim ad portas licet Vrbis progreſſae, Romana tamen virtute fuſae ſunt. PATAROL. *Admotos*, quod etiam eſt in *Schonhovii* excerptis, primus dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. *Rhenanus ad motus exercita*, quod ex *Puteaneo* etiam notatum habeo in variantibus penes me MSS., quamvis in *Pariſ.* Edit. ex eo *admotos* legatur. Conf. praeced. Obſerv. *Pataroli* interpretatio longius eſt petita, ſimplicius alii. Corruptos enim exercitus intelligit, qui in Severum aliosque fuerant perfidi, eosque duces deſeruerant, quosque mox opponit iis, qui *praemiis corrumpi* non poterant. Hoc ſenſu *ſollicitare exercitus* apud *Eumenium* Conſtantin. 16. 1. atque ita Severi, & Maximiani *exercitus redemtos* dicit *Victor* Caeſ. 40. 16. cum enim *ſollicitare* proprie ſit loco ſuo movere, ut docet *Cerda* ad *Virgil.* Aen. XII. 404. frequenter ad eos transfertur, qui praemiis, perſuaſionibus, mercede a recta via, & conſtanti mentis propoſito dimoventur, & ad alia inducuntur, quales in primis milites, & exercitus. Vid. *Frontin.* Strateg. II. 2. 11. III. 2. 2. *Cellar.* ad *Eutrop.* Hiſt. II. 12. *Oudend.* ad *Sueton.* Galb. cap. 5. *Cannegieter.* ad *Avian.* Fab. 26. 8.

Flagitiis ipſius] *Moerl. flagitiis ſuis*; male. IAEGERVS.

Deformata] Vet. *deformatam.* PVTEANVS. *Deformata* habet Ed. *Puteolani, Rhenan. Henr. Ste-*

pulſam, ad tua auxilia tranſiſſe: nec ullis praemiis poſſe corrumpi, quos tibi, praeter liberalitatem tuam, & ſacramenti fidem, tot victoriarum gloriae
2 dicaviſſent. Quis enim miles, qui ductu atque auſpiciis tuis toties felicisſime dimicaſſet, vulnera illi ſua venderet? belli iam pene confecti ſummam conce-
3 deret? At enim tu id ipſum de ardore totius exercitus ſentiens, ſine ulla haeſitandi mora, qua breviſſimum per eos iter eſt, rapto agmine advolaſti: celeri-

Stephani, & pr. *Rivini:* alterum vero primum exhibuit *Livincius*, & eſt quoque in *Schonhovii* excerptis.

Pulſam] *Moerl.* habet *ſ. ſ. propulſam;* nec hoc probabile. IAEGERVS.

Gloriae] Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 4.

2. *Iam pene*] Forte *& iam.* LIVINEIVS.

3. *Sentiens, non ſine*] Delenda negatio, legendumque *ſentiens, ſine.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Vet. *inde.* PVTEANVS. *Non* abeſt *Bertin.*, *Langii* Schedis. LIVINEIVS. Dele *non.* ACIDALIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Negatio abeſt ceteris omnibus. IAEGERVS. *Non* delevit primum *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum;* neque video, quo poſſit retineri colore; toti enim ſententiae adverſatur. Conſtantini exercitum etiam *plenis victoriarum conſcientia pectoribus ardentem* dicit *Nazar.* Paneg. 7. 4.

Per eos iter] Illud *eos* gentis aliquod nomen, aut regionis fuiſſe liquet. Quod quaerendum. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Gentis, aut regionis, qua tranſitum, nomen in mendo eſt. Mihi *Eneti*, ſeu *Veneti* ſunt. Nam Aquileia, quae ſuperiore narratione poſtremo dedita, Romam continente ſolo properanti breviſſimum per eos iter eſt. Docent tabulae. LIVINEIVS. Dele voces *per eos*, niſi mutari aptius poterunt. ACIDALIVS. Si vulgata ſit ſana, *eos* referendum eſt ad *exercitus*, quod quamvis ſingulari numero praeceſſerit, pluralem admittit tamquam collectivum, ut loquuntur Grammatici. Quamvis enim aliae eſſent viae, etiam breviores, per eos tamen duci exercitus non poterat, itaque eam elegit Conſtantinus, qua breviſſima per exercitum uti poſſet. *Per eos* itaque eſt, quantum illi, ſive exercitus patiebantur, propter eos, quam ſignificationem confirmavit *Drakenb.* ad *Livium* XXIII. 18. 22. Eſt tamen magis, ut credam, *per eos* corruptum eſſe. *Livineii Venetos* admittere nequeo. Ita propter Aquileiam coniecit, quae in hac Conſtantini expeditione memoratur ſupr. 11. 1. & apud *Nazarium* Paneg. 27. 1. qua certe ſi Romam perrexiſſet, Venetos tranſire debuit. Sed Aquileiam profectum fuiſſe non puto; haec enim, audita Conſtantini victoria, ſeſe magis per legatos miſſos dedidit, ſupr. 11. 1. mihi itaque a Verona magis *Mutinam* videtur profectus, quam *Nazarius* d. l. memorat, & inde per Apenninum, regionesque Arnum inter & Tiberim Romam perrexiſſe. Scribendum igitur puto *per Veios*, & hinc intelligi poteſt, quare ad Saxa rubra proceſſerit obviam Maxentius, quod teſtatur *Victor.* Caeſ. 40. 23. qui locus Veios inter & Tiberim erat ad auſtrum.

Rapto agmine] *Pacatus* Paneg. 39. 2. *feſtinatis itineribus raptus exercitus;* hoc *raptim agmen agere* dixit *Curtius* V. 4. in fin. celeritatis notionem in hoc verbo notavi ad *Mamertin.* Genethl. 3. 5. & in *caſtra rapere Drakenb.* ad *Livium* VI. 23. 5. — *Advolare* promtitudinem in re bellica notat, ut in eo *Virgilii* Aen. IX. 47.

Vt antevolans tardum praeceſſerat agmen.

ubi *Cerda.* Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 8. 1.

In redeundo Scipionis] Vet. *in re gerenda.* PVTEANVS. *In regendo* Vet. *re gerenda*, *Cuſpin.* Egregie. *Scipionis*, Africani minoris. Meminit *Cicero* Verrina VII. LIVINEIVS. Exoſculer *in re gerenda*, quamvis haereat tantum in Edit. primaria. Nam ei adludunt MSS., in quibus *regendo:* & alterum nauci non eſt. GRVTERVS. De Scipione Africano in *Plinii* Paneg. c. 13. BAVNE. De illius celeritate mentionem facit *Cicer.* in Verrem. De huius vero *Florus* lib. IV. c. 2. *Sueton.* cap. 57. PATAROL. *In agendo* edidit *Baunius.* Neſcio, ubi invenerit, & quare receperit. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent, *celer. ill. in redeundo*, quod nauci non eſt. *Re gerenda Moerl. Schonhov.* Probat hoc merito *Livineius*, & *Gruterus*, & praefert *Pariſ.* prior, *Cellar. Patar.* *Rem gerere* idem eſſe ac pugnare, bellare, &c. notiſſimum eſt. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 58. 4. IAEGERVS. *Re gerenda* primum recepit *Paull. Stephanus*, retinuerunt ſequentes praeter *Rivinum.* Conf. *Iaeger.* ad Incert. Maxim. 14. 1. Not. Patern. ad *Victor.* Inluſtr. 77. 6.

Et

ritatem illam in re gerenda Scipionis, & Caeſaris, tunc maxime cupienti Ro-
mae repraeſentans. Haec eſt fiducia imperatoris invicti, & ſuorum mentibus 4
freti, non dubitare, nec trahere bellum, ſed proximum quodque pugnae tem-
pus putare victoriam. Non enim res erat tibi, uti Q. Maximo cum Hanniba- 5
le victore, ut, poſt res aſperas, locum tempusque captares: ſed urgere te ſuc-
ceſſus tuos, & continuare victorias, ſed quam primum ſubvenire Vrbi dece-
bat.

Et Caeſaris] Quanta celeritate Romam Caeſar, cum Pompeio pugnaturus, venerit, vide eius Comment. de Bello Gallico, & ceteros Romanae Hiſtoriae Scriptores. BAVNE. *Cicero* Epiſt. ad Att. VIII. 9. in fin. de Iulio Caeſare: *Hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.* IAEGERVS.

Repraeſentans] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 1.

4. *Imperatoris invicti*] Talem Conſtantinum praedicat & Nummus cum epigraphe, VBIQVE VICTOR. PATAROL. Etiam lapis apud *Smetium* Inſcript. p. 67. n. 4. quo INVICTVS dicitur, aut VICTOR apud *Reineſium* Inſcript. Cl. III. n. 53. & 55. *Gudium* Inſcript. p. 94. n. 10.

Non dubitare] Lego, *non ductare*, ut *ductare bellum*, *Salluſtius.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. & LIVINEIVS. *Lipſii* ſententiae album calculum adiecit *Livineius*, & *Schonhovius.* Sed cave auſcultes. Primum *Salluſtius* non dixit *ductare bellum*, ſed *ductare exercitum:* deinde *dubitare* h. l. idem eſt, ac differre, moras nectere, & tergiverſari. Sic *Nepos* Ageſil. 4. 1. *Nuntius ei domo venit*, —— *bellum Athenienſes*, *& Boeotios indixiſſe Lacedaemoniis; quare venire ne dubitaret.* *Ovidius* Met. II. 460. ſq.

Cunctae velamina ponunt:
Vna moras quaerit: dubitanti veſtis ademta eſt.

De vi verbi *trahere* pro ducere bellum, vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 23. 2. IAEGERVS. Vulgatum tuentur praecedentia, *ſine ulla haeſitandi mora.* De verbo *dubitare* conf. *Gronovium* ad *Senecae* Epiſt. 114. ad *Senecam* Thyeſt. 715. *Salluſtius* Cat. 44. *dubitando*, *& dies prolatando.* —— *Trahere bellum* dixit etiam *Velleius* II. 11. 2. adde *Cellar.* ad *Curt.* III. 8. 8. *Drakenb.* ad *Livium* V. 11. 8.

5. *Vtique Maximo*] Lego *uti Q. Maximo.* Elegans, & certa emendatio. Non cunctandum tibi, inquit, ut olim Q. Fabio Maximo contra Annibalem. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Vet. *utque.* Lego *ut Q.* PVTEANVS. Forte *uti Q. Maximo.* LIVINEIVS. Lege, *uti Q. Maximo.* Fabium illum Cunctatorem dicit, ad quem ſequens ſententiola reſpicit: *Sapientis enim imperatoris eſt fractis rebus cunctando conſulere.* ACIDALIVS. Q. Maximo, qui a genere belli gerendi cum Hannibale *Cunctator* dictus eſt. PATAROL. Haec eſt ſcriptura *Cuſpin.* *Rhenan.* *Stephan.* *Livin.* Elegans, & certa emendatio *Lipſii* iure, meritoque a poſterioribus Editoribus fuit recepta. IAEGERVS. Et primum quidem a *Grutero;* corruptam vero lectionem retinuit *Rivinus.* In Excerptis adſcripta erat *Voſſii* coniectura, *ut e maximo*, quod non ſatis capio.

Hannibale victore] De quatuor ducibus Romanorum; Scipione nempe ad Ticinum, Sempronio ad Trebiam, Flaminio ad Traſymenum, Paulo & Varrone ſimul ad Cannas. *Florus* lib. II. cap. 6. PATAROL.

Vrgere te ſucceſſus] Γνώμη. RHENANVS.

Sed quam primum] *Et quam*, *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *ſed* indubie *&* repone. ACIDALIVS. Pro *ſed Bertin.* habet *&*; quas voculas ſolere permutari vidimus iam Paneg. VI. 6. 3. & VII. 10. 4. & hoc ipſo c. 6. 2. ideoque auctoritati *Acidalii* libentiſſime parui, licet typis exſcripti, quos quidem inſpicere potui, omnes *ſed* praeferant. IAEGERVS. Soli *Bertinienſi* tantum non tribuo, in quo potuit prima in *ſed* ex ultima praecedentis *victorias* eſſe abſorpta. Et elegantior videtur eiusdem particulae repetitio, cum duo ſignificaverit, urgere ſucceſſus & victorias, & Vrbi ſubvenire.

Vrbi debebat] Vet. *decebat.* PVTEANVS. Aut, *te* deleto, ſcribe *debebas*, aut, eodem retento, muta *decebat.* ACIDALIVS. Τὸ *decebat* legitur in *Cuſpin.* *Livin.* & Edd. ceteris, nec non in MSS. *Put.* & *Moerl.*, adnotatumque eſt a *Schonhovio.* IAEGERVS. *Debebat* dedit *Rhenanus*, quem ſecuti ſunt *Henr.* *Stephanus*, & *Rivinus* in pr. Meliorem habuit lectionem *decebat Puteolanus*, quam expreſſit *Livineius*, & reliqui; praecedens *te* id omnino poſtulat. Permutationem illam iam notavi in Miſcell. p. 320.

Im-

6 bat. Sapientis enim eſt imperatoris, fractis rebus, cunctando conſulere; ſecundis, non deeſſe fortunae.

Cap. XVI. Itaque unum iam illud timebatur, ne ille, conterritus his viribus, graviter adflictus, & in artum redactus, boni conſuleret, & debitas reipublicae poenas obſidione differret. Quippe omni Africa, quam delere ſta-

Imperatoris eſt] *Eſt Imperatoris* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Mutatum ex *Livineii* Codd. ordinem primum dedit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum.* Cunctationem in prudentis Imperatoris laude poni docet Pater meus ad *Victor.* Inluſtr. 43. 1.

1. *Iam timebatur*] *Iam illud* Vet. *Bertin.*, *iam id*, *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Sic *Livin.* & *Baunius.* Poſt *iam Cuſpin. Rhenan. Stephan.* inſerunt *id;* Cod. *Livin. Bert. Moerl.* cum reliquis Edd. omnibus *illud;* quos ſequor. vid. ſupra c. 12. 3. IAEGERVS. *Iam id* eſt in antiquiſſima *Puteolani*, *Paull. Stephani*, *Rivini*, praeter eas, quas memorat *Iaegerus.* *Illud* dedit *Gruterus*, *Cellar. Patarol*, quod Codd. auctoritate praevalet.

Conterritus his rebus] Scribo, *ille conterritus*, *ſuis rebus g. afflictis.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. *Contentus* Vet. *Cuſpin.* *his viribus* Vet. *Bertin.* Probe. LIVINEIVS. *Conterritus his viribus*, *graviter adflictus*, *& in arctum redactus*; haec eſt lectio *Gruteri*, utriusque *Pariſ. Patar. Cellar.* At *Rhenan. Stephan. Livin.* *ne ille conterritus his rebus.* Cod. *Livin. Moerl. Cuſp.* pro *conterritus* habent *contentus.* Τὸ *viribus* petitum eſt ex Cod. *Liv.* & *Bert.* *Lipſius* ita reſcribit: *ne ille conterritus*, *ſuis rebus graviter adflictis*, *& in arctum redactis*, *mora conſuleret.* Sed nihil videtur mutandum. *Vires* ſunt copiae, exercitus. *Florus* IV. 2. 65. *Sparſae magis*, *quam oppreſſae*, *vires erant.* *Iuſtin.* XXX. 1. 5. ſq. *Trepidare igitur Ptolemaeus*, *legationibus miſſis*, *quoad vires pararet*, *morari Antiochum.* *Magno deinde in Graecia exercitu conducto*, *ſecundum praelium facit.* IAEGERVS. *Contentus* etiam *Schonhovii* excerpta, quod tamen nihili eſt. *Viribus* recte primum dedit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr. De vocis notione pro exercitu conf. Not. ad *Valer. Maxim.* I. 1. 15. *Burmann.* ad *Velleium* I. 4. 3.

In artum] Pro *arctum* ſcripſi *artum*, ex ſententia Virorum doctorum, quos ad *Tibull.* I. 5. 53. laudat *Brouckhuſius*, quibus etiam addi poteſt *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 52. 6. IAEGERVS. Scripſerat ita iam *Cellarius*; conf. quae dixi ad *Mamertin.* Maxim. 14. 4. ubi *arctiſſimos* tamen habet *Iaegeri* Editio, & apud Incert. Maxim. 1. 4.

Redactus, boni conſuleret] Scribo, *redactis mora conſuleret.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Proba lectio, nec ſollicitem. Incertus in Maximianum & Conſtantinum: *Huius cum fratre rurſus*, *ac ſaepius expeditionibus domita Germania boni conſulit*, *ut quieſcat.* Ibi vide. Fruſtra eſt ergo Vir doctus, qui repoſuit, *mora conſuleret*, aliaque nonnulla hic mutavit. LIVINEIVS. Lege *ut debitas.* Sic uſurpatur illud *boni conſulere*, de quo Panegyrico Incerti Maxim. egimus. ACIDALIVS. Conf. Paneg. V. 8. 5. & XI. 22. 4. Particulas *ut* atque *&* permiſceri ad *Plinii* Paneg. 55. 5. & in Supplement. Not. ad c. 20. p. 596. obſervat *Schwarzius*; ad *Sil. Ital.* III. 78. & *Liv.* XXI. 28. *Drakenb.* Eo fidentius igitur, auctore *Acidalio*, h. l. *ut* reſtitui. IAEGERVS. Huic locum dare coniecturae non ſum auſus; duo enim ſignificat, quae boni conſuleret, id eſt, iudicio & conſilio eligeret, quod ſibi bonum videretur, ut obſidione Conſtantinum moraretur, & ita poenas differret. Notata quoque eſt utriusque voculae permutatio ad *Mamertin.* Maxim. 3. 1. quae vero dicta ſunt ad Incertum Maxim. 8. 5. ſatis *Lipſii* coniecturam redarguunt.

Omni Africa] Alexandro, qui tum Poenos pro Praefecto regebat, & imperio imminebat, a Rufo Voluſiano, Praefecto Praetorio, levi certamine oppreſſo. Lege *Sex. Victorem.* LIVINEIVS. *Maxentius Carthaginem*, *terrarum decus*, *ſimul Africae pulchriora vaſtari*, *diripi*, *incendique iuſſerat*; *Aurelius Victor.* BAVNE. Sublato Alexandro, & Carthagine etiam direpta, ac incenſa. Teſtes *Sext. Aur. Victor*, *Zoſimus* lib. II. qui etiam a tyranno in Africanos ſaevitum ſcribit, quod Alexandro faviſſent, ipſiusque Maxentii imaginem circumferri prohibuiſſent. PATAROL. Africanos praeterea genere, vel opibus praeſtantes Maxentii iuſſu vita, bonisve fuiſſe privatos teſtatur *Zoſimus* Hiſtor. II. 14. adde *Victor.* Caeſ. 14. 18. inde in Africam miſſum eſt Maxentii caput, ad eam permulcendam, ut ſcribit *Nazarius* Paneg. 32. 6. adde *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 211. —— Voluſianus, quem ex *Zoſimo* Hiſt. II.

ſtatuerat, exhauſta, omnibus inſulis exinanitis, infiniti temporis annonam con-
geſſerat. Sed divina mens, & ipſius Vrbis aeterna maieſtas nefario homini 2
eripuere conſilium, ut ex inveterato illo torpore ac foediſſimis latebris ſubito
prorumperet, &, conſumto per deſidias ſexennio, ipſum diem natalis ſui
ul-

II. 14. memorat *Livineius*, dicitur *C. Ceionius Rufius Voluſianus*, *Procos. Africae*, apud *Smetium* Inſcript. p. 67. n. 4.

Inſulis exinanitis] In primis Sicilia, & Sardinia. BAVNE. Aliisque, unde uberrima commeatuum copia. PATAROL. Hae videntur eſſe *Africi maris inſulae*, quas memorat infr. 25. 3.

2. *Domina mens*] *Divina* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Bene, eſtque hic quoque a Librariorum compendiis error. admodum enim vicina *dōna*, & *dīna*, quorum hoc *divina* in veteribus libris, illud *domina* valet. Adi, quae notamus ad *Eumen.* Pro reſtaur. Schol. 10. LIVINEIVS. *Domina* eſt in contextu *Livineii*; ceteri omnes *divina*. IAEGERVS.

Aeterna maieſtas] Divina, & immortalis, qualis nempe Roma ipſa dicebatur, Numinis ad inſtar culta. Conſonat huic loco nummus eiusdem Conſtantini, in cuius poſtica parte Roma galeata ſedens cernitur, clypeum tenens, circum verba, ROMAE AETERNAE. PATAROL. Conf. ad *Mamertin.* Maxim. 14. 3.

Subito prorumperet] Geminus eſt de Maxentio *Nazarii* locus Paneg. 27. 5. *quod illum ſemper exedendae Vrbis viſceribus inhaerentem ex adſuetis latebris vis Divinitatis excuſſit.* Prorupit autem ad Saxa rubra, millia ferme novem ab Vrbe, *Victor* Caeſar. 40. 23. & via quidem Flaminia. Vid. *Panvinium* Deſcript. Vrb. Rom. T. III. Theſ. *Graev.* p. 239. Tiberim vero per pontem tranſiit, quem ipſe in eo ſtruxerat, teſte *Zoſimo* Hiſtor. II. 16. de quo infra videndum. Cum vero Saxa rubra dicantur a *Victore* millia ferme novem Vrbe afuiſſe, quaerunt nonnulli, qui ſcribere potuerit *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. IX. 9. Deum protraxiſſe Maxentium *προῤῥωτάτω πυλῶν*, ideo *Donatus* de Vrb. Roma I. 17. id accipit de loco ita longisſime ab Vrbe remoto, ut eidem caedibus, & direptionibus nocere haud potuerint Conſtantini milites. Mihi verius videtur, cum Maxentium Vrbis portis haud egredi auſum fuiſſe ſcripſiſſet in praecedentibus *Euſebius*, haec addidiſſe, quia in eo homine, cui Vrbis non exeundae eſt conſilium, ſi tamen exeat, ſpatium IX. millium *longiſſimum* recte dici poteſt.

Per deſidias ſenio] Malim *ſexennio*, ut vult *Petavius* lib. II. de Doctrina temp. c. 37. ſex enim annos tyrannidem occupavit, donec ultima ſexennii illius die, priusquam ſeptenarium annum inchoaret, victus in Tiberim delapſus eſt, ut dicit infra. BAVNE. In libris eſt *ſenio*, quod non quadrat: *ſexennio* ſubſtituit *Petavius*, quia tot annos imperavit Maxentius. Vide mox cap. 19. n. 2. & cap. 20. n. 3. CELLARIVS. *Sexennio* repoſui, ut eſt in Ed. *Cellarii*, pro *ſenio*, quae vox in aliis communis. Et quidem Maxentius non ſenex obiit. PATAROL. Neceſſaria emendatio, quam, poſt *Cellarium* & *Patarolum*, admittere non dubitavi. IAEGERVS. Eadem emendatio probata eſt *Gudio* ad *Phaedr.* IV. 25. p. 104. *Nourrio* ad *Lactant.* Diſſ de M. P. p. 301. Confirmat etiam *Nazarius* Paneg. 33. 6. *Nam quidquid mali ſexennio toto dominatio feralis inſlixerat.* dominationem Maxentii intelligit. etiam *Victor* Caeſ. 40. 23. *anno ſexto tyrannidis.* Recte hinc in Anonymo poſt *Ammian. Marcell* p. 713. *Imperavit* (Maxentius) *ann.* ... lacunam ſupplevit *Valeſius* emendando, *annis* VI. —— Plurale *deſidias* utrum alibi legatur, alii videant: ſuſpicor in Cod. ſcriptum fuiſſe *deſidiā*, & ſequentis vocis primam huic litteram adhaeſiſſe, cum Noſter ſcripſerit *per deſidiam.* —— *Baunii*, aliorumque errorem ſequenti obſerv. notabo.

Natalis ſui] *Natalis* hic non vitae, ſed imperii, quia mox *ſeptimus* dicitur, poſt ſex annorum imperium. CELLARIVS *Diem natalis ſui* (quod legitur etiam in *Plin.* H. N. lib. XXXVII. c. 2. ſect. 6. Cod. *Theodoſ.* VI. Tit. 29. L. 6. & uſurpatur a ſequioribus, V. C. *Richardo de S. Germano* ad annum MCCXXXII.) ſic dictum eſt, ut *die craſtini*, *die proximi*, *die noni*, &c. in quibus deeſſe *Solis* contendit *Sanctius* p. m. 640. ſed re vera, quamvis durum videatur, ſubaudiri debet *diei.* Nec aliter D. *Lucas* Actor. 2. 1. *καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, κ. τ. λ.* ubi profecto ſuppleri debet *ἡμέρας.* Nam *ἑορτῆς* ſubintelligere, uti vult *Eraſm. Schmidius*, incongruens eſt. Praeſtat, in his abuſum quemdam loquendi, ortum ex ſimilium cum Genitivo conſtructionum uſu, agnoſcere, cum *Perizonio* ad *Sanct.* I. 16. 6. p. m. 155. Non plane quidem eadem, nec tamen valde diverſa eſt locutio *Matth.* 28. 1. *τῇ ἐπιφωσκούσῃ* (ſub. *ἡμέρᾳ*) *εἰς μίαν σαββάτων* (ſcil. *ἡμέραν.*) Vid. *Grot.* ad h. l. IAEGERVS. *Nata-*

lem

ultima ſua caede ſignaret, ne ſeptenarium illum numerum, ſacrum & religioſum,

lem recte de ſuſcepto imperio interpretatur *Cellarius*. Conf. *Schwarz*. Prolegom. ad *Mamertin*. Genethl. §. 7. p. 73. & ad Genethl. 2. 2. Not. ad *Plinii* Paneg. 92. 4. quo etiam pertinet *oriri*, & *ortus*, de quo dixi ad *Mamertin*. Maxim. 6. 3. *Eumenium* Conſtantio 2. 2. & Conſtantino 2. 5. Incertum Maxim. 4. 3. Eſt vero hic locus ex iis, qui ſcrupulum Eruditis moverunt. Scilicet imperium accepit Maxentius VI. Kal. Novembres, anno CCCVI. *Lactantius* M. P. cap. 44. *Baunius* ſupr. p. 298. idque per integrum tenuit ſexennium, quod ideo *conſumtum* Noſter adpellat, *totum* vero infr. 20. 3. & *Nazarius* Paneg. 33. 6. ideo ſunt, qui contendant, Maxentium victum, Tiberique merſum fuiſſe pridie, quam ſeptimum imperii annum iniret, id eſt VII. Kal. Novembr. anno CCCXII., praecipue quia imperii natalem caede ſua ſignaſſe dicitur, ne ſeptenarium numerum, id eſt, ſeptimum imperii annum inchoando violaret, quod interpretantur, ne inchoaret, aut priusquam inchoaret. Ita *Baunius* praeced. obſerv. & ſupr. p. 301. *Ianuar.* ad *Sigonium* de Occid. imperio, Opp. T. I. Part. II. p. 79. Omnis haec opinio Noſtri in primis ſolet teſtimonio confirmari; quam recte autem, mox adparebit. *Baluzio* ad *Lactantium* M. P. 44. omnino adſentio, periiſſe Maxentium ipſo imperii ſuſcepti die, id eſt, VI. Kal. Novembr. CCCXII. id vero, ni fallor, idonea *Lactantii* d. l. auctoritate confirmari potuiſſet: *Imminebat*, inquit, *dies*, *quo Maxentius imperium ceperat*, *qui eſt ad VI. Kal. Novembris*, *& Quinquennalia terminabantur. Commonitus eſt in quiete Conſtantinus*, *ut* —— *praelium committeret. Fecit*, *ut iuſſus eſt.* —— *Quo ſigno armatus exercitus capit ferrum.* Haec ita interpretor; ante diem, quo imperium ſuſceperat Maxentius, nocte ſomno ſe dedit Conſtantinus, in quo de praelio committendo monitus, luce exorta, exercitum armat, obviam ipſi proceſſit Maxentius, victusque eſt; dies autem, qui ante hunc ſomnum imminebat, erat VI. Kal Novembr. hoc itaque ipſo victus eſt, adeoque lapſo imperii ſexennio, ineunte iam ſeptimo, ſive primo illius die. Vtrumne igitur Noſter fallitur, qui ſeptimum annum negat inchoatum? ita quidem mavult *Baluzius*, me tamen invito. Primum enim non ultimo ſexennii die Maxentium periiſſe dicit, ut verba accepit praeced. obſerv. *Baunius*, ſed natalem, ſive VI. Kal., primum anni ſeptimi diem, ultima ſua caede ſignaſſe; id vero, quid aliud notat, quam eo die periiſſe? deinde hoc factum addit, *ne ſeptenarium numerum*, ſive ſeptimum imperii annum, *vel inchoando violaret.* Hoc explicant, ne inchoaret; ſed in eam interpretationem, quod ſuſpicor, prava illarum Edd. lectione ducti, quae *vel* omittunt, quas ſaltem ſecutus eſt *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 134. de quo ad eum locum dicam. Mihi potius *vel inchoando* eſt, etiam inchoando, quamvis inchoaſſet. ita apud *Eumenium* Conſtantio 1. 3. *poſſem tamen vel cenſere numerando*, id eſt, etiam, quamvis numeraverim, ubi alia adtuli. Quid igitur? locum hoc modo interpretor, primo ſeptimi anni die periiſſe Maxentium, ne ſeptenarium numerum violaret, quamvis eum inchoaſſet. Violare autem prima illius luce non poterat, ſed ſi perfectus fuiſſet ille numerus, id eſt, ſi totum ſeptennium ſalvus evaſiſſet, quod ne fieret, ſtatim in numeri initio interemtus eſt. Sed ſupereſt alter ſcrupulus, eo, quem eximas, difficilior, quo Viros in rebus Hiſtoricis peritiſſimos diu male habuit. Eſt is in *Lactantii* verbis, *qui eſt ad VI. Kal. Novembris*, *& Quinquennalia terminabantur.* At qui Quinquennalia terminari primo ſeptimi poſt ſuſceptum imperium anni die potuerunt? quae quinti initio ſuſcepta, in eiusdem fine, aut ſaltem ſexti initio ſunt terminata & peracta, propter ea, quae dixi ad *Mamertin*. Genethl. 1. in fin. Ex hac proinde computatione, Maxentiani imperii Quinquennalia incipere debuerunt a VI. Kal. Novembr. CCCX. peracta autem eſſe eodem die anno CCCXI., aut ſaltem per aliquod tempus poſtea, a ſexti initio; numquam autem terminari potuerunt VI. Kal. Nov. CCCXII., ſive ſeptimo ineunte. Nodum ſenſerunt Eruditi, nec tamen ſolviſſe videntur. Etenim quod *Lactantii Quinquennalia* de quinto imperii anno nonnulli capiunt, nihil huc facit, ita enim exibit annus CCCXI. quo de armis contra Maxentium movendis nondum cogitabat Conſtantinus. Alii ſexto demum anno Quinquennalia peracta, & ultimo eius die, aut ſeptimi principio terminari potuiſſe ſtatuunt; ita *Baluzius*, & *Cuperus* ad *Lactant.* d. l. & *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* p 301. & ad omne quidem dubium removendum, *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 134. duplici modo Quinquennalia dicit eſſe conſideranda, vel tamquam praecedentium annorum terminum, & ita habita anno quinto ineunte, vel ut ſequentium periodum, & tum ſexto, aut primo ſeptimi die celebrata. adde etiam *Schwarzium* ad *Mamertin*. Genethl. 1. 1. Sed, quaecumque de ſexto anno tradunt, parum mi-

ſum, vel inchoando violaret. At quomodo inſtruxit aciem tot annorum 3
ver-

mihi conſentanea videntur iis, quae habet *Eumenius* Grat. 13. 2. *Quinquennalia tua nobis etiam perfecta celebranda ſunt. Illa enim quinto incipiente ſuſcepta.* Vt brevis ſim, quocumque te vertas, nulla mihi patere via videtur, qua Maxentii Quinquennalia cum die mortis ipſius recte componantur. Quid igitur? *Lactantii Quinquennalia* non de Maxentii, ſed Conſtantini imperio arbitror accipienda; hoc enim ad annum CCCVII., pridie Kal. Apriles, referendum eſſe docuit *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 29. & late diſſerui ad Incertum Maximian. 1. 1. ideoque *quinto* imperii ſui anno contra Maxentium moviſſe Conſtantinum ſcribit *Eutropius* Hiſt X. 4. ubi nimium aberrat *Glareanus.* Conſtantini itaque Quinquennalia a Martio exeunte A. CCCXI. initium ceperunt, & ſequenti anno, etiam initio ſexti, peracta, & terminata, forte etiam longius protracta, ut nuptiarum Conſtantini cum Fauſta celebraretur memoria, brevi ante menſem Septembrem CCCVII. contractarum; cum enim in nuptiis illis ſita praeſertim fuerit ratio, quare Conſtantinum fecerit Auguſtum Maximianus, ut ad Incertum Maximian. 1. 1. oſtendi, poterit Auguſtea Conſtantini dignitas ab eo tempore repeti, & Quinquennalia ad menſem Septembrem anni CCCXII. haberi, atque ita brevi ante Maxentium victum terminari. Hoc modo etiam intelligi poteſt L. 1. C. *Theodoſ.* de Long. temp. praeſcript. data a Conſtantino anno CCCXVI. *Ex donatione Principum rem ad fiscum pertinentem usque ad noſtra Decennalia ſecuri poſſideant.* Suſpicatur *Pagius* Diſſert Hypat. p. 165. haec in annum CCCXVII. fuiſſe dilata; dilatione ex noſtra ſententia non erat opus; lex menſe Ianuario eſt data; initium itaque acceperunt Decennalia ab exeunte ſequenti Martio, & anno CCCXVII. ſunt terminata. Similiter annus imperii XV. incidit in annum CCCXXI. apud *Nazarium* Paneg. 2. 2. Hinc quoque lis componatur de imperii anno, quo ſit mortuus Conſtantinus, cum enim ſupremum diem obierit XXII. Maii CCCXXXVII. adparet mortem illam incidiſſe ineunte imperii anno triceſimo primo. Conf. *Valeſium* ad *Euſeb.* Vit. Conſtant. IV. 54. parum adcurate Vir eruditus ad eumd. I. 5.

Vltima ſua caede] An *ultimum?* nec tamen mutem. ACIDALIVS. Hanc eſſe coniecturam Hiſtoriae contrariam ex iis liquet, quae modo notabam. *Vltima caedes* idem eſt, atque *ultima mors*, de qua *Burman. Secundus* ad Anthol. Lat. T. I. p. 597. atque ita infeliciſſimum, mortiferum deſignare poteſt, ut in *ultimum vulnus*, *ultima dimicatio*, *ultimum exitium*, apud *Hegeſipp.* Excid. Hieroſ. II. 8. Conf. Not. ad *Nemeſian.* Ecl. III. 29. *Burman.* ad *Quinctil.* Declam. IX. c. 2. *Cannegieter* ad *Avian.* Fab. 2. in fin cum vero *Drakenborchius* ad *Livium* IV. 10. 5. docuerit *clades* & *caedes* permiſceri, neſcio, ſitne legendum *ultima ſua clade*, aliae enim in Maxentii militibus praeceſſerant ad Veronam, Aquileiam, Mutinam, ultima autem haec ipſi obtigerat Maxentio; unde *multis praeliis* Maxentium fuſum dicit *Eutropius* Hiſt. X. 4. tres acies caeſas numerat *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. IX. 9. —— *Sua caede* explicuit *Wopkenſ.* Obſ. Miſcell. Nov. T. ult. p. 69.

Septenarium numerum] *Illum numerum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Forte *ſeptenarium numerum*, *illum ſacr.* LIVINEIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* Pronomen *illum* inſertum legitur in Cod. *Livin. Bert. Cuſp.* & reliquis omnibus: optime. Nam τὸ *ille* vel magnitudini, vel nobilitati adſignatur. De numeri ſeptenarii dignitate, & potentia vid. *Gell.* III. 10. *Macrob.* in Somn. Scipion. I. 6. IAEGERVS. *Illum* recte iam inſeruit *Pauli. Stephanus*, quem reliqui ſecuti praeter *Rivinum* in pr. —— De ſeptenarii dignitate vid. *Spanhem.* ad *Callim.* in Del. 251. *Acidal.* ad *Velleium* II. 10. 3. *Lindenbrog.* ad *Cenſorin.* de die natal. 7. *Dougtaeum* Anal. p. 290.

Religioſum, *inchoando*] *Vel inchoando* Vet. PVTEANVS. *Vel inchoando*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita exhibet *Rhenan. Stephan. Livin. Baun.* Aſt Cod. *Moerl. Schonb. Cuſp.* cum Edd. reliquis *vel inchoando*, quod recipiendum eſſe ſatis ſuperque claret. Non nulli repugnantiam h. l. invenire ſibi viſi ſunt. Si caeſus eſt, inquiunt, ipſo die natalis ſui, manifeſtum eſt, caeſum ipſo die, quo imperium inierat, ſeptimumque annum inchoarat. Sed docet *Pagius* Diſſ. Hypat. p. 134. Quinquennalia, & id genus feſta dupliciter conſiderari poſſe; vel, tamquam terminum & complementum praecedentium annorum, vel, ut quinque ſequentium periodum. Orator itaque natalem Maxentii ut praecedentium annorum terminum tantum, non vero ut ſequentis periodi initium conſideravit. IAEGERVS. Sed de hac *Pagii* ſententia modo monui, hoc ſtatuentis, ut ab errore, quem alii notaverant, Noſtrum liberaret, quod alia ratione illic ſum conatus, ubi & iam oſtendi *vel* omnino eſſe inſerendum, quod primum recte fecit *Paull. Stephanus*, neg'exit iterum *Rivinus.*

 3. *Ver-*

vernula purpuratus? Ita prorſus, ne quis evadere, ne quis, ut fit, loco mo-
tus referre gradum, & inſtaurare praelium poſſet; cum a fronte armis, a ter-
4 go Tiberi flumine premeretur. In quo ille non, mehercule, cogitavit neceſ-
ſitatem reſiſtendi, ſed propinquitatem refugiendi. Niſi forte iam ſentiens, diem
ſibi veniſſe fatalem, ad ſolatium ſuae mortis voluit ſecum trahere quampluri-
mos, ut omnes eſſent exitus ſui comites, qui ſcelerum participes exſtitiſſent.
5 Quid enim aliud illum ſperaſſe credendum eſt? qui iam ante biduum palatio
emi-

3. *Vernula purpuratus*] *Pacatus* in Theodoſium, de Maximo tyranno: *Ille quondam domus tuae negligentiſſimus vernula, menſularumque ſervilium ſtatarius lixa.* LIVINEIVS. & BAVNE. Maxentius, quia domi latuerat, ita dictus. CELLARIVS. Per ludibrium; ſicuti de tyranno Maximo *Pacatus* cap. 31. PATAROL. Fortaſſe etiam ideo, quia, teſte *Aur. Victore* Epit. 40. 13. & ipſo Oratore noſtro c. 4. 3. ſuppoſitus ferebatur. IAEGERVS. De Maxentio ſuppoſito conf. ſupr. 3. 4.

Praelium poſſit] Vet. *poſſet*. PVTEANVS. Conſule *Zoſimum* lib. II. PATAROL. *Poſſet* recte primum dedit *Livineius*, qui in ſuis illud etiam inveniſſe videtur, cum variantem non notaverit; alteram lectionem retinuerunt uterque *Stephanus*, & *Rivinus* in pr.

Tiberi flumine] *Moerl. amne.* IAEGERVS. *Nazarius* de hac Maxentii acie Paneg. 28. 1. *ipſa ratio diſponendi exercitus docuit illum mente perdita, inplicatoque conſilio, cum eum pugnae locum caperet, ut interclusa fuga moriendi neceſſitatem inponeret, cum ſpem victoriae non haberet.* & n. 4. *Apud Tiberim igitur ſuos inſtruxit, ſic ripae locatos, ut ultimorum veſtigia praeſagio quodam eventurae cladis unda fatalis adlueret*, &c.

Ad ſolatium] *Claudianus* in Ruſin. II. 17. ſqq.

Quid reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu,
Inſontesque meae populos miſcere ruinae?
Everſo iuvat orbe mori. Solatia leto
Exitium commune dabit.

IAEGERVS.

5. *Speraſſe*] I. e. putaſſe, credidiſſe, exſpectaſſe, quod ex Graeco ἔλπις, & ἐλπίζειν tranſtulerunt Latini. *Lucian.* de Conſcrib. hiſtor. p. 636. Ed. *Graev.* μέγαν ἐλπίσας ἔσεσθαι πόλεμον. & in Contempl. p. 348. Conf. Not. ad *Ammian. Marcell.* XIV. 7. *Burman.* ad *Claudian.* in *Rufin.* II. 421. unde ipſius loco ex Gloſſa ſaepe *putare* repoſuerunt Librarii. *Oudendorp.* ad *Hirtium* B. Alexandr. 65. 3. ad *Sueton.* Caeſ. 60. parum adcurate *timendi* notionem quidam huic verbo tribuerunt; nihil aliud enim notat, quam putare, & exſpectare ſive bona, ſive mala. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 478. Not. ad *Frontin.* I. Strateg. 4. 4. *Taubman.* & *Emmeneſſ.* ad *Virgil.* Aen. I. 543. *Duker.* ad *Flor.* III. 1. 1. *Cannegieter* ad *Avian.* Fab. 33. 5. *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 16. 8.

Cum uxore] Magnentia Vrbica, prioris Galerii coniugis filia, cuius numos refert *Triſtanus* in Comment. Hiſtoricis. BAVNE.

Ac filio] Is fuit Marcus Aurelius Valerius Romulus, cuius extat numus DIVO ROMVLO N V (id eſt, *noſtrae Vrbis*) FILIO. Extant item & alii, quos refert *Triſtanus* in Comment. Hiſtor. BAVNE. Non poteſt intelligi Romulus, qui vivo Maxentio iam erat mortuus, quare in numis dicitur *Divus*, qui vivente adhuc Maxentio cudi debuerunt; hoc enim honoris poſtea ei non tribuiſſet Conſtantinus. Conf *Patarol.* & *Iaeger.* infr. 18. 1. *Cellar.* ad *Nazarii* Paneg 6. 6. Alium itaque filium intelligit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. p. 219.

Vt res eſt] De hac locutione vide ad *Eumen.* Conſtantio init. p. 238. *Livin.* ad *Mamertin.* Geneth. 9. 2. ad *Eumen.* Conſtantio 6. 4.

Omnibus terribilibus] Vet. *Furiis terribilibus.* Sic *Vatican.* eraſa priori ſcriptura. PVTEANVS. An *ominibus?* ACIDALIVS. *Ominibus*; *Moerl.* MS. *Furiis*; ex gloſſa, ut videtur, ſpectante ad *ultricibus*. *Rhenan. Stephan. Cuſp. Patar. omnibus* ſollemni permutatione. IAEGERVS. *Omnibus* etiam *Paris.* & *Rivinus*. *Ominibus* iam dederat *Livineius*, qui nullam ex ſuis diverſam notavit lectionem, unde dubium, utrum in iis hoc invenerit. id ſecutus eſt *Paull. Stephanus*, *Baune*, *Cellarius*, & *Iaegerus*; facile ita Librarium aberrare potuiſſe oſtendi ad *Mamertin.* Genethl. 10. 3. nullum tamen mihi eſt dubium, quin *Furiis* vera ſit Noſtri manus, tum quia hoc a Librarii perſpicientia eſt remotius, tum vero etiam, quia frequenter *Virgilium* imitatus eſt Noſter., cuius verſum ſupra adhibuit 12. 3. & *degeneres animos timor arguebat* ex eo hauſit cap. 14. 2. & 26. 2. adde 17. 3. ſimiliter τὸ *Furiis*

emigraverat, & cum uxore ac filio in privatam domum ſponte conceſſerat, ut res eſt, Furiis terribilibus agitatus, & nocturnis pulſus Vltricibus; ut tu iam olim exſpectatus habitator ſacris illis aedibus diu exhalatis, expiatisque ſucce-
deres. Et adeo ipſe verum ſibi dixerat, & venturo tibi ceſſerat, quamvis in 6
praelium ingrederetur armatus, cum excedendo palatio iam ſe abdicaſſet imperio.

CAP. XVII. Ad primum igitur adſpectum maieſtatis tuae, primumque impetum totius tui victoris exercitus hoſtes territi, fugatique, & anguſtiis Mulvii pon-

riis ex eo tranſtulit, Aeneid. III. 331.

Scelerum Furiis agitatus Oreſtes.

quod etiam eſt in Anthol. Latin. T. I. p. 170. ubi *Burman.* Idem *Virgilius* Aeneid. XII. 946.

Furiis accenſus, & ira.

quod hemiſtichium adhibuit *Lactantius* Inſtit. V. 10. 8. *inpulſum Furiis* dixit *Rutilius* Itin. I. 521. *agitari & perterreri Furiarum taedis ardentibus*, *Cicero* pro Roſc. Amerin. 24. *inpulſu Deorum terreri Furiarum taedis ardentibus*, Idem in Piſon. 20. apud *Pacatum* Paneg. 42. 3. *Diris comitatus ultricibus.* ubi quidam Codd. *Furiis*, ſed vulgatae favere poſſet *Victor* Epit. 21. 3. *poenas dedit Dirarum inſectatione, quae non inmerito Vltrices vocantur.* ubi Not. Patern. adde *Barthium* ad *Statii* Theb. XII. 512. *Valckenaar.* Diatrib. in *Euripid.* reliquias cap. 18. p. 185.

6. *Verum ſibi*] *Eumenius* in Conſtantium Caeſarem: *Adeo verum ſibi dixerat morte vicina, ut interfectum ſe nollet agnoſci.* LIVINEIVS. Quid ſi rectius? *Id adeo ipſe futurum ſibi dix.* Sed noli mutare. Panegyrico, quem vulgo Maximiano, nos Conſtantio tribuimus: *Et vix unius velaminis repertus indicio, adeo verum ſibi dixerat morte vicina, ut interfectum ſe nollet agnoſci.* ACIDALIVS.

Venturo tibi] Vide ad *Mamertin.* Maximian. 2. p. 14.

Excedendo palatio] Notatum hoc quoque *Aelio Lampridio*, & inter Commodi necis prodigia relatum; *De Palatio ipſe ad Caelium montem in Vectilianas aedes migravit, negans ſe in Palatio poſſe dormire.* LIVINEIVS. & CELLARIVS.

1. *Totius tui*] Indubie verum *toties.* Supra: *quis enim miles, qui, ductu atque auſpiciis tuis, toties feliciſſime dimicaſſet, vulnera illi ſua venderet?* LIVINEIVS. *Livineii* coniecturam recepit *Cellarius.* Quam etſi non damno, tamen diſplicet poſitura verborum. Mallem: *tui toties vict. exerc.* IAEGERVS. Nihil muto. Plura ſaepe adiectiva uni ſubſtantivo iungi, docui ad *Arator.* I. 410. De *exercitu victore* conf. *Oudendorp.* ad *Frontin.* Strateg. II. 2. 12.

Milvii pontis] *Eutropius: Quinto imperii ſui anno Conſtantinus bellum adverſum Maxentium civile commovit, copias eius multis praeliis fudit, ipſum poſtremo Romae apud pontem Milvium vicit, Italiaque eſt potitus.* *Euſebius* in Chronic. *Zonar.* lib. II. *Oroſius*, & alii. PVTEANVS. *Mulvii.* LIVINEIVS. Pons in Tiberi prope Romam, nulla re notior, quam Maxentii clade BAVNE. Pontem ipſum corruiſſe ſcribit *Zoſimus* lib. II. *tignis minime ſuſtinentibus eam vim oneris, adeoque ruptis.* PATAROL. *Livineius* in margine, & *Cellar. Mulvii:* quae ſcriptura verior. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 45. 1. IAEGERVS. *Mulvii* rectum eſſe docet etiam Pater meus ad *Victor.* Inluſtr. 72. 8. *Heinſius* ad *Claudian.* VI. Conſul. Honor. 543. & in Addend. p. 1022. *Drakenb.* ad *Livium* XXVII. 51. 2. Haec tamen Noſtri verba non ſunt accipienda, tamquam in Mulvii pontis anguſtiis Maxentii clades ſit quaerenda, ſicuti *Prudentio*, ex Mulvio rupto praecipitatum eſſe Maxentium ſcribenti, Noſtrum hoc loco iungit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 44. idque ſecutus eſt *Bergierius* de Viis militar. III. 22. §. 7. & IV. 25. §. 3. ſed male, quia rei geſtae adverſatur. Cum enim ad Saxa rubra Conſtantino obviam tendere conſtituiſſet Maxentius, alium ſupra Tiberim pontem ſtravit, & loco quidem Saxis rubris propiori, unde eum poſitum fuiſſe *paullo ſuperius* a Mulvio tradit *Victor* Epit. 40. 7. & *apud pontem Mulvium* inſidias locaſſe Maxentium ibid. 40. 23. *apud pontem Mulvium* victus dicitur ab *Oroſio* VII. 28. *Eutropio* X. 4. coniicit *Cuperus* ad *Lactantium* M. P. 44. Mulvium pontem a Maxentio fuiſſe ſciſſum, ne eodem uteretur Conſtantinus, & ita in inſidias pelliceretur, quas in ſuo ponte ipſi paraverat; ita enim, ſublato Mulvio, de Conſtantini per alterum pontem tranſitu ſpes erat certior, & inſidiis, quae evitarentur, ſi per Mulvium tranſiret. Sed non eſt opus, ut Mulvium ideo ſciſſum ſtatuamus;

pontis excluſi, exceptis latrocinii illius primis auctoribus, qui, deſperata venia, locum, quem pugnae ſumſerant, texere corporibus, ceteri omnes in fluvium abiere praecipites, ut tandem aliquod caedis compen-

ex Noſtri enim verbis ille fuiſſe videtur anguſtior, quam ut exercitui iuſte transmittendo foret idoneus, praeſertim ſi hoſtis obviam veniret. Itaque ſatis certus poterat eſſe Maxentius, ſi alium pontem feciſſet, & ad tranſitum aptiorem, eique loco propiorem, quo cum exercitu adveniebat Conſtantinus, hunc veriſimilius eum pontem, quam Mulvium, & remotiorem, & anguſtiorem, eſſe tranſiturum; eo me ducunt Noſtri verba, quibus fugatos Maxentii milites tradit *anguſtiis Mulvii excluſos*, non quod in Mulvio perierint, quo hunc locum refert *Cuperus*, ſed quod per eum fugere propter anguſtias non potuerint, adeoque ipſum Maxentii pontem petiverint. Alius itaque fuit pons Mulvius, alius ille Maxentii, & ex quo poſteriori hic cum ſuis ipſe eſt praecipitatus. Conf. etiam *Nourrij* Diſſert. ad *Lactant.* de M. P. p. 300. De Maxentii ponte ita *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. IX. 9. ὃν (ποταμὸν) αὐτὸς σκάφεσι ζεύξας —— μη-χανὴν ὀλέθρου καθ' ἑαυτοῦ συνεστήσατο. —— ταύτῃ δῆ-τα τοῦ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ζεύγματος διαλυθέντος ὑφιζάνει μὲν ἡ διάβασις, χωρεῖ δ' ἀθρόως ἄντανδρα κατὰ τοῦ βυθοῦ τὰ σκάφη. paria fere ſunt apud eumd. Vit. Conſtant. I. 38. Omnium vero adcuratiſſime *Zoſimus* Hiſtor. II. 15. Μαξέντιος γέφυραν ἐπὶ τοῦ Θύβριδος ἐπήγνυτο, μὴ συνάψας πᾶσαν ἀπὸ τῆς ὄχ-θης τῆς πρὸς τῇ πόλει μέχρι τῆς ἄλλης, ἀλλ' εἰς δύο διελόμενος μέρη, ὥστε ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ ποταμοῦ τὰ πληροῦντα μέρος τῆς γεφύρας ἑκάτερον συναντᾷν πως ἀλλήλοις περόναις σιδηραῖς, ἀνασπωμέναις ἡνίκα ἂν τις βουλήθειη ζυγῶσαι τὴν γέφυραν. atque addit iuſſiſſe Maxentium, revulſis clavis pontem ſolvi, ſi Conſtantinum ei inſiſtentem fabri viderent. Ex his colligo, navigiis palos fuiſſe inpoſitos, his vero trabes, quae tabulatum ſuſtinerent, eaque ſunt ξύλα, quae habet *Zoſimus* Hiſt. II. 6. navigiis inpoſitum fuiſſe oſtendit *Euſebii* σκάφεσι ζεύξας, & *Aurelii Victoris* teſtimonium Epit. 40. 7. forte eadem forma, quam exhibuit *Stewechius* ad *Veget.* de R. M. III. 7. trabes autem clavis ferreis ſuſtinebantur, περόναις habet *Zoſimus*, cui voci ineſt *transfigendi* notio; *Heſychius* interpretatur Πόρπαι, ubi *Albertius*; ita de capillorum acu adhibet *Coluthus* Rapt. Helen. 81. de tunicarum fibula *Aelianus* V. H. I. 18. erant autem hi clavi ita transfixi, ut exercitum tranſeuntem pons ſuſtinere poſſet; ipſum enim Maxentium per eum tranſiiſſe teſtatur *Zoſimus* Hiſt. II. 16. τὴν γέφυραν, ἣν αὐτὸς ἔζευξε, διαβάντος; ſed tamen ita erant transfixi, ut in quadam pontis parte ſolvi poſſent, unde eum in duas partes ſciſſum fuiſſe ſcribit *Zoſimus*, quo in flumen omnes, qui inſiſterent, praecipitarentur, ſolutam vero partem tota compages ſequi debebat, ut vara vibiam ſequitur, eoque fieri, ut equi militeſque in navigia incidentes efficerent, ut haec quoque mergerentur, quod factum fuiſſe teſtatur *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. IX. 9. isque locus facit, quare palis pontem inpoſitum fuiſſe ſuſpicer, non autem tabulatum tantum navigiis, qualem in altera forma pontem exhibet *Stewechius* d. l. id enim ſi factum fuiſſet, vix intelligo, quomodo ſubmerſa ſint navigia, quae utique ponderi tranſeuntium ſuſtinendo erant idonea, non autem ſi ſuperne, palis collabentibus, omnes in ea deciderent. Hunc ita conſtrui iuſſerat Maxentius, ut, ſi in eum Conſtantinus perrexiſſet, ſolveretur, & hic ita in flumen praecipitaretur, quas dixit Maxentii *inſidias Victor* Caeſ. 40. 23. Ipſe interim Maxentius, in fugam actus, neque aliam, qua evaderet, viam habens, per pontem hunc effugere eſt conatus, ſed cum ita confuſo ordine in eum irruerent aufugientes, clavi illi ponderi omnium eorum ſuſtinendo non fuerunt pares, ponsque ruptus eſt. Et forte antea, cum illum tranſiret Maxentius, ſciretque, qua eſſet arte fabricatus, caute non omnes ſimul transmittendo perrexit, quo modo tranſeuntes facilius ſuſtinere potuit.

Latrocinii illius] Bellum illud *latrocinium* vocat, tum quod Maxentii exercitus ex plebecula conſtabat, tum quod ipſe ad rapiendum alienum imperium pugnabat. BAVNE. Poſterior ratio tantum eſt vera. Bellum eſt inter eos, qui legitimum habent imperium, in reliquis eſt *latrocinium*, ita *latrocinia*, & *bella publica* diſtinguit *Livius* XXXVIII. 45. & *latrones* dicebant Romani, quibus publice bellum non erat decretum, L. 118. D. de V. S. quo etiam pertinet civile bellum, quale hoc fuit cum Maxentio, quod *civile latrocinium* dixit ſupr. 3. 5. cui belli effectus ratione captivitatis, & poſtliminii negabant. L. 21. §. 1. D. de Captiv. & poſtlim. L. 24. eod.

Primis auctoribus] Praetorianis. LIVINEIVS. Hos etiam intelligit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 26. quia Maxentium fecerant Imperatorem, & caedibus in Romanos graſſati de venia inpetranda magis, quam alii, deſperabant.

Pu-

pendium feſſis tuorum dexteris eveniret , cum impios Tiberis hauſiſ-
ſet. Ipſum etiam illum cum equo , & armis inſignibus , fruſtra cona- 2
tum per abrupta ripae ulterioris evadere , idem Tiberis correptum gurgite de-

Pugnae ſumſerant] *Ceperant* Vet. LIVINEIVS. *Salluſtiana* imitatio eſt, qui Catilin. *Quem quisque pugnando vivus locum ceperat, eum, amiſſa anima, corpore tegebat.* Ac multi multorum loci ſimiles. *Pacatus: Gladiatoria deſperatione pugnare, nec gradu cedere, ſed veſtigio ſtare, vel cadere.* ACIDALIVS. & BAVNE. Cod. *Livineii* pro *ſumſerant* exhibet *ceperant:* quod videtur profectum eſſe a correctore, cui locus *Salluſtii* ante oculos verſabatur. IAEGERVS. *Iuſtinus* IX. 3. 10. *loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.*

Tuorum dexteris] Vt manus tuorum caedendo feſſae tandem deſiſterent ab occidendo. BAVNE. Rectius, & adcuratius: Vt milites tui non neceſſe haberent, ad perpetrandam omnem hoſtium caedem dexteris tantum modo ſuis uti, ſed hac in re a fluvio adiuvarentur. Haec eſt vis *compendii*, & *ut* non τελικῶς, ſed ἐκβατικῶς capiendum eſt. IAEGERVS. Recte.

Eveniret, cum inpios] Praefero diſtinctionem *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Patar.*, qui poſt *eveniret* interpungunt, & verbis *Cum imp.* initium alterius periodi oriuntur. Ceteri verba iſta *cum impios Tiberis hauſiſſet* ad antecedentia referunt, iisque periodum finiunt. IAEGERVS. Verba *cum inpios* ad praecedentia primum retulit *Livineius*, quem praeter *Paull. Stephanum*, *Patarolum*, & *Iaegerum* omnes ſunt ſecuti. Hanc interpunctionem revocavi, quia, ſi alteram ſequamur, debuiſſet Maxentius in Tiberim eſſe prolapſus, cum merſi iam eſſent reliqui milites. Hoc *Euſebio* adverſatur Hiſt. Eccleſ. IX. 9. ἀυτός γε πρῶτος, εἶτα δὲ καὶ ἀμφ' ἀυτὸν ὑπασπισαὶ —— ἔδυσαν ὡσεὶ μόλυβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ. ſimiliter Vit. Conſtantin. I. 38. ubi & δορυφόρȣς addit: quamvis tamen diffiteri nolim, dubium eſſe, quando perierit Maxentius. Anonymus enim *Valeſii* poſt *Ammian. Marcell.* p. 712. inter *anguſtias arcentis populi* periiſſe tradit, *Lactantius* autem M. P. 44. *multitudine fugientium preſſum.* ita autem mergi potuiſſet, cum alii iam iviſſent praecipites, quod *Iaegero* faveret. Sed ex altera interpunctione aptius cohaerere ſententia videtur, ut caedis fieret in iis compendium, qui in Tiberi aquis periiſſent. A reliquis diſſentit *Aurelius Victor* Epit. 40. 7. qui equi lapſu hoc factum tradit, cum a latere pontem ingredi feſtinaret. ad de *Cuper.* ad *Lactant.* M. P. 44. Deſcripſit rem *Nazarius* Paneg. 30. 1. *Non commemorabo tectas continuis ſtragibus ripas, non oppletum acervis corporum Tiberim, & inter congeſtas alte cadaverum moles aegro nixu, ac vix eluctantibus gurgitibus exeuntem.*

2. *Ipſum etiam illum*] *Aurelius Victor* dicit, Maxentium, paulo ſuperius a ponte Milvio in pontem navigiis compoſitum ab latere ingredi feſtinantem, lapſu equi in profundum demerſum eſſe, voratumque limo, pondere thoracis, corpus vix repertum. *Prudentius* contra Symmachum:

> *Teſtis Chriſticolae Ducis adventantis ad Vrbem*
> *Milvius, exceptum Tyberina in ſtagna Tyrannum*
> *Praecipitans*, &c.

Vid. *Euſeb.* Eccleſ. Hiſtor. c. 8. lib. IX. PVTEANVS. Maxentium. Auctor cit. *Maxentius cum caetera multitudine etiam fluminis impetu abripiebatur.* PATAROL. Adde his praecipue *Zoſimum* lib. II. p. m. 676. itemque *Lactant.* de M. P. 44. 9. & *Aur. Vict.* de Caeſ. 40. 23. IAEGERVS. Quantum hac in re diſcrepent Scriptores, modo monui. In tanta fuga, animorumque perturbatione fit veriſimile, omnes ſine ordine fugientes, mixtumque in iis Maxentium, ſeſe in pontem contuliſſe, quo turbae adeo inordinatae pondus non ſuſtinente, primum ſolutae fuerunt trabes, ferreis clavis retentae, de quibus modo dixi; hoc conſentaneum eſt *Zoſimo* II. 16. fin. ȣ̓κ ἐνεγκόντων δὲ τῶν ξύλων τὸ βάρος, ἀλλὰ ῥαγέντων, ἐφέρετο μετὰ πλήθȣς ἄλλȣ καὶ ἀυτὸς Μαξέντιος κατὰ τȣ̃ ποταμȣ̃. ita autem ſoluta etiam compage, navigiis innixa, haec quoque pontis pars fuit collapſa, in qua forte ad ripam Romam verſus iam erat Maxentius, unde non ſtatim fuit merſus, ſed equo inſidens *per abrupta ripae ulterioris*, id eſt Romam verſus, *evadere* eſt conatus, ut tradit Noſter, ſed obſtitit ripa abrupta, ut rem explicuit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 44. qua autem ratione *Victor* Epit. 40. 7. in *lapſu equi*, & Maxentio pontem *ingrediente*, cum reliquis poſſit Hiſtoricis componi, non video; per militum equitumque pondus ruptum eſſe pontem *Zoſimo* tradenti non obſtat *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. IX. 9. tamquam id per inpoſitam fuiſſet machinam factum, ex verbis, μηχανὴν ὀλέθρȣ καθ' ἑαυ-

devoravit, ne tam deforme prodigium vel hanc obitus ſui relinqueret famam,
3 quod alicuius viri fortis gladio, telove cecidiſſet. Et aliorum quidem hoſtium corpora, & arma praeceps fluvius volvendo devexit; illum autem eodem, quo exſtinxerat, loco tenuit, ne diu populi Romani laetitia dubitaret, ſi putaretur aliquo profugiſſe, cuius mortis probatio quaereretur.

CAP. XVIII. Sancte Tibri, quondam hoſpitis monitor Aeneae, mox Romuli conſervator expoſiti, tu nec falſum Romulum diu vivere, nec parri-

ἑαυτοῦ συνεστήσατο. eſt enim μηχανὴ illic ipſe Maxentii pons, ſive illius pars clavis ferreis, ſed ſolvendis, coniuncta, unde in Vit. Conſtantin. I. 38. τὰς κρυφίους μηχανὰς καθ' ἑαυτοῦ συνίστη, qui locus vulgatam in Hiſtor. Eccleſ. loco lectionem tueri poteſt, quamvis in eo legendum eſſe συνεπήξατο aliquando ſim ſuſpicatus, ut eſt in Vit. Conſtantin. I. 38.

Devoravit] *Aurelius Victor* Epit. 40. 7. *voratumque limo, pondere thoracis, corpus vix repertum.*

3. *Volvendo devexit*] Videtur iterum *Virgilium* imitatus Aeneid. VIII. 538.

Quam multa per undas
Scuta virûm, galeasque & fortia corpora volves.

Quo exſtinxerat] *Aurelius Victor* Epit. 40. 7. hoc thoracis gravitati tribuit, qua corpus ſtatim ita fuit limo inmerſum, ut flumine non fuerit devectum, in quo poſtridie repertum eſt, teſte Anonymo *Valeſii* poſt *Ammian. Marcell.* p. 712.

Loco tenuit P. R. dubitaret] Sic legendum opinor, *loco tenuit, ne Po. Ro. dub.* RHENANVS. Vet. *tenuit ne diu R. P. Vatican. tenuitne diu P. R.* PVTEANVS. *Tenuit ne diu* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin. Laetitia dubitaret, Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita *Livin. P. Rom. Rhenanus, Moerl. loco tenuit, ne diu populus Rom. dub. Schonhov. ne diu populus Ro. laetitia dubitaret.* Hinc pronum fuit *Grutero*, & reliquis Editoribus, ſublato mendo, veram reſtituere lectionem: *ne diu populi Rom. laetitia dubitaret.* IAEGERVS.

1. *Sancte Tibris*] *Tiberis* Vet. PVTEANVS. *Tybri, Bertin.* LIVINEIVS. Aeneid *Tybri Pater.* BAVNE. Fluminibus etiam, ſicuti & montibus, & ſilvis ſuos Genios eſſe, ſeu Numina quaedam de minorum genere antiqui crediderunt, hinc illud apud *Prudentium* lib. II. contra Symmach.

Geniorum millia multa.

Ex hoc factum, ut flumina ipſa *ſancta*, & *ſacra* dicantur. PATAROL. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Tybri Bertin.* & *Baun. Tiberis Put.* & *Moerl. Tibri Francof. Paris.* prior, *Cellar. Patar.* IAEGERVS. *Gruteri Tibri* omnes ſunt ſecuti praeter *Rivinum* in pr. *Puteanei* Cod. ſcriptura *Tiberis* inde eſt, quod utraque forma *Tiberis*, & *Tibris* dixerunt; quam habet *Vibius Sequeſter* de Flumin. p. 83. *Cerda* tamen ad *Virgilium* Aen. VIII. 72. hic emendandum putat, *Sancte Tiberine*, eſt enim illud nomen in ſacris uſitatum, ut *Tiberine pater* apud *Livium* II. 10. 11. ubi *Drakenb. Virgilium* Georg. III. 369. *Servius* ad eumd. Aen. VIII. 31. *bene* Tyberinus, *quia ſupra dixerat Deus.* Alteram tamen *Cerdae* coniecturam hic praetulerim, Noſtrum, ut ſolet, imitatum eſſe *Virgilium*, qui, neglecta hac diſtinctione, dixit *Tibri pater*, Aeneid. VIII. 540. & *o Tibri*, ibid. vs. 72. idque Poetarum more, ſi vera ſcripſerit *Servius* d. l. *in coenolexia* Tyberis, *in poemate* Tybris *vocatur.* a Poetico autem loquendi more Panegyricorum ſermo non eſt alienus, praeſertim Noſtri, *Virgilium* ſaepe imitati, ut notavi ſupr. 16. 5. *Sanctum* adpellat, quia flumina divino honore culta. *Tacitus* Annal. VI. 37. *Iuſtinus* XLI. 3. 16. *praecipua amnibus veneratio.* ita recte illic emendatum pro *omnibus* adde *Heinſium* ad *Ovid.* Heroid. II. 14. & quae dixi Specim. Obſerv. cap. 13.

Monitor Aeneae] *Virgilius* Aeneid. VIII.

Huic Deus ipſe loci fluvio Tyberinus amoeno
Populeas inter ſenior ſe attollere frondes
Viſus.

Reliqua lege. LIVINEIVS. BAVNE. & PATAROL. Ex illo *Virgilii* loco Tibrim dixiſſe Noſtrum *monitorem*, notavit *Cerda* VIII. 31. & Heroibus monitores additos *Alard.* ad *Valer. Flacc.* I. 475.

Romuli conſervator] Cum, Amulii iuſſu, Romulus cum Remo fratre in profluentem proiectus eſſet, Tiberinus amnis aquas repreſſit, ne forte utrumque involveret. Sed notius illud, quam ut in

ricidam Vrbis paſſus es enatare. Tu Romae tuae altor copiis ſubve-
hendis, tu munitor moenibus ambiendis, merito Conſtantini victoriae
particeps eſſe voluiſti, ut ille hoſtem in te propelleret, tu necares. Ne- 2
que enim ſemper es rapidus & torrens, ſed pro temporum ratione mo-
deratus. Tu quietus armatum Coclitem revexiſti, tibi ſe placido Cloelia
virgo commiſit. At nunc violentus & turbidus hoſtem reipublicae ſorbui-
ſti, &, ne tuum lateret obſequium, eructato cadavere prodidiſti. Reper- 3
to

in eo immorer. Videri poſſunt *Florus*, *Victor*, & alii. BAVNE. & PATAROL. Vid. *Livius* I. 4. *Dionys. Halicarn.* I. 1. p. 65. *Wechel.* IAEGERVS.

Falſum Romulum] Auctor Orationis in Ciceronem, quae *Salluſtio* tribuitur: *Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones ſuperaſti, quem tandem locum in hac civitate obtines?* M. Lepidus apud *Salluſtium* Hiſtoriar. I. de Sulla: *Quae cuncta ſaevus iſte Romulus, quaſi ab externis rapta, tenet.* *Catullus* Epigr. in Caeſarem:

Cinaede Romule, haec videbis, & feres?

LIVINEIVS. Id eſt, Maxentii filium, cui *Romulo* nomen, ut ſupra dictum. Fortaſſe etiam Maxentium ipſum, quem *falſum Romulum* per iocum appellat, quomodo Auctor Orationis in Tullium, quae *Saluſtio* attribuitur, Tullium vocat *Romulum Arpinatem.* BAVNE. Non Romulum, Maxentii filium, ut quidam, meo iudicio, inepte interpretatus eſt, ſed eundem Maxentium intelligit, utpote falſum Regem, diſſimilemque vero Romulo, de quo modo dixit. Romulum praeterea, Maxentii filium, ante patrem obiiſſe coniectare facile eſt ex eiusdem Nummis, in quorum poſtica parte ſignum conſecrationis videmus, eosque non niſi a patre cuſos credere licet. Quis enim extincti Tyranni filio ſub Conſtantino unquam tantum honoris detuliſſet? Immo *Triſtanus* Nummum peculiarem affert, in quo circum Romuli caput legitur, IMP MAXENTIVS DIVO ROMVLO N V FILIO. PATAROL. De Maxentii filio non eſt, ut intelligamus. Is enim, teſte ipſo illo nummo, cuius ſupra c. 16. 5. mentio facta, iam ante patris cladem vitam finierat. Vid. *Cellar.* ad Paneg. *Nazar.* c. 6. 6. Haud dubie itaque Maxentius ipſe *falſus Romulus* dicitur. IAEGERVS. Si *falſum Romulum* a *parricida* diſtinxiſſe videatur, non intercederem de Maxentii filio, cui & illud *nec diu vivere* conveniret, homini nimirum in aetatis flore exſtincto. Nullum tamen mihi eſt dubium, quin ipſe intelligatur Maxentius. Hunc vero Romulo opponit: verum ſervaverat, Maxentium in flumen delapſum diu vivere non erat paſſus. Tibris.

Parricidam] Recte de eo, qui Vrbi interitum parabat. *Parricidas Reip.* dixit *Salluſtius* Catil. 51. 25. ubi *Cortius*, & ad *Ciceron.* ad Divers. X. 23. 11. *patriae parricidium Cicero* Philipp. II. 7. egregie in metaphora perſiſtit per additum *enatare*, ad parricidii poenam, & culeum reſpiciens, de quo quaedam dixi ad *Arator.* I. 741. & Obſerv. Syllog. Cap. 1. in Actis Societatis *Traiectinae* T. I. atque hic praeterea locus refellit *Marcilium* ad §. 6. I. de Public. iudic. in fluminibus propter eorum ſanctitatem parricidas eſſe merſos negantem, de quo nonnulla dixi Specim. Obſerv. cap. 13.

Altor] Propter commeatus, quos ſubvehit; ſupr. cap. 7. BAVNE.

Particeps eſſe] Vet. *princeps. Vatican.* ut vulgo. PVTEANVS. Adnotationem hanc ex variantibus penes me MSS. explevi, in Edit *Pariſin.* hiulcam.

2. *Armatum Coclitem*] Horatium, quod in praelio oculum alterum amiſiſſet, dictum *Coclitem.* Is adverſus Porſennam, Etruscorum regem, Tarquinios in Vrbem reſtituere conantem, pro ponte ſublicio ſtetit, & aciem hoſtium ſolus ſuſtinuit, donec, ponte interciſo, ipſe in Tiberim decidit, & armatus ad ſuos transnatavit. *Livius* lib. II. *Florus* lib. I *Aurel. Victor.* BAVNE. & PATAROL.

Cloelia virgo] Haec in Porſennae caſtris captiva cum eſſet, deceptis cuſtodibus, & equo, quem fors dederat, arrepto, Tiberim noctu traiecit. Cetera, quae de illa referuntur, vide apud *Dionys. Halic.*, *Livium*, *Plutarchum.* BAVNE. *Livius* II. 10. & 13. CELLARIVS. *Vna ex obſidibus Regi data*, inquit *Florus* lib. I. c. 10., *elapſa cuſtodiam Cloelia per patrium flumen equitabat.* PATAROL.

Et turbidus] Altum, magnumque flumen hoc indicare notat *Cerda* ad *Virgil.* Aen. VIII. 63.

Eructato] Eleganter hoc τῷ *devoravit* opponitur,

to igitur, & trucidato corpore, univerſus in gaudia & vindictam populus Romanus exarſit: nec deſiit tota Vrbe, qua ſuffixum haſta ferebatur, caput illud piaculare foedari: cum interim, ut ſunt ioci triumphales, rideretur geſtantis iniuria, cum alieni capitis merita pateretur.

CAP. XIX. Sed quid ego hucusque iocularia?. Tecta ipſa, ut audio,

tur, quo uſus eſt cap. praeced. n. 2. unde vim quamdam indicare videtur, ut apud *Boethium* Conſol. Philos. II. Proſ. 6. *quae flammis Aetnae eructantibus.* ubi recte Cod. meus, *quae incendia*, quod in antiqua *Petiti* etiam exſtat, & in ſequentibus, ſaltem *Hackiana*, forte per incuriam omiſſum.

3. *Trucidato corpore*] Quomodo *trucidatur* Maxentius, iam mortuus, & fluvio merſus? Recte *Divaeus*, hiſtoriarum iſtarum diligens, *truncato corpore.* Abſciſſum enim caput fuit. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Nihil muto. ita enim & *Cicero* pro P. Sextio: *A quibus hic, multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato, ſe abiecit exanimatus*, &c. LIVINEIVS. Ex *Cicerone* quidem ſatis liquet, *contrucidatum* non ſemper eſſe *necatum*, ſed etiam *ſaucium modo, & paene confectum.* Verum id nondum ſufficit ad explicandum h. l. Advocandus eſt nobis *Livius* lib. XXIX. c. 18. *Recreatus deinde legatus ex vulneribus tribunos militum in vincula coniectos, dein verberatos, ſervilibusque omnibus ſuppliciis cruciatos trucidando occidit; mortuos deinde prohibuit ſepeliri.* ibi *Gronovius*; *ſignificat non tortos ſolum, ſed omni ſaevitiae genere, quod pati corpus humanum poteſt, truncatis artubus diſcerptos tandem mortem inveniſſe.* Hanc eſſe vim verbi *trucidare* Vir ſummus & alio loco *Livii*, & *Valer. Maxim.* IX. 2. & nobili declarat fragmento de Cicerone, quod *M. Seneca* nobis ſervavit: *Vix attollentes prae lacrimis oculos homines intueri trucidata eius membra poterant.* Ex his cum manifeſtum ſit, *trucidatum corpus* h. l. idem eſſe, ac *truncatum*, conſequens eſt, ut recte ſe habeat ſcriptura omnium librorum, nec ulla medicina indigeat. IAEGERVS. Apud *Tacitum* Hiſt. III. 33. pro *maiore aliorum vi truncabantur*, malebat *Erneſti*, *trucidabantur*, dubito autem, utrum *Wopkenſius* in Notis ad *Tacitum* penes me MSS. vulgatum illic recte tueatur ex *Gregor. Turonens.* Hiſt. Franc. III. 25. & IX. 3. ubi *truncare* pro trucidare occurrit.

In gaudia] *Zoſimus* lib. II. p. m. 677. Ἀγγελθείσης δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει τῆς νίκης, χαίρειν μὲν οὐδεὶς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐθάῤῥει, διὰ τὸ τὴν ἀγγελίαν οἴεσθαι τινὰς εἶναι ψευδῆ. Τῆς δὲ Μαξεντίου κεφαλῆς ἐπὶ δόρατος ἀνενεχθείσης, ἀποθέμενοι τὸν φόβον, εἰς ἡδονὴν τὴν ῥαθυμίαν μετήγαγον. IAEGERVS. *Exardere in gaudia* probae Latinitati adſeruit *Schulting.* ad *Senecae* Controv. III. pag. 209. vox tamen eſt corrupta apud *Vopiſcum* Aurelian. 26. *hi cum exarſiſſent timore*, ubi *tumore* coniiciebat *Trillerus* Obs. Crit. I. 1. mihi placet *expaviſſent timore.*

De ſicca tota urbe] Emendo, *nec deſiit a tota.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Melius *Vatic.* & *Pithoean. nec deſiit a tota urbe.* Forte leg. *nec deſitum tota urbe*, &c. PVTEANVS. Vet. *nec deſunt a.* Forte *nec deſiit tota foedare*, vel *nec deſitum tota.* IDEM. Belle *deſiit. Trebellius Pollio* Aemiliano: *Ictus eſt lapidibus, petitus eſt ferro, nec deſiit ullum ſeditionis telum.* LIVINEIVS. Vix dubium eſt, quin reſcribendum veniat, *nec deſiit tota urbe*, &c. GRVTERVS. & ACIDALIVS. Sic. *Rhenan. Stephan.*, *nec de ſica t. u. Cuſpin. Livin. Moerl. nec deſiit.* Hanc lectionem praeferunt *Francof. Paris. Cellar. Patar.* IAEGERVS. *Deſiit* etiam *Baunius.* Corruptum *de ſica* fluxit ex antiquiſſima *Puteolani*, & eſt in *Schonhovii* excerptis; mutavit hoc *Rhenanus* in *ſicca*, quod etiam habet *Paullus Stephan.* & in pr. *Rivinus*, qui in ſec. *nec deſit.* Veriſſima eſt Cod. *Vat. Pithoean.* & *Moerl.* ſcriptura, recte inde a *Grutero* recepta. *Puteani* notam poſteriorem dedi ex variantibus MSS. magis emendatam, quam eſt in Ed. *Pariſienſi.*

Suffixum haſta] Refert & *Zonaras: Verum ubi Maxentii caput ſuper ſumma haſta praefixum in urbem relatum eſſet*, &c. PATAROL. Ignominioſum hoc fuiſſe oſtendit *Cerda* ad *Virgil.* Aeneid. IX. 465.

Caput id] Vet. *illud.* PVTEANVS. *Illud* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed Cod. *Livin. Bert.* cum ceteris *caput illud.* Vid. ſupr. c. 12. 3. & c. 16. 1. IAEGERVS. *Illud* poſt *Gruterum* dederunt omnes praeter *Rivinum* in pr.

Ioci triumphales] *Martialis:*

Conſtituere iocos, veſtri quoque ferre triumphi,
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.

LI-

dio, commoveri, & altitudo culminum videbatur adtolli, quacumque Numen tuum tardo molimine currus inveheretur: tanta te populi denſitas, tanta Senatus ſtipatio provehebat ſimul & attinebat. Felices, 2
qui te propius adſpicerent, longius poſiti nominabant: quos praeterieras, loci, quem occupaverant, poenitebat. Viciſſim omnes inde diſcedere, hinc

LIVINEIVS. Hunc militum Romanorum morem acclamandi, iocandi, dicteria in triumphantem iaciendi notant *Dionyſius* lib. VII. Ἐφεῖται γὰρ, &c. *Permittitur enim victores deducentibus iambos, & dicteria iacere in clariſſimos viros, & ipſos imperatores, quemadmodum Athenis ſolebant pompam in plauſtris ducentes ſcommatis obvios impetere.* & *Livius* lib. V. de Camillo: *Dictator, recuperata ex hoſtibus patria, triumphans in Vrbem redit, interque iocos militares, quos inconditos iaciunt, Romulus, ac parens patriae, conditorque alter Vrbis haud vanis laudibus appellatur.* BAVNE. Iocos, & dicteria in triumphis admiſſa conſtat ex *Halicarn.* lib. VII. ex *Livio* lib. IV. V. X & XXXIX. ex *Plinio* lib. XIX. cap. 8. eorundem quoque legimus exempla apud *Velleium* lib. II. cap. 63. *Sueton.* in Caes. cap. 49. & 51. *Dionem* lib. XLIII. unde *Martialis* lib. VII. Epigr. 73.

Luſus ipſe triumphus amat,

PATAROL. & IAEGERVS.

Cum alieni] Fuit, cum ſuſpectum mihi *cum*, repetitum tam vicine, ac pro eo *qui* legebam. Nunc idem obſervo in *Nazarii* laudatione: *cum eum pugnae locum caperet, ut interclusa fuga moriendi neceſſitatem imponeret, cum ſpem victoriae non haberet.* LIVINEIVS.

1. *Tecta ipſa*] Romani, Maxentii tyrannide liberati, Conſtantinum cum maximo gaudio, & honore ſuſcipiunt, laudibusque in coelum ferunt. Vide *Euſebium* Eccleſ. Hiſtor. lib. IX. cap. 8. & in vita Conſtantini, *Prudentium* lib. I. contra Symmach., *Zonaram*, *Paull. Diac.* PVTEANVS. Mirifica ὑποτύπωσις Conſtantini poſt Maxentii cladem Romam ingredientis. Videri poteſt *Euſeb.* Hiſt. lib. IX. c. 8. & in vita Conſtantini. BAVNE. & PATAROL. Compara *Mamertinum* Genethl. 11. 3. ſqq. *Plinium* Paneg. cap. 22. 2. ſqq. Magna Senatus, Populique laetitia exceptum fuiſſe Conſtantinum teſtatur etiam *Lactantius* de M. P. 44. 10. IAEGERVS. De ſimili locutione egi ad *Mamertin.* Genethl. 11. 3. cum *Cicerone* pro Marcell. 3. hunc locum contulit *Abramus*. De ipſa re vide *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* de M. P. p. 399. — Mox & ante *altitudo* deeſt in Ed. *Baunii*, & *Iaegeriana*.

Molimine] Vet. *volumine*. *Vatican.* ut vulgo. PVTEANVS. Notam dedi emendatiorem, quam eſt in Ed. *Pariſin.*, ex variantibus penes me MSS.

Attinebat] Vet. *detinebat* PVTEANVS. *Nazarius* in Conſtantinum: *femineos vacillare, aut moribundi ſedilibus attineri.* *Arnobius* II. *quid eſt a nobis factum contra ſenſum iudiciumque commune, ſi maiora & certiora dilegimus, nec ſumus nos paſſi falſorum religionibus attineri?* LIVINEIVS. *Moerl. detinebat.* Sed confirmant lectionem vulgatam citati a *Livineio*, quibus adiungi poteſt *Tacitus* Annal III 3. 4. *Facilius crediderim, Tiberio & Auguſta, qui domo non excedebant, cohibitam; & par maeror, & matris exemplo avia quoque & patruus adtineri viderentur.* & XIV. 56. 6. *Seneca* —— *rarus per urbem, quaſi valetudine infenſa, aut ſapientiae ſtudiis, domi adtineretur.* IAEGERVS.

2. *Propius adſpicerent*] Supr. in Panegyrico *Mamertini* Maxim. 11. *clamare omnes prae gaudio, & palam manu demonſtrare, vides Diocletianum, vides Maximianum,* & confer integrum locum. PVTEANVS. *Schenkius* admonuit de vitio interpunctionis; ſc. poſt *adſpicerent*, loco duorum punctorum, comma reponendum eſt. IAEGERVS in Adpend. Obſervat. ad Panegyr. Vitium illud in *Pataroli*, & *Iaegeri* erat Edit. in reliquis exſtat comma.

Poenitebat] Quia tam cito ipſos Imperator praeterierat. PATAROL.

Inde dicto adcedere] Non negabis verum eſſe, *viciſſim homines in relicto accedere.* Sic enim fieri ſolet in eiusmodi ſpectaculis, alii ſua loca deſerunt, alii occupant. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Varie legitur hic locus; in MS. *Bongars. inde dicto;* *Pulman. in relicto*, utrique corrupte. Melius *Vatican. Pithoean. & Fabr. in edito accedere*, ex quibus lego, *in edita aſcendere.* PVTEANVS. *Inde diſcedere* probe eſt in Vet. Sed *homines in relicto accedere Lipſius* noſter ingenioſius, quam verius, ſi introſpicias, emendabat LIVINEIVS. *Lipſius, in relicto.* Nam ita, inquit, fieri ſolet in eiusmodi ſpectaculis; alii ſua loca deſerunt, alii occupant. Recte; ſed quis ſic loquitur *in relicto* ac-

hinc ſequi: certare innumerabilis multitudo, & impulſu vario fluctuare, & tantum ſibi hominum animi poſt illam ſexennii cladem ſupereſſe
3 memorabant. Auſi etiam quidam, ut reſiſteres, poſcere, & queri, tam cito acceſſiſſe palatium, &, cum ingreſſus eſſes, non ſolum oculis ſequi, ſed pe-
4 ne etiam ſacrum limen irrumpere. Inde omnibus circumfuſis, ut inde exce-

accedere? Potius *in relicta*, quamquam etiam *ſuccedere* malim. ACIDALIVS. *Gruterus* ſuſpicatur legendum, *in edita aſcendere.* BAVNE. Inquinata ſcriptura *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. viciſſim omnes inde dicto accedere*, *inſequi* varie tentata eſt a Viris doctis. *Lipſium* iure reprehendit cum *Livineio Acidalius*, quia non recte dicitur *in relicto accedere*, & ipſe malit *in relicta*, & *ſuccedere* pro *accedere.* Quae quidem concinniora ſunt emendatione *Lipſii*, ſed non certiora. *Moerl.* habet *in edito accedere.* Optimam, veramque lectionem *Livineius* protulit e ſuo Cod., eamque *Gruter. Paris. Cellar. Patar.* receperunt. IAEGERVS. Ex *Livineii* Cod. *inde diſcedere* primum recepit *Gruterus*, omneſque reliqui praeter *Rivinum* in pr. Vtrum tamen haec vera ſit Oratoris manus, eſt, quod dubitaverim. Duplex ſpectantium genus adtingit, & longius, & propius conſpicientium. *Longius poſiti* ex aedibus, ſive *tectis* ſpectabant, quae commota fuiſſe dixit; *propius adſpicientes* in via erant publica; quos cum praeteriiſſet Imperator, hi eumdem iterum ſequebantur, ſed, qui ex aedibus ſpectabant, propius adcedere cupiebant, ut ſimili cum reliquis ſpectandi voluptate fruerentur. Ex vetuſta itaque ſcriptura, *inde dicto adcedere*, effingo *inde tecto adcedere*, ut hanc explerent voluptatem, qua eadem frui felicitate cuperent, atque illi, qui erant in via. *Inde* igitur pertinet ad longius poſitos, ſive tecta, *hinc* ad eos, qui locum in via occupaverant. Videtur Noſtro obverſatus *Mamertini* locus Genethl. 11. 3. *Vt vero limine egreſſi per mediam urbem ſimul vehebamini, tecta ipſa ſe, ut audio, pene commoverunt; omnibus viris, feminis, parvulis, ſenibus, aut per fores in publicum proruentibus, aut per ſuperiora aedium limina imminentibus. Puteani* coniectura *in edita adſcendere*, quam *Grutero* perperam tribuit *Baunius*, menti Oratoris videtur contraria, cum ita longius ab intuendo fuiſſent remoti.

Inſequi] Vet. *hinc ſequi.* ita legendum. PVTEANVS. *Hinc ſequi, Bertin.* Vere. LIVINEIVS. Plane ſcribo, *inter ſeque certare innumerab.* ACIDALIVS. Optimam, veramque lectionem *Livineius* protulit e *Bert.* eamque *Gruter. Paris. Cellar. Patar.* receperunt. IAEGERVS. Etiam *Baunius*; omneſque poſt *Gruterum*, praeter *Rivinum* in pr. Ex iis, quae praecedenti obſerv. ſunt notata, patet ſatis huius ſcripturae veritas.

Certare innumerabilis] *Curſare innum.* arbitror verum. LIVINEIVS. Citra neceſſitatem. IAEGERVS.

Tantum ſibi] Omnino legendum, *tantum ibi.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. *Tantum ibi*, *Bertin.* Non probo. LIVINEIVS. Τὸ *ſibi* hic παρέλκειν videtur, ut E. G. in *Petron.* cap. 111. *Proxima ergo nocte, quum miles, qui cruces ſervabat, ne quis ad ſepulturam corpora detraheret, notaſſet ſibi & lumen inter monimenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audiſſet, vitio gentis humanae concupiit ſcire, quis, aut quid faceret.* Vid. de hoc pleonaſmo *Vechner.* Hellenolex. p. m. 175. ſqq. IAEGERVS.

Hominum animi] Arbitror verum, *omnium animi.* LIVINEIVS. Mea ſententia non eſt transformandum illud *hominum*, ſed magis exturbanda, niſi commode in aliam vocem mutari poſſit, dictio *animi.* Neque enim mirabantur animos ſuos, ſed multitudinem tantam reliquam post ſexcennii cladem. GRVTERVS. Pro *animi* lego *admirabundi.* ACIDALIVS. Aut lege cum *Acidalio admirabundi* pro *animi*, aut mox cum *Lipſio admirabantur* pro *memorabant.* BAVNE. Ad defendendam ſententiam *Gruteri*, dictionem *animi* exturbantis, poſſis fortaſſe fingere, τὸ *hominum* mutatum fuiſſe in *omnium*, & deinde hoc in *animum*, uti factum eſt in *Plinii* Paneg. 94. 2. ubi vid. *Schwarz.* vel potius, ex compendioſa nota *oium*, ortum eſſe & *omnium* & *animum*, quod cum intelligi nequiret, transformatum fuiſſe a correctore in *animi*, ut oratio ſibi conſtaret. Sed multo mihi probabilior videtur emendatio *Acidalii.* IAEGERVS. *Animi* corruptum videtur. Forte ſcripſit, *tantum ſibi hominum, etiam poſt illam ſexennii cladem.* Vulgato errore *etiam* primum tranſiit in *enim*, & hoc facile in *animi.* Incertus Maxim. 6. 1. *etiam ante quam petere poſſes*, & ad *Mamertin.* Genethl. 2. 2.

Sexennii cladem] Quo Maxentium tyrannidem in Italia tenuiſſe dictum eſt ſupra. BAVNE. Hoc eſt, eſt ſexennium plenum perniciei, calamitatis, miſeriae. Haec eſt vis vocis *clades.* Sic *Ovidius* Met. VII. 561. ſq. de peſtilentia:

Nec

excederes , opperiri, proſpicere, optare, ſperare: ut viderentur, eum, a
quo obſidione liberati fuerant, obſidere. Gloriatus ſit licet, & vere, ſum- 5
mus orator, humeris ſe Italiae in patriam reportatum: te, Conſtantine,
Senatus populusque Romanus & illo die, & aliis, quacumque progreſſus
es, & humeris & oculis ferre geſtivit. Nec quidquam aliud homines, die- 6
bus

Nec moderator adeſt; inque ipſos ſaeva medentes
Erumpit clades; obſuntque auctoribus artes.

Livius XXI. 57. *Poſtero die deditione facta, praeſidium intra moenia accepere: iuſſique arma tradere quum dicto paruiſſent, ſignum repente victoribus datur, ut tamquam vi captam urbem diriperent. Neque ulla, quae in tali re memorabilis ſcribentibus videri ſolet, praetermiſſa clades eſt. adeo omnis libidinis, crudelitatisque & inbumanae ſuperbiae editum in miſeros eſt exemplum.* Mirabantur itaque, poſt tot exempla crudelitatis. a Maxentio ſexennio illo, quo rerum potitus eſt, edita tantum adhuc hominum numerum ſupereſſe. IAEGERVS.

Memorabant] Omnino legendum *mirabantur.* Vix putabatur, ait, tanta multitudo ſupereſſe ſaevitiae Maxentii. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. I. 22. Cum doctiſſimo *Lipſio* pro *memorabant* reponebam *mirabantur.* Supra gemina phraſi: *Oſtentare ſe omnes, & tripudiare ſine ullo de reliquiis belli metu, & auſpicium victoriae tuae pro conſummatione metiebantur.* LIVINEIVS. Labes eſt in illo *memorabant.* Nec tamen aptius aliquid invenio, quam *Lipſii mirabantur.* GRVTERVS. *Lipſius* appoſite quidem; deeſt tamen librorum auctoritas. PATAROL. Ita libri, & editi omnes, & ſcripti. De ſyneſi *certare multitudo, & tantum ſibi hominum admirabundi* —— *ſupereſſe memorabant*, vid. *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 43. 1. *Cetera multitudo coniurationis ſuum quisque negotium exſequerertur.* De enallage modorum dictum iam ſupra c. 7. 6. IAEGERVS. *Schenckius* pro *memorabant* legit *ignorabant.* IDEM. In Adpend. Obſerv. ad Panegyr. vet. An *numerabant* praeſtat? ut haec confuſa ſunt apud *Arator.* II. 619. ſed vulgatum tueri malim.

3. *Vt reſiſteres*] Vt ſtares; infra 22. *dicuntur interdum flumina reſiſtere, arreſter.* PVTEANVS. Vid. ſupra c. 7. 8. & infra 22. 2. IAEGERVS. Vid. *Schwarz* ad *Mamertin.* Genethl. 11. 2. & Not. ad *Eumen.* Conſtantino 11. 1.

Oculis ſequi] Supr. in *Mamertini* Panegyr. Maxim. *neque milites, non dico ſtipatione atque comitatu, ſed ſaltem oculis ſequi poſſent.* PVTEANVS. *Plinius* Paneg. 81. 4. *vela aut oculis ſequitur.* addantur, quae notavi ad *Mamertin.* Paneg. Maximian. 5. 3. Genethl. 12. 4.

Acceſſiſſe] Sub. te. Vid. quem iam laudavimus, *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 31. 7. Iugurth. 102. 9. IAEGERVS. De palatio Romano, Imperatorum Romae degentium ſede, vid. *Gothofred.* ad Cod. *Theod.* T. VI. p. 285.

4. *Vt inde excederes*] *Vitium excederes* Vet. *utrum exc., Bertin.* Forte *ut iterum excederes.* LIVINEIVS. Ita Edd. omnes. *Moerl. vicum exc.* Suſpicatur *Livineius*, *ut iterum exc.* Non inepte. IAEGERVS *Vt* eſt ſimulac, quando, quo ſenſu ſubiunctivo quoque iungi oſtendit *Oudendorp.* ad *Sueton.* Aug. 94. Tiber. 65. *Livius* V. 15. 11. *ut quando aqua Albana abundaſſet.* haeret in locutione *Dukerus*; mihi *quando*, tamquam gloſſa, videtur delendum.

5. *Humeris ſe*] Auctor, quem modo dixi, in Ciceronem: *Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem, quem Minerva omnes artes edocuit, Iuppiter Opt. Max. in conſilium Deorum admiſit, Italia exulem humeris ſuis reportavit.* Ipſe *Cicero* extrema Oratione poſt reditum in Senatu: *Cum me veſtra auctoritas accerſierit, populus R. revocarit, Reſp. implorarit, Italia cuncta paene ſuis humeris reportarit*, &c. Q. Haterius apud *Senecam* Prooem. Controv. 2. lib. VII. *Qui modo Italiae humeris relatus eſt, nunc ſic a Popillio refertur.* LIVINEIVS. & BAVNE. M. Tullius Cicero potentium odio, P. Clodii praecipue, in exilium actus, mox omnium conſenſu, curante Cn. Pompeio, in patriam revocatus, magnaque populi frequentia reportatus. Auctor *Plutarchus* in eius vita. PATAROL.

Quocumque progreſſus] Vet. *quacumque.* PVTEANVS. *Quacumque* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed rectius Cod. *Liv. Bert. Put. Moerl.* cum reliquis Edd. *quacumque.* IAEGERVS. *Quacumque* primus recte recepit *Gruterus.*

Et oculis fere geſtavit] Vet. & *Vatican. & humeris ferre geſtivit.* Omnes libri melius, *ferre geſtivit.* Sic ſupra in Panegyr. Maxim. & Conſtantin. *Vt cum te ad Capitolini Iovis gremium vel oculis ferre geſtiret.* PVTEANVS. *Ferre geſtivit* Vet.

bus munerum, ſacrorumque ludorum, quam te ipſum, ſpectare potuerunt; qui tuus eſſet fulgor oculorum, quae totius corporis circumfuſa maieſtas, quae oris
7 dignitas. Gaudere cuncti ſpectaculorum mora, & familiaribus ſibi artificibus ob hoc ſolum favere, quod te praeſente certarent.

Cap. XX. Nam quid ego de tuis in curia ſententiis, atque actis loquar? quibus Senatui auctoritatem priſtinam reddidiſti, ſalutem, quam per te receperant, non imputaſti, memoriam eius in pectore tuo ſempiternam fore ſpopon-

Vet. *Bertin. Cuſpin.* Egregie. Incertus in Maximianum & Conſtantinum: *Te primo ingreſſu tuo tanta laetitia, tanta frequentia P. R. excepit, ut, cum te ad Capitolini Iovis gremium vel oculis ferre geſtiret, ſtipatione ſui vix ad portas Vrbis admitteret.* LIVINEIVS. Quorſum illud *fere*? Forte, *ferre geſtivit*; ut Paneg. Maxim. ACIDALIVS. Plus hoc & ſublimius, quam *humeris*. Hoc eſt, non tantum humeris, verum etiam oculis. Eadem formula ſupra Panegyrico nuptiali ad Maximianum & Conſtantinum cap. 8. n. 7. CELLARIVS. Sic *Rhenan. Stephan Livin.* Quod depravatum eſſe vidit *Acidalius*, & coniectura emendavit *ferre geſtivit*; feliciter. Haec proba lectio reperitur in Cod. *Liv.* & *Bert.* & Ed. *Cuſp.* ac poſterioribus. Cod. *Put. progreſſus es, & humeris & oculis ferre geſtivit. Moerl. & humeris & oculis ſemper geſtivit.* τὸ *& humeris* ex ſuperioribus inepte repetitum IAEGERVS. Vtrum in Cod. *Putean.* lectum fuerit *& humeris & oculis*, ex variantium libello in Ed. *Pariſiens.* non ſatis liquet, ſed excerpta penes me indicant. In *ferre geſtivit* Codicis *Vaticani* mentionem eadem omiſit editio, quam ex iisdem excerptis addidi. Veram hanc lectionem primus recte dedit *Paull. Stephanus*, quem ſecutus eſt *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Ex Codd. reſcripſi, *& humeris & oculis*, ut dudum feci ad *Arator.* Epiſt. ad Vigil. 6. ita enim differentiam Ciceronem inter & Conſtantinum indicat; ille humeris tantum erat reportatus, hunc & humeris & oculis ferre ſtudebant, quo maior indicaretur civium amor. De more Imperatorem humeris geſtandi vid. Notas ad *Plinii* Paneg. 22. 2. *Ritterſhus.* ad *Corippum* II. 137.

6. *Sacrorumque ludorum*] *Aeternorumque ludorum* Vet *Bertin.* LIVINEIVS. Solennes huiusmodi ingreſſus largitionibus, ludis, ſpectaculis celebrari ſolitos nemini non notum. BAVNE. *Moerl ceterorumque ludorum.* IAEGERVS. Quos menſe Decembri fuiſſe habitos ſtatuit *Gothofredus* Chronol. Cod. *Theodoſian.* p 6. quo Romae Imperatorem fuiſſe praeſentem oſtendi ſupra p. 463.

Spectare potuerunt] Vox ultima ſpurium quid reſipit: certe ſalva ſententia abeſſe poteſt. GRVTERVS. Forte *optarunt*, aut *putaverunt*, id eſt, aeſtimarunt, vel *petiverunt.* ACIDALIVS. Poteſt haec conſtans omnium librorum ſcriptura etiam ſine mutatione explicari. *Diebus munerum & ludorum homines in Conſtantino ſolo obtutum figebant, adeo, ut, praeter ipſum, nihil omnino ſpectare poſſent.* IAEGERVS.

Totiusque corporis] *Quae totius*, *Bertin* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed Cod. *Bert.* & cum eo reliqui omnes, *quae totius c. c. m.* IAEGERVS. *Quae totius* recepit primus *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. De egregia hac Conſtantini forma vide ad Incertum Maximian. 3. 3. & ſupr. 7. 5.

7. *Artificibus*] *Artifices* dici hiſtriones, aurigas, & gladiatores *Erneſtius* docet in Cl. *Ciceron.* V. *Artific* IAEGERVS.

Favere] De favore ſpectantium in theatro, & Circo vid. *Lips.* Elect. II. 10. *Caſaubon.* ad *Vopiſci* Aurelian. 48. *Brouckhus.* ad *Tibull.* II. 5. 110. IDEM. De uſitato in his *favoris*, & *favere* uſu monuit *Iaegerus* ad *Corippum* I. 201.

1. *Non inputaſti*] Vid. ad *Eumen.* Conſtantino 3 1.

2. *Et quamvis verba*] *Quamlibet verba* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Vnde ſolus ediderit *Livineius*, *& quamvis*, ignoro. Alterum ſervant omnes Codd. & editi.

Nota ſint] Forte *ignota*. LIVINEIVS. & ACIDALIVS. *Livineius*, & *Acidalius* iudicant legendum eſſe *ignota*. Sed in vitium omnes iuraſſe putes, praeter *Moerl.* in quo eſt, (proxime ad hanc lectionem, ſed cum nota liturae) *inota*: quod tamen, cum manum emendatricem paſſus ſit h. l., genuinum eſſe non auſim contendere. Mihi ſic videtur. Particulam *non* frequenter praetermitti infinita exemplorum copia oſtendit *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. c. 23. 1. c. 30. 4. c. 40. 3. c 61. 6. & alibi paſſim. Igitur & hic *nō* facile, praeſertim cum eaedem ſint duae priores litterae vocis *nota*, potuit negligi & omitti. Eam itaque par-

pondiſti. Dicerem plura de divinis orationibus tuis, de oblata potius, quam 2
impetrata, benignitate: niſi mallem dicta reticere, dum propero facta laudare.
Quamlibet verba tua in Senatu habita nobis nota ſint, tamen, qualia fuerint,
clementiae tuae gloria nuntiavit. O tandem felix civili, Roma, victoria! ir- 3
rupit olim te Cinna furioſus, & Marius iratus, qui non ſolo ſe Octavii Con-
ſulis capite ſatiarunt, ſed, luminibus civitatis exſtinctis, exempla, quae nunc
toto ſexennio paſſa es, reliquerunt. Vicit tibi iterum ante portam Collinam 4
Syl-

particulam, ſuadente ac poſtulante ſententia, contextui inſerui. Proxime pro *ſint*, *Moerl. ſunt.* IAEGERVS. Vt *non* inſeratur, poſtulare quidem videtur ſententia; cum, ſi *nota* fuiſſent, non opus eſſet, ut nunciarentur, ſed qui hoc praecedentibus conveniat, non video. Si *non nota* fuerint, unde tum ſcivit? iis Senatui auctoritatem eſſe redditam, & quae alia memorat. Praeterea, quomodo quis orationis ignarus ſeſe *plura* de eadem *dicturum* adfirmare poteſt? *Nota* igitur Noſtro fuerant, quae in Senatu dixerat Conſtantinus, ſed dictorum veritatem probarunt clementiae *facta*, quae oſtendebant *benignitatem* non ſolis eſſe verbis *oblatam*, ſed rebus ipſis factisque praeſtitam, ex quibus patebat, quo animo haec dixiſſet Imperator, & *qualia* fuiſſent *dicta*, vera, an falſa.

3. *Tandem felix*] Poſt alias enim victorias civiles infelix ferme Roma fuit, oppreſſa ſemper a victoribus eiusdem libertate: at illa Conſtantini victoria ipſa quin immo libertati eſt reſtituta. PATAROL.

Olim te] *Te olim*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Cinna] *Sylla*, *Bertin.* Falſo. IDEM. Nota hiſtoria civilis belli Mariani ex *Velleii* II. 24. ſeq. *Flori* III. 21. *Eutropii* V. 4. 5. ut de Graecis, *Plutarcho*, *Appiano* taceamus. CELLARIVS. Quare dictum a *Floro* lib. IV. cap. 2. *Mariana quidem*, *Cinnanaque rabies.* Cinna iratus, quod abrogatus ſibi fuiſſet Conſulatus, patriae bellum intulit, Marioque iunctus, poſt disiectum Pompeii Senioris exercitum, Vrbem victor ingreſſus eſt, acriterque in cives deſaeviit. *Velleius* lib. II. cap. 20. &c. *Florus* lib. III. cap. 21. *Appian.* lib. I. PATAROL. *Pacatus* Paneg. 46. 1. *Tu, quae experta Cinnanos furores.* ubi Not.

Marius iratus] Hic ab Africa, quam exul ab Italia petierat, reverſus clade maior, vi patriam repoſcens, ubi fuerat expulſus, victo Octavio Conſule, introductoque Romam exercitu, omnia caedibus miſcuit. *Velleius* cit. cap. 22. *Florus*, & *Appianus* ibid. PATAROL. Inde *Marium poſt exſilia crudelem* dixit *Pacatus* Paneg. 46. 1. ubi Not.

Quando ſolo] *Qui non ſolo* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livineius* in contextu *quando ſolo ſe.* &c. Falſo. IAEGERVS. Vnde ſolus ita ediderit *Livineius*, ignoro.

Octavii] Verba *Velleii* loco cit. *Excelſiſſimi quique eminentiſſimae civitatis viri variis ſuppliciorum generibus affecti. In iis Conſul Octavius, vir leniſſimi animi, iuſſu Cinnae interfectus eſt.* PATAROL.

Luminibus civitatis] *Virgilius* Aen. XI. 349.

Lumina tot cecidiſſe Ducum.

ubi etiam ex Graecis φάος, ὀφθαλμὸν, ἄστρον, contulit *Cerda*, & quae notavi ad *Mamertini* Genethl. 12. 2. *Vrbis lucem* Iuſtinianum dixit *Corippus* I. 250. vocem reſtituendam puto *Ciceroni* ad Divers. VII. 19. *qui* (iuris libri) *quamquam plurimi ſunt*, *doctorem tamen unum quem deſiderant.* ex Codd. edidit *Cortius*, *uſumque deſiderant;* probo tantum Cod. *Traiectini* ſcripturam, *lumenque deſiderant*, ſive explices doctorem inluſtrem, iuris civilis lumen, ſive librorum eorumdem interpretationem. Noſtri locum cogitaſſe videtur *Pacatus* Paneg. 46. 2. ubi de Syllae & Marii temporibus: *exſtincta domi Senatus tui lumina*, *ſuffixa pilo Conſulum capita.*

Toto ſexennio] Sex annos Maxentium imperaſſe tradunt communiter Scriptores. PATAROL.

4. *Tibi iterum*] *Iterum tibi* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ex compendio ſcribendi *Moerl.* habet *tibi ter.* IAEGERVS.

Collinam] *Collatinam*. Collatina porta Romae, a Collatia oppido, ad quod per eam portam fiebat iter. *Feſtus.* BAVNE. Romana porta eſt, ad quam Sulla Marianas partes proſtravit. Lege eosdem. CELLARIVS. Porta Collina, quae & prius *Agonenſis*, & poſterius *Salaria* dicta eſt, in regione quinta, ſeu Eſquilina Vrbis erat. Ibi a L. Sylla victae, ac fuſae Marianae partes, quarum duces erant Marius Iunior, & Teleſinus Samnitum dux. *Florus* loco cit. *Velleius* Lib. II. cap. 26. Pater *de la Baune* legit *Collatinam*, ſed Collatina alia

Sylla : felix , ſi ſe parcius vindicaſſet ; ſed enim multis capitibus Roſtra complevit. Conſtantinus victoriae licentiam ſine praelii terminavit : gladios ne in eorum quidem ſanguinem deſtringi paſſus eſt , quos ad ſupplicia poſcebas.

Cap. XXI. Deditam ſibi idem Sylla exarmatamque legionem, in villa publi-

alia eſt a Collina: &, quae hic a Noſtro afferuntur, ad Collinam contigere, ut ex adductis Hiſtoricis ſatis patet. PATAROL. Equidem nec in Hiſtoricis Romanis, qui hanc victoriam Sullae narrant, E. G *Vell. Pat.* lib. II. c. 27. *Floro* lib. III. c. 21. *Collatinae* portae mentionem, nec in ullo alio exemplo hanc ſcripturam invenio: in omnibus recte legitur *Collinam.* Redonamus itaque *Baunio Collatinam* ſuam, quam ſolus tuetur. IAEGERVS. *Pacatus* Paneg. 46. 3. *Cannis Collina feralior.* ubi Not.

Felix] Sublato Mario Sylla *Felicis* nomen aſſumpſit, teſte *Velleio* lib. II. c. 27. auratam ipſi equeſtrem ſtatuam pro Roſtris poſitam ſcribit *Appianus* lib. I. hoc cum titulo: *Cornelio Syllae Imperatori Felici.* PATAROL. *Plinius* Hiſt Nat lib. VII. c. 43. ſect. 44. *Vnus hominum ad hoc aevi Felicis ſibi cognomen adſeruit L. Sylla, civili nempe ſanguine, ac patriae oppugnatione adoptatum. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium, ac trucidare potuiſſet.* *Velleius* II. 27. *Sulla —— Felicis nomen adſumſit: quod quidem uſurpaſſet iuſtiſſime, ſi eumdem & vincendi & vivendi finem habuiſſet.* IAEGERVS. *Pacatus* Paneg. 46. 1. *Syllam tua clade Felicem.* ubi alia Pater meus.

Sed multis] *Sed enim multis, Bertin. ſed enim vero*, Vet. Forte *ſed enimvero.* LIVINEIVS. Enumerat *Florus* loco cit. PATAROL. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. ſed mult. cap.* omiſſis vocibus *enim vero. Bert.* omiſſo *ſed* habet *enim*, Cod. *Liv. enim vero;* unde *Livineius* recte iudicavit, utramque ſcripturam, per ſe indigentem, & mancam, alteram alterius auxilio egere. Lectionem ab eo in margine propoſitam *ſed enim vero* reliqui omnes tenent. *Moerl.* exhibet *etenim*, ſollemni illa vocularum *ſed* atque *&* permutatione IAEGERVS. *Enimvero* inſeruit *Gruterus*, quamvis in utraque Edit. neglexerit *Rivinus.* Dedi *Bertin.* ſcripturam, maxime ſe commendantem. *Ovidius* Amor. III. 2. 73.

Sed enim revocate Quirites.

Statius Theb. V. 699.

Alipedum curru ſed enim ſublimis Adraſtus.

Severus Fragm. v. 1.

Oraque magnanimum ſpirantia pene virorum
In roſtris iacuere ſuis; ſed enim abſtulit omnes.

Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Epit. 67.

Roſtra]. Capita occiſorum pro Roſtris, ad incutiendum aliis terrorem, ſaepius fuiſſe expoſita ſatis conſtat. Vid. *Schwarz.* Diſſert. de Roſtris Fori Romani §. 18. IAEGERVS. Conf. *Florus* IV. 6. 5.

Fine praelii] Sic *Tullius* pro M. Marcello c. 6. de Caeſare: *Vidimus tuam victoriam praeliorum exitu terminatam; gladium vagina vacuum in Vrbe non vidimus. Quos amiſimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriae, ut dubitare debeat nemo, quin multos, ſi fieri poſſet, C. Caeſar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conſervat, quos poteſt.* IAEGERVS.

Diſtringi] Iubentibus Viris doctis, *Drakenb.* in primis ad *Livium* VIII. 7. reſcripſi *deſtringi.* IDEM. Recte; conf. ſupra 12. 2.

Poſcebas] Hoc ex Edd. antiquioribus reſtituo. *Poſcebat*, forte typographi errore, dedit *Baunius*, quem praeter *Patarolum* reliqui ſunt ſecuti. Cum ex Codd. nihil monuerit *Puteanus*, & *Livineius*, in illis quoque *poſcebas* exſtitit, & vere; in altera enim ſcriptura eſt, quod ſibi ſit adverſarium. Gladios ne deſtringi quidem patiebatur Conſtantinus, & tamen ad ſupplicia poſcebat ; haec ſane non cohaerent. *Poſcebas* ad Romam pertinet, quam in praecedentibus adlocutus eſt Auctor, quaeque victos, quibus parcere maluit Conſtantinus, ad ſupplicia poſcebat.

1. *In villa publica*] *Florus* dicto loco : *Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici iuſſit.* CELLARIVS. & PATAROL. De crudelitate Syllae poſt victoriam, vide, ſis, praeter Hiſtoricos a *Cellario* laudatos, *Valer. Max.* IX. 2. 1. *Senec.* de Benef. V. 16. *Lucan.* I. 139. ſqq. IAEGERVS. Non omnes fuiſſe cives, quod tradit *Florus*, ſed maximam partem Samnites, probat *Dukerus* ad *Flor.* III. 21. 24. ubi etiam de quo-

blica, trucidavit, perculſumque morientium gemitu Senatum monuit, ne timeret, quod ipſe iuſſiſſet. At iſte victor non modo hoſtium, ſed etiam victoriae 2
ſuae, quidquid militum bello ſuperfuit, tibi reſervavit. Tibi enim iam militant, quos exſutos armis impiis adverſus hoſtes barbaros rurſus armavit. Iam, 3
obliti deliciarum Circi maximi, & Pompeiani theatri, & nobilium lavacrorum, Rhe-

quorumdam Hiſtoricorum diſſenſu agit, quibusdam Ovilia, aliis villam publicam, aliumve locum memorantibus; adde Notas ad *Senec.* de Benef. V. 16.

Morientium] Id eſt, qui iam iam eſſent morituri, de quo *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 14. 1.

2. *Victoriae ſuae.*] *Pacatus* in Theodoſium: *Clementia, Imperator, tua quo caelo, quo pigmento, quo aere aurove ducetur, qua tu ipſius victoriae victor ita omnem cum armis iram depoſuiſti, ut ceciderit nemo poſt bellum, certe nemo poſt Maximum. Cicero* pro M. Marcello: *Ipſam victoriam viciſſe videris, cum ea ipſa, quae erat adepta, victis remiſiſti*, &c. LIVINEIVS. & BAVNE. Ad *Ciceronis* locum cap. 4. alia adtulit *Abramus*, Noſtri etiam non inmemor.

Armis Imperator] Vet. *armis impiis.* Recte. Alloquitur enim Romam. PVTEANVS. *Armis impiis;* ſic recte, ut *Fabr. Bongars. Pulm.* IDEM. *Armis impiis adv.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Quia pro Tyranno contra patriam decertabant. PATAROL. Ita *Rhenan. Stephan. Livin. Baun.* Vocem *impiis*, omiſſa *Imperator*, habent *Cuſpin.* & Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl.* At *Gruterus*, *Paris.* prior cum *Cellario*, & *Patar.* utramque adſerunt. Τὸ *impiis* & in aliis legi teſtatur *Puteanus.* Ex illius vocis compendio nata eſſe videtur vox *Imperator*, quae, cum in iſtis MSS. haud compareat, non hic retineri, ſed ex ſuperioribus *victor* repeti debet. IAEGERVS. *Impiis*, omiſſa voce *Imperator*, habet quoque *Paull. Stephanus. Armis Imperator* eſt ex antiquiſſima *Puteolana*, quam in pr. ſecutus eſt *Rivinus*, in ſec. *Gruterum*, *armis impiis Imperator* exprimentem. Recte *Imperator* delevit *Iaegerus*, Codd. ita iubentibus. *Inpius* bellis eſt civilibus proprium. *Horatius* II. Od. 1. 29.

Quis non Latino ſanguine pinguior
Campus ſepulcris inpia praelia
Teſtatur.

Cicero Catilin. I. 13. *proficiſcere ad inpium bellum.*

Barbaros] Germanos, contra quos, ordinatis in Vrbe rebus, profectus eſt anno ſequenti. BAVNE.

3. *Deliciarum Circi*] Quibus diffluebant ſub duce Maxentio. BAVNE. Spectaculorum, aliarumque voluptatum, quibus Praetoriani, in Vrbe excubantes, deditiſſimi erant, *πομπῆς μᾶλλον ἢ ἀνδρείας ὑπερέται*, *Herodian.* II. 10. CELLARIVS. Alii erant Romae Circi minores. *Maximus* hic, ita dictus, ſeu quod in ipſo magni ludi Circenſes agerentur, ſeu quod maior caeteris gyro eſſet, ſitus erat inter Aventinum, & Palatinum, a Tarquinio Priſco inchoatus, teſte *Halicarnas.* lib. IV. a Iulio Caeſare productus eſt, referente *Suetonio* cap. 39. inde ab Auguſto, Caligula, Domitiano ornatus, mox a Traiano immenſo latere auctus, ut dictum *Plinii* Paneg. c. 51. tandem ab Heliogabalo etiam columnis, aliiſque ornatibus illuſtratus. PATAROL.

Pompeiani theatri] *Pompeii amphitheatri* Vet. LIVINEIVS. Cn. Pompeius omnium primus manſurum, ut ait *Tacit.* lib. XIV. c. 20., theatrum extruxit lapide quadrato, ad exemplum illius, quod Mitylenis viderat bello Mithridatico. Erat autem in modum hemicycli, cuius ab utroque cornu ſcenae erant, cum ſingulis aris, quarum una Bacchi, altera eius Dei erat, in cuius honorem ludi fiebant. BAVNE. Theatrum cum ſedibus fixis primus extruxit Cn. Pompeius, anno V. C. DCXCIX. prius enim loca illa ad ſpectandum ſubito conſtruebantur, & plerunque Cenſorum iuſſu diſiiciebantur. Innuit utrumque *Tertull.* de Spectac. lib. I. c. 10. Pompeianum theatrum erat in regione Vrbis nona, qua Circus Flaminius. PATAROL. Cod. *Livin.* mendoſe *Pompeii amphith.* Scriptum nimirum fuit *Pompeiam th.*, quod, inſerta ſyllaba *ph*, ſanare voluit corrector. Idem error etiam contaminavit *Plinium* Hiſt. Nat. lib. XXXVI. cap. 15. ſect. 24. ſublatus ab *Harduino*, quem vide in Not. & Emendat. n. XV. p. m. 762. IAEGERVS.

Nobilium lavacrorum] *Novalium lavacrorum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Thermae Traiani, Titi, Agrippae, Syriacae, Commodianae, Severianae, Antonianae, Alexandrinae, Neronianae, Diocletianae, Romae nobiles fuerunt. BAVNE. & PATAROL. *Bertin.* inepte *novalium.* IAEGERVS.

Rheno, Danubioque praetendunt, excubias agunt, latrocinia compeſcunt, cer-
4 tant denique cum victoribus, ut, civili bello victi, hoſtibus comparentur. Nec
tamen id mirum videri poteſt, cum qualemcunque militem fortiſſimum facias
5 tuo, Imperator, exemplo. Non enim feſſus praeliis, & expletus victoriis, ut
natura fert, otio te & quieti dediſti; ſed eodem impetu, quo redieras in Gallias
tuas,

Rheno Danubioque] Contra Gallos, Germanos, & Dacos. PATAROL.

Praetenduntur] *Praetendunt* Vet. quod ſequor. *Pacatus*: *Vix Iberum tuum videras, iam Iſtro praetendebas. Virgilius.*

Hic ſaevus tendebat Vlyſſes.

LIVINEIVS. & BAVNE. Caſtra habent hoſtibus praetenta ad cuſtodiendum limitem. CELLARIVS. Sic legit Editio *Pariſienſis*, cum multis aliis: at non male in quibusdam legitur *praetendunt*, ut & in MS. Divi *Marci*, quod verbum ſic ab Auctoribus uſurpari notat *Turnebus* Advers. lib. IV. cap. 7. *Praetendere* autem eſt ante tendere, & *praetenturae* ſunt praeſidia quaedam, quae pro caſtris, ſive aliis munimentis ad maiorem ſecuritatem conſiſtunt. Vtitur hac voce in hoc ſignificatu *Ammian. Marcell.* lib. XIV. cap. 3. PATAROL. Sic omnes omnino, excepto Cod. *Liv.* & MS. D. *Marci*, in quo legitur *praetendunt.* Probat hanc lectionem *Livineius*, & firmat loco *Pacati* c. 10. 2. & *Virgilii* Aen. II. 29. His addi poteſt *Frontin.* Strateg. II. 3. 14. *Cn. Pompeius in Albania, quia hoſtes innumero equitatu praevalebant, iuxta collem in anguſtiis protegere galeas, ne fulgore earum conſpicui fierent, iuſſit milites; equites deinde in aequum procedere, ac velut praetendere militibus*, &c. ad quem locum *Schwebel.* oſtendit, *praetendere* dici militum ſtationes, quae ad defendenda caſtra, civitatem, regionem, provinciam hic illic diſponuntur, ne inopinatis hoſtium incurſionibus locus relinquatur. Conf. etiam, ſis, *Turneb.* Advers. IV. 7. Lectionem illam, a *Livineio* proditam, in contextum admiſit *Cellarius*, quem ſequor. IAEGERVS. Recte *Cellarius*, neque aliter locum exhibuit *Valeſius* ad *Ammian.* XIV. 3. & ex ſuo Cod. *Schwarzius* ad *Pacati* Paneg. 10. 2. ubi de huius verbi uſu plura Eruditi, quod per longe lateque ad regionum latera porrigi explicat *Schulting.* ad *Senecae* Suaſor. VII. p. 48. cui addantur *Barthius* ad *Claudian.* in Rufin. I. 124. *Gothofredus* ad Cod. *Theodos.* T. II. p. 369. *Cortius* ad *Plinium* VII. Epiſt. 27. 8. *Danubii oram praetexere* dixit *Auſonius* Grat act. 18. 1. Patet autem ex hoc loco, devictum Maxentii exercitum, maxima ex parte, in Galliam, aut ad Danubium a Conſtantino fuiſſe traductum, qui ſuis eumdem copiis adiunxit, quod etiam vidit *Schoepflin.* Alſat. inluſtr. T. I. p. 394.

Cum victoribus] Id eſt, addunt ſe tuis, una cum illis pugnaturi contra communes hoſtes, ut, qui ante civili bello victi ſunt, hoſtilibus bellis nullo modo ſe aliis inferiores promant. BAVNE.

Hoſtibus comparentur] Lege *hoſtilibus.* ACIDALIVS. Antea deſides & ignavi ſub Maxentio, ideoque victi; iam in limite tam fortes, & victoriarum aemuli, ut cum ferociſſimis hoſtium, Germanis, componi poſſint. CELLARIVS. Miror, *Cellarium*, deſerta optima interpretatione *Baunii*, aliam commentum eſſe, nullo modo probabilem. Nihil veriſimilius eſt emendatione *Acidalii.* Nam *hoſtibus* & *hoſtilibus* permiſceri oſtendit *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 17. 2. & *bellum* civile *hoſtilibus* opponit etiam *Cicero* pro Rege Deiotaro c. 5. *Ad eum igitur* (Cn. Pompeium) *Rex Deiotarus venit, hoc miſero fatalique bello, quam antea iuſtis hoſtilibusque bellis adiuverat.* IAEGERVS. Habet quidem, quo blandiatur, *Acidalii* coniectura; non tamen ideo deſerenda eſt vulgata, quam ſervant Codd. Neque video, quare *civili bello* opponi haud poſſent *hoſtes*, id eſt, bellum iuſtum & ſollemne gerentes.

5. *Magna enim intercapedine*] Forſan legendum, *non magna intercapedine.* RHENANVS. Vet. *magna ſcilicet interc.* PVTEANVS. *Magna ſcilicet int.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* κατ' εἰρωνείαν. LIVINEIVS. Addi volunt, *non magna intercap.* At videre debebant, Ironice haec efferri. cui figurae aptiſſimum illud *enim*, quod iidem expungunt. ACIDALIVS. Breviſſimo tempore. Ironia. CELLARIVS. *Magna ſcilicet*; ſic legunt omnes: ſed, aut Ironice haec intelligenda cum *Cellario*, quod crediſſe videtur etiam *Acidalius*; aut ſane ita legendum, *brevi ſcilicet intercapedine temporis, ac magna locorum diſtantia*, &c. alioquin vis orationis ſibi non conſtet, neceſſe eſt. *Non magna intercapedine temporis, ac brevi locorum* &c. cogitavit olim legendum *Caſaubonus* in margine Editionis *Genev.* A. 1638. PATAROL. Haec eſt

tuas, perrexiſti ad inferiorem Germaniae limitem; magna ſcilicet intercapedine temporis, ac brevi locorum diſtantia poſt annuam expeditionem ſtatim bello auſpicatus, a Tiberi ad Rhenum, imo (ut omen & ſimilitudo nominis, ſic & tua, Imperator, magnitudo animi pollicetur) a Tuſco Albula ad Germanicum Albim prolaturus imperium.

Cap.

eſt lectio *Rhenan. Stephan. Livin.* Suſpicatur *Rhenanus* legendum eſſe, *non magna intercaped.*, quod improbat *Acidalius*, monens, ironice haec efferri: cui figurae aptiſſimum iudicat illud *enim*. Equidem non nego, hanc coniunctionem, aeque atque γὰρ Graecorum, ironice interdum ſumi. Vid. *Heuman.* ad Orat. *Ciceron.* pro Archia c. 5. n. 6. verum cum, loco eius, Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl. Schonhov. Cuſp.* cum reliquis omnibus praeferant *ſcilicet*, nolui teſtium tam integrorum fidem ſpernere; quamquam facile concedam, fieri potuiſſe, ut vox *ſcilicet*, interpretamentum τῆς *enim*, extruſa hac, locum eius occupaverit. IAEGERVS. *Magna enim* antiquiores Editi, & in utraque *Rivinus*. *Magna ſcilicet* dedit quoque *Paull. Stephanus*, deinde *Gruterus*, & poſteriores. Haec vera lectio; brevi enim tempore longum locorum erat intervallum emenſus Conſtantinus; ironice autem longum tempus itineri, breve locis intervallum tribuit. Quam cito autem Mediolano ad Germaniae limitem ſit profectus, ex hiſtoria docui ſupra p. 464. & *Gothofredus* Chronol. Cod. *Theodos.* p. 7..

Annuam expeditionem] Hoc vulgo capiunt, expeditionem contra Maxentium per annum duraſſe, & cum victus fuerit VI. Kal. Novembr. anno CCCXII. illius initium, huius loci auctoritate, ad annum praecedentem referunt. Vid. Notae ad *Lactant.* M. P. 43. *Sigonius* de Occid. imp. Opp. T. I. Part. II. p. 75. ubi *Ianuar.* ſed Hiſtoricae veritati haec parum convenire, cum per menſem, & amplius, duraverit tantum expeditio, probatum dedi ſupr. ad init. *Annuam* igitur potius dici puto, quia poſt victum Maxentium annus erat elapſus, cum hic haberetur Panegyricus, quem ideo poſt VI. Kal. Nov. anni CCCXIII. dictum fuiſſe ſuſpicabar ibid. p. 464. ita *annua exceptio* eſt, quae anno praeterlapſo datur. L. 1. §. 10. D. Quand. de pecul. act. annal. Forte tamen legendum, *poſt annum expeditionem bello auſpicatus*.

Bello auſpicatus] *Bella*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS & ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Gruter. Paris. Patar. Acidalius* legi iubet *bella*, ut in *Lang.* reperitur, & a *Cellario* editum eſt, quem & nos ſequimur. IAEGERVS. *Bella* videtur eſſe ex ſola coniectura, quae ſatis haberet, quo commendaretur, niſi obſtaret pluralis, cuius numeri rationem vix de uno bello videre me fateor. Obſtat quoque Codd., omniumque Edd. ante *Cellarium*, & poſt eum *Patarol.* conſenſus. Priſcam itaque ſcripturam reſtitui. *Bellum*, id eſt verum & legitimum contra Francos, *expeditioni*, ſive Maxentii latrocinio opponit. *Bello auſpicatus* idem eſt atque a bello, per bellum. Incert. Maximian. 4. 2. *ab ipſis eorum regibus auſpicatus es.* Si tamen placeret coniectura, quam propoſui, *poſt annum*, vulgata notione foret accipienda *expeditio*.

Nominis ſit & tua] *Sit* deleam. LIVINEIVS. Alii deletum eunt illud *ſit*, ſed pudentius *Daniel*, qui inde facit *ſic*, quod valde probem, dummodo interpunctione mutata fiat, *nominis, ſic & tua*, etc. GRVTERVS Deleo τὸ *ſit*, aut muto *ſed &*, ACIDALIVS. Malo obtemperare *P. Danieli*, & *Grutero*, reſcribentibus *ſic*: quia litterae *c* & *t*, in ſcriptura Longobardica plane ſimiles, a Librariis ſaepe permutantur. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* VI. 34. Non erit mihi, ſpero, fraudi neceſſaria haec diſceſſio a ſcriptura omnium, quos vidi, librorum. IAEGERVS. Recte neceſſariam dicit Vir Clariſſ. quia in vulgata haud eſt, quod conſtruas. Et fere haec in Codd. non dignoſcuntur, unde frequens eorum permutatio, ut in *Mamertini* Paneg. 1. p. 11. apud *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 18. 1. *ſit animo* Vet. *Puteani* habet, alii *ſic*.

Albula] Qui & *Tiberis*, teſte *Plinio*: ſic ab aquarum albedine dictus eſt fluvius Hetruriae celebratiſſimus, Romam interluens. Is de ſe ipſo apud *Ovidium* lib. V. Faſtor. 645.

Venit & Alcides, turba comitatus Achiva,
Albula, ſi memini, tunc mihi nomen erat.

Virgilius Aeneid. lib. VIII. 332.

Amiſit verum vetus Albula nomen, etc.

BAVNE. & PATAROL.

Germanicum Albim] De Albi, Germaniae flumine, dixi ad Panegyric. II. cap. 16. PATAROL.

Cap. XXII. Quiſnam iſte eſt tam continuus ardor? quae divinitas perpe-
2 tuo vigens motu? Omnium rerum intervalla ſunt. Ceſſat terra novalibus; di-
cuntur interdum flumina reſiſtere; & ipſe dies noctibus adquieſcit: tu, Conſtanti-
ne, ſolus infatigabilis bellis bella continuas, victorias victoriis cumulas. Quaſi
3 praeterita ſint oblitterata, ſi deſinas, non putas te viciſſe, niſi vincas. Ruperat
fidem

Παρανομασία, de qua vid. *Voſſ.* Inſtit. Orat. V. 5. I. IAEGERVS.

1. *Perpetuo ingens motu*] Vet. *vigens.* PVTEANVS. Lege *vigens.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan.* & cum eo *Stephan.* Ceteri omnes recte, ut iam *Acidalius* coniectura emendavit, *vigens.* Sic *Virgil.* Aeneid. IV. 175. de Fama:

Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo.

IAEGERVS. *Vigens* etiam *Schonhovii* excerpta, quod iam in antiquiſſima *Puteolana*, & *Livineii.* Nihil verius. *Pacatus* Paneg. 10. 1. *iugi agitatione ſe vegetat aeternitas.* ubi *Putean.* *Mamertinus* Genethl. 3. 2. *quidquid inmortale eſt, ſtare neſcit, ſempiternoque motu ſe ſervat aeternitas.* ubi Not.

2. *Novalibus*] *Novale eſt*, inquit *Plinius* lib. XVIII. cap. 19. *quod alternis annis ſeritur.* & *Varro* lib. IV. de Ling. Lat. *qui intermittitur a novando novalis ager.* PATAROL. Infr. ad *Mamertin.* Grat. act. 17. 1.

Reſiſtere] Doceat me, qui novit. Ego fabuloſe dictum puto. PATAROL. Si ad fabulas retuleris, huc pertinebunt flumina, quae cantu ſaepe ſiſti Poetae narrant; ſed eo non eſt opus, neque locus adeo difficilis, ut multa doctrina eius indigeat interpretatio. *Reſiſtere* eſt ſtare, gelu concreſcere. Ita Rhenus *gelu* dicitur *reſiſtere* apud *Eumen.* Conſtantino 11. 1. eamque hoc eſſe loco ſignificationem, addiſcere iam potuiſſet *Patarolus* a *Puteano* ſupr. 11. 3. ubi loca citata vide. Cum enim ſua ſint rebus intervalla, ſive vices, in iis hoc quoque eſt, ut flumina, quae iam fluant, alio tempore concreta conſiſtant.

Et ipſe dies] *Sed ipſe* Vet. Forte *Sed et.* In *Bertin.* & abeſt. *ſol ipſe*, *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Sed* etiam *Moerl.* Mihi hic quoque videtur ſollemnis illa permutatio vocum *ſed* atque *&* fieri, de qua iam ſaepe diximus. Memorabilis eſt lectio *Cuſpinian.* *& ſol ipſe noct. acquieſcit.* IAEGERVS. Mirifice *ſol* placet, cui egregie convenit *adquieſcit*, quod veterum de ſolis equis opinionem exprimit, eique magis quam *diei* eſt congruum. Codd. tamen reliquorum in alteram lectionem conſenſus me retinuit, quo minus quid mutaverim.

Bellis bella] Ita paſſim alii. *Ovidius* ex Pont. I. 3. 69.

Arma Neoclides qui Perſica contudit armis.

ubi *contudit aſtu* emendare non debuiſſet Cl. *Wacker.* Amoen. Litter. cap. 13 *Lucanus* VII. 573.

Confractique enſibus enſes.

Ioannes Sariſber. VI. 6. *Sic fugientium veſtigiis inhaerebat, ut premeretur*

Pede pes, & cuſpide cuſpis,

& umbo umbone repelleretur. parem elegantiam *Martiali* Epigr. I. 104. reddere ſtuduit Erud. *de Rooy* Coniect. Crit. p. 12. ut legatur:

Explicat & menſas unica menſa duas.

pro *coenas.* mihi non eſt dubium, quin *Lucano* ſit reſtituenda, Pharſal. I. 6.

Infeſtiſque obvia ſignis
Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

dudum mihi placuit, *Signa, aquilis aquilas*; idem poſtea *Clercquio*, tranſpoſitis tamen vocibus, in mentem veniſſe deprehendi, Specim. I. Obſerv. in *Lucanum* p. 4. qui antitheſin ex *Virgilio* confirmat, ſed ex ipſo *Lucano*, praeter citatum modo locum, confirmetur emendationis veritas; ita III. 444.

Vt primum roſtris crepuerunt obvia roſtra.

lib. V. 783.

Frangitur armatum conliſo pectore pectus.

Cumulas] Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 1. 7.

Niſi vincas] Similiter de Caeſare *Lucanus* II. 656. ſq. *Cae-*

fidem gens levis & lubrica barbarorum, &, robore atque audacia lectis eruptionis auctoribus, inſtitiſſe Rheno nuntiabantur. Illico obvius adfuiſti, & praeſentia tua, ne auderent tranſitum, terruiſti. Et iam videbaris rem votis tuis feciſſe con- 4
trariam, quod, inhibita eruptione, non foret materia victoriae, ſed inopinato conſilio uſus. Abeundo enim, ſimulato nuntio maioris in ſuperiore limite tumul- 5
tus,

Caeſar in omnia praeceps,
Nil credens acti, ſi quid ſuperaret agendum.

IAEGERVS.

3. *Gens levis*] Fortaſſe Bructeros intelligit, ob ea, quae dicuntur cap. 23. *ut ingrati & perfidi.* PVTEANVS. Ita Francos appellat, ut Romano Imperatori blandiatur, quod ſupra obſervavi. BAVNE. De Francorum perfidia vid. *Salvian.* de Gubern. Dei I. 4. 123. ibique *Rittershuſ. Vopiſcus* Procul. in fin. & ibi *Caſaubon.* p. m. 762. IAEGERVS. Bructeris quidem tribuitur perfidia apud *Eumenium* Conſtantin. 12. 3. ſed generaliter etiam Francis, iis locis, quae contulit *Livineius* ad *Mamertin.* Paneg. 11. 4. iisque familiare eſſe ridendo fidem frangere teſtatur *Vopiſcus* a *Iaegero* adhibitus.

Audacia, lectis] Apparet aliquid excidiſſe; forte *audacia inſtincti.* LIVINEIVS. Mihi locus ſanus videtur & integer, modo inciſio tollatur, qua in Ed. *Livin.* & *Cellar.* (in aliis recte omiſſa eſt) voces *audacia* & *lectis* ſeiunguntur. Verba Auctoris haud dubie ſignificant, barbaros in legendis ducibus roboris, atque audaciae habuiſſe rationem. Sic *Plinius* Hiſt Nat. lib. XVI. cap. 44. ſect. 89. *Platanus oſtenditur, ex qua pependerit Marſyas, victus ab Apolline, quae iam tum magnitudine electa eſt.* hoc eſt, in qua eligenda iam tum magnitudo ſpectata, vel quae iam tum ob magnitudinem prae aliis electa fuit. IAEGERVS. Nihil hac interpunctione eſt verius.

Eruptionis auctoribus] *Auctores* h. l. ſunt duces. Sic *Tullius auctoritatem* tribuit Caeſari Octaviano, ut imperatori, Ep. ad Divers. X. 28. 8. *Hoc vero certum habeto, niſi ille veteranos celeriter conſcripſiſſet, legionesque duae de exercitu Antonii ad eius ſe auctoritatem contuliſſent, atque is oppoſitus eſſet terror Antonio, nihil Antonium ſceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuiſſe.* Philipp. III. 3. *Huiuſce legionis virtutem imitata quarta legio —— Caeſaris auctoritatem, atque exercitum perſecuta eſt.* h. e. Caeſarem imperatorem, eiusque caſtra eſt ſecuta, &, quae iuſſit, quorumque adeo auctor fuit, fecit. De cetero pro *eruptionis* hic, & *eruptione* n. 4., legendum puto *irruptionis*, & *irruptione.* Nam *eruptionem facere* dicuntur clauſi & obſeſſi, *irruptionem* vero, qui adoriuntur, & obſtantia perrumpunt, ut in aliquem locum penetraturi. Sic pro Lege Manilia *Cicero* 6. *Nam cum hoſtium copiae non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit; tamen pecora relinquuntur*, etc. Litterae *e* & *i* quam facile permutentur, nemo eſt, qui ignoret. Hinc verba *erumpere*, & *irrumpere* etiam confuſa ſunt in *Ovid.* Triſt. II. 305. ubi vid. *Heinſ.* IAEGERVS. *Auctores* mihi malo ſenſu magis ſunt ſuaſores, concitatores, ut *facinoris auctor*, *Velei. Paterc.* II. 46. 5. *coniurationis*, *Eumenius* Conſtantio 16. 2. *latrocinii*, ſupr. 17. 1. Forte praeterea Francis recte tribuatur *eruptio*, qui Rheno, copiisque ad illum limitem poſitis ita erant clauſi, ut velut obſeſſi eſſent, adeoque *erumpere* deberent Rhenum tranſituri. Hiſtoriam tangit *Schoepflin.* Alſat. illuſtr. T. I. p. 394. hoc quoque loco utitur *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 228. ſed in rerum geſtarum ſerie non ſtatim poſt Conſtantii mortem fuiſſet reponendus; quod enim hic tradit Noſter, ſerius contigit.

Nuntiabantur] Vet. *nunciabatur.* PVTEANVS. Collective accipi poteſt vulgata.

Terruiſti] De ſimili terrore vide ad *Mamertin.* Maximian. 5. 4. Genethl. 14. 1. *Wopkens* Obſerv. Miſcell. Nov. T. ult. p. 70.

4. *Etiam videbaris*] Forte *& iam.* LIVINEIVS. Malim dividi, *& iam* ACIDALIVS. & BAVNE. In *Moerl.* etiam deeſt. IAEGERVS. *Livineii* coniecturam recepit *Iaegerus*, qualis etiam varietas in *Schonhovii* excerptis eſt apud *Mamertin.* Genethl. 3. 2. alterum hic magis placet; duo enim tradit, & praeſentia ſua barbaros terruiſſe Conſtantinum, praeterea etiam tali ſtrategemate fuiſſe uſum, quod votis ſuis magis contrarium videbatur.

5. *Abeundo enim*] Sic Vet. *abeundi enim ſimulato metu.* PVTEANVS. Forte *abeundo ſcilicet*, ut cap. praeced. n. 5. LIVINEIVS Deeſſe paucula quaedam puto. Nec enim parentheſin fero: qua ſublata melius reliqua oratio nectitur: *ſed inopinato conſilio uſus * Abeundo enim, ſimulato nuntio maioris in ſuperiore limite tumultus, occaſionem ſtolidis ac ferinis mentibus obtuliſti*, etc. ACIDALIVS. Fortaſſe nihil deest praeter verbum ſubſtan-

tus, occaſionem ſtolidis ac feris mentibus obtuliſti in noſtra veniendi; relictis in
6 occulto ducibus, qui ſecuros adorirentur. Quo cum veniſſent, conſilium tuum ſequitur fortuna. Toto Rheni alveo, oppleto navibus, devectus terras eorum ac domos moeſtas lugenteſque populatus es, tantamque cladem, vaſtitatemque periurae genti intuliſti, ut poſt vix ullum nomen habitura ſit.

C a p. XXIII. Ite nunc omnes, ſi placet, barbarae nationes, & exi-
2 tiales vobis movete conatus; habetis exemplum! Quamvis enim Imperator noſter

ſtantivum *es. Gruterus*, & *Paris.* prior, & *Cellarius* poſt *uſus* ponunt τελειεστιγμὴν, quos ſequor. Pro *abeundo Moerl. abeundi.* Non poſſum non fateri, multo commodiorem fore lectionem, ſi liceat *Livineium* ſequi, & Cod. *Moerl.*, atque ita reſcribere: *ſed inopinato conſilio uſus, abeundi ſcilicet, ſimulato nuntio* etc. Ceterum vitioſa eſt interpunctio in Edd. *Grut. Paris.* utraque, & *Cellar.*, in quibus comma, poſt *nuntio* poſitum, poſt *tumultus* omiſſum eſt, qua ratione ſenſus verborum prorſus turbatur. Nec melius *Patarol: ſed inop. conſ. uſus, abeundo ſimulato.* etc. IAEGERVS. Forte ita legendum: *ſed inopinato conſilio uſus abeundi. Scilicet ſimulato nuncio.* niſi *Enim ſimulato* malles, quod periodi initio aliquando poni docuerunt V. D. ad *Livium* XXIII. 45. 10. & XXXIV. 32. 13. *van Dorp* Obſerv. p. 58.

Ferinis mentibus] Vet. *feris.* PVTEANVS. *Feris* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Moerl. feris.* IAEGERVS. Omnes *ferinis*, ſed potius tot Codd. auctoritatem ſum ſecutus,

Secutos] *Securos* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Non placet. LIVINEIVS. *Securos Cuſpin. Rhenan. Stephan. Baune*, *Cellar.* Hoc non placet *Livineio*, qui, una cum *Grut. Patar.* & *Paris.* priore exhibet *ſecutos. Moerl.* ſtat pro lectione noſtra, quae, neſcio, cur alteri cedere debeat. IAEGERVS. *Securos* eſt quoque in *Puteolana*; primus *ſecutos* dediſſe videtur *Livineius*, deinde *Gruterus*, a quo tamen praeter *Patarolum* reliqui receſſerunt. Neque hoc abſonum, quatenus abeuntem Conſtantinum ſequebantur. *Securos* tamen magis placet, quod etiam probat *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 208. poſitarum erant enim inſidiarum inſcii, ſive eiusmodi nihil cogitabant, ut haec vertit *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 230. hoc in ſuo etiam inveniſſe videtur *Puteanus*, cum de varia lectione ad Edit. *Rhenan.* marginem nihil monuerit.

6. *Moeſtas.*] Vet. *funeſtas.* PVTEANVS. Et *Moerl. funeſtas.* IAEGERVS. Geminus eſt *Sedulii* locus Carm. III. 129.

Ventum erat ad moeſti lugentia culmina tecti,
Deflentemque domum.

vix tamen hoc ad praedicandam Conſtantini fortitudinem ſatis aptum videatur, ut turbam *inermem*, qualem hanc adpellat *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 231. fuerit adgreſſus, niſi eo id conſilio feciſſe dicatur, ut totam gentem deleret, quo etiam colore Noſter eſt uſus.

Poſt illud nomen] Sic Vet. *ut poſt vix ullum nomen.* PVTEANVS. *Poſt vix* Vet. *Bertin. illum nomen Bertin.* Forte *ullum.* LIVINEIVS. *Periuri* ſcilicet nomen, qua interpretatione admiſſa, nihil opus erit recurrere ad coniecturas. GRVTERVS. Valide hanc formam auxit, quam alii ſic efferunt, ut nihil reliqui factum praeter nomen dicant. At hic ne nomen quidem idem poſthac eſſe vult. Panegyr. Maximiano dicto: *Illa gens prope omnis exſtincta eſt, & paene cum ſoio nomine relicta, quo ſerviat.* Plura exempla *Iuretus* Notis ad *Symmachum.* ACIDALIVS. Vt vix poſtea, ſeu poſt eam cladem, hoc *periurae gentis* nomen habitura ſit, numquam rebellatura, ſed perpetuo ſervitura Romanis. CELLARIVS. Cod. *Moerl. ut poſt vix ullum nomen hab. ſit.* τὸ *ullum* facile mutari potuiſſe in *illum* nemo negabit. Vid *Brouckhus.* ad *Propert.* III. 7. 8. Quo facto, ut cum *nomen* congrueret, repoſitum fuit *illud*; & tranſpoſitae particulae *poſt vix.* Reſcribo itaque hunc locum ad ductum MSS., nec dubito, ſententiam, quae inde exſiſtit, quamque iam propoſuit *Acidalius*, planiorem eſſe & veriorem illa, quam excogitavit *Gruterus*, *Cellarius* probavit. IAEGERVS. Recte Codd. eſt obſecutus *Iaegerus. Nomen* dignitatem, aut honorem indicat, quo inter gentes non amplius enumeraretur, locumque tenere poſſet. Not. ad *Pacati* Paneg 45. 1.

1. *Ita nunc*] Vet. *ite nunc.* PVTEANVS. *Ite* legendum. ACIDALIVS. *Rhenan.* & *Stephan.* mendoſe *ita.* IAEGERVS *Ite* etiam *Schonhovii* excerpta, quod recte iam dedit *Livineius*, quamvis aliae poſteriores, *Rhenanam* ſecutae, mendum retinuerint, ex antiqua *Puteolana* expreſſum, ut etiam in pr. *Rivinus.* Elegantiorem ſcripturam adſeruit *Schwarz.* ad *Mamertin Genethl.* 9. 4.

Conatus exemplum] Vet. *movete conatus habetis exem-*

noſter amicorum regum admittat obſequia, idque ipſum valeat ad laudem
victoriae, quod a nobiliſſimis regibus timetur, & colitur; augeri tamen
gloriam virtutis ſuae gaudet, quoties provocatur. Nam quid hoc trium- 3
pho pulcrius? quo caedibus hoſtium utitur etiam ad noſtrum omnium volu-
ptatem, & pompam munerum de reliquiis barbaricae cladis exaggerat.
Tantam captivorum multitudinem beſtiis obiicit, ut ingrati & perfidi non
minus doloris ex ludibrio ſui, quam ex ipſa morte patiantur. Inde eſt, quod, 4
cum

exemplum. PVTEANVS. *Habetis exemplum* Vet. *Bertin Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Rhenan.* & *Stephan. exitiale vobis movete conatus exemplum. Cuſpin.* & *Livin. exitialis vobis movete con. exempl.* Vocem *habetis*, quam vitioſa licet aliquantulum ſcriptura, praefert etiam *Put.* cum *Moerl.* merito editores reliqui admiſerunt. IAEGERVS. *Cuſpiniani* lectio eſt ex antiquiſſima *Puteolana. Habetis* recte primus inſeruit *Gruterus. Rhenanum* tamen adhuc eſt ſecutus in utraque *Rivinus.* Quod de vitioſa in *Puteani* Cod. ſcriptura memorat *Iaegerus*, eſt typographi error in *Pariſ.* Ed. *habens* exprimentis, in excerptis enim MSS. penes me enotatum eſt *habetis. Exitiales* etiam eſt in *Schonbovii* excerptis.

3. *Quod caedibus*] Vet. *quo.* PVTEANVS. *Quo* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita Edd. omnes: quae lectio, ſi tuenda eſſet, ante *hoc triumpho* ſubaudiri *in*, & poſt *pulchrius* inſeri deberet *quam.* Sed meliorem ſuggerunt Codd. *Livin. Bert. Put. Moerl.*, in quibus eſt *quo*, i. e. in quo, de qua ellipſi frequentiſſima vid. *Perizon.* ad *Sanct.* Minerv. IV. 6. n. 7. p. m. 676. IAEGERVS.

Noſtrum omnium] *Moerl.* vitioſe *noſtrorum.* IDEM. *Noſtram* citat *Pontanus* Orig. Franc. IV. 4. quod in nulla Ed. inveni, neque eſt neceſſe. Vid. ſupr. ad *Eumen.* Grat. act. 14. 4.

Pompam munerum] Magnificentiam largitionum ex barbarorum ſpoliis auget. BAVNE. Spectaculorum, in quibus variis productis belluis dilacerandi captivi obiiciebantur, quibus tamen facultas dabatur, ut contra illas pugnarent, quas, ſi viciſſent, liberabantur. *Ferrum voluptati ſatis non faciebat, niſi & feris humana corpora diſſiparentur. Tertullianus* libr. de Spectac. PATAROL. *Munera* hic non ſunt largitiones, ſed ſpectacula, ut ſequentia ſatis aperte demonſtrant. IAEGERVS.

Reliquiis] Vid. ad *Eumen.* Conſtantino 6. in fin.

Barbaricae] Vid. ad *Eumen.* Conſtantino 6. 2.

Tantam captivorum] Lege *tantamque captivorum.* ACIDALIVS. Fruſtra *Acidalius* ex coniectura *tantamque.* Nihil enim opus eſſe videtur, ut copulam *que* intrudamus, ſi punctum ponatur ante *tantum*, novamque hiſce inchoemus periodum. VAN HOVEN Otiis Litter. Part. I. p. 53. *Acidalii* coniecturam receperunt *Cellarius*, & *Patarolus*, & retinuit *Iaegerus*; priorem ſcripturam reſtitui, quam *Puteani*, & *Livineii* Codd. quoque confirmant, quia nihil ex iis notarunt, rectumqne eſt hoc de loco *Hovenii* iudicium. Vid. quae mox notabuntur.

Beſtiis] Incertus Auctor ad Conſtantinum de iiſdem populis: *Puberes*, inquit, *qui in manus venerunt*, *quorum nec perfidia erat apta militiae*, *nec ferocia ſervituti*, *ad poenas ſpectaculo dati*, *ſaevientes beſtias multitudine ſua fatigarunt.* PVTEANVS. Re ipſa Conſtantinus Francorum Reges, Regaiſum, & Aſcaricum, bello captos, belluis dilaniandos iuſſit Treveris in theatrum induci, & Paneg. VI. cap. 12. *Puberes*, *qui in manus venerunt*, &c. BAVNE. Supra Panegyrico ad Maximianum & Conſtantinum in nuptiis cap. 4. de Regibus captivis traditur, in ſpectaculo beſtiis obiectos fuiſſe: nunc idem fatum multitudinis captivae refertur. CELLARIVS. Conf. *Eutrop.* X. 2. 9. ibique *Cellarius.* IAEGERVS. Ad Reges illos hunc quoque locum referunt *Pontanus* Orig. Franc. IV. 4. & *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p 230. ſed propter locum, a *Baunio* citatum, ad plures alios referri quoque cum *Cellario* poteſt, ex more captivos beſtiis obiiciendi, de quo vid. ad *Eumen.* Conſtantino 12. 3. & *Faber* Semeſtr. II. 3. de Regibus illis dixi ad *Eumen.* d. l. 11. 6. Mitiora deinde Conſtantino placuerunt, cum ludos gladiatorios abrogaverit in L. unic. C. de Gladiator. quae lex cum eodem fuerit anno lata, quo habita Nicaena Synodus, ideo ab eiusdem Adſeſſoribus laudatum maxime fuiſſe Conſtantinum ſuſpicatur *Balduinus* de Legib. Conſtantin. II. p. 118. quamvis tamen in aliis non ſatis mite ipſius videatur ingenium, de quo quaedam diſſeruit Cl. *de Rhoer* de Effect. relig. Chriſt in Iuriſprud. Diſſ. II. §. 13.

Obiici ingrati] Sic Vet. *obiicit ut ingrati.* PVTEANVS. Non male *Pulm.* Cod. ſic legit, *tantam captivorum multitudinem beſtiis obiicit*, *ut in*-

cum exitum differre liceat, perire feſtinant, ſeſeque letalibus vulneribus, & mortibus offerunt. Ex quo ipſo apparet, quam magnum ſit, viciſſe tam prodigos ſui.

Cap. XXIV. Facile eſt vincere timidos, & imbelles, quales amoena Graeciae, & deliciae Orientis educunt, vix leve pallium, & ſericos ſinus, vi-

ingrati & perfidi etc. IDEM. *Obiici & ingrati*, *Bertin. Cuſpin. ut ingrati*, *Langii* Schedae. Probe. LIVINEIVS. Non cohaerent haec. Leniter emendata cum ſuperioribus committo: *& pompam munerum de reliquiis barbaricae cladis exaggerat*, *tantamque captivorum mult. b. obiicit*, *ut ingrati & perfidi*, &c. ACIDALIVS. *Exaggerat. Tantam captivorum multitudinem beſtiis obiicit*, *ut ingrati*. Ita h. l. e *Cl. Puteani* Codice reſtituimus. VAN HOVEN Otiis Litter. Part. I. p. 53. *Acidalii* emendationem iure meritoque recepit in contextum *Cellarius*. *Obiicit*, *ut* legitur expreſſe in *Put.* & *Moerl.* *ut* habet etiam *Lang.*, pro quo in *Bert.* & *Cuſp.* eſt *&*, quas particulas ſaepe permutari in confeſſo eſt. In *Rhenan. Stephan. Livin.* poſt *obiici* nulla invenitur coniunctio: cetera exemplaria typis excuſa praeferunt *ut*. Particulam ἐγκλιτικὴν *que*, quam voci *tantam* adiunxit *Acidalius*, ſaepe perperam omitti, ſatis abundeque ad *Plin.* Paneg. oſtendit *Schwarzius*. IAEGERVS. *Obiici ingrati* eſt in *Puteol.* & aliis, donec *Paull. Stephanus &*, quod etiam eſt in *Schonhovii* excerptis, *Gruterus* autem *ut* inſeruerit, quod iterum negligere non debuiſſet *Rivinus*, *Rhenanum* ſecutus. *Obiici* omnes habent *Cellarium* uſque, qui recte dedit *obiicit*, quod Codd. confirmant. *Que* tamen inſeri non debuiſſet; *Hovenii* enim interpunctionem probo, &, quia iam in *Paull. Stephani* Ed. exſtat, reſtitui.

4. *Exitum*] *Exitium*. ACIDALIVS. Forte *exitium*, id eſt, mortem. BAVNE. Pugnando cum beſtiis, quia θηριομαχίας ſpectacula erant: ſed ludibrii vitandi cauſſa mortem parum repugnantes admiſerunt. CELLARIVS. Ita omnes libri. *Acidalius* reſcribit *exitium*; idque optimo iure, ut mihi quidem videtur. Vid. quae de permutatione harum vocum adfert *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 55. 6. IAEGERVS. Nihil muta. *Exitus* eſt mors, de quo dixi ad *Eumen.* Conſtantin. 8. 2. adde Obſerv. Miſcell. Nov. T. II. p. 78. eodem ſenſu *limen vitae*, quatenus limen quoque eſt exeuntium. Vide me ad *Sedulium* III. 290. pari notione *finis*, ut τέλος explicui ad *Arator.* I. 670. addo, ita capiendum eſſe hoc vocabulum Epiſt. *Petri* I. cap. 4. 7. ut vertatur, *mors omnium in propinquo eſt.*

Perire] *Moerl.* vitioſe *praeire*. IAEGERVS.

Prodigos ſui] Nulli enim aeque in bello metuendi, quam qui de ſalute ſua non ſunt ſoliciti: BAVN. De Hiſpanis *Sil. Ital.* I. 225.

Prodiga gens animae, *& properare facillima*
mortem.

ubi vid. *Drakenb.* IAEGERVS. *Horatius* I. Od. 12. 37.

Animaeque magnae
Prodigum, *Poeno ſuperante*, *Paullum.*

Prudentius Periſteph. 3. 65.

Quis furor eſt
Perdere praecipites animas,
Et male prodiga corda ſui.

1. *Amoena Graecia*] Sic omnes, excepto *Moerl.* qui exhibet *amoena Graeciae*, quod ſine controverſia melius eſt. Vid. de hoc Atticiſmi genere *Vechner.* Hellenolex. I. 2. 9. p. m. 205. ſqq. Exemplis ibi prolatis addo *Valer. Flacc.* Argon. I. 841. ſqq.

Lucet via late
Igne Dei, *donec ſilvas & amoena piorum*
Deveniant, *campoſque*, *ubi ſol*, *totumque per annum*
Durat aprica dies, *thiaſique chorique virorum*,
Carminaque, *& quorum populis iam nulla cupido*,

Tacitus Hiſt. III. 76. 3. *Non vigilias agere*, *non intuta moenium firmare*, *noctu dieque fluxi*, *& amoena littorum perſonantes*, *in miniſterium luxus diſperſis militibus*, *de bello tantum inter convivia loquebantur.* & Annal. III. 7. 1. *Druſus Illyricos ad exercitus profectus eſt*, *erectis omnium animis petendae e Piſone ultionis*; *& crebro queſtu*, *quod vagus interim per amoena Aſiae*, *atque Achaiae*, *adroganti & ſubdola mora*, *ſcelerum probationes ſubverteret.* IAEGERVS. Nihil certius. ita *adverſa caeli* explicat. *Schwarzius* ad *Mamertin.* Geneth. 3. 4. ſimilia dedi ad *Sedul.* I. 120. & 285.

De-

vitando ſole, tolerantes, &, ſi quando in periculum venerint, libertatis im-
memores, ut ſervire liceat, orantes. Romanum vero militem, quem qualem- 2
que ordinat diſciplina, & ſacramenti religio confirmat, aut trucem Francum,
ferina ſola carne diſtentum, qui vitam pro victus ſui vilitate contemnat,
quan-

Deliciae Orientis] Quae enervant animos, & corpora. Dixi & cap. 5. Lentulus apud *Lucanum* lib. IV.

> *Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem*
> *Labitur, emollit gentes clementia caeli.*

PATAROL. Conf. etiam *Veget.* de R. M. I. 2. IAEGERVS. *Educere* loci natales indicare notavit ex h. l. *Cerda* ad *Virgil.* Aen. IX. 584.

Vitanda ſole] Vet. *virando.* Sic *Pacatus* cap. 33. *Illos tenero perlucentes amictu vix leve carbaſum vitando ſole tolerantes.* PVTEANVS. Lego *vitando ſoli*; ita ſcripſi, quod optimos quoſque Scriptores ſic loqui viderem, niſi ſaepe in ſimilibus phraſibus a ſciolis iniuriam acciperent, nominatim *Lat. Drepanus Pacatus* Panegyrico, quem Theodoſio Aug. dixit: *illos tenero pellucentes amictu, & vix leve carbaſum vitando ſole tolerantes, alterno concuſſa tinnitu ſiſtra ducebant.* Scribo *vitando ſoli tolerantes.* MODIVS. Novant. Lect. Epiſt. 25. Id eſt, ad vitandum ſolem. BAVNE. *Vitanda* vitio typographi erat in *Rhenan.*, quare illud ex ſuis Codd. emendarunt *Puteanus*, & *Schonbovii* excerpta. *Vitandi ſolis* divinabat *Colvius* ad *Apuleium* Metam. IV. p. 68. *ſole* antiquum eſſe dativum putabat *Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 76. in *Pacati* Panegyrico de vera lectione certi etiam non ſunt ſatis Eruditi. Vid. illic Notae. Potius explicuerim propter vitandum ſolem, quem ablativi uſum probavi ad *Sedulium* III. 134. De veſtibus his, adeo tenuibus, ut iiſdem amicti magis nudi viderentur, vid. *Orleans* ad *Taciti* Annal. II. p. 231. *Savaro* ad *Sidonium* Epiſt. II. 2.

2. *Qualemque ordinatur*] *Ordinat* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Probe, ſed & *quem qualemcunque ord.* emendem. Supra: *cum qualemcumque militem fortiſſimum facias tuo, Imperator, exemplo.* LIVINEIVS. *Qualemque* ſuſpectum. ACIDALIVS. Forte, *quem qualemcunque*, ut ſuſpicatur *Livineius*, id eſt, quem, qualiſcunque ſit, diſciplina militaris & fortem facit, & ordinat. BAVNE. Sic *Livin.* Ceteri omnes ſcripti, & editi recte praeferunt *ordinat.* IAEGERVS. *Vt* in verbis Librarios ſaepe addere, ſaepe negligere, dictum eſt ad *Mamertin.* Genethl. 6. 2. ita *conſtruerent*, & *conſtruerentur* eſt apud *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 15. 2. *tegerent* & *tegeretur*, ibid. 19. 3. adde apud eumd. Conſtantio 4. 3. & ad cap. 10. 3. — *Qualem* tuetur *Cicero* de Invent. II. 59. *& quae, & qualia ſint.*

Sacramenti] De ſacramento, quo milites obſtringebantur, mentio fit apud multos ex Hiſtoricis, puta *Livium* lib. III. VI. & XXII. *Halicarnaſs.* lib. VI. X. & XI. aliosque; nemo tamen clarius *Polybio* rem tractat: *Finita conſcriptione*, etc. *Tribuni militum ſuae cuiusque legionis eos congregantes, & unum maxime idoneum ex omnibus eligentes ſacramento adigunt, obtemperaturum ſe, & facturum, quidquid mandabitur ab imperatoribus iuxta vires*, etc. Alterius ſacramenti militaris mentio fit apud *Gellium* lib. XVI. cap. 4. PATAROL.

Trucem Francum] A quo ſaepe Romani male habiti erant. BAVNE. Si memini, alibi iam dictum, ſub *Franciae* nomine Germaniam ipſam olim contentam. PATAROL.

Ferina] Germaniae nonnullos populos, praecipue ſeptentrionales, tradunt auctores cruda ferina, ut ait *Plinius* lib. VIII. cap. 10. veſci ſolitos. Sic & *Martialis* I. Spect. Epigr. 3.

> *Venit & epoto Sarmata paſtus equo.*

& *Lucanus* lib. III.

> *Longaque Sarmatici ſolvens ieiunia belli*
> *Maſſagetes, quo fugit equo.*

PATAROL. Argumentum victus aſperi. *Salluſt.* Iug. 18. 1. *Africam initio habuere Gaetuli, & Libyes, aſperi, inculti, quis cibus erat caro ferina*, etc. Conf. quoque c. 89. 7. *Pomp. Mela* I. 8. 24. Ed. *Gron.* de Africae populis: *Victus aſper, & munditiis carens.* —— *Cibus eſt caro, plurimum ferina.* IAEGERVS.

Provectus ſui utilitate] Opinor legendum, *pro victus ſui.* RHENANVS. Vet. *pro victus ſui vilitate.* PVTEANVS. Lego *pro victus ſui vilitate.* *Victus ſui* hic legendum etiam ab *Henrico Stephano* animadverſum eſt: *vilitate* autem ex *utilitate* faciendum, idem, quod aliud agens fortaſſe haec tractavit, aut non vidit, aut operis ſuis perſuadere non

quantae molis ſit ſuperare, vel capere? Quod tu, Imperator, & nuper in Italia, & in
3 ipſo conſpectu barbariae paullo ante feciſti. Ita ſine ullo diſcrimine omnia genera bel-
lorum, armorum, hoſtium uni tibi cedunt, cedunt ex omni etiam memoria condita
4 litteris monumenta virtutum. Nec vero tantummodo vetera illa Dictatorum, &
Conſulum, ac deinceps magnorum Principum, ſed etiam rectiſſima & pulcerri-
ma Divi patris tui facta ſuperaſti; (ſordet enim alios ex proximo tempore compa-
rare) ipſum, inquam, Divum Conſtantium, iam primis imperii tui luſtris, re-
rum

non potuit. Conveniunt autem haec verba cum eo, quod ait alibi *Vegetius*, contemnere maxime vitam eos potiſſimum, qui quam minimum in illa noverint deliciarum. MODIVS. Novant. Lection. Epiſt. 25. *Pro victus ſui vilitate* Vet. LIVINEIVS. *Pro victus ſui* recte emendant alii; pro *utilitate* lego *vilitate*. ACIDALIVS. Ita *Rhenan. Stephan.* & ex parte *Livin.* Hoc vitium ſine ope Codd. iam *Rhenan.* & *Acidal* ſuſtulerunt, reſcribendo *pro victus*, uti in MSS. *Livin. Put. Moerl. Schonh.* & Edd. accuratioribus invenitur. Τὸ *utilitate*, quod *Rhen. Stephan.* & *Cuſpin.* exhibent, itidem iam emendavit *Acidalius*, reponens *vilitate*, ut in reliquis deinceps Edd. legitur. Ceterum de re ipſa *Veget.* de R. M. I. 3. in fin. *Ex agris ergo ſupplendum robur praecipue videtur exercitus. Neſcio enim, quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum novit in vita.* IAEGERVS. *Henr. Stephano*, qui ad Edit. ſuae marginem *Rhenani* coniecturas tantum adlevit, male tribuit *Modius*, quod erat *Rhenani*. Praeterea *vilitate* iam dedit *Rhenanus*. Depravata lectio *provectus* eſt in omnibus ante *Gruterum*, & poſt eum in *Rivini* utraque. *Vilitate* hoc quoque loco probat *Ramos* Comment. ad L. 1. §. ult. D. Depoſ. T. VII. Theſ. *Meerman.* p. 35. ubi frequentem utriuſque vocis permutationem latius perſequitur, de qua etiam Pater meus ad *Plin.* Paneg. 7. 1.

Sit ſuperare] *Sit* deleam. LIVINEIVS.

Et Imp. in Italia] Sic legerim, *quod tu, Imperator, & in Italia* RHENANVS. Vet. & *nuper in Italia.* PVTEANVS. *Nuper* Vet. *Langii* Schedae, *Cuſpin.* Scil. caeſis Maxentianis. LIVINEIVS. Mutant; *quod tu Imp. in Italia.* Ego deleo *quod*, ſcribo deinceps, *tu Imp. & pridem in Italia, & in ipſo conſp. barb. paullo ante palam feciſti.* Sic tota comprehenſio recte nexa. Ni ſimpliciter malis: *tu Imper. & in Italia & in ipſo conſp. b. p. feciſti.* ACIDALIVS. Haec eſt lectio *Rhenan. Stephan. Livin. Livineius* optimam medicinam adfert ex Ed. *Cuſp* & Cod. ſuo, & *Lang.* cum quibus *Schonb.* & *Moerl.* conſpirant ad tuendam veram lectionem: *Quod tu, Imp., & nuper in Italia*, etc. quam Edd. reliqui ſequuntur. Voces *imperator* & *nuper* iterum permutantur cap. ſeq. ſect. 4. IAEGERVS. *Et imperator* manavit ex antiquiſſima *Puteol. Nuper* primus dedit *Paull. Stephanus*, quem ſecutus *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*: hoc flagitat ſequens oppoſitum *paullo ante*.

In Italia] Caeſis Maxentianis. BAVNE. & PATAROL.

Conſpectu barbariae] In Germaniae finibus. BAVNE.

Ante feciſti] Modo coniiciebat *Acidalius*, *paullo ante palam feciſti*, quod parum neceſſe videtur.

4. *Vetera Dictatorum*] *Vetera illa* Vet. PVTEANVS. *Illa* etiam *Schonhovii* excerpta. Fuit iam in antiquiſſima *Puteol.* ſed omiſit *Rhenanus*, & *Henr. Stephani* Edd. cum *Rivino*: recte iam revocaverat *Livineius*.

Rectiſſima] Conſentiunt Codices; placet tamen *lectiſſima*. nam alterum illud exile mihi, & ſuſpectum. LIVINEIVS. Forte *recentiſſima*. Nam praecedebat: *nec vero tantummodo vetera Dictatorum*, etc. ACIDALIVS. Pro corrupta hac voce emendatio *Acidalii* in textum erat recipienda, recte indicante Bibl. Philologica. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. in Panegyr. vet. Secundum ſuam emendationem hunc locum excitavit etiam *Livineius* ad *Nazarii* Paneg. 14. 6. Sequens *ex proximo tempore Acidalii* favet coniecturae; ſed vulgatum non deſero. *rectiſſima facta* ſunt illius, qui bene de Rep. ſentit, quo modo *rectus* eſt apud *Ciceron.* ad Diverſ. XII. 5. 7. ubi *Cortius*; & *rectiſſima voluntas* apud *Velleium Paterc.* II. 18. 5. *rectiſſime ſentire* ibid. II. 125. 5. ab his *pulcerrima* diſtingui poſſunt, quae ad bellicam magis virtutem referunt.

Patris tui] Conſtantii. BAVNE.

Proximo tempore] Vt Numerianum, Carinum, Carum, Probum, Florianum, Tacitos, & alios deinceps eius aevi Imperatores, haud multo clariores. IDEM.

Imperii tui] *Tui* abeſt *Bertin.* LIVINEIVS.

1. *Et pridem*] *Etiam pridem* Vet. & *iam pridem*

rum geſtarum laude cumulaſti.
CAP. XXV. Invitus hoc forte accipis, Imperator, ſed ille, dum dicimus, gau-
det e caelo; &, iampridem vocatus ad ſidera, adhuc creſcit in filio, & gloriarum tuarum
gradibus adſcendit. Purgavit ille Bataviam, advena hoſte depulſo: tibi ſe ex ultima 2
barbaria indigenae populi dedidere. Ille Oceanum claſſe transmiſit, tu & Alpes gra-
du, & claſſibus portus Italicos occupaſti. Recuperavit ille Britanniam, tu nobiliſ-
ſimas Africi maris inſulas, quae populi Romani fuere provinciae. Ignoſcat, inquam, 3
Divus

dem, Bertin. Probe. LIVINEIVS. Ante VII. annos, nempe anno Chriſti CCCVI. BAVNE. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.*, & *iam prid. Bertin.* probe, quem ceteri omnes ſequuntur. De temporis ſpatio vid. cap. ſeq. ſect. 5 IAEGERVS. *Iam pridem* primus dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*. Septennii ſpatium intellige; VIII. enim Kal. Auguſti anno CCCVI. mortuus erat Conſtantius. Vid. ad Incertum Maximian. init. quod longius ſpatium *pridem* quoque indicat. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 2. & 5. 6.

Gloriarum] Vid. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 4.

2. *Batavum advenam*] Incertus Paneg. Max. & Conſtant. *Multa ille Francorum millia, qui Bataviam, aliasque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit, depulit, cepit. abduxit.* & in altero, dicto Conſtantino: *Terram*, inquit, *Bataviam, a diverſis Francorum gentibus occupatam, omni hoſte purgavit.* PVTEANVS. *Bataviam advena* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Supra Paneg. IV. cap. 8. & Paneg. VI. cap. 4. BAVNE. *Livin.* in contextu inquinate: *Purgavit ille Batavum advenam hoſte dep.* IAEGERVS. *Batavum advenam* ſolus habet *Livineius.*

Advena hoſte] Franco. LIVINEIVS. Carauſium in primis intelligit, de quo vid. ad *Mamertin.* Maxim. 12. 1. *Eumenium* Conſtantio 6. 1.

Depulſo] Poſt *depulſo*, bene monente *Schenckio*, pro commate duo puncta collocari debent. IAEGERVS. Adpend. Obſerv. ad Paneg. vet. In pleriſque Edd. non eſt comma.

Vltima barbaria] Francos contra initum cum patre foedus rebellantes domuit. BAVNE. *Barbarie* antiquiſſimae Edd & *Stephan.* alterum dedit *Livineius*, quem ſecutus *Gruterus.* De voce *ultimus* vid. ad *Mamertin.* Maximian. 5. 1.

Populi dedere] Forte *dedidere.* LIVINEIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Dedidere* coniicit *Livineius*, idque reliqui merito praeferunt. Solent enim haec verba frequenter confundi. Vid. ad *Cornel. Nep.* Themiſtocl. 1. 3. & 10. 1. Lyſandr. 1. 2. Datam. 4. 5. *Heuſingerus*, qui negat, audiendum eſſe *Cortium*, defendentem *dederant* in *Salluſt.* Iug. 75. 5. IAEGERVS. *Dedidere* primus dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.* Conf. ſupr. 11. 1.

Claſſe transmiſit] Lege *transmittit.* ACIDALIVS. Cum pergeret ſcilicet in Britanniam, in qua obiit. PATAROL. *Claſſe transmittit*, *Rhenan.* cum *Stephan.* Sed reliqui recte *transmiſit*, ut iam emendaverat *Acidalius.* IAEGERVS. Hiſtoriam adtigi ad *Eumen* Conſtantio 6. 1. *Transmiſit* iam dederant *Livineius*, & *Paull. Stephanus*: hinc ſequentes praeter *Rivinum.*

Britanniam] Conf. ad *Eumen* Conſtantino 5. 4.

Africi maris] An Sardiniam, & Siciliam? ubi Maxentium graſſatum legimus. Mare autem mediterraneum, in quo ſita ſunt, *Africum* utcunque appellat propter viciniam Africae. BAVNE. Sardiniam, puto, & Corſicam innuit, ideo *Africi maris* dictas, quod e regione Africae ſunt in Mediterraneo, qua etiam Africam alluit. PATAROL. *Gellius* XIII. 29. 5. *Salluſtii verba ſunt ex Hiſtoria ſecunda*: *Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani in orientem, quam in occidentem, latior prominet. Pomponius Mela* II. 7. 170. de Himera, amne Siciliae: *alio ore in Libycum, alio in Tuſcum mare devenit.* & lin. 188. *Sardinia Africum pelagus attingens. Plinius* H. N. III. c. 6. ſect. 13 *pelagus Africum attingens Sardinia*, etc. Haud dubie itaque nobiliſſimae illae Africi maris inſulae, quae populi Rom. fuere provinciae, Sardinia ſunt, & Sicilia. IAEGERVS. Has quoque inſulas ſignificaſſe videtur ſupr. 16. 1.

Fuere provinciae] Has in provinciae formam redactas, & in eaſdem colonias deductas a Romanis novimus ex *Solino*, *Velleio*, & *Livio.* vide, ſis, *Sigonium* de Iure provinc. lib. I. cap. 4. PATAROL.

3. *Ignoſcat, inquam*] Scilicet, quod eius rebus geſtis tuas praefero, cum Italiam, Africam, Romam, ille Bataviam, ac Britanniam liberarit. LIVINEIVS. Vitium hic. Forte: *Ignoſcat tandem ipſe Conſtantius: quid habet, quod comparet*, etc. Niſi verba poſtrema ipſum Conſtantium pro-

Divus ipſe Conſtantius. Quid habeo, quod comparem Italiae, Africae, Ro-
4 mae? Merito igitur tibi, Conſtantine, & nuper Senatus ſignum Dei, & paul-
lo ante Italia ſcutum & coronam, cuncta aurea, dedicarunt, ut conſcientiae
debitum aliqua ex parte relevarent. Debetur enim, & ſaepe debebitur & di-
vi-

pronunciare facit, quod quomodo apte fiat, nondum video. ACIDALIVS. Verba poſtrema pronuntiat non Conſtantius, ſed Orator, & ſenſus eſt: Ignoſcat mihi Conſtantius praeferenti ipſius rebus geſtis tuas. Quid enim in illis, quae fortiter ac proſpere adminiſtravit, invenio, quod comparare poſſim recuperationi Italiae, Africae, Romae? Hic nihil vitii, nihil obſcuritatis. IAEGERVS.

Italiae] Recuperatae, ut Noſter idem ſupra c. 14. PATAROL.

Africae] Extat numus ſalvis Augg. & Caeſ. FEL KARTH, id eſt, *Felix Carthago*. BAVNE. Quid in Africa meriti Conſtantino fuerit, peti poteſt ex iis, quae dicuntur a *Nazario* Paneg. ſeq. c. 32. PATAROL.

Romae] Vindicatae a Maxentii tyrannide. IDEM. Quod *Romae* ultimo loco poſuit, maieſtatem Vrbis aeternae Italiae, & Africae non modo aequaſſe, verum etiam magnifice praepoſuiſſe videtur. IAEGERVS.

4. *Conſtantine*, *&* *Imp.*] Melius, *Conſtantine Imp. Senatus*, *&* expuncto. RHENANVS. Vet. *Conſtantine*, *& nuper.* ita legendum, ut ſupra. PVTEANVS. Delent copulam *&*. Ego hanc relinquo, ſed ex decurtato *Imp.* facio *pridem*, ut paulo ſuperius. ACIDALIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Acidalius* non ſatis feliciter. Confunduntur nimirum hic rurſus, quod iam monuimus cap. praeced. ſect. 2. *Imp.* & *nuper. Schonhov.* utramque hanc vocem enotavit. *Livineius* cum reliquis omnibus, *& nuper Sen.* recte, omiſſa voce *Imperator*, orta ex compendio litterarum. IAEGERVS. Antiquiſſimae Edd. *Conſtantine & Imperator*, quod retinuit *Rivinus*. Alterum recte *Livineius*. *Paull. Stephan.* & reliquae.

Signum dedit] *Deus* Vet *Bertin. Cuſpin.*, *Dei Rhenan.* Sequor *Dei*, nam mox ſubiicit: *debetur & divinitati tuae ſimulacrum aureum*, etc. LIVINEIVS. Simulacrum Conſtantini aureum, radiato forſan capite, quod Deorum fuit. *Plinius* Panegyr. c. 52. *Horum unum ſi praeſtitiſſet alius, illi iamdudum radiatum caput*, *& media inter Deos ſedes auro ſtaret*, *aut ebore*. CELLARIVS. An nomen *Dei*, ut *Divum* appellaverit ante mortem? An *ſigni* nomine templum intelligit, quod Conſtantino ſacrum cernimus in poſtica nummi Conſtantiniani parte, quem exhibeo:



Figura pro foribus ſedens Roma creditur ab Antiquariis: at cur non & Imperatoris ipſius, pari habitu ſedentis, ſimulacrum dici poſſit? PATAROL. Sic *Livin.* & *Baun. S. Deae*, *d. Moerl.* Probat merito *Livineius*, *Dei*, eamque ſcripturam Edd. reliquae exhibent. IAEGERVS. In *Puteolan. Rhen. Henr. Stephan.* & pr. *Rivini* eſt *ſignum Dei*, omiſſa voce *dedit*; in his igitur *ſignum* a ſequenti *dedicarunt* pendet. *ſignum dedit*, praeter citatos a *Iaegero*, habet etiam *Paull. Stephanus*. *Dei* inſeruit *Gruterus*, quem poſt *Baunium* ſecuti ſunt noviſſimi. Cum nihil pro varia lectione monuerint *Puteanus*, & *Schonhovii* excerpta, certum eſt in eorum Codd. *ſignum Dei*, omiſſa voce *dedit*, exſtitiſſe. Vnde illud *dedit* hauſerit *Livineus*, neſcio, in *Iaegeri* tamen *Moerliano* legi videtur; ſed eſt ex *Dei* corruptum, & extrudendum, quod recte mox ſuſpicatur *Iaegerus*. Vix enim cohaerere videntur, *Senatus ſignum dedit*, *& Italia ſcutum —— dedicarunt*. Offendit maxime *Italia dedicarunt*, & vix eſt, ut ex collectivo hoc tuearis. Quanto planius eſt, *Senatus ſignum*, *& Italia ſcutum dedicarunt*, praeſertim cum eo ducant Codd. De Chriſti ſigno hunc locum accepit *Baronius*, quem refutavit *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 643. recte monens hic *ſignum* eſſe, quod mox *ſimulacrum aureum* adpellat. Quod de *radiato capite* habet *Cellarius*, ſi huc referas, Oratoris adulationi foret tribuendum, qua *ſignum Dei* coronam diceret; quae Imperatoriae magis dignitatis, quam divinae erat inſigne, de quo copioſe dixi ad *Mamertini* Paneg. Ma-

vinitati ſimulacrum aureum, & virtuti ſcutum, & corona pietati.

CAP. XXVI. Quamobrem te, ſumme rerum Sator, cuius tot nomina ſunt, quot gentium linguas eſſe voluiſti, quem enim te ipſe dici velis, ſcire non poſſumus: ſive in te quaedam vis, mensque divina eſt

Maxim. 3. 2. neque *Patarolo* in *Divi* nomine adſentiri poſſum, quod vivis Imperatoribus haud fuiſſe datum monui in Obſerv. Specim. cap. 12. in fin. in quo conſentientem habeo *Herm. Cannegieter.* Obſ. iur. II. 1. neque aliter *Rittersbuſ.* ad *Oppian.* Cyneg. I. 3.

Scutum] Mos hic Imperatores honorandi. Novimus ex *Eutrop.* lib. IX. ubi ait de Claudio: *Senatus ingenti eum honore decoravit, ſcilicet ut in Curia clypeus ipſi aureus, item in Capitolio ſtatua aurea poneretur.* Refert & *Aurel. Victor.* PATAROL. Imaginem clypeatam, uſitatiſſimum genus honoris. *Trebell. Pollio* Claud. c. 3. *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius iudicio in Romana Curia collocatum eſt, ut etiam nunc videtur, expreſſa thorace vultus eius.* Ita eum locum emendat *Salmaſius*, docetque, thoracem eſſe imaginem thorace tenus expreſſam, qualem Graeci προτομὴν appellant. Vid. illum & l. c. & ad eiuſdem Trig. Tyrann. c. 25. p. m. 322. add. *Lipſ.* ad *Tacit.* Annal. II. 83. *Sueton.* Calig. 16. *Inter reliquos honores decretus eſt ei clypeus aureus: quem quotannis certo die collegia ſacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu proſequente, nobilibusque pueris ac puellis, carmine modulato laudes virtutum eius canentibus.* Ad eum locum adfert *Caſaubonus* locum *Ciceronis* ex *Macrob.* Sat. I. 3. *Cum in ea provincia, quam Q. Cicero frater rexerat, vidiſſet clypeatam imaginem eius, ingentibus lineamentis uſque ad pectus ex more pictum, (erat autem Quintus ipſe ſtaturae parvae) ait: Frater meus dimidius maior eſt, quam totus.* Idemque oſtendit, ſcuta & coronas, ut hic a noſtro Auctore, ſic etiam iungi a *Philone* in Legat. ad Caium, his verbis: Σιωπῶ τὰς συμπερησθείσας τῶν αὐτοκρατόρων τιμὰς ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἐπιχρύσων· IAEGERVS. *Trebellius Pollio* Claud. 7. *Rogo, quantum pretium eſt clypeus in Curia tantae victoriae, quantum una aurea ſtatua?*

Coronam] Quales coronae gratulationis cauſſa ſaepe ab aliis, praeſertim exteris, mittebantur. *Livius* XXXII. 37. *Legati ab rege Attalo coronam auream —— in Capitolio poſuerunt.* Conf. *Bernecc.* ad *Iuſtin.* XI. 10. 10. *Cerda* ad *Virgil.* Aen. VIII. 721. *Thomaſin.* de Donar. 20. *Graev.* ad *Ciceron.* pro Flacc. 31.

Dedicarunt] Nota, *Italiae*, ut nomini collectivo, numerum multitudinis adiungi: niſi malis abiicere *dedit*, quod ex *Dei* natum eſſe videtur. IAEGERVS. Ex noſtra loci ſecundum Codd., & poſteriorem *Iaegeri* ſententiam emendatione, collectivo non eſt opus.

Et enim ſaepe debetur] Vet. & *Vatican.* *Debetur enim & ſaepe debetur.* PVTEANVS. *Relevarent. debetur enim & ſaepe* Vet. *Bertin.* *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Saepe enim & ſaepe debetur;* neſcio, an non fuerit, *debebitur.* *Cuſpiniani* Codex, verbis inverſis, praefert: *Debetur enim, & ſaepe debetur*, quod commode transformetur in *debetur enim & ſaepe debebitur*, etc. GRVTERVS. *Debetur enim & divinitati ſimulacrum;* ſic *Gruter.* *Pariſ.* *Patar.* Omiſſa copula & *Cellarius*: *deb. en. div. ſim.* *Rhenan.* & *Stephan.* *etenim ſaepe debetur & div. ſim.* In contextu *Livineii* lacuna eſt: *ut conſcientiae debitum aliqua ex parte . . . . . . ſaepe enim & ſaepe debetur & div.* Verbum *relevarent* in ſuo Cod. *Bert. Lang.* & *Cuſp.* adeſſe teſtatur *Livineius.* *Put.* *Moerl.* *debetur enim & ſaepe debetur & div.* & ſic etiam *Cuſp.* cum *Schonhov.* unde *Gruterus* ſatis commode effinxit: *debetur enim & ſaepe debebitur div.* etc. quem ducem hic ſequor. Τὸ *ſaepe*, tot tantisque auctoritatibus munitum, omnino revocandum fuit: quo facto verbum *debetur* repetendum, vel potius, ut *Gruterus* voluit, *debebitur* neceſſario ſcribendum videbatur. IAEGERVS. Secundum Codd. & Ed. antiquiſſimam *Puteol.* & *Paull. Stephani*, locum dedi, *Grutero* adſentiri non auſus; *Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus*; *Baunium Cellarius.*

Divinitati ſimulacrum] *Divinitati tuorum ſim.* *Cuſpin.* *Petrus Divaeus*, *tuae.* Vere LIVINEIVS. Sed poteſt etiam *tuae*, citra obſcuritatem, ſubaudiri. IAEGERVS.

Virtuti] Quam a *pietate* diſtinguit vulgato more, cuius exempla habet *Wopkens* ad *Pacati* Paneg. 24.

1. *Rerum ſator*] Ita *Cicero* appellat mundum, de Nat. Deor II. 34. pr. Iovem *Silius Ital.* IV. 451. IAEGERVS.

Gentium linguas] Sua enim apud varias gentes varia eſſe non tantum Iovi, ſed ſingulis Diis nomina, notum eſt. BAVNE. Nam ſuo quaeque vo-

eſt, qua, toto infuſa mundo, omnibus miſcearis elementis, & ſine ullo extrinſecus accedente vigoris impulſu per te ipſe movearis: ſive aliqua ſupra omne caelum poteſtas eſt, qua hoc opus tuum ex altiore naturae arce deſpicias; te, inquam, ora-
2 mus, & quaeſumus, ut hunc in omnia ſecula Principem ſerves. Parum eſt enim optare tantae virtuti, tantaeque pietati, quem longiſſimum habeat vita, proceſſum. Eſt

vocabulo gens Deum nominat. PATAROL. Inde πολυώνυμον Iovem adpellat *Lucianus* Timon. init.

Quae toto infuſa] *Qua toto infuſa*, *Cuſpin. Rhen.* Alludere mihi videtur ad *Virgilii* verſum Aeneid. VI.

Totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

LIVINEIVS. & BAVNE. Vide pulcherrimam Dei circumſcriptionem apud *Georg. Piſid.* Mundi opificio n. 857. & ſeqq. PATAROL. *Cicero* de Nat. Deor. I. 15. *Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres, —— ait, vim divinam in ratione eſſe poſitam, & univerſae naturae animo, atque mente: ipſumque mundum Deum dicit eſſe, & eius animi fuſionem univerſam. Seneca* de Benef. IV. 7. *Quid aliud eſt Natura, quam Deus, & divina ratio, toti mundo & partibus eius inſerta? Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum noſtrarum compellare.* Conf. Paneg. Genethl. 14. 2. & *Lipſ.* Phyſiolog. Stoicor. lib. I. Diſſ. 8. IAEGERVS. *Quae* eſt in *Puteolana*, *Livineii*, & *Paull. Stephani*, ſed recte iam *qua Rhenanus*. *Infuſa* eſt in omnibus Edd. ante *Gruterum*, qui unde *infuſus* dederit, me latet: hoc ſcio, id contra Codd. factum eſſe, cum de varia lectione nihil monuerint *Puteanus*, *Schonhovius*, aut *Livineius*; quamvis itaque praeter *Rivinum* omnes deinde *Gruterum* ſint ſecuti, *infuſa* reſtitui, quod ſexto caſu ad *mentem* referas. ita *Mamertin.* Genethl. 14. 3. *mentem toto infuſam eſſe mundo.* ubi vide.

Poteſtas eſt] Forte *es.* LIVINEIVS Geminam hanc Dei circumſcriptionem oratorie ab Ethnico concinnatam adverte, & caute lege; nam, licet haec de Deo dici poſſint, non ſic tamen debet idem definiri. PATAROL. *Cuſpin. Rhenan. Steph. Livin. pot. eſt*; ſic etiam *Moerl.* ſequente *qua* pro *quae*; vitioſe. Iam *Livineius* in margine indicavit legendum videri *es*; eamque emendationem reliqui Editores recte ſunt ſecuti. *Es* & *eſt* confundi oſtendit, praeter alios, *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 9. 1. IAEGERVS. *Livineium* moviſſe videtur, quod in *Puteolani* Ed. eſt, & ipſe quoque edidit, *poteſtas eſt*, *quae:* ita aptius erit *es.* Sed in *Rhenan.* utriusque *Stephani*, *Rivini*, aliisque legitur, *poteſtas eſt*, *qua*, quod ſervant Codd. quia de varia lectione nihil monuit *Puteanus*, aliique. Primus *Livineii* coniecturam, *poteſtas es*, *quae*, recepit *Gruterus*, quem *Baunius*, ceterique ſunt ſecuti: cui coniecturae tantum non tribuo, ut Codd. deſeram. Opponit enim *vim mentemque*, quae *in rerum ſatore* erat, & *poteſtatem*, quae non in eo, ſed ſupra omne caelum erat, quaque opus ſuum adſpiceret.

Deſpicias] *Lucretius* V. 147. ſq.

Illud item non eſt, ut poſſis credere, ſedes
Eſſe Deum ſanctas in mundi partibus ullis.

Poteſt tamen, quin debet, citra Epicuri diſciplinam, h. l. de Olympo, ſede Iovis & Deorum, intelligi, qui ſuperior caelo. Vid. *Brouckh. Tibull.* IV. 1. 131. & Cl. *Volborth.* Diſp. de Olympo §. 22. IAEGERVS.

2. *Longiſſimum habet*] Sic Vet. & *Vatican. quam longiſſimum habeat.* PVTEANVS. Elegantius illud *habeat* reſtitui pro vulgato *habet.* De ſimili voto *Mamertin.* Paneg. 2. 7. *ſecula ſibi optare debet, & innumerabiles annos, &, quantam tu mereris, aetatem:* adde *Cerdam* ad *Virgil.* Aen. IX. 255.

Progreſſum] Vet. & *Vatican. proceſſum.* PVTEANVS. *Proceſſum* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Sic Edd. At Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl. proceſſum.* Vtrumque probum. *Cicero* Philipp. V. 17. *C. Caeſar ineunte aetate docuit, ab excellenti, eximiaque virtute progreſſum aetatis exſpectari non oportere. Florus* Prooem. lib. I. ſect. 4. *Si quis Populum Rom. quaſi hominem conſideret, totamque eius aetatem percenſeat, —— quatuor gradus, proceſſusque eius inveniet. Gradus* & *proceſſus* iungit etiam *Cicer.* Brut. c. 65. *gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. Ovidius* Triſt. IV. 5. 25.

Sic tua proceſſus habeat fortuna perennes.

Cicer. de Nat. Deor. I. 6. *Aderat etiam Q. Luci-*

Eſt certe ſumma in te bonitas, eſt & pietas; & ideo, quae iuſta ſunt, velle debes: 3
nec abnuendi eſt cauſſa, cum poſſis. Nam ſi eſt aliquid, quod a te bene meritis dene-
getur, aut poteſtas ceſſavit, aut bonitas. Fac igitur, ut, quod optimum humano 4
generi dediſti, permaneat aeternum, omneſque Conſtantinus in terris degat aetates.
Quamvis enim, Imperator invicte, iam divina ſoboles tua ad reipublicae vota ſucceſ- 5
ſerit,

cilius Balbus, qui tantos progreſſus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur. & Tuſcul IV. 19. *Philoſophiae ipſius principes numquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent.* Id. in Bruto c. 78. *Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forenſi dictione, aut a commentatione domeſtica, aut a ſcribendo, aut a cogitando. Itaque tantos proceſſus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur. Sueton.* de illuſtr. Gramm. c. 10. *Ipſe ad Lucium Hermam ſcripſit, ſe in Graecis litteris magnum proceſſum habere, & in Latinis non nullum.* In his omnibus *progreſſus*, & *proceſſus* geminae ſunt ſignificationis. IAEGERVS. Ideoque meliores Codd. ſecutus *proceſſum* dedi, cum & Noſter ſupr. 6. 4. hanc vocem adhibuerit. *Mamertin.* Genethl. 19. 2. *proceſſu aetatis eveniunt.*

3. *Et certe ſumma*] *Eſt certe, Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. Et certe ſumma in te bonitas eſt & pietas. Cuſpin.* cum reliquis ita, ut nos exhibemus. IAEGERVS. *Cuſpinianum* ſecutus eſt *Paull. Stephanus*, & inde *Gruterus.* ita etiam *Schonbovii* excerpta.

Bonitas eſt] *Bonitas, eſt &, Cuſpin.* LIVINEIVS.

Eſt & pietas] Quemadmodum Principes ſunt *pii* ob clementiam, & amorem erga cives: vid. *Auſon.* Paneg. c. 9. 3. & 18. 3. *Claudian.* de IV. Conſ. Honor. 276. ibique *Geſner.* item de Conſ. Stilich. III. 110. ſqq. & de Laude Serenae reg. 55. ita hic pietas Numini ipſi ineſſe dicitur. Videtur tamen vox *pietas* aut male e ſuperioribus repetita, aut nata eſſe ex compendio ſcripturae *ptas*, h. e. *poteſtas.* Melius omnino procedit argumentatio ſic inſtituta: Eſt in te ſumma bonitas, & poteſtas. Ideo, quia bonus es, iuſta velle debes, & quia potens es, non debes abnuere merentibus, alioquin aut poteſtas, aut bonitas defuiſſe videtur. Forſan etiam verba *cum poſſis*, ab explanatore addita, ac proinde ſunt abiicienda. IAEGERVS. Mirifice haec blanditur coniectura, quam confirmant ſequentia, *aut poteſtas ceſſavit, aut bonitas.*

Poteſtas ceſſavit] Lege *ceſſabit.* FABER. & LIVINEIVS. Forte, inquit *Daniel, ceſſabit*, & ita ſcribendum, quod & monuit *Livineius.* Scitur enim ſolitum *V* poni vice *B*, & contra. GRVTERVS. Mihi vero hic nihil mutandum videtur. *Ceſſare* eſt h. l. vice ſua non fungi, non facere, quod fieri ſolitum erat. ſupr. c. 22. 2. *ceſſat terra novalibus. Iuſtinus* XXXI. 4. 9. *Antiochus tam aſſiduo colloquio reconciliatam eius cum Romanis gratiam exiſtimans, nihil ad eum*, (Hannibalem) *ſicuti ſolebat, referre, expertemque totius conſilii velut hoſtem, proditoremque ſuum, odiſſe coepit. Quae res tantum apparatum belli, ceſſante imperatoria arte, corrupit. Seneca* Octav. act. 3. vers. 671. ſqq.

Ceſſit thalamis Claudia diri
Pulſa Neronis.
Quos iam victrix Poppaea tenet,
Ceſſat pietas dum noſtra, gravi
Compreſſa metu, ſegniſque dolor.

Sive igitur *ceſſavit* h. l. praeterito tempore, ſive potius ἀοϱίϛως intelligas, conſtabit ſua huic lectioni veritas & perſpicuitas. IAEGERVS. *Ceſſavit* tantum probo; prius enim ceſſare debuit poteſtas, quam ſua bene meritis negarentur, quamvis *ceſſabit* magis placeat *Schultingio* ad *Senecae* Controv. II. p. 150.

4. *Aeternum*] *In aeternum, Bertin.* LIVINEIVS.

5. *Succeſſerit*] Conſtantinus, credo, filiorum e Fauſta, qui ei ſucceſſere, natu maximus. Fauſta, inquam, non illa Maximianaea, ſed altera, quam adulterii inſimulatam Conſtantinus morte affecit. Auctor *Zoſimus* II. Sed ambigo, an vere. Nam geminam Fauſtam, Conſtantino Magno coniugem, apud caeteros Hiſtoricos non invenio. IDEM. Conſtantinus, quem ex Fauſta, Maximiani filia, iam ſuſceperat. BAVNE. Si Imperatorum filii ad publica vota non acceſſerunt, antequam *Caeſares* creati eſſent, ut *Nazarius* cap. 26. refert; ſequitur hunc Panegyricum dictum eſſe, poſtquam Criſpus, & infans Conſtantinus iam Caeſares facti eſſent: hoc eſt, non ante Conſtantini decimum annum, Chriſti CCCXVII. Adde *Nazarii* Paneg. c. 1. & 2. CELLARIVS. Conſtantinum iuniorem innui putat P. *de la Baune*: at ego Criſpum

ſerit, & adhuc ſperetur futura numeroſior: illa tamen erit vere beata poſteritas, ut, cum liberos tuos gubernaculis orbis admoveris, tu ſis omnium maximus Imperator.

ſpum intelligo, nec tunc temporis alios Conſtantino fuiſſe filios credo. Haec enim Oratio, ut ille notat, dicta eſt anno circiter CCCXIII. poſt Maxentii necem; at Conſtantinum iuniorem natum biennio poſt, hoc eſt, A. CCCXV. circiter coniicio: obiit enim, ut tradunt Chronologi, anno CCCXL., tertio nempe imperii, aetatis autem vigeſimo quinto. In re minus erravit *Livineius*, quamvis in nominibus magis; intelligit enim Conſtantinum pariter, Fauſtae filium, non illius Maximianaeae, ut ipſe loquitur, ſed alterius. De duplici vero Fauſta, Conſtantini uxore, nulla, quod ſciam, apud Hiſtoricos mentio eſt. Intellexit igitur ipſe *Livineius* Criſpum, Minervinae, primae uxoris, filium, at, cum nomina reddidit, dormitavit. PATAROL. Solus intelligi poteſt Criſpus. nondum enim natus erat ex Fauſta Conſtantinus, in lucem demum editus Arelate, menſe Auguſto, anno CCCXVI. Vid. *Gothofredus* Chronol. Cod. *Theodos.* p. 13. & tamen ſupra ad init. p. 464. oſtendi, dictum iam ante fuiſſe hunc Panegyricum in fine anni CCCXIII. aut ſequentis initio, quo annorum circitur XV. eſſe potuit Criſpus ſecundum ea, quae tradit *Baune* ſupr. T. I. p. 297. qui quidem p. 299. Conſtantino primum ex Fauſta filium eſſe natum anno CCCXII. ſcripſit, at vero ſibi parum conſtans, cum p. 302. eum paucis ante annum CCCXVII. menſibus natum referat. In Criſpo tamen manet difficultas, qua dici poſſit ratione *ſucceſſiſſe*, quod Caeſari foret proprium, & tamen Caeſar demum una cum Conſtantino fratre factus eſt Kal. Mart. CCCXVII. Vid. *Pagius* Diſſert. Hypat. p 348. *Gothofredus* Chronol. Cod. *Theodos*. p. 14. Not. ad *Nazarium* Paneg. 1. 1. *Spanhem.* ad *Iulian*. Orat. I. p. 40. poſt quod tempus dictum demum fuiſſe hunc Panegyricum male ſuſpicatur *Cellarius*, nondum enim Caeſarem fuiſſe Criſpum, cum diceretur, indicant ſequentia mox verba, *cum liberos tuos gubernaculis orbis admoveris*, nondum itaque erant admoti; proinde *ſuccedere* non de Caeſarea dignitate accipio, ſed vulgata notione, qua natus etiam infans dici poteſt *in vota Reip. ſuccedere*, & verbum illud iis eſt proprium, quibus eadem atque priori fortuna & ſors obtingit. Conf. *Burman.* ad *Calpurn.* Declam. 29. quod Imperatoris filio tribui poteſt. Vtrum vero potius ſcribendum? *ſuccreverit*. apud *Livium* XXI. 3. 2. in quibusdam eſt: *in paternas ſuccreſceret opes*; editur *ſuccederet*. *Cicero* de Orat. III. 61. fin *ille mediocris orator veſtrae quaſi ſuccreſcit aetati*. *Tibullus* I. 7. 55.

At tibi ſuccreſcat proles, quae facta parentis
Augeat, & circa ſtet veneranda ſenem.

Vt, cum liberos] Haec male cohaerent, videnturque nonnulla excidiſſe; nec tamen ullus Interpretum de hac re monuit, nec libri, qua ſcripti, qua excuſi, quidquam ſuppetiarum ferunt. Liceat igitur mihi coniecturam proferre, ſi minus ἔυςοχον, at certe non nimis temerariam. Legendum puto: *Qamvis enim, Imp. invicte, iam divina ſuboles tua ad rei publicae vota ſucceſſerit, & adhuc ſperetur numeroſior: ita tamen erit vere beata poſteritas, ſi, cum liberos tuos gubernaculis orbis admoveris, tu ſis omnium maximus Imperator.* Videamus nunc de ſingulis. *Ita* cum *illa* potuiſſe commutari facile patet. Ex *ſi* factum *ſit*, quemadmodum in *Propert.* III. 3. 53. ubi vid. *Brouckhuſ.* ex hoc, omiſſa littera prima, (quae & ultima eſt vocis praecedentis, adeoque errori valde opportuna) *it*; & hoc denique mutatum eſt in *ut*; ſicut in *Nepot.* Eumen. 8. 1. obſervat *Heuſingerus*, *ut*, *it*, *id*, turbari. Senſus itaque erit: poſteritas erit vere beata hac ratione, & lege, ſi tu etc. Ita *Plinius* H. N. XXVII. c. 10. ſect. 62. *Valere non diutius anno, & ita, ſi terram non attigerint.* Idem XXXI. c. 6. ſect. 32. *Vtuntur & coeno fontium ipſorum utiliter: ſed ita, ſi illitum ſole inareſcat.* Mitto alios, ipſumque *Tullium*, qui hoc genus loquendi ſaepe uſurpat. IAEGERVS. *Schenckio* auctore, *ut* mutandum eſt in *ubi*; quod veſtigiis lectionis vulgatae propius eſt, quam emendatio a me propoſita. IDEM. Adpend Obſerv. ad Panegyr. veter. Mihi quoque inpenſe placet *Schenckii* coniectura. Neſcio tamen, utrumne ſcripſerit, *illo tamen erit vere beata poſteritas*, *ut* etc. ita cohaerent apte omnia.

NA-

NAZARII

PANEGYRICVS

CONSTANTINO AVGVSTO.

CAP. I. Dicturus Conſtantini auguſtiſſimas laudes, qui tantum ultra omnium ſe-

NAZARII] Conſtantinus Aug., quem Magnum appellant, Criſpum, Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem filios Caeſares deſignavit. In horum Quinquennalibus hunc Panegyricum *Nazarius* dixit, Conſtantini patris laudes continentem, non filiorum. Porro hiſtoriam occiſi per Conſtantinum Maxentii ſic oculis ſubiicit, ut haud plus viſurus fueris, ſi ipſi interfuiſſes pugnae. Meminit exercituum divinitus miſſorum, at Hiſtoria tripertita refert vexillum crucis in ſublimi conſpectum. RHENANVS. *Nazarius* Rhetor inſignis. Huius meminit *Euſebius* in Chron. in fine, *Auſonius* in Profeſſ. Burdigal. & Epigramm. ad Cenſor. Attic. Habuit filiam Eunomiam nomine, de qua *Hieron.* in Chron. in principio. PVTEANVS. Pronunciata eſt haec Oratio, ut ex ipſo initio manifeſtum eſt, anno Chriſti CCCXXI., Cal. Martiis, die natali Caeſarum, Criſpi & Conſtantini; cum, ineunte quinto anno, vota Quinquennalia ſolverent, ac Decennalia ſuſciperent, in quod tempus Conſtantini Magni Quindecennalia concurrebant, ac pro eius Vicennalibus vota nuncupabantur. Aberat Conſtantinus, ad quem tamen *Nazarius* converſa oratione: *Praeſentem*, inquit, *mihi alloqui videor, qui, etſi conſpectu abes, revelli tamen mentibus non potes.* Haec Oratio *Nazario* ſine controverſia adſcribitur, de quo *Euſebius* in Chron. ad annum Chriſti CCCXXV. *Nazarius*, inquit, *inſignis rhetor habetur.* & *Hieronymus* ad an. Chr. CCCXXXVII. *Nazarii rhetoris filia in eloquentia patri coaequatur.* Hanc Eunomiam, virginem Chriſtianam, appellat *Arnaldus Pontacus* in ſuis Chronic., fretus, ut ipſe ait, quatuor *Vaticanorum* Codicum auctoritate. *Nazarii* quoque apud *Auſonium* mentio eſt, in Profeſſor. Burdigal. Epigr. 15. An vero *Nazarius* hic noſter fuerit ille, quem Clerus Maſſilienſis, in qua Lectoris munere fungebatur, cum Oreſio Epiſcopo Arelatem ad Synodum ſuffragiis delegavit, dubitat noſter *Ioan. Bap. Gueſnayus* in ſuis provinciae Maſſilienſis Annalibus. BAVNE. & CELLARIVS. & PATAROL. De *Nazario* vid. *Vinet.* ad *Auſonii* Profeſſ. 14. *Brouwer* Annal. Trev. T. III. p. 211. *Tillemont* Hiſtor. imper.

ſeculorum Principes eminet, quantum a privatis ceteri Principes receſſerunt, & dicturus in coetu gaudiorum exſultantium, & laetitiae geſtientis, quam cumulatiorem ſolito beatiſſimorum Caeſarum quinquennia prima fecerunt, ſentio, nullam eloquentiam nec optari, nec concipi poſſe, quae dignam adferat aut

T. IV. p. 385. *Fabric.* Bibl. Lat. T. II. p. 771. *Walchius* Parerg. Acad. p. 802. *Saxe* Onomaſt. T. I. p. 395. Quamvis autem filiam habuerit Chriſtianam, utrum tamen ipſe hanc fuerit religionem profeſſus, mihi non conſtat. *Dei* quidem ſingulari numero meminit infr. cap 7. 3. & 4. cap. 16. 2. cap. 18. 4. cap. 26. 1. cap. 28. 1. ſed id fecerunt quoque alii. Conf. *Burman.* ad *Lucan.* I. 128. Patruum meum ad *Catonis* Diſtich. I. 1. & Socerum Reſcript *Boxbornio* cap. 8. ita & more Romano Conſtantium dixiſſe *Divum* videtur cap. 14. 6. de eo enim illic loquitur tamquam Imperatore, per apotheoſin inter Deos relato, quamvis, ſi Chriſtianum fuiſſe conſtaret, hoc facere potuiſſet eadem ratione, qua alii Chriſtiani Conſtantinum *Divum* dixerunt, non propter apotheoſin, ſed uſu magis communi; de quo Cl *de Rhoer* de Effect. relig. Chriſt. in Iurispr. Diſſ. II. §. 6. Dictus autem eſt, in quo conſentiunt omnes, hic Panegyricus anno CCCXXI. quamvis ad praecedentem referat *Brouwer* d. l. de quo *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 40. Conf., praeter citatos, *Gothofredum* Chronol. Cod. *Theodos.* T. I. p. 291. 413. & 466. T. III. p. 291. & 293. *Valeſium* ad *Ammian. Marcell.* XXI. 15. & quidem dictum eſſe Kal. Martiis ſcribit *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 1. & 4. quia *primis Caeſarum*, Criſpi & Conſtantini, *quinquenniis* ſeſe dicere tradit Noſter cap 1. 1. hi autem eo die, anno CCCXVII. facti erant Caeſares, vid. ad Paneg. praeced. 26. 5. quam tamen rationem ad diem determinandum parum certam arbitror, quia per totum annum feſtivitates, adeoque etiam publici ſermones, habebantur, vid. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 3. Romae dictum eſſe tradit d. l. *Brouwerus*, abſente autem Conſtantino, ut patet infr. cap. 3. init ubi conf. *Cellarium.* —— Ordo eſt varius. Quartus eſt in *Guelferb.*, quocum conſpirant Edd. *Rhenani*, & *Henr. Stephani*, qui. computato *Plinio*, habent quintum, quo loco eſt in *Puteanei* Cod. variantibus penes me MSS., ut etiam in Ed. *Paulli Stephani*, & *Rivini*, quae, addito *Plinio*, ſextum ponunt, ſeptimum *Livineius*, & *Patarol*, ſextum *Gruterus* omiſſo *Plinio*. *Baunii*, *Cellarii*, & *Iaegeri* ordinem, quem ſecutus ſum, poſtulat temporis feries.

1. *A privatis*] Id ipſum *Gregorius Magnus* de Galliae regibus dixit, lib. V. Epiſt. 6. ad Childebertum, Francorum regem: *Quanto*, inquit, *ceteros homines regia dignitas antecedit*, *tanto ceterarum gentium regna regni veſtri profecto culmen excellit.* BAVNE.

Aemulationem ſolita] Vet. *cumulatiorem ſolito.* PVTEANVS. *Cumulatiorem ſolito* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *quam cumulatiorem ſolito.* ACIDALIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin* Sed recte Codd. *Moerl.* cum *Schonhov. Cuſpin.* & reliquis Edd. *cumulatiorem ſolito.* IAEGERVS. Cum reliquis Codd. etiam *Guelferb.* ex antiquisſima *Puteolana* fluxit corrupta lectio, quam in pr. prae meliori illa *Gruteri* ſervare non debuiſſet *Rivinus.*

Beatiſſimorum Caeſarum] Criſpi, Conſtantini, Conſtantii, & Conſtantis, quos Conſtantinus eorum pater ante quinque annos Caeſares deſignarat. Ex quo loco patet, non Imperatorum modo Quinquennalia, ut ad Paneg. II. cap 1. init. obſervavimus, celebrari ſolita, ſed & Caeſarum. BAVNE. Criſpi, & Conſtantini pueri. Anno enim Chriſtiano CCCXVII. Criſpus iuvenis, & ſuperiore anno Arelate natus Conſtantinus, ambo filii Conſtantini Auguſti, una cum Licinio puero creati ſunt Caeſares, uti eſt in Chronico *Alexandrino*, & *Idacii* Faſtis, & Excerptis Anonymi de Conſtantino, ab *Valeſio* vulgatis, quo anno Decennalia pater Conſtantinus agebat. *Euſebius* de Vita Conſt. IV. 40. ἀμφὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα, *circa patris Decennalia.* Adde Noſtri cap 2. num. 2. 3. CELLARIVS. Criſpi, & Conſtantini iunioris; non etiam Conſtantii, & Conſtantis, ut puto. Nam, ſi haec Oratio dicta A. circiter CCCXXI, ut coniectavit P. *de la Baune*, Conſtans, qui primus erat poſt Conſtantinum iuniorem, eo anno aut nondum natus, aut vix natus erat; obiit enim anno circiter CCCL., cum trigeſimum circiter ageret aetatis. Huius meae opinionis non me fallit fuiſſe etiam *Io le Clerc* Biblioth. T. III. PATAROL. Titulus tribui ſolitus Principibus. *Gruter.* Inſcript. p. 283.

D. N. FL. CONSTANTI
NO. MAXIMO. BEATISSIMO.

& pag.

aut tempori gratiam, aut materiae copiam, aut veſtris ſtudiis facultatem.
Iactat quippe ſe nunc cum maxime alacris omnium ac beata devotio. Nec 2
operta mentium rimari neceſſe eſt; exſtat in vultu cuiusque hilaritatis pu-
blicae decus, & in ſerenis frontibus animorum indicia perleguntur. Non enim 3
ſe

& pag. ſeq.

CONSTANTINI. ET CON
STANTI. BEATISSIMO
RVM. AC. FLORENTISSI
MORVM. PRINCIPVM

IAEGERVS. Recte *Baunio* oblocutus eſt *Patarolus*, Conſtantium tamen & Conſtantem huc referenti, quia ante hunc Panegyricum eoſdem iam fuiſſe natos tradiderat ſupr in vit. Conſtantini p. 299. Confer ad Paneg. praeced. 26. 5. —— *Beatiſſimorum* titulus eſt quoque infr. 2. 3. & 5. 5. & 38. in fin. & apud Incert Conſtantin. 14. 7. de quo vide *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. cap. 8.

Primo fecerunt] Vet. *prima.* PVTEANVS. *Prima* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *quinquennia prima.* ACIDALIVS. Mos ſignandi tempus imperii per quinquennia, decennia, etc. ſub Auguſto natus, teſte *Dione.* Et ea quidem ludis, ac muneribus celebrabantur, & eorum memoria nummis etiam ſignabatur. Hoc tamen obſervo, frequenter fieri non caepiſſe, niſi temporibus circiter Conſtantini: ante ipſum vero non niſi raro factum. ut in aliquibus nummis Alexandri Severi, Balbini, & Philippi videas. In nummis Theodoſii legitur etiam VOTIS XXX MVLTIS XXXX. Imitatus eſt omnino periodi huius ſententiam *Politianus* Praefat. in *Homer.* PATAROL. Ita *Rhen. Stephan. Livin.* Sed recte Codd. *Moerl.* cum *Schonbov. Cuſpin.* & reliquis Edd. *prima.* IAEGERVS. *Prima* etiam *Guelferb.* altera lectio iam fuit in *Puteolan.* Ed., quam male in pr. retinuit *Rivinus*, cum meliorem iam dediſſet *Gruterus.*

Silentio nullam] Legendum opinor *ſentio.* RHENANVS. Vet. *ſentio.* PVTEANVS. Recte *Beatus*, *ſentio.* ACIDALIVS. *Rhenan. Steph. ſilentio*; *ſentio* ceteri ſcripti, & excuſi omnes praeferunt. IAEGERVS. *Sentio* etiam excerpta *Schonbovii*, quod primus recte recepit *Livineius*, quamvis deteriorem ſcripturam retinuerit *Rivinus.*

Nec optari] Deſunt in utraque *Rivini.*

Facultatem] Miniſterium, libertatem, aut ſtimulos veſtris affectibus. PATAROL.

2. *Nunc cum maxime*] i. e. ita, ut iactare ſe ſolet, cum ſe maxime iactat, vehementiſſime. De hac forma loquendi vid. *Erneſti*, V. C., Clav. *Ciceron. Schwarz.* ad Paneg. I. 2. 1. IAEGERVS. Ad illum *Mamertini* locum latius monui; *nunc* aliquando addi oſtendit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 45.

Alacris omnium] Poſt *omnium* *Moerl.* inſerit *ſtudium:* quod ſi locum tueri deberet, legendum eſſet *alacre*; ſed gloſſema eſſe vocis *devotio*, & ex margine in textum irrepſiſſe videtur. IAEGERVS. *Studium* quoque *Guelferb.*

Operta mentium] Vt *amara curarum*, *abdita terrarum*, mox *optata votorum*, ſupra iam ſemel atque iterum obſervavi. BAVNE. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 16. 4. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 2. 4. *latebras & receſſus in animis* dixit *Cicero* pro Marcell. 7.

Rimari] Vid. *Weitz* ad *Salvian.* Gub. Dei II. p. 191.

Indicia praeleguntur] *Indicia perleguntur* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Indicia praeleguntur*, ſic aliquot ſcripti: ſed nec male illi, qui *iudicia.* GRVTERVS. Ita *Livin. Gruter. Paris. Cellar. Patar.* At *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* cum MSS. *Livin. Gud.* & *Moerl.* *animorum indicia perleguntur*; quod verum puto; nam *praelegere* quomodo huc quadret, non video, niſi novam huius verbi comminiſcamur ſignificationem: *perlegere* vero eſt ſpectare. *Virgil.* Aen. VI. 33.

Quin protinus omnia
Perlegerent oculis: ni iam praemiſſus Achates.
Adforet, atque una Phoebi, Triviaeque ſacerdos.

De fronte *Plinius* H. N. XI. c. 37. ſect. 51. *Frons & aliis, ſed homini tantum triſtitiae, hilaritatis, clementiae, ſeveritatis index. In animo ſenſus eius*, i. e. ut interpretatur *Harduinus*, *hac parte ſe maxime animus prodit, hic animi vis ſentitur, hic ſe totum exſerit.* Infra h. Paneg. c. 13. 1. *male clauſi ſigna moeroris per vultus indices exierunt.* IAEGERVS. *Iudicia praeleguntur* ex antiquiſſima *Puteolana* ſecutus eſt *Livineius*, & retinuerunt ſequentes, praeter *Henr. Stephanum*, &

ſe capit exundantis laetitiae magnitudo, ſed, dedignata pectorum latebras, ita multa & candida foris prominet, ut intelligatur non ingentior eſſe, quam verior. Nec vero mediocribus bonis gaudent, qui exſultandi modum non habent.

Cap. II. Fruimur nos quidem praeſentium maxima voluptate, ſed lenocinatur his iam futuri ratio; &, quae temporibus diſparata ſunt, animorum prae-
2 ſumtione iunguntur. Quintum decimum annum maximus Princeps ſalutaris imperii degit, ſed auguramur iam vicennalia, & venturi fidem ſuperiorum fe-

& *Rivinum*, qui *Rhenani indicia perleguntur* exhibuerunt, niſi quod in ſec. habeat *iudicia Rivinus*, ex frequenti utriuſque vocis permutatione, de qua dixi ad *Arator.* I. 88. *iudicia perleguntur* probavit *Barthius* ad *Statium* Theb. IV. 746. *Iaegero* adſentior. Confudit haec vulgata *per* & *prae* permutatio, de qua dixi Specim. obſerv. cap. 8. ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1. & quaedam feliciter ſanavit *de Rooy* Spicil. crit. cap. 4. Geminus eſt *Pacati* locus Paneg. 37. 2. *intimos mentis adfectus proditor vultus enuntiat, ut in ſpeculo frontium imago exſtet animorum.* ubi Not. aliorum ſimilia congeſſit *Barthius* Adverſ. XXXI. 4. ad *Claudian.* Conſ. Manl. 118. Nupt. Honor. 9. ad *Statium* Theb. I. 188. ad *Rutil.* Itin. I. 547. *Schulting.* ad *Senecae* Contr. I. p. 73.

3. *Se capit*] Conf. *Barth.* ad *Statii* Theb. II. 611.

Quam verior] Poſſit aliquis ſuſpicari legendum eſſe: *non verior eſſe quam ingentior.* i. e. aeque ingens ac vera. Ita *Livius* XXXI. 35. *Turbavit hunc ordinem pugnandi non acrior, quam pertinacior impetus Romanorum.* (i. e. impetus Romanorum aeque pertinax atque acer) *Nam haud ſecus quam ſi tota acie dimicarent, & velites, emiſſis haſtis, cominus gladiis rem gerebant, & equites, ut ſemel in hoſtem evecti ſunt, ſtantibus equis —— pugnabant. Ita nec eques regius equiti par erat, inſuctus ad ſtabilem pugnam*, etc. Verum enim vero hypallagen eſſe malo exiſtimare, de qua vid *Voſſius* Inſtit. Or. IV. 12. p. m. 254. IAEGERVS. Si *ſed* pro particula adverſandi, non tranſeundi. & *ita* non pro particula intendendi, ſed reſtringendi, habeatur, evaneſcit hypallage, & ſenſus hic exſiſtit: *attamen —— ita foris prominet, ut ferventioris laetitiae impetus non egrediatur veritatem.* IDEM. Praefat. T. II. Hypallage non opus eſt: quo verior eſt laetitia, eo ingentior. *Pacatus* Paneg. 37. 2. *tanta ſe & tam ſimplici exſultatione iactabat, ut, ni eſſet vera laetitia, nimia videretur.* aeque igitur erat ingens, atque vera. Infr. 3. 4. *non flos laetior quam uberior adparet.* & 26. 1. *non intutior tempore, quam Deo tectior.*

Gaudent] *Guelferb. gauderet.* male.

Qui exſultandi] *Moerl. ſed exſ.* minus recte. IAEGERVS.

1. *Quidem nos*] Vet. *nos quidem.* PVTEANVS. *Gud. nos quidem.* IAEGERVS. Codd. his ſum obſecutus.

Lenocinatur] Commendat ea, & iucundiora reddit. *Plinius* Epiſt. I. 8. 6. *Anceps hic & lubricus locus eſt*, (laus propria) *etiam quum illi neceſſitas lenocinatur.* & II. 19. 7. *Poteſt tamen fieri, ut, quamquam in his difficultatibus, libro iſti novitas lenocinetur.* IAEGERVS. *Quinctil.* Declam. XII. c. 19. *Infelicitas mea negotianti tibi lenocinata eſt.* adde *Schulting.* ad *Senec.* Controv. I. p. 74.

Diſſeparata] Vet. *diſparata.* PVTEANVS. *Diſperata* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *diſparata.* ACIDALIVS. An *diſparata?* ut *Viennenſis* habet editio. BAVNE. Ita Edd. *Rhenan. Steph. Grut. Pariſ. Patav. Cellar. Cuſpin.* cum MSS. *Gud.* & *Moerl. diſparata*, quod probant merito *Acidalius*, & *Baun.* Non abſimili ratione in *Quinctil.* Inſtit. Or. V. 11. 31. *diſparata* & *ſeparata* turbantur. IAEGERVS. Firmat hanc lectionem etiam *Ammian.* lib. XIV. c 3 ubi Batne ab Euphrate brevi ſpatio *diſparari*, lib. XXI. c. 12. ubi amnis civitatem *brevi diſparatione* praeterlabi dicitur. Accedit locus *Caeſaris* B. G VII. 28. ubi vid. S. V. *Morus*, & *Gell.* N. A XI. 11. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. vet. p. 36. *Plautus* Rud. Prol 10. *alia aliam diſparat.* *Taubman.* ad eumd. Amphitr. I. 3. 51. *Sulpicius Sever.* Dial. III. c. 18. *tam crudeliter diſparatus.* *Stephanus* ad *Saxon.* Gramm Praef. p. 21.

Praeſumtione] Anticipato fructu. *Plinius* Epiſt. IV. 15. 11. *Rerum, quas adſequi cupias, praeſumtio ipſa iucunda eſt.* & IX. 3. 1. *Alius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonae manſuraeque famae praeſumtione perfruitur, certusque poſteritatis cum futura gloria vivit.* Vid. ſupra Paneg. VII.

feliciṫate ſancimus. Quinquennalia beatiſſimorum Caeſarum occupatos in 3
gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis iam vota properantia, & ſpes
volucres conſtiterunt. Horum dehinc compotes propagabimus optabilis
boni feriem. Ita omnia, quae ex Principibus noſtris proſpere veniunt, 4
continuatos fructus ferunt, nec magis recepta delectant, quam exſpectata iu-
verunt. Verum quid agimus, vicenis, aut iam tricenis annis circumſcriben- 5
do, quae aeterna ſentimus? Ampliora ſunt merita Principum, quam optata vo-
torum. Eat quin imo in immenſum felicis curſus imperii, nec humanorum 6
ter-

VII. 12. 2. IAEGERVS. Vbi ipſe etiam alia addidi.

2. *Quintum decimum annum*] *Max. P. ſ. i. annum*, *Bertin* LIVINEIVS. Concurrebat XV. Conſtantini annus cum Caeſarum Quinquennalibus M s autem erat, ut in Quinquennalibns vota publica pro Decennalibus, decimo quinto anno vota pro Vicennalibus obtinendis funderentnr, ut *Porphyrius* Poeta diſerte teſtatur in eo Panegyrico carmine, quod hoc ipſo anno Chriſti CCCXXI. coram Conſtantino pronunciavit, cuius fragmenta opera *Pithaei* in lucem exiere. Itaque in eo carmine:

> *Sancte Pater*, inquit, *rector ſuperum*, *Vicennia laeta*
> *Auguſto*, *& decies creſcant ſolennia natis.*

Id ipſum conſtat ex ſexcentis numis, VOTIS X MVLT. & VOTIS XX. id eſt, Votis Decennalibus multis, votis Vicennalibus. BAVNE. Nam Imperator dictus anno CCCVI mortuo patre. Quinquennia autem iſta celebrabantur, ut iam dictum, A. CCCXXI. PATAROL. Conf. *Pagii* Diſſert. Hypat p. 167. ubi de ratione temporis accurate inquirit. IAEGERVS. Et *Noriſius* de Num. Diocl. Diſſ. II. cap 3. & 4. *Gothofred.* Chronol. Cod. *Theodos.* p. 14.

Auguramur] Explicant hoc nummi, in quibus legitur, VOTIS V MVLT (hoc eſt *multis*) X PATAROL. Conf. *Morellum* Specim rei numar. p. 80.

Venturi] Vid. ad *Eumen.* Grat act. 8. 3.

Felicitate ſentimus] *Sancimus* Vet. *Cuſpin. ſanximus*, *Bertin.* LIVINEIVS Liber alius *ſanximus*, alter *ſancimus*, quod ultimum cum & repraeſentet *Cuſpiniani* editio, id non intrepide admiſerim. GRVTERVS. Sic *Rhenan. Stephan Livin. ſanximus Bertin. ſancimus* Cod *Livin Cuſpin.* cum reliquis; recte. Sic *ſentire* & *ſancire* etiam permixta fuerunt in *Propert.* IV. 9. 73. Senſus eſt: Felicitas praeteritorum nobis quaſi pignus eſt, & iubet, nos non ſolum ſperare, ſed etiam confidere, fore, ut & poſthac, quae auguramur, eveniant. IAEGERVS. *Sentimus* exſtitit ante *Gruterum*, & in pr. adhuc retinuit *Rivinus*; in *Guelferb.* eſt *ſanciamus.* Alteram lectionem confirmat praecedens *auguramur.* *Livius* VIII. 7. 19 *morte tua ſancienda ſunt Conſulum imperia.* ubi in *Voſſ* eadem varietas.

3. *Quinquennalia*] Imperatorum Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia novimus: hinc vero diſcimus, per eosdem gradus temporum etiam pro Caeſaribus, qui diſtincti ab Auguſtis Imperatoribus minoresque erant, & vota ſuſcepta, & feſtos dies illorum nomine celebratos. CELLARIVS. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 1.

Sed in deſtinatis] Mutato ordine *Guelferb. ſed iam in d d. vota*

Volucres conſtituerunt] *Conſtiterunt*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Scribo *conſtiterunt.* MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 31. Sic *Rhenan. Stephan. Livin* Sed bene *Bertin. Cuſpin.* cum ceteris *conſtiterunt.* Conſimili ratione haec verba miſcentur in *Salluſt.* Iug. 49. 5. ubi vid. *Cortius.* IAEGERVS. Recte revocavit *Gruterus conſtiterunt*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr. De his permutatis agit *Drakenb.* ad *Livium* II. 12. 6. & XXVII. 16. 11.

Propagabimus] Vid ad *Eumenium* Conſtantio 3. 2. & Gratiar. act. 8. 2.

6. *Et quin imo inmenſus*] Aliis *Eſt quin immo.* RHENANVS. Vet. *Eat quin imo*: PVTEANVS. *Eat* Vet. *Langii* Schedae, *Cuſpin. in immenſum fel.* Vet. *Bertin Cuſpin.* LIVINEIVS. Alias *eſt.* recte ACIDALIVS. *Eſt quin immo immenſus*; ſic repoſui iuxta *Genevenſem* Editionem A. 1638. cui favet etiam, quod adnotat *Acidalius.* In aliis legitur, *eſt in immenſum.* PATAROL. Ita *Rhenan. Stephan. Livin.* al. *eſt.* Sed bene Cod. *Liv. Lang. Put. Moerl. Schonhov.* cum reliquis *eat* pro *&*: pro *immenſus* cum *Bert.* iidem, excepto *Lang.*, *in immenſum.* IAEGERVS. *Et q. i. immenſus* ex *Puteolan.* retinuerunt *Paull. Stephanus*, & in utraque *Rivinus.* *Eat* primus de-

terminos curent, qui ſemper divina meditantur. Certe cupitorum irriti non
ſumus, qui, cum optemus maxima, id faciamus benignius, quam ſecurius;
quod, propter caeleſtem in illo favorem, tam certa adipiſcendi ſpes eſt, quam
7 optandi ſoluta libertas. Has igitur gratulationes, quae praeſentibus excitantur,
quae-

dedit *Gruterus*. Recte, hanc quoque lectionem confirmante *Guelf. In immenſum* tuentur notata a *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 16. 2.

Terminos curant] Vet. *curent.* PUTEANUS. *Curent.* Vet. *Bertin.* Bene *curet*, ac *meditatur*, ut in *Cuſp.* eſt. Nam Conſtantinum indicari docet, quod mox ſequitur, *propter caeleſtem in illo favorem* LIVINEIUS. Pro *curant* (uti legitur in *Rhenan.* & aſſecla eius, itemque *Livin.* & *Patar.*) Cod. *Moerl.* cum Edd. ceteris *curent. Schonhov. curat. Cuſp. curet*, & deinde cum *Schonhov. meditatur.* Arridet hoc *Livineio*; nam Conſtantinum ait indicari. Non repugno, ſed potuit etiam ſententia haec ab Oratore indefinite, & generaliter, ut ſaepiſſime fieri ſolet, efferri. IAEGERUS. *Curent* etiam *Guelferb.* Quibus in praecedente periodo *eſt* placuit, neceſſario hic *curant* ſcribere debuerunt. Codd. ſtat auctoritate noſtra lectio.

Meditantur] *Meditatur*, *Cuſpin.* LIVINEIUS.

Cupitorum irriti] *Curtius* VI. 5. 31. *irritam ſpei. Tacitus* Hiſtor. IV. 32. *irritus legationis.* Conf. *Drakenb.* ad *Silium* XII. 51.

Id faciamus] Vet. *illud.* PUTEANUS. Forte *facimus.* ACIDALIUS. Τὸ *faciamus* ut mutetur in *facimus*, non neceſſe eſt, quoniam pronomen *qui*, poſitum pro *quia*, ſubiunctivum ſibi adſciſcit Ita *Cicero* Epiſt. ad Diverſ. II. 3. 4. *Sed aliter, atque oſtenderam, facio, qui ingredior ad explicandam rationem ſententiae meae.* & VII. 28. 2. *Nunc contra & vidiſſe mihi multum videris, cum, prope deſperatis his rebus, te in Graeciam contuliſti; & hoc tempore non ſolum ſapiens, qui hinc abſis, ſed etiam beatus.* itemque XVI. 1. 1. *Peccaſſe mihi videor, qui a te diſceſſerim.* IAEGERUS.

Benignius quam ſecurius] Negatio immittenda, *non benignius quam ſecurius*, & ſequentia his tali diſtinctione nectenda; *quam ſecurius: quod propter coeleſtem in illo favorem tam certa adipiſcendi ſpes eſt, quam optandi ſoluta libertas.* ACIDALIUS. Lege cum *Acidalio*; *id facimus non benignius, quam ſecurius*, id eſt, vota noſtra non ſunt irrita: haec vero deſideramus, non magis ex propenſa in Principem voluntate, quam certa ſpe inducti id nos impetraturos. BAUNE. Neceſſaria videtur *Acidalii* emendatio, eoque facilius admittenda, quo crebrioribus exemplis conſtat, particulam *non* a Librariis negligenter fuiſſe omiſſam: incluſam itaque uncis contextui auſus ſum inſerere. Ad *Baunii* interpretationem quod adtinet, τὸ *benignius* non puto hic ſignificare, ex propenſa in Principem voluntate, ſed potius largius. Quemadmodum enim *maligne* valet nimis parce, & tenuiter, ita e contrario *benigne* ſignificat large & liberaliter. *Livius* IX. 32. pr. *Advenientibus Romanis. Sutrini commeatus benigne in caſtra ante urbem poſita advexere. Mela* III. 6. p. 276. *A. Gron.* de Britannia: *Siciliae maxime ſimilis, plana, ingens, fecunda, verum his, quae pecora quam homines benignius alant.* Idem in prooem. ℞. 2. *longa eſt magis, quam benigna materia.* ubi vid. *Iac. Gronov.* IAEGERUS. Textum dedi ſecundum Codd., Forte per interrogationem haec capienda, *id faciamus benignius, quam ſecurius! quod* etc. Recte *benigne* explicuit *Iaegerus. Horatius* Od. II. 18. 9.

At fides, & ingeni
Benigna vena eſt.

Ovidius Amor. I. 10. 56.

Praebeat Alcinoi poma benignus ager.

Tibullus III. 3. 6.

Et magnas meſſes terra benigna daret.

contra *Mela* II. 2. 6. *maligne admodum patiens*, adde *Drakenb.* ad *Livium* IX. 32. 2.

Soluta libertas] Quia nec cogimur vota nuncupare, ut olim ſub malis Imperatoribus; qua de re dictum ad *Plinii* Paneg. non ſemel. PATAROL. Non impedita. *Cicero* ad Diverſ. Ep. I. 9. 61. *Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in re publica non alius eſſem, atque nunc ſum.* & III. 5. 3. *Animadverti enim, & didici ex tuis litteris, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres, reſtitueresque & praeparares quodam modo omnia, quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe*

quaeque ſuperiorum memoria vigent, aut quas in poſterum redundaturas cogitatio avida depaſcitur, quis omnium queat flagrantiſſimis audientium ſtudiis ſatisfacere dicendo? Iam vero, cum publicas tantum utilitates amplecti velim, & 8
unusquisque privatim ſuas cogitet, tremebunda proferatur oratio, quae ta-

eſſe poſſet. *Tacitus* Annal. IV. 35. 1. *Non adtingo Graecos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita, aut ſi quis advertit, dictis dicta ultus eſt. Sed maxime ſolutum, & ſine obtrectatore fuit, prodere de iis, quos mors odio, aut gratiae exemiſſet.* Idem XIII. 47. 2. *Pons Milvius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat, ventitabatque illuc Nero, quo ſolutius urbem extra laſciviret.* Τὸ *tam* ante *certa* omittit *Patarol*, vitio forte operarum, & *ſolutam libertatem* interpretatur non coactam. Hoc vero alienum h. l. videtur. IAEGERVS. *Valer. Maxim.* VIII. 7. ext. 1. *quo vacuum promtius eſſet, ac ſolutius.* ubi *Torren.*

7. *Has igitur gratulationes*] Pro accuſativo abſolute poſito haberi poſſit, per Graeciſmum, & ellipſin verborum, *quod adtinet ad* etc. vid. Illuſtr. *Harleſius* ad *Cicer.* de Orat. lib. I. c. 12. n. 53. SCHENCKIVS. in Praefat. T. II. Ed. *Iaegeri.* Mox vide.

Aut quaſi] Malim ſic legere, *aut quas in poſterum redundaturas.* RHENANVS. & LIVINEIVS. Non dubito, quin ſit legendum, *redundaturas.* PATAROL. Sic Ed. omnes. *Rhenanus*, & *Livineius* feliciter emendant, *quas in poſterum redundaturas:* quae emendatio, *Patarolo* etiam probata, adeo certa eſt, & indubitabilis, ut eam non potuerim non recipere. IAEGERVS. Idem iudicium ſequor; ex ſequenti potuit voce in *quaſi* ultima adhaeſiſſe littera. Antea edebatur, *aut, quaſi in poſterum redundatura, cogitatio avida depaſcitur.* De voce *redundare* vide ad *Eumen.* Conſtantio 21. 2.

Quis omnium] Forte *quis hominum.* LIVINEIVS. Non neceſſarium; quamquam ſatis conſtet, eas voces haud raro miſceri. Vid. *Gronov.* ad *Livium* IX. 8. IAEGERVS. *Gronovio* adde notata ad *Mamertin.* Maxim. 12. 3. Genethl. 18. 4. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 17. 3. —— Mox *Guelferb.* *flagrantiſſimus.* male.

Dicendo] *Moerl.* & *Gud.* habet *in dic.* non male; ita enim Coel. in Epiſt. *Cicer.* ad Diverſ. VIII. 12. 4. *quod mihi in pecunia minus ſatis feciſſet.* Conf. *Sanctius*, & *Perizon.* in Minerv. p. m. 456. & 676. Denique verba (niſi quid forte excidit) ita ſunt ordinanda: Quis omnium queat ſatisfacere ſtudiis flagr audientium dicendo has gratulationes, quae etc IAEGERVS. Aliter modo *Schenckius*, ſed vera eſt *Iaegeri* expoſitio.

8. *Tremebunda*] Forte *& tremeb* LIVINEIVS. Ita conieciſſe videtur, propter *proferatur*, quod per copulam τῷ *cogitet* iunxerit.

Proferatur] Lege *proferetur*, aut addendum erit, *neceſſe eſt tremebunda proferatur oratio.* ACIDALIVS. Magna hic eſt varietas interpunctionis, & lectionis. *Rhenan.* & *Stephan.* hunc in modum: *Iam vero quum publ. t. ut. ampl. velim, & unusquisque priv. ſuas cogitet, tremebunda proferatur oratio, quae t r. vincenda eſt: in ipſis etiam publicis geſtorum ingentium prof. laud. quam augendi cup. prae ſe ferat? non iniuria* etc. *Livineius* ita: *Iam vero cum p. t. ut. am. velim, & un. pr. ſ. cogitet, tremeb. proferatur oratio. quae t. r. vincenda eſt, in ipſ. & p. g. i. p. laudatio quam augendi c. p. ſ. ferat, non iniuria* etc. *Acidalius* τὸ *proferatur* mutandum cenſet in *proferetur*, (quod factum eſt a *Cellario*) aut addendum: *neceſſe eſt, tremeb. proferatur oratio;* poſt *vincenda eſt* στιγμὴν ponit, pro *quam augendi* legit *quum augendi*; poſt *ferat*, ſublato interrogationis ſigno, incidit; & ſic locum hunc exhibet *Cellàrius*, itemque *Baunius*, & *Patarol*, excepto, quod hi τὸ *proferatur* retinent. *Gruter.* & *Pariſ.* prior *Acidalii* interpunctionem praeferunt, voces autem *proferatur* & *quam* non immutant. Aliam emendandi viam iniit *Livineius*, qui poſt *cogitet* inſerendam eſſe iudicat coniunctionem *&*, (poſtremas nimirum verbi *cogitet* litteras, quae facillime omitti potuerunt,) deinde poſt *laudatio* ponendum verbum *neſcio*, ut ſit *neſcio quam*, vel expellendam voculam *quam*, (quae ſcilicet, teſte ipſo, in ſuo & *Bert.* itemque *Cuſp.*, quibus & *Put.* cum *Moerl.* accedit, non reperitur;) quo facto haec exſiſtit verborum conſtructio: *Iam vero, cum publicas tantum utilitates amplecti velim, & unusquisque privatim ſuas cogitet, & tremebunda proferatur oratio, quae tacita reputatione vincenda eſt, in ipſis etiam publicis geſtorum ingentium profeſſa laudatio augendi cupiditatem prae ſe ferat: non iniuria minuendi metum faciunt, quae ſpem amplificationis ex magnitudine ſuſtulerunt.* Scriptura non inconcin-

9 tacita reputatione vincenda eſt. In ipſis etiam publicis, geſtorum ingentium profeſſa laudatio augendi cupiditatem prae ſe ferat! non iniuria minuendi metum faciunt, quae ſpem amplificationis ex magnitudine ſuſtulerunt.

Cap. III. Quis, oro, Conſtantine maxime, (praeſentem enim mihi adloqui videor, qui, etſi conſpectu abes, revelli tamen mentibus non potes) quis, inquam,
2 adſpirare laudes tuas audeat aequiparandi magis ſpe, quam gratia non tacendi? Quis tam

cinna in ſpeciem: ſed tamen, ſi totam orationis ſeriem conſideres, non ſatis apte cohaerens. Sequor itaque *Acidalium*, & *Cellarium*. Orator metuit, ne exſpectationi auditorum non ſatisfaciat, quia publicas tantum utilitates, & merita Principis in rem publicam univerſam exponens ſingulis ea male praetermittere videbitur, quae cuique eorum privatim obvenerunt, & gratiſſima, cariſſimaque ſunt; ideoque timide profertur oratio, tamquam impar rei tractandae, & quae tantae auditorum cogitationi multa relinquit ſupplenda, & addenda. Deinde, quia, qui profitetur, ſe laudaturum publica praeclare facta, exſpectare quodam modo iubet auditores laudum & illuſtrium facinorum amplificationem: veretur, ne, cum magnitudo rerum amplificationem non admittat, ipſe laudes Principis, ingenii culpa, detriviſſe, & facta dictis nequaquam exaequaſſe videatur. IAEGERVS. *Proferatur* revocavi, omnium Codd. & Edd. ante *Cellarium* auctoritate munitum. Praeſens ſubiunctivi paſſim futuri indicativi vim habet, de quo ad *Mamertin.* Maximian. 13. 3. *Eumenium* Conſtantio 1. 6.

Tacita reputatione] Secreta conſideratione eorum, qui ſecum advertent, parum me pro rerum merito dixiſſe. PATAROL. Conf. modo *Iaegerum.*

Vincenda eſt: in ipſis] Lege *eſt. In ipſis.* ACIDALIVS. Ita primus interpunxit *Gruterus*, & ſequentes.

9. *Geſtorum ingentium*] *Guelf. geſtorum negotiorum ingentium*, ſed additis punctis, ſive nota de voce *negotiorum* delenda.

Profeſſa laudatio] Hoc eſt, ſuſcepta e profeſſo. Geminumque illud *Statii* Silvar. I. Stellae & Violantillae Epithal.

Ergo dies aderat Parcarum conditus albo
Vellere, quo Stellae Violantillaeque profeſſus
Clamaretur Hymen.

LIVINEIVS. Παθητικῶς, ut apud *Ovidium*:

Solaque deformem culpa profeſſa facit.

BAVNE. Conf. *Burman.* ad *Phaedr.* IV. 6. 8. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VI. 15. 15.

Quam augendi] Vet. delet *quam.* PVTEANVS. *Quam* abeſt Vet. *Cuſpin. Bertin.* LIVINEIVS. Lege *quum augendi.* ACIDALIVS. *Cum augendi* poſt *Acidalium* reſtitui pro *quam augendi.* BAVNE. & CELLARIVS. *Quam* ignorat *Guelf.* quod de *Moerl.* etiam ſupra teſtatus eſt *Iaegerus.* Codd. obſecutus illud exire iuſſi; plana enim eſt ſententia, tamquam legeretur, quamvis prae ſe ferat. Ante *Baunium* omnes *quam* ediderunt, reliqui cum eodem *Acidalium* ſunt ſecuti.

Non iniuria] Lege *non iniuriam.* ACIDALIVS. Non video, qui ſententiae conveniat haec coniectura: quae enim ſint tanta, ut verbis amplificari nequeant, dicit non iniuria, id eſt, recte efficere, ut metus minuatur, qui ex augendi cupiditate Oratori quandoque oboriri poſſit.

Ex magnitudine] Ob magnitudinem. Sic *Tullius* Epiſt. ad Diverſ. XIII. 6. 13. *Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuſpius quam maximas, quam primum, quam ſaepiſſime, gratias agat.* Conf. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 90. 2. & 93. 1. IAEGERVS. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 1. 2.

1. *Conſpectu abes*] Itaque non dicta eſt haec Oratio coram Conſtantino BAVNE. Habita Oratio Kal. Martiis, qui natalis erat Caeſarum, uti ex Faſtis *Idacii*, & Chron. *Alexandriae* liquet. Quo tempore Conſtantinus pater agebat Serdicae in Daciá nova, ubi L. 1. C. *Theodos.* de Bon. proſcriptor. data eſt. *Nazarius* autem videtur tum Romae fuiſſe. Vide clauſulam huius Orationis. CELLARIVS.

Valeat] Vet. *audeat.* PVTEANVS. *Audeat.* Vet. *Cuſpin. Bertin.* LIVINEIVS. Modus loquendi valde inſolens. BAVNE. Sic Edd. omnes, praeter *Cuſp.*, cui accedunt Codd. *Gud. Moerl.*, in quibus eſt *audeat.* IAEGERVS. Codd. ſum ſecutus.

Aequiperandi] Vet. *aequiparandi.* PVTEANVS. *Aequiperandi*, *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Quis, inquam, eſt, qui, cum laudes tuas ce-

tam potens fandi, cuius copia tam larga, tam felix, quae, cum virtutes adtrectaverit, non aut circumventa numero, deſperato exitu, ſtupeat, aut obteratur magnitudine, aut ſplendore obſolefacta tantum nitoris habeat, quantum ex rerum luce collegerit? Cuius cum divina virtus, & eius miſericordia comes, appendixque victoria ur- 3
bem Romam non praecipitantem exceperit, ſed adflictam, ac plane iacentem excitarit, recrearit, erexerit; cumque aliae feliciſſimae tuae prius ac deinceps expeditiones non minus in ſeſe operis amplexae ſint, quam ex ipſis faucibus fati Roma ſerva-

celebrat, non id agat potius, ne taceat, quam quod ſperet ſe eas aequare poſſe dicendo. BAVNE. *Gud.* vitioſe *properandi.* IAEGERVS. De *aequiparare* vid. infr. 4. 2.

2. *Virtutes*] *Schonhov. virtutes tuas.* IAEGERVS.

Non aut] Haec uſque ad *aut obteratur* abſunt a *Guelferb.*

Obterat magnitudinem] Vet. *obteratur magnitudine.* ita legendum. PVTEANVS. Non integrum hic membrum. Forte fuit: *aut obruta* (vel *obtrita*) *magnitudine magnitudinem obterat.* ACIDALIVS. Fortaſſe *aut obteratur magnitudine.* BAVNE. Coniecit, & bene, meo iudicio, *Puteanus* legendum *obteratur magnitudine.* Lectionem tamen mutare nolui, cum deſit librorum fides PATAROL. Lectio depravata, quam ſatis ingenioſe corrigere inſtituit *Acidalius*, omnes Edd. inſedit. Veram nobis ſervavit Cod. *Put. Gud.* & *Moerl.* eamque, probante *Puteano*, *Patarolo*, & *Baunio*, in contextum admiſimus. IAEGERVS. Recte. Ex ingenio ita emendabat *Barthius* Adverſ. XIX. 13. & XXXIII. 4. cuius verba dedit emendatiora *Drakenb.* ad *Silium* VII. 247. de neglecta ſyllaba *ur* dixi ſupr. ad Incertum Conſtantin. 24. 2.

Collegerit] *Moerl.* & *Gud. colligatur.* IAEGERVS.

3. *Cuius enim divina*] Vet. delet *enim.* PVTEANVS. *Cum div.* Vet. LIVINEIVS. Ita *Rhen. Stephan. Livin.*, *Schonhov. cum enim div. virt.* IAEGERVS. *Cum divina* etiam *Guelf.* quod primus dedit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſunt ſecuti. Confirmat mox repetitum *cumque.*

Eius mira comes] *Miſericordia comes* Vet. *Cuſpin.*, *mia Bertin.* Egregie *miſericordia.* Eſtque hic quoque fons & origo, quod non temere iam ſaepius inculco, curta ſcriptura *mia.* Quam qui non aſſequeretur, amicus noſter, *Franc. Modius*, *indiviſa* legendum arbitrabatur. At non ego ei plauſer, & ſubſcripter. LIVINEIVS. Ita *Rhen. Stephan. Livin.*, *Schonhov. miſericordias.* Similis erroris, ex curta ſcriptura orti, exemplum habemus mox c. 6. 2. & Paneg. *Eumen.* Flavienſ. nomine dicti c. 9. 5. Veram lectionem, a *Livineio* commendatam, tuentur reliqui omnes. IAEGERVS. *Miſericordia* etiam *Guelf.* quod recte reſtituit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*; tuitus quoque eſt *Livineius* ſupr. ad *Eum.* Grat. act. 9. 5.

Praecipitantem] *Guelf. praecipitationem.* De victoria velut Romae adſignata egit *Barthius* ad *Claudian.* VI. Conſ. Honor. 598.

Exceperit, *adflictam*] Lege *ſed afflictam.* ACIDALIVS. Maxentiorum latrociniis, ferocia. BAVNE. Haec eſt inquinata ſcriptura *Rhen.* & *Stephan.*, quam *Acidalius*, coniunctione *ſed* in ſuum locum vocata, emendavit; eamque emendationem libri ceteri editi & ſcripti confirmant. IAEGERVS. *Sed* iam dedit *Livineius*, & habent *Schonbovii* excerpta. In antiquioribus illud mox ante *cumque* legebatur. Male *Guelf. non afflictam.*

Excitarit] *Puteol. Rhen. Stephan.* & *Rivin. excitaverit.*

Erexerit, *ſed cumque*] Vet. delet *ſed.* PVTEANVS. Lege *erexerit: quumque.* ACIDALIVS. *Sed*, & *erexerit* ignorat *Guelf.* prius quoque delent *Schonhovii* excerpta.

Expeditiones] Adverſus Germanos, & Francos, quorum Reges, Regaiſum & Aſcaricum, bello captos morte mulctavit. BAVNE. Puta Francos, Germanos, Gothos, aliosque. PATAROL. Senſus eſt: cum, ceteris tuis antea & poſtea expeditionibus, res haud minores geſſeris, quam Roma ex ore & faucibus exitii, & crudelitatis Maxentianae eripienda, & ſervanda. IAEGERVS.

In ſe] Vet. *ſeſe.* PVTEANVS. *Moerl. in ſeſe.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* quos Codd. ſum ſecutus.

Faucibus fati] *Tullianum* ex Catilin. III. 1. *ex flamma, atque ferro, ac pene ex faucibus fati ereptam.* pro Archia 9. *totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atque ſervatam.* adde *Barthium* ad *Claudian.* IV. Conſ Honor. 58. ad *Statium* Theb. II. 698. VIII. 378.

vata; quid dignum magnitudine tua excogitari, ac dici poteſt, in cuius lau-
4 dibus id maximum non eſt, quod in terrarum orbe primarium eſt? Nobi-
liſſimorum quoque Caeſarum laudes exſequi velle, ſtudium quidem dulce, ſed non & cura mediocris eſt, quorum in annis pubeſcentibus non erupturae virtutis tumens germen, non flos praecurſor indolis bonae, laetior quam uberior, apparet; ſed iam facta grandifera, &, contra rationem aetatis, ma-
5 ximorumque fructuum, matura perceptio. Quorum alter iam obterendis hoſtibus gravis terrorem paternum, quo ſemper barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen ſuum coepit: alter iam Conſulatum, iam venerationem ſui, iam patrem ſen-

Primarium eſt] Roma. LIVINEIVS.

4. *Nobiliſſimorum*] Conf infra cap. 38. 2.

Eruptione virtutis] Vet. *erupturae*. PVTEANVS. *Erupturae virt.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic *Rhenan. Steph. Livin.* Melius *Schonhov.* cum *Moerl.* ceteriſque Edd. *erupturae*. IAEGERVS. *Erupturae* etiam *Guelf. Eruptione* eſt ex *Puteolani* antiquiſſima, quod etiam placuiſſe videtur *Havercampo* ad *Tertullian.* Apol. 39 in fin. Alterum recte dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr.

Praecurſor] Male *percurſor Guelferb.*

Vberior] Idem Cod. *uber.* male. Ad hunc locum pertinet *Cicero* pro Coel. 31. *in adoleſcentia vero tamquam in herbis ſignificant, quae virtutis maturitas, & quantae fruges induſtriae ſint futurae.*

Grandifera] An? *Granifera.* ACIDALIVS. *Grandiferae* pro vulgato *grandi fenore* in *Ciceronis* Philip. II. c. 39. habent Codd. non nulli. IAEGERVS. Vtrum *grandifer*, quod ſola huius loci auctoritate habent Lexicographi, alibi legatur, me ignorare nullus diffiteor; in *Cicerone* enim apud *Iaegerum* eſt ex Librarii vitio. Neque ſatis capio, quid ſit *grandifer*. Vix dubito, quin legendum ſit *glandifera*, id eſt, iam fructus ferens, ut *glandem* pro quovis fructu accipiunt ICti in L. 1. D. de Gland. legend. L. 236. §. ult. de V. S. *glandifera robora* anguſtiori ſenſu ſunt apud *Columell.* de R. R. IX. 4. 3. & *quercus glandifera* apud *Ciceron.* de Legib. I 1.

Et contra rationem] Neſcio. Non integrum locum dicam potius, an vocibus etiam aliquot abundantem. Illa quidem *contra rationem aetatis* gloſſam ſapere videntur, & rectius oratio conſtat una copula & deleta. ACIDALIVS.

Maximorumque fructuum] In Vet. *Cuſpin. Rhenan. maximorumque fr.* Quis addubitet, quin verum ſit, *maximorum quoque fr?* nam q' in veteribus libris explanate *quoque* eſt. Idem vitium eſt in Gallien. *Trebellii Pollionis*: *Galli Poſtumum ad imperium vocarunt, exercitibusque conſentientibus, qui occupatum Imperatorem libidinibus querebantur.* Repone audacter, *exercitibus quoque conſent.* LIVINEIVS. Non averſer *Bongarſianum*, *maximorum quoque fructuum*. GRVTERVS. Poſſumus vulgatam lectionem tueri iungendo *contra rationem aetatis, maximorumque fructuum*; ut ſenſus ſit: perceptio fructuum iam grandifera & matura, contra rationem aetatis tenerae, quae fructus magnos & maturos ferre non ſolet, & contra rationem maximorum fructuum, qui praecoquam maturitatem non contrahunt. In ea, quam *Livineius* proponit, lectione τὸ *grandifera*, & *maximorum quoque fructuum* ταυτολογεῖν videtur: in vulgata fructus grandes, & ſimul maturi oſtenduntur. IAEGERVS. *Livineii* emendationem non eſſe neceſſariam, docent a me notata ad *Mamertin.* Maximian. 1. p. 9. & Genethl. 3 4. Vulgatum recte interpretatus eſt *Iaegerus*, & tuetur etiam *Marcilius* ad *Catull.* p. 638.

5. *Quorum alter*] Criſpus e Minervina: Infra: *Quanquam ad gloriam veſtram fecunda malis ſuis natio ita raptim adolevit, robuſteque recreata eſt, ut fortiſſimo Caeſari primitias ingentis victoriae daret.* Rurſum: *Declarant ecce rationem cupiditatemque votorum facta Criſpi, Caeſarum maximi, in quo velox virtus, aetatis mora non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupavit.* LIVINEIVS. Criſpus Francos, & Alamannos per inacceſſa itinera, acerbiſſimo gelidiſſimae hyemis tempore, adortus, eos profligavit anno Chriſti CCCXX. Id teſtatur *Porphyrius* Poeta in Panegyrico Conſtantini:

Sed Criſpi in fortia vires
Non dubie ripas, Rhenum Rhodanumque tueri
Vlteriora parant, &c.

BAVNE. & CELLARIVS. Criſpus, qui maior. PATAROL.

Quo ſemper] Vet. *quem.* PVTEANVS. Etiam *Guelferb.* Apud *Silium Ital.* XVI. 606. in quibus-

ſentiens, ſi quid intactum aut parens, aut frater reſervet, declarat mox victorem
futurum, qui animo iam vincit aetatem. Rapitur quippe ad ſimilitudinem ſuo- 6
rum excellens quaeque natura, nec ſenſim ac lente indicium promit boni, cum
involucra infantiae vividum rumpit ingenium. Vnde enim Principis maximi 7
tam effuſus in liberos animus, niſi quod iam in illis ſimulacrum ſui conſpicit?

CAP. IV. Commendet inferioribus ſuos ſola neceſſitudo naturae, & qualescumque diligant, qui in illis, quod ex ſe deſiderent, non habent: praeſtantisſimum Principem hoc maxime iuvat, quod in annis primoribus iam ſunt ductae lineae, quibus virtutum ſuarum effigies poſſit includi: & pater optimus, ſed melior Im-

busdam legitur:

Annibalem ecce ſenectus
Intremit.

ſed ex aliis Codd. iam editur *Annibali.*

Derivare ad nomen] Vt ad auditum eius nomen aeque, atque ad illud patris ipſius, intremiſcere inceperit barbaria. *Eumenius* Conſtantino II. I. *nominis tui terrore munimur.* Conf. ſupr. ad Incert. Conſtantin. 23. 3.

Alter iam] Conſtantinus e Fauſta. Infra: *Te vero, Conſtantine Caeſar, incrementum boni publici, quibus votis amplectitur Romana felicitas, quae de te tantum expectat, quantum nomine polliceris.* Lege reliqua. LIVINEIVS. Nempe Conſtantinus Caeſar, omnium, quos e Fauſta, Maximiani filia, Conſtantinus Aug. ſuſceperat, liberorum natu maximus, eodem anno Chriſti CCCXX. BAVNE. Hic Conſtantinus puer eſt, ſextum iam aetatis annum agens, eodemque Conſul cum Criſpo fratre: neque hic primus illius Conſulatus, ſed ſuperiore etiam anno cum patre Conſul fuerat, ſicut Criſpus tribus ante annis cum Licinio Auguſto. CELLARIVS. & PATAROL. Conf. ſupr. ad Incert. Conſtantin. 26. 5.

Venerationem ſui ſentiens] *Sui iam patrem ſentiens, Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Iam patrem* deſunt in Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* & Cod. *Moerl.* Sed bene cum *Bert. Lang. Cuſp.* ceteri illa exhibent. *Patrem ſentit*, qui intelligit, quo, qualique patre ſit generatus. IAEGERVS. Habent quoque haec verba *Schonhovii* excerpta, ſed deſunt etiam in *Guelf. Gruterum*, ea ex *Cuſpin.* reddentem, ceteri ſunt ſecuti praeter *Rivinum.* In interpretatione *Iaegero* vix adſtipulor. *Patrem ſentiebat*, quia eadem ſe veneratione, qua pater, coli videbat, & ſentiebat. Ita utriuſque idonea eſt fratris comparatio. In ſuo nomine *terrorem paternum* videbat Criſpus, ob maiorem aetatem iam hoſtibus gravis, *venerationem paternam* in ſe ſentiebat Conſtantinus, ob minorem aetatem bello gerendo, & terrori incutiendo adhuc inpar, ſed veneratione patri aequalis.

Vincit aetatem] *Superare annos*, & ſimilia contulit *Drakenb.* ad *Silium* IV. 424.

Indicium promit] *Guelf. iudicium* male. Vid. ſupr. I. 2.

6. *Similitudinem ſuorum*] *Iuſtinus* XXIX. I. 8. *in ſuorum quibusque maiorum veſtigia nitentibus magna indoles virtutis enituit.* ubi *Bernecc.* & *Gebhardus* ad *Nepot.* Eumen. I. 4.

Cum involucra] Scribo *quin involucra.* MEVRSIVS. Auctar. Phil. cap. 31. *Schonhov. involuta.* IAEGERVS.

Vividum rumpit] Forte *rumpat.* LIVINEIVS. Forte *rumpat*, uti *Livineius* coniicit, aut *rupit.* IAEGERVS. Vulgatum ſequor. De *vivido ingenio* egit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 44. 6.

7. *Effuſus*] *Guelf. infuſus.* male. Idem notat atque infr. 30. 5. *effuſa gratulatio.*

In illis iam] Vet. *iam in illis.* PVTEANVS. Etiam *Guelf.* in quo ordine Codd. ſum obſecutus.

I. *Diligant, cum illi*] Vet *qui in illis.* PVTEANVS. *Qui in illis* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.*, *cum qui in illis* etc. *Schonhov.*, *qui in illis* Cod. *Moerl* cum Edd. reliquis. IAEGERVS. *Qui in illis* recte dedit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr.

Annis primoribus] *Guelf. animis.*

Ductae lineae] Qui pingendam tabellam ſuscipit, is lineam primam circunducit, atque operi ſuo veluti limites praeſcribit, intra quos artem ſuam exerceat. BAVNE. Malim intelligere circumſcriptionem figurae, ſeu extremas lineas, quibus media includuntur, Gall. *le contour.* IAEGERVS.

Poſſet includi] Lege *poſſit.* ACIDALIVS. Vitioſe *Rhenan. Stephan. Livin. Gruter. Pariſin.* prior, & *Patar. poſſet. Baunius*, & *Cellarius* obtemperarunt *Acidalio.* IAEGERVS. *Poſſet* quoque Ed. *Puteolani*, & utraque *Rivini.* Quia pro varia lectione ad *Cellarii* Edit. nihil notatum video, ſuſpi-

Imperator, non tam ſibi, quam reipublicae gaudet, cum liberos ſibi ſimiles intuetur.
2 Quibus ad perficienda, quae ingenerata ſunt, bona non ſegnis virtutum opifex, diſciplina, coniungitur; ut ſpes aequiparandi patris certa ſit, (quippe indoles ſimilis)
3 ſed ſub eodem magiſtro diſcendi fortuna felicior. Ipſum a tenero intuentes, in ipſum oculis ac mente converſi, nihil ab eius contemplatione deflectunt, incerti, mirentur, an diligant: niſi quod neceſſe eſt, utrumque permixte ſimul fieri. Nam & amor factorum commendator eſt, unde naſcitur admiratio;
4 & facta, cum mira ſunt, amorem invicem creant. Ita ſpectantibus liberis, quidquid ab eo pulcerrime geritur, cum propter ipſum magis placuit, tum ſtudio
5 imitationis inoleſcit. Iam tibi quidem in erudiendo, Imperator optime, non omnia

ſpicor in *Guelf.* quoque legi *poſſit.*

2. *Ingenerata*] Bona naturalia, quae ab ortu nobiſcum trahimus, non ſtudio parta, aut per educationem acquiſita. PATAROL. *Guelf. generata.* male Incertus Conſtantin. 1. 2. *illis ingeneratum eſt*, ubi *Baunius. Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 7. 2. *magnis hominibus ingeneratus ardor.* alii *ingenitus*, de quo dixi ad *Mamertin.* Genethl. 2. 2.

Aequiparandi] *Aequiperandi Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Vt ſupra c. 3. 1. IAEGERVS. Etiam *Puteol. aequiperandi*; ita frequenter Codd. Conf. Notas ad *Virgil.* Ecl. V. 48. *Oudend.* ad *Sueton.* Ner. 53. alterum probat *Dausquius* Orthogr. Part II. p. 20.

Indole ſimiles] Vet. *indoles.* PVTEANVS. *Indoles* Vet. LIVINEIVS. Lege *quibus indoles ſimilis.* ACIDALIVS. Sic Edd. omnes. *Moerl. quippe indoles ſimilis.* Poſſis etiam legere, *quippe indole ſimili*, proxime ſcripturam *Moerl.* Littera s, prima vocum ſequentium, facile potuit voci *indole* & *ſimili* adhaereſcere. IAEGERVS. *Guelf* etiam *indoles ſimilis*, quod reſtitui: in altera lectione haeret conſtruendi ratio; ſcribi enim debuiſſet, *quibus* —— *indole ſimilibus.* Mihi per parentheſin interpunctio viſa eſt mutanda.

3. *Contemplatione*] Adſpectu. Conf. ad *Eumenium* Conſtantio 15. 3.

An diligant] Abſunt in *Guelf.*

Niſi quod] Infra mox: *niſi quod recte factorum contemplator acerrimus*, etc. Iterum: *niſi quod te ipſa vis tua cogit agnoſci:* Rurſum: *niſi quod indulgentiſſimus Princeps eo rariorem habet, quo maiore labore ſervavit.* LIVINEIVS. *Niſi, quod;* Lege *niſi quod.* ACIDALIVS. Vid. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 86. 5. IAEGERVS. Et quae ibi notarunt *Cellarius*, & Pater meus, cum *Dukero* ad *Florum* I. 22. 3. *Burman.* ad *Sueton.* Vitell. 7.

Permixte ſimul. Nam] *Simul fieri. Nam* Vet. PVTEANVS. *Simul fieri* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Τὸ *fieri* abeſt ab Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* IAEGERVS. Abeſt etiam ab antiquiſſima *Puteolani.* Poſt *Cuſpinianum* inſeruit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Recte; exſtat enim in *Guelferb.* & *Schonhovii* excerptis.

Commendatior eſt] Vet. *commendator.* PVTEANVS. Lege *commendator eſt.* ACIDALIVS. *Rhenan.* & *Stephan.* vitioſe *commendatior*, quod iam emendavit *Acidalius*, ſuffragantibus ceteris omnibus. IAEGERVS. In *Guelferb.* etiam *commendator*, idemque eſt in antiquiſſima *Puteol* unde typothetae vitio mihi *commendatior* in *Rhenan.* tribuendum videtur, quod nimis ſecure ſecuti ſunt *Henr. Stephanus*, & in pr. *Rivinus.*

5. *In erudiendo*] Videtur imperſonaliter, vel paſſive intelligendum. Vid. *Sanctii* Minerv. III. 8. ibique *Perizonius*, & ſupra Paneg. VII. 12. 2. IAEGERVS.

Praeponebantur] Vet. *proponebantur.* PVTEANVS. Lege *proponebantur.* ACIDALIVS. *Praeponebantur* lectum eſt ante *Livineium*, quod in pr. etiam retinuit *Rivinus.* Codd. & *Guelf.* alterum confirmant.

Secus fieret] *Recte factis* hoc opponi docent Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 53. 6.

Audaciorem] Imitatus videtur Incertum Maximian 7. 7. *ita dicam*, *ut forte quibusdam videar audacior; veritas tamen meae erga te devotionis adpareat.*

1. *Nemini fas eſt*] Nimirum ait Bucolicis *Moſchus*:

> Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θεήια ἔργα βροτοῖσιν.
> *Haud fas cernere facta Deum mortalibus aegris.*

Pacatus in Theodoſium: *ſi fas piumque mortalibus exiſtimare caeleſtia.* LIVINEIVS. An quia divinum quiddam habent Principes? BAVNE. *Corip.*

mnia proponebantur, quae ſequi velles: niſi quod recte factorum contemplator acerrimus, ſi quid ſecus fieret, a ſpectandi cura pudentes oculos abſtrahebas. Dabit enim veniam clementia tua, ſi audaciorem veritas facit.

C a p. V. Exiſtimare quidem de Principibus nemini fas eſt: nam & in
veſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta veneratio, &, ſi qui propius
mente adierunt, quod oculis in ſolem ſe contendentibus evenit, praeſtricta
acie, videndi facultate caruerunt. Verum tu facis, Principum maxime, 2
ut patere videantur, quae prius obſtructa fuerant, qui tam optas totus vi-
deri, quam ceteri recuſabant. Non terror obtentui eſt, nec occultandis, 3
quae plerumque extrinſecus latent, demorandoque adſpectu oſtentatio
ſpe-

rippus IV. 166.

Divina referre,
Nec virtus hominum, nec ſenſus ſufficit unus.

ubi plura *Rittershuſ. Exiſtimare* per loqui, ſermocinari recte explicat *Abramus* ad *Cicer.* Philipp. II. 4. quo ſenſu paſſim iudicare deſignat. Vid. *Boſii* Index in *Nepot.* in V. *Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. V. 10. p. 404. & quae dixi ad *Sedulium* Epiſt. ad Maced. p. 8. *exiſtimatio* pro ſententia, opinione & iudicio adſeruerunt Eruditi ad *Curtium* IV. 12. 21. *Oudend.* ad *Sueton.* Tiber. 58. & Pater meus ad *Plinii* Paneg. 80. 1.

Si qui propius adierunt] Vet. *propius mente adierunt.* quidam libri, *& ſi qui mentem propius adhibuerunt*; alii, *etſi qui mentem propius adiecerunt.* Sic tamen ex veſtigiis antiquae ſcripturae legendum, *& ſi qui mente propius adierunt.* PVTEANVS. *Si qui mentem propius adierunt* Vet. *Bertin. mentem propius adegerunt Cuſpin.* LIVINEIVS. *Mentem* inſerunt Vet. *Bert. Cuſpin. adegerunt Cuſpin.* Vnde poſſit *adiecerunt.* RITTERSHVSIVS. Lege *adhibuerunt*, vel *adiecerunt.* BAVNE. Ita *Rhenan. Stephan. Livin.* At *Schonhov. ſi qui mentem propius adierunt.* Cod. *Moerl. ſi qui propius mente adierunt.* IAEGERVS. *Mentem propius adiecerunt* partim ex Cod., partim ex coniectura ſe emendare ſcribit *Rittershuſ.* ad *Corippum* IV. 166. *Si qui propius adierunt* eſt in omnibus, praeter *Cuſpin.*, ante *Gruterum*, qui dedit, *ſi qui mentem propius adegerunt*, quod praeter *Rivinum*, *Rhenano* adhaerentem, reliqui ſunt ſecuti. Ad Codd., in quibus etiam eſt *Guelf.*, melius locum correxit *Iaegerus*, quem ſecutus ſum.

Se contendentibus] Addendum hoc exemplis ellipſeos ſuppletae, prolatis a *Sanctio* III. 3. p. m. 324. & 388. IAEGERVS.

Praeſtricta acie] *Guelf. perſtricta.* male, propter ea, quae dicta ſunt ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1. & a *Iaegero* ad *Eumen.* Conſtantin. 17. 1.

2. *Patere*] *Guelf. parere.* male. & mox idem *obſtructa prius.*

3. *Obtentui*] Non melius idem Cod. *oſtentui.*

Extrinſecus latent] Aperte falſum: qui enim poſſunt, quae extrinſecus poſita, latere? Scribe ergo *intrinſecus.* LIVINEIVS. BAVNE. & CELLARIVS. *Livineio* obtemperarunt *Baunius*, & *Patarol* cum *Cellario.* IAEGERVS. Cum omnibus quoque Codd. *Guelf. extrinſecus latent. Baunium* in recipienda *Livineii* coniectura cum aliis ſecutus etiam eſt *Iaegerus.* Coniiciebat Pater meus *extrinſecus patent*, quod commendare videtur oppoſitum *occultandis.* Potius tamen hoc non mutaverim, quare *extrinſecus* ex Codd. revocavi, ſententiae magis conſentaneum. *Livineio* largior *extrinſecus* poſita non *latere*, ſed *extrinſecus* quid *poſitum eſſe* non adfirmat Noſter, at vero *extrinſecus* aliquid poſſe latere, ea nempe, quae *operta mentium* dixit ſupr. 1. 2. Plerumque *extrinſecus*, id eſt, in vultu latent animi virtutes & vitia, quae adſpiciendo non ita ſtatim cognoſcantur. *Occultare* igitur, *quae extrinſecus latent*, eſt occultare animi virtutes & vitia, eave, quae quis mente agitet: cum tamen haec ex vultu aliquando etiam cognoſci queant, ideo in iis erant Principibus *obſtructa*, ut dicit n. 2. aut *operta*, ut n. 5. quos propter *obiectam venerationem*, aut *terrorem* adſpicere adeuntibus non licebat; in Conſtantino autem, ita facili, ut omnes eum ſine ulla trepidatione adſpicere poſſent, haec *patere* videbantur, & erant *reſerata.* Sententia itaque eſt, oſtentatio, ſive obiecta veneratio non perhibetur ſpecioſa occultandis animi virtutibus, quae plerumque ex vultu cognoſci nequeunt, aut morae adſpectui inferendae, ſed in facili Conſtantini adſpectu omnia patent, cum in reliquis Principibus verum fuiſſet, quod ſcribit *Tacitus* Annal. VI. 8. *abditos Principis ſenſus, & ſi quid occultius pa-*

4 ſpecioſa perhibetur. Obtutus hominum benignus receptas; nec intuentem
iniquum fulgur retundit, ſed ſerenum lumen invitat. Nunc denique intelligi-
mus, quae deſideranda in prioribus fuerant, poſtquam ea, quae operta in ceteris
5 veriti ſumus, in te reſerata veneramur. Igitur, ut facitis, beatiſſimi Caeſares, per
6 omnes paternarum laudum vias ite ſecuri. Non ſimplici quidem itinere nu-
meroſae eius virtutes ingrediuntur, ſed omnia ad eumdem gloriae exitum fe-
runt. Nullae cupiditatum deflexiones, nullus erroris anfractus; ut verenda pro-
7 gredientibus non ſit diſpendioſa revocatio. Itaque maturiorem curſum inſti-
8 tuiſtis, qui moram conſiderandi itineris non habetis. Sed mihi circumvento hac i-

parat, *exquirere inlicitum*, *anceps*, *nec ideo adſequare.* Si verum foret, *extrinſecus* notare praeterea, ut *Eutropium* IX. 25. exponit *Anna Fabri*, hoc quoque ſenſu capi poſſet, ſed apud *Eutropium* deſignat extra regis familiam, de qua in praecedentibus erat locutus.

Specioſa perhibetur] *Prohibetur* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Ne id quidem verum. Corrigam *praebetur.* LIVINEIVS. Lege *praehibetur.* ACIDALIVS. *Prohibetur*; an potius *perhibetur*? BAVNE. *Perhibetur*; ſic *de la Baune.* Vulgo *prohibetur.* CELLARIVS. Pro *prohibetur*, uti habent ſcripti & excuſi nonnulli, *Rhenan. Stephan. Livin. Patar. Cellar. perhibetur.* Aperte ineptum eſt *prohibetur*; ſequor itaque *Cellarium*, & ſocios. *Perhibere* interdum idem eſt, quod exhibere, oſtendere. *Plinius* H. N. VII. cap. 25. ſect. 26. *Idem magnanimitatis perhibuit exemplum*; quo tamen loco *Harduinus* in aliis *praebuit* legi teſtatur, quod confirmat emendationem *Livineii.* Significat etiam adtribuere. Idem *Plinius* XVIII. c. 11. ſect. 26. *cum apud veteres ponderoſiſſimo cuique tritico praecipua ſalubritas perhibita ſit.* & XIX. cap. & ſect. 1. *Miramur quosdam —— tam multa praeteriiſſe, nulla mentione habita tot rerum ſponte curave provenientium, praeſertim cum plerisque earum —— maior etiam, quam frugibus, perhibeatur auctoritas.* & 29. ſect. 39. *magnam auctoritatem huic animali* (gryllo) *perhibet Nigidius.* & 25. ſect. 55. *Morſibus imponitur Vettonica praecipue: cui vis tanta perhibetur, ut incluſae circulo eius ſerpentes ipſae ſeſe interimant flagellando.* & 31. ſect. 39. *In Hiſpania* (ſal) *caeditur*, —— *cui iam pridem palma a plerisque medicis, inter omnia ſalis genera, perhibetur. Oſtentatio ſpecioſa* eſt maieſtas, quemadmodum *apud Perſas perſona regis ſub ſpecie maieſtatis occulitur*, ut *Iuſtinus* ait I. 9. 11. ubi vid. *Bernecc. Pacatus* in Theodos. 21. 3. *At, quam aliter illorum Principum mos fuit, (quos loquar, notum eſt) qui maieſtatem regiam im-minui*, & *vulgari putabant*, *niſi eos intra repoſitum Palatinae aedis incluſos, tamquam aliquod Veſtale ſecretum, veneratio occulta conſuluiſſet; niſi intra domeſticam umbram iacentes ſolitudo proviſa, & ſilentia late conciliata vallaſſent.* IAEGERVS. *Perhibetur* etiam *Guelf.* In *prohibetur Cuſpin.* ſecutus eſt *Baunius*, & in ſec. *Rivinus*, quos iterum recte deſeruit *Cellarius.* Sententia eſt; non magnam maieſtatis ſpeciem, velut quadam oſtentatione, oſtendere Conſtantinum, qua ab adſpectu adeuntes deterreret. *Perhibere* itaque eſt oſtendere, exhibere, quo ſenſu *perhibere teſtimonium*, *Plinius* Paneg. 71. 7. quod ibid 95. 1. in *pertribuere* mutabat Pater meus, invito *Schwarzio*, quem vide. Ex hac ſignificatione facile quibusdam locis defendi poteſt ſcriptura, quae emendanda putabat *Burmann.* ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. I. 1. p. 17.

4. *Iniquus fulgor retundit*] Auguſtus *gaudebat, ſi quis ſibi acrius intuenti, quaſi ad fulgorem ſolis, vultum ſubmitteret.* Auctor *Suetonius* cap. 79. PATAROL. *Moerl. iniquum fulgur.* IAEGERVS. *Guelf. iniquum fulgur recondit.* Reſtitui illud *iniquum fulgur*: hoc iubet ſequens *ſerenum lumen*, quod melius *fulguri*, quam ſolis *fulgori* opponitur, quamvis ceteroquin *fulgor* ad praecedentia referri poſſet n. 1. *oculis in ſolem ſe contendentibus praeſtricta acie*, ſed haec quoque *fulgur* tuentur. *Livius* XI. 58. 4. *fulguribus praeſtringentibus aciem oculorum. Suetonius* Aug. 29. *lecticam eius fulgur praeſtrinxiſſet.* ubi *Oudendorp.*

Ad ſerenum] Vet. *ſed ſerenum.* PVTEANVS. *Sed* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. Lego *ſed ſerenum*, ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. ad ſerenum*, quod mendum iam *Acidalius* ſuſtulit, adſentientibus ſcriptis, & Edd. reliquis. IAEGERVS. *Sed* etiam *Guelf. Ad* omnes ante *Gruterum*, & poſtea *Rivinus.* hoc in *at* facile mutari poſſet, ſed praevalent Codd.

Intelligamus] Vet. *intelligimus.* PVTEANVS. *Intelligimus*, *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

ipſa rerum copia, quae potiſſimum capeſſenda ſit via, qui aditus fiat, incertum eſt: ita ſe multa offerunt ſpecie paria, magnitudine congruentia.

CAP. VI. Verum, ut in magnis domibus interiorem ornatum veſtibula ipſa declarant, ſic nobis, venturis ad ingentium virtutum ſtupenda penetralia, debet laudationis ingreſſum, & praedicationis ianuam Roma praebere. Quae, demerſa quon- 2
dam tyrannidis impiae malis, &, quo maior, eo miſerabilior, maieſtatis priſtinae decus ad miſericordiae ambitum conſerebat; tibi tamen, Conſtantine maxime, etiam in illa ſui ſorte venerabilis, quod, quos impenſe amamus, obſervantia illorum integra eſt, etiamſi fortuna dilapſa eſt. In abiectos officia gratiora ſunt, quae non ex miſericordia,

IVS. Lego, *ut nunc denique intell.* ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. intelligamus.* IAEGERVS. Recte *intelligimus Guelf.* & *Schonbovii* excerpta Alterum habent omnes ante *Gruterum*, & poſt eum in pr. *Rivinus.*

Fuerant] *Fuerunt* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lego *fuerint.* ACIDALIVS. *Moerl. fuerunt.* IAEGERVS. Maxime placet *Acidalii* coniectura.

Reſerata] In te explicata veneramur. BAVNE.

5. *Ite ſecuri*] Coniiciebat Pater meus *ſeduli.*

6. *Nulli erroris anfractus*] *Nullus* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. nulli.* IAEGERVS. In Puteol. eſt *nullis.* reliqui ante *Gruterum nulli*, & poſt eum *Rivinus;* ſingularem tuentur Codd. & adpoſitum *erroris*, cum ceteroquin adcuratius *errorum* ſcripſiſſet. Vocem *Arnobio* adverſ. Gent. II. p. 57. in meae Edit. margine reſtituit Vir doctus, ut pro *adeatur inflexibus flexuoſis* legatur *anfractibus flex.*

Vt verenda] Vt procedentibus non metuendum ſit, ne neceſſe habeant cum diſpendio aliquo ſeſe revocare. BAVNE.

8. *Itaque ſe*] Vet. *ita ſe.* PVTEANVS. *Ita ſe* Vet. LIVINEIVS. Lege *ita ſe.* ACIDALIVS. *Schonbov. Moerl.* & Edd. *Francof. Paris. Patar. Cellar. ita. Baunius*, *ita ſpecie ſe multa offerunt patria*, *magnitudine congruentia*, negligentia, puto, operarum. IAEGERVS. *Ita* etiam *Guelf.* quod recte iam dedit *Gruterus*, a quo iterum receſſit *Rivinus.*

Semper paria] *Specie paria* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Haec eſt lectio *Livineii.* Pro *ſemper Moerl. Cuſpin. Rhenan. Stephan.* cum reliquis *ſpecie.* IAEGERVS. *Semper paria* etiam *Paull. Stephanus*, *ſpecie* quoque *Guelf.* id eſt, externo habitu, quem *faciem* alii dicunt. Conf. *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 78. 4. & 79. 3.

1. *Veſtibula*] *Pindarus.* Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγὲς. *Opere vero inchoando illuſtre ponendum frontiſpicium eſt.* LIVINEIVS. Sermonis exordium veſtibulo, ipſis autem aedibus ſermonem comparari ex hoc quoque loco notavit *Abramus* ad *Ciceron* pro Coel. 2.

2. *Tyrannidis impiae*] Maxentium notat. RHENANVS. & BAVNE. Ex hoc loco bellum contra Maxentium non alia ex cauſſa ſuſcepiſſe Conſtantinum, quam ut ab ipſius tyrannide Italiam liberaret, oſtendit *Nourry* ad *Lactant.* M. P. p. 296. Conf. ſupr. ad Incertum Conſtantino 4. 2.

Miſericordiae ambitum] Sententia eſt: maieſtatis priſtinae decus convertebat, & adhibebat ad ambiendam, i. e. quaerendam implorandamque miſericordiam. Ita *Cicero* pro Ligar. c. 1. *omnis oratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt.* IAEGERVS.

Etiam in] *Et in* Vet. LIVINEIVS.

Sui ſorte] Sollemni illa permutatione pronominis poſſeſſivi cum primitivo, de qua vid. Paneg. II. 2. 1. IAEGERVS. Conf. ad Panegyricorum loca illic citata.

Fortuna delapſa] *Dilapſa fortuna*, *Bertin.* LIVINEIVS. Simplex *lapſa* melius hic credam. *Mamertin.* Iulian. *Paullo ante in laceratis Galliae provinciis lapſus.* Lego tamen *dilapſa eſt. & in abiect.* ACIDALIVS. Ita *Moerl.* cum *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Acidalius* legit *dilapſa*, quod tuetur Cod. *Bert.* cum Edd reliquis. Quod autem, inſerenda copula *&*, verbum *dilapſa eſt* cum ſequentibus vult connectere, in eo adſentientem ſibi habet neminem. IAEGERVS. Etiam *Guelferb. delapſa*, & ita *Paull. Stephanus*, & in pr. *Rivinus.* Rectius *dilapſa Livineius*, *Gruterus*, & reliqui.

Gratiora] *Guelf. graviora.* De *abiectis* pro contemtis conf. *Barthium* Adverſ. XXV. 5.

Ex minima] *Ex miſericordia* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Quae conferuntur non tam habita ratione miſeriae, quam dignitatis eorum, quibus impenduntur. BAVNE. Vid. ſupr. c. 3. 3. IAEGERVS. *Ex minima* ſolus *Livineius*, quod unde habuerit, ignoro; videtur tamen ita in *Bertin.* fuiſſe. Mendum hoc ipſe iam notavit ad *Eumen.*

3 cordia, ſed ex honore venerunt. Sed nimirum recte a ſapientibus ponitur connexio in-
ter ſe apta virtutum. Sic enim mutuo & opera iuvant, & fructum operae partiuntur,
4 ut facile appareat inſeparabilis & indiſcreta permixtio. Geſſiſti bellum, Imperator ma-
xime, quod tibi non minus honos Vrbis impoſuit, quam eiusdem aerumna perſuaſit.
5 Itaque non plus ex eo laudis fortitudini tuae datum, quam pietati tributum eſt, quod,
6 dum ſceleſtos perſequeris, miſeros liberaſti. Conſtituta enim, & in perpetuum Ro-
ma fundata eſt, omnibus, qui ſtatum eius labefactare poterant, cum ſtirpe deletis.

CAP. VII. Non enim, qui bellorum eventus ſolent eſſe, per varios & vo-

men. Grat. act. 9. 5.

3. *Sed nimirum*] Dele *ſed.* ACIDALIVS.

A ſapientibus] *Plinius* in Traianum: *Didicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes ineſſe*, & quae ſequuntur. LIVINEIVS. Fuit haec Stoicorum hominum opinio, ut variis in locis referunt *Tullius*, & *Horatius.* BAVNE. Multi ex antiquis Philoſophis, ut Ariſto, Zeno, aliique virtutem moralem unam eſſe, pluribus nominibus appellatam, crediderunt, ita ut, qui unam habet, omnes habeat. Videantur *Plutarchus* de Virt. moral. & de Contr. Stoicor., *Cicero* pluribus in locis, *Seneca* Epiſt 45. ac de Vit. Beat. Conſentit D. *Ambros.* cap. 6. in *Lucam: Connexae ſibi ſunt, concatenataeque virtutes, ut, qui unam habet, plures habere videatur.* PATAROL. Decretum Stoicorum. *Diogen. Laert.* VII. 1. n. 65. in Zenonis vita. Τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν. IAEGERVS. *Barth.* ad *Claudian.* Laud. Stilic. II. 101.

Apta] I. e iuncta, ita ut aliae virtutes aliarum poſcant opem, & coniurent amice. IAEGERVS.

Opera iuvat] Corruptus hic locus, quem ita reſtituo: *Sic enim mutua ſe opera iuvant.* vel, *ſe enim mutuo & opera iuvant*, etc. τὸ *iuvant* in *Pulm.* Cod. inveni. PVTEANVS. Forte *iuvant.* LIVINEIVS. *Iuvant* reſtitui ex veteri Cod pro *iuvat.* BAVNE. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Gruter. Paris.* prior. At *Baun.* cum *Cellar.* & *Patar. iuvant*, ut legitur in Cod. *Moerl.* IAEGERVS. *Iuvant* etiam *Guelf.* alterum ante *Baunium* omnes habent, etiam *Puteol.* ſuſpicor tamen legendum *operam iuvant*, quod ſequenti *fructum operae* magis reſpondet.

Onus Vrbis] Vet. *honos.* PVTEANVS. Legendum *honos*: praeceſſit enim: *in ſubiectos officia gratiora ſunt, quae non ex miſericordia, ſed ex honore venerunt.* ut ibi *honorem* & *miſericordiam*, ita hic *aerumnam* & *honorem* inter ſe opponit. RITTERSHVSIVS. & ACIDALIVS, Onus, quod ſuſceperas cum Auguſti nomine. BAVNE. *Honos*, dignitas veteris Romae. Ita *Acidalius*, & *Rittershuſius* legendum cenſent. Vulgatum eſt *onus Vrbis.* CELLARIVS. Emendationem hanc, receptam merito a *Cellario*, & *Patarolo*, confirmat Cod. *Moerl.* qui exſerte habet *honos.* IAEGERVS. Confirmat etiam *Guelf.* quamvis *urbis* omittat. Poſtulant illud praecedentia, n. 2. ubi de Roma: *quo maior, eo miſerabilior.* Voci *maior* hic *honos*, *miſerabilior* autem τῷ *aerumna* reſpondet. *Rittershuſii* notam, in Ed. *Pariſ.* neglectam, ex ipſius coniecturis poſt *Goldaſti* Paraeneticos huc revocavi.

6. *Cum ſtirpe*] Intellige de Maxentio cum Romulo filio, in ea clade caeſo, de quo ſupr. Paneg. VIII. cap. 18. BAVNE. Maxentio cum filio Romulo, qui ante patris cladem fataliter erat mortuus. Faſti *Idaciani* bis Conſulem cum Maxentio Romulum memorarunt, quem filium Maxentii & Caeſarem, & poſt mortem conſecratum fuiſſe nummi documento ſunt ita inſcripti: IMP MAXENTIVS DIVO ROMVLO NV FILIO. & alius *Golzii*: M AVR ROMVLVS NOB CAES COS. *Triſtanus* nummum habet, quo IMP ROMVLVS, id eſt, *Imperator* vocatur, quaſi ex Caeſare Auguſtus tandem factus. CELLARIVS. Conf. ſupr. ad Incertum Conſtant. 16. 5. & 18. 1.

1. *Solet eſſe*] Vet. *ſolent.* PVTEANVS. *Solent* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin.* Ceteri omnes *ſolent*; recte. *Eventus* enim hic non ſignificat exitum, & finem, ſed quae eveniunt. Ita *Virgil.* Aeneid. X. 159. ſq.

Magnus ſedet Aeneas, ſecumque volutat
Eventus belli varios.

IAEGERVS. *Solent* reſtituit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſecuti. Conf. *Oudend.* ad *Caeſar.* B. G. VI. 41. 1.

Maris dubius] Probo *Mars dubius.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. IV. 27. *Mars* Vet. PVTEANVS. Lege *Mars dubius.* ACIDALIVS. Sic & *Cuſpin.* & *Rhen.* & *Stephan.* quod pulcre emendavit *Divaeus*

volubiles caſus Mars dubius erravit, nec fortunae viciſſitudo, quae plerumque
proſperis rebus triſte aliquid adglutinat, victorum laetitiam vulneravit, ſed tanta
hoſtium & tam ampla caedes, tam felix & incruenta victoria fuit, ut credas, non
bello ancipiti dimicatum, ſed ſolas impiorum poenas expetitas. Tantum et- 2
iam inter arma bona conſcientia ſibi vindicat, ut iam coeperit non virtutîs magis,
quam integritatis, eſſe victoria. Spectat enim nos ex alto rerum arbiter Deus, 3
&, quamvis humanae mentes profundos gerant cogitationum receſſus, inſinuat
tamen ſeſe totam ſcrutatura Divinitas; nec fieri poteſt, ut, cum ſpiritum, quem du-

vaeus, probante *Lipſio*, & ſuffragantibus reliquis omnibus. IAEGERVS. *Mars* iam dedit *Livineius*: alterum in pr. expreſſit *Rivinus*. *Martem dubium* dixit *Ovidius* Amor. I. 9. 29. & III. 11. 47. adde *Drakenb.* ad *Silium* XV. 826. Convenit hic locus *Ovidii* Triſt. V. 8. 15.

Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat.

Triſte aliquid] Belle *Quintilianus* Declam. VII. *O triſtis, indigniorque ſemper menſura calamitatum magna felicitas!* PATAROL.

Laetitiam vulneravit] Infra: *illa armorum oſtentatio, & operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vulneraſſent, invictas mentes incitaverunt.* LIVINEIVS. Vid. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 1. 14.

Ampla caedes] At, ſi tam ampla caedes, quomodo itaque incruenta victoria fuerit? Scribo: *tanta hoſtium & tam ampla ſeges.* Et ita ſenſiſſe, ac ſcripſiſſe innuunt etiam illa paulo inferius: *Incrementum quidem adepta felicitatis malorum commemorata depulſio, verum ut in ſegetibus, etiam ſi multa, quae humum obſederant, induſtria relevanda ſunt, laborem tamen purgati ſoli neſciunt, qui fructus editos intuentur, ſic Conſtantini laudibus ſatis eſt, dum efflorеſcentia bona cernimus, ut mala exciſa reputemus.* PONTANVS. ad *Macrobii* Saturn. V. 15. Miſeret me adoleſcentis, qui *Macrobium* nuper edidit, & hic *ſeges*, non *caedes* reſcribi iubet, amplamque hoſtium caedem cum incruenta victoria non conciliat. Acumen correctoris! LIVINEIVS. *Pontani* emendatione certe non eſt opus: in *ampla* caede victoria poteſt eſſe *incruenta*, ſi victis parcatur, quo hunc recte locum refert Pater meus ad *Pacati* Paneg. 24. 2. neque aliud ſuadent ſequentia.

Solas impiorum poenas] *Moerl. ſolum imp. manus.* IAEGERVS. *Solas imp. manus*, *Guelferb.*

2. *Bona conſcientia*] *Propertius* meus:

Frangit, & attollit vires in milite cauſa,
Quae niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

LIVINEIVS. Vid. ſupra Paneg. VIII. 4. 5. IAEGERVS. Adtulit haec *Grotius* I. B. & P. II. 26. §. 4. n. 6. ut oſtendat, milites eo felicius eſſe pugnaturos, quo de belli iuſtitia ſunt certiores.

Virtutis magis] *Virtus* heic fortitudo eſt bellica, conſueta ſynecdoche. CELLARIVS.

3. *Arbiter Deus*] *Plautus* Capt. II. 2. 63.

Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.

Vid. ibi *Taubmann.* Conf. etiam *Gataker.* ad *Antonin.* 3. §. 16. p. m. 119. ſq. & 12. §. 2. p. 413. IAEGERVS. Conf. *Rittershuſ.* ad *Salvian.* de Gubern. Dei p. 171.

Cogitationum receſſus] *Cicero* pro Marcell. 7. *in animis hominum tantae latebrae ſunt, tantique receſſus.* ſupr. cap. 1. 2. dixit *operta mentium*, ubi vide, & num. 3. *pectorum latebras.* adde *Catan.* ad *Plinii* Epiſt. III. 3. 6.

Totam] Forte *coram.* LIVINEIVS. Eodem modo coniicit *Rittershuſ.* ad *Salvian.* de Gubern. Dei p. 171. quod parum placet.

Servata divinitas] Vet. *ſcrutatura.* PVTEANVS. *Servatura* Vet. *Langii* Schedae: *ſcrutatura Bertin. Cuſpin.* Praeferam *ſervatura.* ſic enim infra: *ſaeviſſimo hoſti multus inſtares, & libertate caedis exultans donum noctis duceres, quod pugnantem nemo ſervaret.* Alterum illud, mihi quidem, gloſſema ſapit. LIVINEIVS. *Servata* ſuſpectum. ACIDALIVS. *Servatura*; obſervatura, ſeu intuitura. Infra cap. 16. *quod pugnantem nemo ſervaret*, id eſt, intueretur. Alii tamen legunt *ſcrutatura.* BAVNE. *Servatura*, *Livineius* ſic emendat, vulgatum *ſervata.* CELLARIVS. *Servatura* eſt ſcriptura *Francof.* utriusque *Pariſin. Patar.* & *Cellar.* concordans Cod. *Livin.* & *Lang.* eamque tuetur *Baunius*, prolato iam a *Livineio* loco Paneg. huius c. 26. 1. *quod pugnantem nemo ſer-*

ducimus, cum tot commoda, quibus alimur, divinum nobis Numen impartiat,
terrarum ſe curis abdicaverit, nec inter eorum vitas diiudicet, quorum utilitates
4 gubernat. Illa igitur vis, illa maieſtas, fandi ac nefandi diſcriminatrix, quae
omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat, illa pietatem tuam te-
xit, illa nefariam illius tyranni fregit amentiam, illa invictum exercitum tuum,
tot victoriarum conſcientia plenis pectoribus ardentem, tantis inſuper viribus iu-
vit, quantas praeſtare aut Deus potuit, aut amor tuus debuit; ut horrendas a-
cies, ut incognita ferri & corporum robora fulmineus miles everteret, ut, quid-
quid inſtruxerat diuturni ſceleris longa molitio, felici congreſſione conſumeres.

Cap. VIII. O tuam, Imperator, non victoriam magis quam clementiam prae-
dicandam! gravate apud animum tuum etiam mali pereunt. Invitus pugnaſti,
2 qui tam facile vincebas. Iamdudum quippe praevideras, hominem non imperan-
do

ſervaret, i. e. obſervaret, intueretur. Sic etiam *Nonius* 4. 411. p. m. 703. *Servare, ſollicite & ſuſpicioſe obſervare.* Exempla aliorum, qui *ſervare* hac ſignificatione dixerunt, adeo ſunt in promtu, ut iis adferendis merito ſuperſedeam. In Edit. *Rhenan. Stephan. Livin.* legitur *ſervata*, manifeſto errore. *Cuſpin.* cum MSS. *Bert. Gud.* & *Put. ſcrutatura*, a quibus non abludit *Schonhov. ſerviatura*, totidem quippe conſtans ductibus. *Moerl. ſcrutata.* IAEGERVS. Elegans illud *ſcrutatura* Eruditos neglexiſſe miror, quo nihil eſt Auctoris ſententiae convenientius, & placuit *Pricaeo*, hunc locum ita excitanti, ad Act. Apoſt. 1. 24. & cum *Lucae* καρδιογνῶστα πάντων componenti. Probavit quoque ad Edit. ſuae marginem *Cortius*. *Servatura* eſt languidius; ad *receſſus* enim *profundos* adcommodatius eſt *ſcrutari*, quam *ſervare*, ſive obſervare. *Valer. Max.* III. 4. ext. 1. *intima conditionis humanae, ac in ſeceſſu pectoris repoſitos adfectus ſcrutari.* hoc *operta mentium rimari* dixerat Noſter cap. 1. 2.

Alimur] Deeſt in *Guelferb.*

Nobis lumen] Vet. *numen.* PVTEANVS. *Numen* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Numen.* ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. lumen*, errore ſatis aperto. IAEGERVS. *Numen* etiam *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta: quod iam edidit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. frequenter ita fuit peccatum. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 13. 2. *Oudend.* ad *Lucan.* VII. 199. *Burman.* ad Anthol. Lat. IV. 13. vs. 18.

4. *Igitur vis*] Male *Guelf. gravis.* Saepe ita *vis* & *maieſtas* de Deo iunguntur. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 6. 2.

Fandi ac nefandi] *Virgilius* Aeneid. I. 546. ſq.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos, memores fandi, atque nefandi.

IAEGERVS. Vocem *diſcriminatrix* huius loci auctoritate *Fabro* addidit *Falſterus* Supplem. p. 98.

Meritorum] Valet in utramque partem. Sic *Lactantius* VII. 21. 7. 8. *Nec quiſquam putet, animas poſt mortem protinus iudicari. Nam omnes in una, communique cuſtodia detinentur, donec tempus adveniat. quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tum, quorum fuerit probata iuſtitia, ii praemium immortalitatis accipient: quorum autem peccata & ſcelera detecta, non reſurgent, ſed cum impiis in eaſdem tenebras recondentur, ad certa ſupplicia deſtinati.* IAEGERVS.

Illa nefariam] *Illa piet. t. t. illa nefar.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Haec verba deſunt in Ed. *Livineii.* IAEGERVS. Non illic deſunt, ſed hoc ordine poſita: *illa nefariam illius t. f amentiam, illa piet. t. texit.* & ita *Paull. Stephanus.* Vulgatum ordinem habet *Guelf.*

Invitum exercitum] Scribo *invictum exercitum.* MEVRSIVS. Auctar. Phil. 31. & ACIDALIVS. *Rhenan.* & *Stephan. invitum*; quod mendum iam ſuſtulit *Acidalius*, adſtipulantibus ceteris. IAEGERVS. *Invictum* iam dederat *Livineius.* Conf. ad Incert. Maxim. 11. 6.

Felici congreſſione] Vox *diuturni*, & *longa*, quae paulo ante extat, monet me, ut ſuſpicer legendum hic potius, *facili congreſſione.* nam & ſtatim ſequitur, *qui tam facile vincebas.* IVRETVS. Nec fallitur *Iuretus*, ut puto. PATAROL. Vix de huius emendationis veritate dubito; praeſertim cum frequenter ita aberraverint Librarii, de quo dixi ad *Mamertin.* Genethl. 9. 3. ſed contra Codd., in *felici* conſpirantes, nihil inmutare ſum auſus.

1. *Gra-*

do habilem, non tantae maieſtatis capacem; quod magnitudo male crediti mune-
ris extra animi anguſtias effluebat, quam qui tueri nequeunt, ubi ſub tanto one-
re fortunae infirmitas lapſa eſt, faciunt de poteſtate licentiam. Quid ego refe- 3
ram infelicium indigniſſimas caedes? quid inexpletos libidinum paſtus? quid mi-
ſeras patrimoniorum direptiones? Sileantur haec ſane, non tantum, ne ſopitam 4
malorum memoriam oratio mea ſuſcitet, ſed ne ſanctiſſimas Principis laudes,
dum aliena vitia depromimus, ſermo talis inceſtet. Incrementum quidem ade- 5
ptae felicitatis eſt malorum commemorata depulſio: verum, ut in ſegetibus, etiam-
ſi multa, quae humum obſederant, induſtria revellenda ſunt, laborem tamen
purgati ſoli neſciunt, qui fructus editos intuentur: ſic Conſtantini laudibus ſa-
tis eſt, dum efflorescentia bona cernimus, ne mala excisa reputemus.

CAP. IX. Ferebas tamen, Imperator, ferebas illum in tantis malis ludentem,

1. *Gravate*] *Gud.* & *Moerl.* mendoſe exhibet *graviter.* IAEGERVS.

Etiam apud animum tuum male] Aliis *mali.* RHENANVS. Vet. *mali.* PVTEANVS. *Apud an. t. etiam mali*, *Bertin.* LIVINEIVS. Adhaeſerim *Bertin.* exemplari. GRVTERVS. Alias *mali.* recte. ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Sed iam in ora Ed. *Rhenan.* & *Stephan.* adnotatur, in aliis legi *mali*, idque ex *Bert.* profert quoque *Livineius*, quibus accedit *Moerl.* Ceterum viſa eſt concinnior collocatio verborum in Cod. *Bert.* ubi *etiam* ante *mali* ponitur: eam igitur amplector. IAEGERVS. *Male* omnes ante *Gruterum*, & poſt in pr. *Rivinus.* In verborum ordine *Iaegero* adſentior.

2. *Imperando habilem*] Maxentium. BAVNE. & CELLARIVS. Male *Guelf. vituperando. Hominem* per contemtum dixit, ut infr. 9. 1. & eumdem Maxentium Incertus Conſtant. 14. 2. *viliſſimum hominem.*

Animi anguſtias] Quod anguſtiorem haberet animum, quam ut magno muneri, male ipſi commiſſo, par eſſet. BAVNE. *Cicero* in Piſon. 11. *non capiunt anguſtiae pectoris tui.*

Quod qui] Vet. *quam.* PVTEANVS. *Quam qui* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege ſimpliciter *quod*, ablata virgula a poſteriori. ACIDALIVS. *Schonhov. quam qui.* IAEGERVS. *Quam* ex Codd., etiam *Guelf.*, conſenſu reſtitui: refer ad praecedens *magnitudo*, aut *maieſtatis.*

De poteſtate licentiam] Hunc ordinem, auribus, credo, ſuaviorem, dedi ex *Guelf.* pro vulgato *licentiam de poteſtate.*

3. *Indigniſſimas*] Eorum, qui nihil tale meruerant, quam vocis notionem explicuit *Buneman* ad *Lactant.* Inſtit. III. 17. 10. De ipſa re conf. ad Incertum Conſtantin. 3. 6.

Libidinum] Conf. ad Incertum d. l. & 4. 4.

Patrimoniorum] Innocentium capita cum bonis donaſſe Maxentium dicit Incert. Conſtantin. 3. 6. ubi vide.

4. *Sileantur haec*] *Pulm. Sileant hoc ſane.* Lege *ſileat hoc ſane.* PVTEANVS. Parum id neceſſe; vulgatum quoque habet *Guelf.*

5. *Adeptae felicitatis*] παθητικῶς ſumitur. *Ovidius* lib. IV. Triſt. Eleg. 8. 19.

> *Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas.*

& *Tullius*: *ſenectutem ut adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adeptam.* ubi aliqui legunt *adepti* pro *adeptam*, ſed male, ut obſervat *Henricus Stephanus* in Praefatione libri de Latinitate falſo ſuſpecta. Multa eius generis verborum exempla ſuppetunt apud Auctores, quae hic ego referre abſtineo. BAVNE. *Tacitus* Annal. I. c. 7. *adepto principatu.* CELLARIVS. Conf. *Drakenb.* ad *Livium* II. 16. 6. ſupr. 2. 9. *profeſſa laudatio*, ubi vide, & de paſſivo deponentium uſu ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 2. 4. Sequens *eſt* non exſtat in *Guelf.*

Relevanda ſunt] *Revelanda* Vet., *revellenda Bertin. Cuſpin.* Egregie. LIVINEIVS. Lege *relevata.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.*, *Bert.* cum ceteris *revellenda.* IAEGERVS. Poſt *Cuſpin.* recte *revellenda* dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, cui cum antiquioribus *relevanda* placuit. Alterum recte *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta, quod confirmat ſequens *excisa: radice revellere* dixit *Ovidius* Met. VII. 226.

1. *Illum*] Maxentium. PATAROL. Conf. ad Incert. Conſtant. 14. 2.

tem, &, cum omnia tu ſcires, vota hominum connivendo, patiendo, fatigabas: qui ne ſic quidem iniuſte arma caperes, etſi nondum ab homine la-
2 ceſſitus, iam tamen vitiorum eius inimicus. Sed, quod erat conſentaneum clementiae tuae, experiebaris remedia molliora, ut, quod leniri quam reſe-
3 cari malles, mitior medicina ſanaret. Quin extorques animo tuo & conveniendi ſtudium, & concordiae voluntatem: ſi concordiam, quam veniam, appellari fas eſt, cum, qui poteſt vincere, optat ignoſcere. Et non dubito,

Tu ſcires] *Guelf tua ſcires.*

Connivendo, patiendo] Vet. *conniventi patientia.* PVTEANVS. Forte *connivendo patiendoque.* LIVINEIVS. *Gud. conniventi patientia.* IAEGERVS.

Iniuſte ſic quidem] *Sic quidem iniuſte* Vet. PVTEANVS. *Ne ſic quidem iniuſte* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin.* Sed rectius Cod. *Liv. Bert.* cum *Cuſp.* & ceteris verba ſic, uti & nos in contextu exhibemus, transponunt. IAEGERVS. Eumdem ordinem exhibet *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta, in quo *Cuſpinianum* iam ſecutus eſt *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum.*

Vitiorum eius] *Eius* abeſt a Cod. *Moerl.* IAEGERVS. Etiam a *Guelf.*

2. *Experiebaris*] Vet. *experireris.* PVTEANVS. Male. IAEGERVS. Etiam male *Guelf. experieris. Experiri* eſt uti, de quo *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 31. 5.

Remedia meliora] Vet. *molliora.* PVTEANVS. *Molliora* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *molliora.* ACIDALIVS. Miſſis ad eum legatis, ſi forte foedus cum eo inire vellet, quod ſuperbe ille recuſavit, eiectis, atque everſis per ſummum ludibrium Conſtantini ſtatuis. BAVNE. & CELLARIVS. Foederis nempe conditiones offerre volens, quam ſtatim arma capeſſere, ut ſic vulnus lenires, non reſecares. PATAROL. Haec eſt lectio *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.; Moerl.* cum Edd. reliquis exhibet *molliora*, quod iam *Acidalius* ſuggerebat. IAEGERVS. *Molliora* primus dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, quod etiam habet *Guelf.* & proximum *leniri*, & *mitior medicina* ſatis confirmat, eoque pertinet *mollis* medicorum *manus*, de qua *Gronovius* Obſerv. II. 1. emendandus hinc *Hegeſippus* Excid. Hieroſ. I. 12. in fin. *ab exſecutione praecepti ſeverioris ad meliora inflecteret.* egregie ex MS. dedit *molliora Gronovius* Obſerv. in Eccleſ. c. 6. hoc enim oppoſitum *ſeverioris* poſtulat. apud eumd. V. 13. *ad mutandum in melius ſervitium*, alii *mollius*, ut I. 16. princ. *verbisque in mollius ſuppliciter inflexis*, ut recte pro *mollibus*, quod editur, exſtat in Ed. 1544. & ex MSS. emendat *Waſſe* ad *Salluſt.* Fragm. Hiſt. VI. 32. apud *Tacitum* Hiſt. I. 69. *meliora conſtantius poſtulando*, emendat *Acidalius molliora.* ubi conf. *Erneſti.* apud eumd. Hiſt. IV. 32. recte emendatur, *molliora referre iuſſum.*

3. *Quin extorques animo*] Lege, *itaque extorques inimico tuo.* Probat, quod infra: *Sed profecto nulla vi poſſunt coire, quae naturali divortio diſſident.* ACIDALIVS. Imo tibi imperas, ut ad congreſſum, & concordiam cum eo venias, ſi tamen concordia potius, quam venia dicenda eſt. BAVNE. Haec ſcriptura exhibetur a *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Pro *quin Moerl.* vitioſe *quum.* Poſt *animo tuo* copulam *&*, quam in *Bert.* exſtare indicat *Livineius*, inſeruit *Gruter. Pariſienſes, Cellar. Patar.* adſtipulante *Moerl. Acidalius* legi iubet: *Itaque extorques inimico tuo.* Mihi ſecus videtur. Tollendum eſt, quod omnia exempla, typis excuſa, (excepto *Cuſpin.*) obſedit, ſignum interrogationis, & *quin* intelligendum ita, ut adſeveret, & vicem *τῆς imo* expleat. Senſus itaque erit: Poteras iuſte arma capere, quamquam nondum a Maxentio laceſſitus. Suadebant tibi id vota hominum, ſuadebat & odium, quod in vitia eius conceperas. Sed, quae tua eſt clementia, vulnus non enſe recidere, ſed lenioribus remediis ſanare cupiebas, adeoque ab animo ipſe tuo impetrabas, ut hominis iſtius, quantumvis contaminati vitiis, conveniendi copiam quaereres, eumque ad concordiam, & ſocietatem vocares. IAEGERVS. Minus veri ſimilem *Acidalii* coniecturam facit vera *Baunii*, & *Iaegeri* interpretatio, quem in tollenda poſt *voluntatem* interrogatione ſum ſecutus. Haec autem Conſtantini ſtudium indicant, quo Italiam a tyrannide liberaret, ita tamen, ut, cum bellum meditaretur, prius quaevis tentare voluerit, quibus illius calamitates averteret. Parum enim hunc locum facere puto ad probandum, illud primum a Maxentio inlatum eſſe, ut putavit *Bauldui* ad *Lactant.* de M. P. 43. in fin. niſi hoc ſenſu, quod, cum

to, quin hanc rationem caeleſtis prudentia tua duxerit, quod coniunctione
ſua flagrantiſſimas hominis cupiditates vel exſtingueret penitus, vel modice
temperaret. Nulla quippe eſt libido tam vecors, quam non capiat, cum 4
in conſortium temperantia venerit. Deiicit oculos deformis ignavia, ubi ei
pulcritudo virtutis obiecta eſt. Tergiverſari atque haerere petulantiam 5
videas gravitate, modeſtia, & decore confuſam: ut appareat te, Imperator optime, concordia imperanda non illi impunitatem vexandae Vr-

cum illa Conſtantini remedia ſperneret, inde cauſſam bello dediſſe dici poſſit: quaedam dixi ad Incertum Conſtant. 4. 2.

Conveniendi] *Et conveniendi*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Et* inſeruit *Gruterus* cum ſequentibus praeter *Rivinum*; abeſt vero in *Guelf.* retinui tamen, quamvis ſola *Bert.* & *Moerl.*, modo apud *Iaegerum*, auctoritate nitatur; in ſuis enim id inveniſſe non videtur *Puteanus*, quia pro varia lectione nihil notavit. *Convenire* per conſentire exponit *Wopkens* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X p. 157. de congreſſu tamen in ſua interpretatione magis cepit *Baune*, & cum eo *Iaegerus*, quod mihi etiam veriſimilius. ita uſus eſt *Valer. Maxim.* V. 6. ext. 4. & legati dicuntur ad aliquem *convenire* apud *Iuſtinum* XXXI. 4. 3. id *in unum convenire* dixit *Mamertin.* Genethl. 13. 4.

Concordiae voluntatem?] Lege *voluntatem:* ACIDALIVS. Recte *Acidalii* interpunctionem recepit *Iaegerus*, quem modo vide.

Si concordiam, quam] Pro *magis quam veniam.* Vt in illo *Plauti* ex Rudente:

Certum eſt moriri, quam pati &c.

BAVNE. Deeſt poſt *concordiam* vocula *magis*, vel *potius*; cuius ellipſeos multa exempla *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 9. 5. & 20. 17. & Viri docti, quos ad priorem locum laudat, proferunt. Conf. etiam *Bos* Ellipſ. V. μᾶλλον, p. 555. ſqq. ed. *Schwebel.* & *Vechner.* Hellenolex. I. 1. 5. p. 138. ſq. IAEGERVS. Eamdem hoc loco ellipſin notavit *Livineius* ad *Plinii* Paneg. 45. 1. plura dedi exempla ad *Sedulium* Carm. V. 76. recte hinc *Haloandro* obloquitur *Duker.* ad *Livium* XXV. 29. 6. in L. 1. D. de Mort. cauſſ. donat. emendanti, *magis quam;* neque opus fuiſſet, ut in L. 2. §. 1. D. de Reb. credit. a quibusdam insereretur, ut docet *Bynckersh.* Obſ. iur. R. I. 10. Ceterum male *Guelf.* *ſed concordiam.*

Duxerit] Id ſpectaverit, cogitaverit. *Cicero* in Verr. I. 48. *Debere eum quoque aiebat ſuam rationem ducere; multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet.* Male *Gud.* *dilexerit.* IAEGERVS. Rationibus *ducere* proprium eſſe docuit *Cortius* ad *Cicer.* ad Diverſ. VII. 3. 4. inde fluxit ſignificatio ſpectandi, rationem alicuius habendi, quo modo *rationem deducere* eſt apud *Sueton.* Aug. 42. de quo *Gronovius* Obſerv. II. 10.

Quod coniunctione] Lego, *quo coniunctione.* ZINZERLINGIVS. Criticor. Iuven. Promulſ. cap. 24. Mihi non videtur neceſſe.

4. *Non capiat*] *Capiat* pro vincat. RHENANVS. Ita *Horatius* Epiſt. II. 1. 156.

Graecia capta ferum victorem cepit.

IAEGERVS.

In conſortium] Sicut enim *malignus comes quamvis candido & ſimplici rubiginem ſuam affricuit*, iuxta *Senecam* Epiſt. 7. ſic e converſo virtutis conſortium vitiorum, ſi non extinctio, ſaltem repreſſio eſt. PATAROL.

5. *Gravitate, modeſtia*] Forte *gravitate modeſtiae.* LIVINEIVS. Sine neceſſitate. IAEGERVS.

Optime] Abeſt a *Guelf.*

Concordia imperanda] Forte *impetranda.* LIVINEIVS. Bene, ut mihi quidem videtur. Concordia enim *impetrari* poteſt, *imperari* vix ac ne vix quidem poteſt. Infra c. 13. 5. *negata eſſe* dicitur Conſtantino *concordia*, quod ſane τῷ *impetrare* directe eſt oppoſitum. *Concordia impetranda* hic valet impetratione concordiae, vel ſi concordiam impetraſſes. Hanc itaque emendationem, cui etiam Codicis *Moerl.* auctoritas ſuffragatur, recipiendam iudicavi. IAEGERVS. Nullus diffiteor, *impetranda* ſeſe quadam veri ſpecie commendare, & ſatis convenire *concordiae voluntati*, quam n. 3. laudavit. Sed cum praecedat *Imperator*, mihi Imperatoris dignitati minus conſentaneum videtur, ut ab homine, qui imperium occupaviſſet, rogando concordiam *inpetraret;* quanto autem fortius eſt, ſi pro imperio ſuo, quod habebat legitimum, Conſtantinus eamdem ipſi *impe-*

Vrbis daturum, ſed leniorem petiiſſe victoriam: cum malles vitia eius, quam arma, ſuperare.

Cap. X. Sed profecto nulla vi poſſunt coire, quae naturali divortio diſſident: nec ulla tam fidelis eſt copula, quae in diverſum tendentia nexu
2 ſuo teneat. Perpendit ſcilicet ſecum excellens prudentia tua, eique ſemper pietas applicata, omnes concordiae commoditates; illam eſſe fundamentum ac radicem otii, bonorum civilium ſeminarium, quietis publicae ſegetem, &

peraſſe dicatur; atque hinc *negata concordia* infr. 13. 5. maiorem habet emphaſin; quod enim ab alio *inpetrare* debemus, huic ſua eſt negandi facultas; ſed qui negat, quod a legitima, & ſumma poteſtate ipſi imperatur, is id agit, quod in ſuo non eſt arbitrio, maiorisque ſe criminis reum facit. Neque video, quare *concordia* ab eo non poſſit civibus *imperari*, res novas & diſſenſiones molientibus; non diſſimili ratione *clementiam victoribus imperare* dixit Incertus Conſtantin. 6. 1.

Vrbis daturum] Forte *Vrbis fuiſſe daturum.* LIVINEIVS. *Fuiſſe* debet certe ſubaudiri. Frequens tamen eſt ellipſis huius verbi, tum alibi, tum in hocce Panegyrico. Sic infra cap. 11. ſect. 1. *te laturum putavit.* ſect. 2. *An credidit, conſerenda manu non inferiorem?* & ſect. 4. *quem eadem vetuſtas locuta eſt conſpicari ſolitum naves.* cap. 12. 1. *quis dubitet, divinitus armis tuis deditum?* cap. 14. 1. *In ore denique eſt omnium Galliarum, exercitus viſos, qui ſe divinitus miſſos prae ſe ferebant.* cap. 15. 4. *Romano quodam in bello ferunt, —— iuvenes —— ad remunerandam induſtriam requiſitos.* IAEGERVS.

Petiiſſe] *Petiſſe* Vet. LIVINEIVS. Et *Guelf.*

Vitia eius] *Eius* abeſt in *Guelf.* ut ſupr. n. 1.

1. *Poſſunt coire*] Haec eo pertinent, quod propter diverſos in Conſtantino & Maxentio mores, diverſamque indolem nulla potuerit ratione fieri, ut inter eos coleretur concordia, & amicitia: *in amicitia* enim *valere ſimilitudinem morum* recte ſcribit *Nepos* Attic. 5. 3. *Suetonius* Othon. 2. *ſummum inter amicos locum tenuit congruentia morum.* quibuſcum Noſtri verba illic recte contulit *Gruterus:* adde *Rittershuſ.* ad *Salvian.* Gub. Dei VIII. p. 109.

Copula, quae] *Guelf. qui.* De *copula* vid. *Gebhard.* ad *Nepot* Attic. 5. 4.

2. *Scilicet ſecum*] Abeſt *ſecum* a Cod. *Moerl.* IAEGERVS. *Scilicet* ignorat *Guelf.*

Bonorum civium] *Civilium* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. bon. civium*, quod non videtur ſpernendum. IAEGERVS. *Civilium* ex *Cuſpiniano* primus reſtituit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſunt ſecuti. Patri meo *civium* magis placebat; ut *ſeminarium Reipublicae*, *Cicero* de Offic. I. 17. *Catilinarium*, Idem in Catil. II. 10. *iuventutis* apud Incertum Maximian. 2. 4. *civilium* tamen habet quoque *Guelf.* & *bona* magis *otio*, *quieti*, *paci* coniungi videntur, quam ipſi *cives.* ita *ſeminarium triumphorum*, *Cicero* in Piſon. 40. *malorum*, *Apuleius* Apol. p. m. 522.

Et almam] *Et* cum *Baunio* omiſit *Iaegerus*, reliqui ſervant.

3. *Quam aeger*] Quam aegre ad honeſtatem ſe revocant, qui iam nequitiae ſemita proceſſerunt. BAVNE. *Seneca: Difficulter reciduntur vitia, quae nobiſcum creverunt.* PATAROL.

His] *Guelf. iis*, ex frequenti in hoc Cod. permutatione. Vid. *Iaeger.* infr. 17. 1.

Appetitum tuum refugit] *Amicum tuum* Vet. Iniecit mihi manum ſcripta lectio, ac de inſigni aliqua menda ſuſpicionem fecit. Et fallor? an germanum eſt? *affectum tuum.* Idque qui non aſſecuti Librarii, ignotae & inſolenti voci non unum interpretamentum dederunt, & alii *appetitum*, alii *amicum* (quod vero propius) interpolarunt. Propius dixi. Non enim ſane hoc *affectus* eſt, quod *amicus*, ſed neceſſarius, ac propinquus. *Capitolinus* M. Antonino Philoſopho: *Et Antoninus quidem non eſt ſatis motus defectione Caſſii, nec in eius affectus ſaeviit, ſed per Senatum hoſtis eſt iudicatus. Volcatius Gallicanus* Avidio Caſſio: *Nec tamen Antoninus graviter eſt iratus rebellione cognita, nec in eius liberos, aut affectus ſaeviit.* Iterum: *Denique cum quidam diceret reprehendendum Antoninum, quod tam mitis eſſet in hoſtem ſuum, eiusque liberos, & affectus, atque omnes, quos conſcios tyrannidis repperiſſet*, &c. Idem *Capitolinus* Maximinis: *Quare timentes milites, quorum affectus in Albano monte erant, medio forte die, cum a proelio quieſceretur, & Maximinum, & filiam eius in tentorio poſitos occiderunt.* Rurſum Gordianis: *Affectus ſuos unice dilexit, filium & nepotem*

& almam pacis altricem. Sed o quam aeger eſt ad honeſtatem recurſus his, 3
qui iam gradum ex nequitia protulerunt! vocas ad ſocietatem; appetitum
tuum refugit, adverſatur, horreſcit; nihil ſibi putat tecum commune, quia
nihil ſimile eſt. Iam certe quieſcere virtuti integrum non eſt. Nam bellum 4
animo gerere armis abſtinentem, non concordiae ratio eſt, ſed ignava diſ-
ſenſio.

Cap. XI. Licet non ſit in his ratio deſideranda, qui ſemel de via praecipi-

potem ultra morem, filiam & neptem religioſe. Ipſe Antoninus epiſtola, quam *Capitolinus* refert Clodio Albino: *Quod interim a te publicari nolo, ne aut ad ipſum Papirium, aut ad eius affectus perveniat, nosque videamur in locum viventis Conſulem ſurrogaſſe.* Iam (quod ſupereſt) quae neceſſitudo Conſtantino, Fauſtam, Maximiani Herculii privignam, in matrimonio habenti, cum Maxentio, Herculii eiusdem filio, ſaltem ut vulgo creditum eſt, cui dubium? LIVINEIVS. Non capio illum *appetitum.* Vetus editio aliter interpunxerat: *vocas ad ſocietatem; appetitum tuum adverſatur*, &c. idque tolerabilius animo meo GRVTERVS. Id eſt, quod appetebas. BAVNE. Reponere *affectum* geſtit *Livineius*, & glorianter emendationem tuetur. At, meo iudicio, tanti ea non eſt; nec video, quantum diſtet vox haec ab illa PATAROL. *Livineius* exemplis quidem ſatis luculentis docet, *affectus* dici propinquos: ſed propterea non videtur ſollicitanda lectio, quam libri omnes, excepto ipſius *Livin.* Codice, tuentur. *Gruterus* friget. *Appetitus* eſt actio appetendi, deſiderium, ut *petitus*, *Lucret.* III. 173.

Attamen inſequitur languor, terraeque petitus.

IAEGERVS. Melius forte, *at petitum.* SCHENCKIVS. in Praefat. Tom. II. Ed. *Iaegeri. Livineii* coniecturam non capio. Largior *affectus* deſignare propinquos, ſed quid tum erit *affectum tuum refugit?* utrumne? te propinquum ſuum refugit ſed ea inſolens locutio. Praeterea per nuptias cum Fauſta, Maximiani filia, Maxentii erat adfinis Conſtantinus; dubito autem, utrum de adfinitate *adfectus* dici queat; eſt enim vox ea magis liberis, & ſanguine iunctis propria. Vid. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 387. in Not. *Cannegieter* ad Fragm. Vet. Iuriſpr. p. 185. & quae dixi ad Incertum Maxim. 7. 2. *Adpetitus* Conſtantini fortius ſtudium, animumque indicat, ad promovendam remediis mollioribus concordiam, ut apud *Ciceron.* de Offic. I. 29. *adpetitus rationi obediant. adpetere ſocietatem* dixit *Salluſt* Iug. 15. fin. unde hoc ſimplici *petitum* praetulerim, quod Viro Cl. placebat.

Adverſatur] Forte *averſatur.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Recte, ſi referri debet hoc verbum ad *appetitum;* nam loci *Plauti*, & *Taciti*, in quibus *adverſari* quarto caſui iunctum videtur, ſunt admodum incerti. Vid. *Erneſti* ad *Tacit.* Hiſt. I. 1. Sed poteſt *τὸ adverſari* etiam abſolute intelligi, ut in *Terent.* Ad. I. 2. 64.

Cum placo, adverſor ſedulo, & deterreo.

& Phorm. I. 2. 25.

Coepi adverſari primo.

IAEGERVS. *Averſatur* etiam coniecit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 46. 4. ut haec confundi docent Not. ad *Curtium* V. 8. 15. & VII. 1. 29. *Drakenb.* ad *Livium* VIII. 7. 14. *Klotz.* Miſcell. p. 89. Codd. tamen omnes *adverſatur* tuentur, quod retinendum puto. Non tantum id concordiae & ſocietatis ſtudium refugiebat Maxentius, ſed etiam eidem adverſabatur, hoſtili animo Conſtantino reſiſtens, & quaevis inpedimenta obmovens, quo minus ſalutaria Conſtantini conſilia ad effectum perducerentur. Neque video, quare neceſſario legendum ſit *averſatur*, ſi ad *adpetitum* referas. Quid enim inpedit? quo minus *adpetitum* ſubaudiatur eo caſu, qui *τῷ adverſatur* vulgo iungi ſolet.

Simile eſt] Confer Conſtantini & Maxentii comparationem apud Incertum Conſtantino 4. 3.

4. *Animo gerere*] *Animo* abeſt *Bertin.* Male. LIVINEIVS.

Concordiae ratio] I. e. concordia. Periphraſis non infrequens *Ciceroni*, V. G. in Verrem I. 2. *Neque tanta fortunis omnium pernicies poteſt accidere, quam opinione Populi Rom. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis, ab hoc ordine abiudicari.* & III. 98. *Dixi iam antea, iudices,*

cipites ire coeperunt; mirari tamen nequeo, cum id delatum non amplexus ſit;
2 quod impudens eſſet, ſi auderet optare. Vtrum Vrbis funeſtam illam lacerationem lente ac remiſſe te laturum putavit? Sed natura adfert, ut iniuriae eius, quem diligas, etiam ſi re ipſa graves ſunt, fiant tamen amore graviores. An
3 credidit, conſerenda manu non inferiorem? Hoc vero quam opinari non potuerit, exitus docuit, cum, ſignis tam ſaepe collatis, nihil umquam fuerit, quod

dices, ut has omnes iniurias tollatis, tamen ipſam rationem arandi ſpe magis, & iucunditate quadam, quam fructu, atque emolumento teneri. Idem de Invent. I. 2. *Nondum divinae religionis, non humani officii ratio colebatur.* & ad Diverſ. Epiſt. II. 3. in fin. *Sed aliter, atque oſtenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiae meae.* IAEGERVS. Periphraſin hanc in primis amat Noſter. cap. 2. 1. *futuri ratio.* cap. 15. 7. *negotiorum ratio* cap. 20. 2. *ratio certaminis.* cap. 25. 7. *conſiderati ratio.* cap. 28. 1. *ratio diſponendi exercitus.* cap. 38. 6. *Reip. ratio.*

1. *Tamen nequeo*] Forte *tamen ſatis nequeo.* LIVINEIVS. Res poſcit: *mirari tamen ſatis nequeo.* ACIDALIVS. An excidit negativa, ſcripſitque? *mirari tamen non nequeo.* certe ſimile aliquid requirit orationis nexus. GRVTERVS. Deeſt *non*, vel *ſatis.* BAVNE. Legendum ſane, *non nequeo.* PATAROL. Nil muto. Inpudens fuiſſet Maxentius, ſi auſus fuiſſet optare, ut ſibi pax a Conſtantino offerretur, ideo mirari Noſter non poterat, quod eam non eſſet amplexus. Si enim inpudens ſit aliquid optare, aeque inpudens eſt, ſi quis id oblatum amplectatur, nil itaque mirum eſt, ſi hoc repudiet.

Cum id delatum] Lego, *cur id delatum.* PVTEANVS. & ACIDALIVS. Non eſt neceſſe.

2. *Vrbis*] *Moerl.* vitioſe *urbs.* IAEGERVS.

Natura adfert] *Natura fert.* PVTEANVS. LIVINEIVS. & BAVNE. Sed pro *affert* ſtat *Cicero* Orat. pro Murena c. 2. *Natura adfert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediantur.* Verum non eſt diſſimulandum, *Lambinum*, *Muretum*, & *Graevium* etiam hoc in loco repoſitum velle *fert*, & ſic legi in *Quinctil.* Inſtit. Or. V. 11. 23. diſſentiente tamen Cod. *Gothano*, in quo *affert* reperitur. IAEGERVS.

Iniuriae eius] Illatae ab eo, quem ames. BAVNE. Quin potius illatae *ei*, quem ames. *Gellius* IX. 12. 16. *Iniurias dicimus tam illorum, qui patiuntur, quam qui faciunt.* Sic in paſſiva ſignificatione dicitur *Plin.* Paneg. 37. 1. *Onera imperii, pleraque vectigalia inſtitui, ut pro utilitate communi, ita ſingulorum iniuriis, coegerunt.* Ita & hic debere intelligi, ſatis ſuperque claret. IAEGERVS. Recte *Iaegerûs*; de hoc genitivi uſu dixi ad *Arator.* I. 51.

Amore graviores] Conf. *Rittershuſ.* ad *Salvian.* p. 179.

Conferenda manu] Vet. *conſerenda.* Sic incertus Author Conſtantino: *manu cum hoſtibus conſerenda.* PVTEANVS. *Conferenda* typographi vitio eſt in Ed. *Rhenani*, quod in pr. retinuit *Rivinus*; reliqui omnes *conſerenda.* Cod. *Guelf. conferendum.*

Non inferiorem] Sc. ſe futurum eſſe. IAEGERVS.

3. *Quod opinari*] *Quam opinari* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Pro *quam Livin.* & Cod. *Moerl. quod*, male, ex compendio litterarum. IAEGERVS. *Quod* edidit *Livineius*, & *Paull. Stephanus.* vulgatum habent reliqui.

Tam ſaepe] Videtur Noſter plura innuere Maxentii praelia cum Conſtantino; aſt ab Hiſtoricis nonniſi illius ad Milvium Pontem fieri mentionem obſervo. Nam ſi pugnam cum Severo Caeſare intelligas, ipſe quinimmo victor fuit, capto, occiſoque ipſo Severo, teſtibus *Sex. Aur. Victor. Eutrop.* lib. X. *Oroſio* lib. VII. cap. 25. & 28. in illiusque victoriae memoriam credo cuſum etiam nummum Maxentii cum Victoria PATAROL. Fruſtra ſolam ad Mulvium cladem Hiſtoricos memorare adfirmat *Patarolus*; contrarium docent loca, quae contuli ad Incertum Conſtantin. 16. 2.

Vmquam quod] *Fuerit quod* Vet. PVTEANVS. *Fuerit quod* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Fuerit* abeſt ab Ed. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* ſed recte in Cod. *Moerl.* & reliquis Edd. legitur. IAEGERVS. *Fuerit* etiam *Guelf.* quod primus recte inſeruit *Gruterus*, & reliqui ſunt ſecuti praeter *Rivinum* in pr. Coniiciebat Pater meus, *fecerit.*

Quod aut ſpes] Videatur delendum *quod.* Etſi ego ſane non deleo, & formam loquendi agnoſco, quae in *Suetonio* creberrima, ut Nerone 43.

iner-

quod aut ſpes aucuparetur, aut fortuna promitteret. Dolis, credo, exiſtimavit 4
decipi poſſe. Sed non virtus tua de congreſſione, quam prudentia eſt de fraude ſecurior. Quis enim ad praeſentiendum ſagacior? quis vigilantior ad videndum? quis contemplatur praeſentia acrius, ventura prolixius, ambigua certius, captioſa felicius? Non hinc tecum Lynceus ille certaret, qui, ut poetae 5
ferunt, parietum ſepta, & arborum truncos viſu facile traiiciebat: aut etiam ille,

inermem ſe in conſpectum exercituum proditurum, nec quidquam aliud quam ſleturum. Domitian. 3. *nec quidquam amplius, quam muscas captare.* ACIDALIVS. Haec exempla vereor, ut huc quadrent. Tollitur omnis difficultas, inferto verbo *fuerit.* IAEGERVS. Spes dici poteſt *aucupari*, id eſt ſtudioſe quaerere, & petere, ut apud *Ovidium* Her. XIII. 107.

Aucupor in lecto mendaces caelibe ſomnos.

adde *Gronov.* ad *Senecae* Contr. III. p. 275. ſed in *Guelf.* eſt *aurufpes*, pro *aut ſpes*, in quo forte latet *aruſpex*, qui *aucupari* non male diceretur, ut apud *Senecam* Herc. Oet. 482.

Circumſpice, agedum, ne quis arcana aucupet.

aut legi poſſet *aruſpex auſpicaretur*, cui hoc verbum tribui poſſet, quoniam *auſpicium* de quocumque omine adhiberi ſolet, ut apud *Iuſtinum* XV. 3. 14. & de omine ex luctu, & lacrimis vocem reſtituit *Senecae Gronovius*, Hippol. 853. Aruſpices vero in praeliis conſultos fuiſſe patet ex Incerto Conſtantin. 2. 4. ubi vide.

4. *Dolis*] Quibus adverſus Severum, Galerium, ac Maximianum uſus erat. BAVNE. Deeſt in utraque *Rivini.*

Credo] Per ironiam, de qua *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. I. 7. 1.

Contemplatur] *Contempletur* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelf.*

Felicius] *Moerl.* corrupte *fidelius.* IAEGERVS.

5. *Hinc tecum*] Forte *hic.* LIVINEIVS. *Livineius* coniicit *hic*, id eſt, hac in re. IAEGERVS. Nihil muto.

Lynceus] Simile quid habent *Plinius* Natur. Hiſt. lib. VII. c. 21. *Strabo* Geograph. VI. *Aelian.* Variae Hiſt. II. c. 13. *Plutarchus*, *Tullius* IV. Academicor. *Valer. Maxim.* lib. IV. cap. ult. quorum verba, ne nimius ſim, non refero. BAVNE. *Lynceus*, diſyllabum, Λυγκεὺς, unus ex Argonautis, fingitur tantae perſpicacitatis fuiſſe, ut per quasvis duras, & opacas res oculorum acie penetraret: de quo *Valerius Flaccus* Argonaut. I. vs. 463.

Poſſit qui rumpere terras,
Et Styga transmiſſo tacitam deprendere viſu.

Plutarchus de Notitiis communibus adverſus Stoicos, ſub finem: καί τοι λέγεται μὲν ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος διὰ πέτρας, καὶ διὰ δρυὸς ὁρᾷν. *Sane Lynceus ille dicitur per ſaxum, & quercum perſpexiſſe.* Fabulae interpretamentum eſt, rerum naturalium ſcientia fuiſſe inſtructiſſimum. CELLARIVS. Hinc de eo occurrit, qui acerrimo oculorum ſenſu eſt praeditus. *Gronov.* ad *Ciceron.* ad Diverſ. IX. 2.

Poetae] Immo etiam & *Strabo*, & *Plutarchus* referunt: ille Geograph. lib. VI hic libr. adverſus Stoicos, item & *Solinus* cap. 6. PATAROL.

Viſu] *Guelf.* *uſu.* male.

Etiam ille] Adi *Plinium* Natur. Hiſt. VII. cap. 21. *Strabo* Geographic. VI. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα, καθ' ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. *Eſt autem & a Lilybaco ad Carthaginem breviſſimus in Africam traiectus ſtadiorum mille & quingentorum. Atque inibi fama eſt, quendam acie inſignem oculorum e ſpecula quadam Lilybaeis navium numerum, quae Carthagine ſolverent, nunciaſſe.* Idem & *Aeliano* narratum Variae Hiſtor. XI. cap. 13. *Plutarchus* περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωικοὺς: Καί τοι λέγεται μὲν ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος διὰ πέτρας, καὶ διὰ δρυὸς ὁρᾷν, ἑώρα δή τις ἀπὸ σκοπῆς ἐν Σικελίᾳ καθεζόμενος τὰς Καρχηδονίων ἐκ τοῦ λιμένος ναῦς ἐκπλεούσας, ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀπεχούσας δρόμον. *At enim vero Lynceus ille trans ſaxum, transque quercum vidiſſe fertur, & e ſpecula in Sicilia ſedens quiſpiam Carthaginienſium naves, quae e portu ſolverent, ſpectabat, diei noctisque curſu diſtantes.* LIVINEIVS. Haec fere ad unguem e *Plutarcho* videntur expreſſa. PATAROL. *Plinius* Hiſt. N. VII. cap. & ſect. 21.

le, quem eadem vetuſtas locuta eſt, cum in Sicilienſi ſpecula conſtitiſſet, conſpicari ſolitum naves, quae Africae portum ſubirent: cum proſpectum hominis non aer offuſus, quem craſſiorem exhalatio maris faceret, non tantum diſiunctarum regionum longinquitas impediret.

CAP.

Huic & nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem, Punico bello, a Lilybaeo, Siciliae promontorio, exeunte claſſe e Carthaginis portu, etiam numerum navium dicere. IAEGERVS. Etiam *Valer. Maxim.* I. 8. ext. 14. quem tamen Lynceum, & hunc Strabonem confundi notat *Perizon.* ad *Aelian.* Var. Hiſt. XI. 13.

Locuta eſt] Ποιητικώτερον dictum. *Virgilius:*

Quam fama locuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates.

Minucius Felix Octavio: *Loquitur Plato partes orbis nunc inundare, nunc alternis vicibus ardeſcere.* LIVINEIVS. *Loqui* Poetis etiam narrare eſt: quos & alii imitantur. *Virgilius* Eclog. VI. 74.

Quid loquar aut Scyllam Niſi?

Martialis lib. I. Epigram. 25.

Qui loquitur Curios.

CELLARIVS. *Cicero* Acad. Quaeſt. II. 2. *loquuntur hiſtoriae. Columella* de R. R. IV. 2. *Sulpic. Sever.* I. 26. 7. *fama loquitur, Iuſtinus* XVIII. 4. 7. *Minucius Fel.* 9. & c. 34. *loquitur Plato*, quem locum defendit *Wopkens* ad *Hygin.* Fab. 130 adde *Duker.* ad *Florum* IV. 10. 7.

Cum Sicilienſi] *Cum in* Vet. PVTEANVS. *Cum in Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ex Lilybaeo. Rem plures referunt. *Strabo* VI. p. 184. *Aelianus* Var. Hiſt. XI. 13. *Valer. Max.* I. 8. ext. 15. & *Plutarchus* loco iam praedicto. CELLARIVS. Ita plane etiam *Plutarchus* l. c. p. m. 1989. ἀπὸ σκοπῆς ἐν Σικελίᾳ. Eam fuiſſe Lilybaeum, indicat cum *Plinio*, & aliis *Aelianus*, qui ἐκ τοῦ Λιλυβαίου dicit. Ceterum abeſt vocula *in* ab Ed. *Rhenan. Stephan Livin.* At *Cuſpin.* & reliqui, nixi auctoritate MSS., eam exhibent. IAEGERVS. *In* abeſt etiam ab antiquiſſima *Puteol.* Ex *Cuſpiniana* recte *in* revocavit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſequuntur; habet etiam *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta; facile in ultima praecedentis vocis littera latere potuit haec praepoſitio, vulgato in Codd. more.

Africae portum] Eſſe Carthaginienſem produnt omnes: loquuntur etiam omnes de navibus portu egredientibus; eas nimirum potius, quam ſubeuntes portum, obſervari oportuit: ſed hoc parvi intereſt ad ſcopum Oratoris, qui ex memoria, puto, haec expoſuit. IAEGERVS. Omnium certe Hiſtoricorum, quos ſupra contulerunt Eruditi, teſtimonio hic locus eſt contrarius, cuius tamen ſcripturam cuncti Codd. tuentur. Si memoria non lapſus fuerit *Nazarius*, legi poſſet *portu ſolverent.*

Aer offuſus] *Moerl.* & *Patar.* vitioſe *effuſus.* IAEGERVS. *Effuſus* etiam *Guelferb.* & ita legitur in Ed. *Puteolan. Rhenan. Henr. Stephani*, & pr. *Rivini.* cum ad *Rhenani* Ed. nihil notaverit *Puteanus*, in ſuis quoque Codd. *effuſus* inveniſſe videtur. Huic lectioni favere poſſet *Seneca* Nat. Quaeſt. V. 3. ubi de aere: *Interdum vero tanta caligo effunditur, ut conſpectum e vicino ſtantium eripiat.* ſed illic etiam recte *offunditur* tentabat *Gronovius*, quo pacto, *offuſus* hoc loco recte primus dedit *Livineius.* Eſt enim vox tenebris, aliiſque propria, quibus viſus impeditur. *Valer. Max.* VII. 3. ex. 9. *oculis tenebras offudit:* & *luminibus caecitatem offundere* dixit *Sulpic. Sever.* Hiſtor. Sacr. I. 6. 5. *Tacitus* Hiſtor. II. 80. plura exempla dabunt *Heinſius* ad *Valer. Flacc.* IV. 482. *Gronov.* ad *Senec.* Epiſt. 82. *Burman.* ad *Phaedr.* II. 4. 11. *Bunem.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 1. 13. *Drakenb.* ad *Livium* XXXIII. 7. 8. *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 690. in aliis autem locis cum *effundere* quoque permiſceri notant *Drakenb.* ad *Silium* X. 366. *Oudend.* ad *Obſeq.* de Prodig. c. 124. *Cannegiet.* ad *Avian.* Fab. 41. 3. *Heinſ.* ad *Claudian.* Rapt. Proſerp. III. 177.

Non tantum] Vet. *tanta.* PVTEANVS. Forte *non tam.* LIVINEIVS. Forte *non tanta.* GRVTERVS. & ACIDALIVS. Lege *non tanta*, ut ex veteri Codice emendat poſt *Acidalium Gruterus.* BAVNE. *Tam* edidit *Patarol.* Poſſit fortaſſe etiam *non* ante *aer* deleri, ut ſenſus ſit: cum

non

CAP. XII. Cum ſpes omnis frigere debuerit, & voluntas pacificandi
alienata ſit, quis dubitet, divinitus armis tuis deditum, cum eo dementiae
proceſſerit, ut ultro etiam laceſſeret, quem ambire deberet? O quam a- 2
cres habes dolorum aculeos, contumelia, quam imponit inferior! ecce enim,
pro dolor! (verba vix ſuppetunt) venerandarum imaginum acerba deiectio,
&

non tantum diſiunctarum regionum longinquitas, *ſed etiam* aer offuſus, & exhalatione maris craſſior factus, luminibus hominis officere videretur. Ita *ſed etiam* omittitur. *Seneca* Herc. fur. vs. 15.

Nec ipſe tantum Bacchus, aut Bacchi parens
Adiere ſuperos; ne qua pars probro vacet,
Mundus puellae ſerta Cnoſſiacae gerit.

Plenum erat: Nec ipſe tantum Bacchus, aut Bacchi parens, adiere ſuperos: *ſed*, ne qua pars probro vacet, mundus *etiam* puellae ſerta Cnosſiacae gerit. *Phaedrus* Prol. lib. I. vs. 5. ſq.

Calumniari ſi quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum ferae.

i. e. non tantum ferae, *ſed etiam* arbores. Verum non prorſus neceſſe eſt, ut deſeratur lectio vulgata, ſiquidem τὸ *tantum* cum *diſiunctarum* iungi, adeoque ſententia hunc in modum explicari poteſt: non aer offuſus, non longinquitas regionum, quae *tantum*, i. e. tanto intervallo, a ſe invicem erant diſiunctae. IAEGERVS. *Tam* quoque placuit *Caſaubono* ad *Strabon.* Geogr. VI. p. 409. *Tantum* tuentur reliqui Codd. praeter *Puteani* veterem, cuius ſolius auctoritate receptam movere lectionem non fui auſus, ex poſteriori *Iaege i* explicatione ſatis certam.

Longinquitas] Quae a Siciliae promontorio Lilybaeo, nunc *Capo Cocco*, quod Africam ſpectat, ad Africae eiusdem littus centum circiter milliarium eſt. PATAROL.

1. *Cum ſpes*] *Moerl.* mendoſe *ſpecies.* IAEGERVS. Conf. ad *Eumen.* Conſtantin. 21. 5.

Dementia proceſſerit] Vet. *dementiae.* PVTEANVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. eo dementia*, quos vero reliqui merito deſerunt. IAEGERVS. *Dementia* eſt ex antiquiſſima *Puteolani.* vulgatum, quod etiam eſt in *Guelf.*, iam dedit *Livineius*, quem ſecuti praeter *Rivinum* reliqui. *Sulpit. Sever.* Hiſt. Sacr. II. 54. 3. *ſtultitiae eo uſque proceſſerat.* adde *Cortium* ad *Salluſt.* Iug 1. 5.

Vltro etiam] Ipſe enim ad bellum acriter ſe accinxit; pontem ſupra Tiberim ſtruxit; copias eduxit ex Vrbe, teſte *Zoſimo* lib. II. PATAROL. *Etiam* abeſt a *Moerl.* IAEGERVS. Abeſt quoque a *Guelferb.* Ex hoc autem loco belli culpam in Maxentium transfert *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 43. conf. ſupr. 4. 2.

2. *Habes dolorum*] *Dolorum aculeos habes*, *Bertin.* LIVINEIVS. Forte *habet.* BAVNE. *Habet* deinde edidit *Patarol;* licet languere videatur. In *Moerl* τὸ *habes* omiſſum eſt. De cetero, duce libro *Bert.* & iudicio aurium, verbum *habes* poſt *aculeos* collocavi; antea legebatur: *O quam acres habes* &c. IAEGERVS. Reliquis Codd ordinem ſervantibus vulgatum, ſolum *Bertin.* ſequi vix audeo; eſt quidem auribus ſuavior illa transpoſitio, ſed forte ad dolorem fortius exprimendum placere potuit ſonus durior, & ingratior.

A contumelia] Vet. delet *a.* PVTEANVS. Dele *a* praepoſitionem. Contumeliam ipſam alloquitur. ACIDALIVS. Vocandi caſus *contumelia*, ad quam ſe vertit Panegyriſta. CELLARIVS. *Rhenan.* & *Stephan.* legunt, *aculeos a contumelia*, cuius loco *Schonhov.* ex coniectura reponit *ea continentia*, quod non intelligo, niſi forte σφάλμα eſt *continentia. Acidalius* delet praepoſitionem *a*, quia nimirum Contumeliam ipſam, tamquam perſonam, vocandi caſu adloquitur Panegyriſta; & hanc rationem ceteri omnes recte tenent, *Baunio* quadamtenus excepto, qui pro *habes* coniicit *habet.* IAEGERVS. Recte *a* iam delevit *Livineius*, in quo ſuos videtur Codd. ſecutus; ita etiam ſequentes praeter *Rivinum:* ignorat quoque *Guelf.*

Inponit inferior] *Inponere contumeliam* dixit quoque *Cicero* in Verr IV. 9. & *Salluſtius* Catil. 48. 9. ubi *Cortius*, & *Waſſeus.* adde *Drakenb.* ad *Livium* IV. 32. 7. non alio modo *inponere vulnera Cicero* de Finib. IV. 24. *plagas* alii. Conf. *Voſſium* ad *Caeſar.* B. G. VIII. 48. 3. *Burman.* ad *Petron* Satyr. 105. —— Ceterum ad maiorem iniuriae aeſtimationem pro maiori illius, cui infertur, dignitate recte hunc locum refert *Rittershuſ.* ad *Salvian.* Gubern. Dei VIII. p. 110.

Ecce] Vid ad *Eumenium* Conſtantin. 21. 2.

Acerba deiectio] Conſtantini imagines, Romam de more perlatas, a Maxentio deiectas eſſe, ſupra

3 & divini vultus litura deformis. O manus impiae! o truces oculi! Ita non caligaſtis? In quo lumen mundi obſcurabatis, meritas ipſi tenebras non imbibiſtis? Commovere tandem, conſcia virtus, nec permittas hoc furori, cui
4 de te aliud non licebat. Sed quid tandem adſequeris, caeca dementia? Aboleri hic vultus non poteſt. Vniverſorum pectoribus infixus eſt; nec commendatione cerae, aut pigmentorum fucis renitet, ſed deſiderio effloreſcit animorum. Vna demum Conſtantini oblivio eſt humani generis occaſus.
5 Nunc vero commendabiliorem iniuria tua faciet patientiam eius: avidius expe-

pra dictum eſt in Conſtantini vita. BAVNE. Mos fuit, novi Imperatoris imaginem laureatam in civitates dimittere, ſuamque Conſtantinus & Romam miſit, ubi Maxentius agebat, & Nicomediam ad Maximianum Galerium. *Zoſimus* II. 9. de illo: ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ δειχθείσης κατὰ τὸ σύνηθες. & *Lactantius* Mort. Perſec. c. 25. *Laureata imago eius adlata eſt ad malam beſtiam.* Hanc, & alias ad illam expreſſas, Maxentius deiecit, orto diſſidio, ac foede deturpavit. CELLARIVS. Conſtantini imagine, qui Imperator ſalutatus fuerat, in Vrbem delata, Maxentius imperium occupandi libidine arſit. Auctor *Zoſimus*, qui tamen eiusdem iuſſu ipſam deiectam non refert. PATAROL. *Guelf.* vitioſe *devectio.* Vtrum cauſſam bello praebuerit inlata his imaginibus iniuria, vide ſupr. 4. 2.

Divini vultus litura] Luto obliti, credo. *Lampridius* Elagabalo: *miſit, qui in caſtris ſtatuarum eius* (ſermo eſt de Alexandro Severo, qui proxime imperavit) *titulos luto tegerent, ut fieri ſolet de tyrannis.* Ceterum quod attinet ad hiſtoriam, imaginem Conſtantini Romae oſtenſam de more narrat *Zoſimus* II. ſed huius a Maxentianis iniuriae non meminit. LIVINEIVS. & CELLARIVS. *Guelf.* vitioſe *divina.*

3. *In quo*] Purus putus Graecismus; ἐν ᾧ ἠμαυροῦτε, *dum obſcuratis.* Exempla obvia. LIVINEIVS. Lege, *ita quum lumen mundi.* ACIDALIVS. & BAVNE. De Graeciſmo vid. *Hogeveen* ad *Vigeri* Idiotiſm. cap. 2. ſect. 3. §. 11.

Lumen mundi] Conf. ſupr. ad Incert. Conſtantin. 20. 3.

Ipſi tenebras] *Guelf. ipſi poenas;* vulgatae favet oppoſitum *lumen.*

Nec permittas] Vt furorem ſuum exerat in tuam imaginem is, cui non ſatis eſt animi, ut aliquid in te moveat. BAVNE.

Non licebat] Qui in ipſum Conſtantinum ſaevire non poterat, in eiusdem imagines graſſabatur, quod unum poterat PATAROL.

4. *Hic vultus*] *Guelf. vultus hic.* *Vultum* memorat propter expreſſas ore Principum imagines, quas poſtea *labratas* dixiſſe videntur, de quibus late *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 637.

Vniverſorum] Idem Cod. *univerſarum.* vitioſe; & mox *eſt* delet, non male, ſi uno ſpiritu legatur, *vultus non poteſt univerſorum pectoribus infixus.*

Commendatione cerae] Male *Guelf. commendationem.* Cera expreſſas fuiſſe iſtiusmodi imagines docet *Panzirollus* Notit. dignit. Orient. cap. 24. de encauſtica tamen pictura, quae reſolutis igne ceris fiebat, exponit *Valeſius* ad *Euſeb.* Vit. Conſtant. I. 3. *Plinius* H. N. XXXV. 7. *Cerae tinguntur, iisdem his coloribus ad eas picturas, quae inuruntur.*

Aut pigmentorum fuci] *Ac pigmentorum* Vet. LIVINEIVS. *Moerl.* cum *Gud. ac.* IAEGERVS. *Fuci* hoc ſenſu etiam eſt mentio in L. 17. C. *Theodoſ* de Poen. ubi in Notis *Gothofredus.*

Renitet] Pro *renitet*, quod *Gud.* Cod *Moerl.* & *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Edd. agnoſcunt, *Francof.*, utraque *Pariſin.* cum *Patar.* & *Cellar. retinet*, nullo commodo ſenſu. IAEGERVS. *Renitet* recte in margine Ed. ſuae probavit *Cortius* *Retinet*, ex typographi vitio, per incuriam in ſequentes Edd., etiam *Baunii*, irrepſit; alterum tamen habet *Rivinus*, plerumque *Rhenanum* ſecutus. Ante coniecerat *renidet* acutiſſimus *Eldikius*, ut infr. 34. 4. *vultum ipſum —— venerandum quiddam, & amabile renidentem.* ſed poſtea verius ipſi videbatur *indiget.* *Renitere* hic mihi picturae, praeſertim ſi cum *Valeſio* ad *Euſeb.* Vit. Conſtant. I. 3. encauſticam accipias, & pigmentis videtur convenientius. *Iuvencus* Hiſt. Euang. I. 205. *Radiisque renitet.* ita eſt in variantibus Cod. *Lipſienſ.* penes me; in aliis eſt *renidet*, aut *refulget.* *Hegeſippus* V. 46. *aquarum rutilo decepti renitentium ad ſolis exortum.* & cap. 53. *argento renitentes.* Hoc autem loco facile *renitens* in *retinens* abire potuit, vulgato Librariorum errore, paſſim litterarum ordinem invertentium, cuius exempla dedi ad *Mamertin.* Ge-

petent, quem pictura non reddit. Flagrantiora ſunt animorum deſideria, cum oculorum ſolatia perdiderunt.

CAP. XIII. Nihil profecto gravius, nihil miſerius, Roma, doluiſti. Quamvis recondite magis gemeres, & ingeſtos quotidie luctus callo quodam obduratae patientiae ſuſtineres, confeſſus eſt ſe inconſultior dolor, nec timuit deprehendi, & male clauſi ſigna moeroris per vultus indices exierunt. Hoc enim, Roma, tot vulneribus ſaucia, vindicari volebas, cum ta- 2
men praeſtantiſſimus Princeps, iniuriae ſuae negligens, ulciſci tuas mallet. Ita

Genethl. 3. 9.

5. *Commendabiliorem*] Huius comparativi uſum, quem ex hoc loco confirmant Lexica, aliis ſtabilivit *Falſterus* Supplem *Fabri* p. 62.

Iniuria tua] I. e. iniuria, quam tu, caeca dementia, (nam adhuc προσωποποιεῖ) intuliſti. IAEGERVS. Quem vid. ſupr. 11. 2.

Flagrantiora] Talia, ab igne deſumta, ſummum ſtudium indicare, hoc aliisque locis oſtendit *Barthius* ad *Claudian.* III. Conſ. Honor. 73.

1. *Miſerius*] *Moerl. miſerabilius.* IAEGERVS.

Recondita alte magis] *Recondite alte* Vet. Sequor *recondite*, & *alte* ut gloſſam deleo. LIVINEIVS. Sic omnes omnino, excepto Cod. *Gud.* & *Liv.*, qui *recondite* praeferunt, quod *Livineius* ſequitur, & *alte*, ut gloſſam, delet; εὐστοχώτατα. IAEGERVS. In contextu *Iaegerum* ſecutus ſum; forte tamen *recondite*, tamquam notius, eſt gloſſa τοῦ *alte*, ut *alta ſuſpiria* dicunt Poetae, de quibus *Heinſius* ad *Claudian.* in Eutrop. II. 533.

Callo quodam] *Cicero* pro Milon. 28. *Neſcio, quomodo iam uſu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia.*

Inconſultior] Comparativi huius exempla vide apud *Falſter.* Supplem. *Fabr.* p. 163. per moerorem ſeſe prodentem explicat in Interpretatione *Baunius.*

Male clauſi] Tuum de afflicta Roma dolorem diſſimulare non potuiſti: & quamvis illa iniurias ſibi illatas mallet, quam tibi, tu tamen eius dolore potius ad bellum Maxentio indicendum inductus es. BAVNE. Hemiſtichium nota, quod, niſi forte cuiusdam ſit Poetae, Noſtro excidit eadem ratione, qua aliis, de quibus dixi in Miſcell. cap. 17.

Per vultus indices exierunt] Vet. delet *per*, & pro *exierunt* Vet. *extiterunt.* Si cui MS. Cod. lectio magis probatur, ſic eſt legendus hic locus: *& male clauſi moeroris vultus indices extiterunt*, deleto τῷ *ſigna*, quod τοῦ *indices* gloſſema eſſe exiſtimari poteſt. Sic loquitur alius Auctor in Panegyr. Flavienſ. nomine: *cum lacrymae illae pietatis eſſent indices, non doloris.* PVTEANVS. Sic *Pacatus* Panegyr. c. 37. *proditor vultus.* PATAROL. Valde adridet ſcriptura Cod. *Put. Gud.* & *Moerl. maeroris vultus indices extiterunt.* Quod ſi eam admittamus, delendum eſt, ut iam *Puteanus* monuit, τὸ *ſigna.* IAEGERVS. Si illa Codd. ſcriptura placeat, nullum eſt dubium, quin *ſigna* ſit delendum. Vulgatam tamen praefero, cum neque *exſtiterunt* probaverim. *Exierunt* elegantius opponitur *recondito gemitui*, & *clauſo dolori. Vultus indices* eſt, quod apud *Curtium* VIII. 6. 22. *vultus animi index*, quomodo *color index* apud *Ovidium* ex Pont. IV. 13. 3. & *index modeſtiae rubor*, *Eumen.* Conſtantin. 4. 4. inde *vultus loqui* dicitur a *Seneca* Hercul. Oet. 705. *ſenſus animi indicare*, a *Cicerone* de Orat. II. 35. quare eum *ſermonem tacitum mentis* adpellat, Orat. in Piſon. 1. & quis *e vultu intelligere* dicitur apud *Nepot.* Pauſ. 5. 1. adde *Barth.* ad *Statium* I. Silv. 1. 25. Theb. I. 188. & IV. 746. *Iaeger.* ſupr. 1. 1. forte etiam pluralis *vultus* de oculis poſſit capi, qui *animi indices* dicuntur, de qua notione Idem ad Theb. IV. 542. XI. 504. & 615.

2. *Vulneribus ſaucia*] Hanc locutionem inluſtravit *Weitzius* ad *Sever. Sanct.* de Mort. boum vs 73. deſumta eſt a vulneribus, quomodo dixit *Cicero* de Finib. IV. 24. *quae hic Reip. vulnera inponebat, eadem illa ſanabat.*

Tam praeſtantiſſimus] *Tamen praeſt.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *quum tamen*, vel *quum contra.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin. Acidalius* reſcribit *cum contra*, vel *c. tamen*, & haec poſterior vocula in Cod. *Moerl.* reliquisque invenitur. IAEGERVS. *Tamen* etiam eſt in *Guelfb.* quod ex *Cuſpin.* Ed. recte revocavit *Gruterus*, quem reliqui ſequuntur praeter *Rivinum* in pr. ita ſaepe peccatum fuiſſe iam notavi ad *Eumen.* Grat. act. 2. 3. ceteroquin *tam* recte ſuperlativo poſſet iungi, quomodo ex Cod.

3 Ita ambo, benigni ratiocinatores officiorum, paria feciſtis: tu voto, quo ſolo valebas; ille amore pariter & facultate, ut tantum bonorum tibi tribueret,
4 quantum te ſibi velle recognoſceret. Pugnaſti igitur, Imperator, coactus quidem, ſed hoc maxime victoriam meruiſti, quia non deſiderabas. Optaſti pa-
5 cem, ſed ignoſce, ſi plus omnium vota valuerunt. Nec illa ſolita obſecundare coe-

Cod. *Traiectino* reſtituendum puto apud *Ciceron.* de Orator. II. 89. *de tam ſuaviſſimo homine*, pro vulgato *ſuavi.*

3. *Ambo*] Roma, quam alloquitur, & Conſtantinus, de quo ſermo eſt. BAVNE.

Ratiocinatores officiorum] In ſubducenda officiorum ratione liberales, qui alterum magis, quam ſe ipſi, reſpiciunt. Ita *Tullius* Offic. I. 18. *bonos ratiocinatores officiorum* vocat ἀκριβεῖς, qui adcuratiſſima diligentia utuntur, & addendo, deducendoque vident, quae reliqui ſumma fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, poſſit intelligi. IAEGERVS. Male *Guelf. ratiocinatores effectorum.*

Paria feciſti] Vet. *feciſtis.* PVTEANVS. Formula loquendi petita ab arte numerorum, & rationum. Significat autem *efficere*, *ut rationes accepti & expenſi pares ſint*, *& congruant;* ac proinde idem quoque valet, quod compenſare, rependere, par pari referre. *Plinius* Paneg. 6. 5. *Solus ergo ad hoc aevi pro munere tanto paria accipiendo feciſti; immo, ultro dantem obligaſti.* Idem 81. 1. *Quod ſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti*, &c. Vid. ad hunc poſteriorem locum *Schwarz.*, qui feſtiva exemplorum copia formulam eam illuſtrat. IAEGERVS. Et Pater meus ad *Plinii* Paneg. loco priori, *Cortius* ad *Plinii* Epiſt. VII. 19. 10. *Burman.* ad *Quinctil.* Decl. IX. c. 16 cui adſentior ibid. Declam. 355. emendanti, *pares acceptasque facis rationes*, pro vulgato *actiones. Feciſti* vitio typographi eſt in *Rhenan.* & pr. *Rivini*, quod notandae lectioni *Puteano* dedit occaſionem.

Valebas] Male *Guelf. volebas* Nil, niſi ſolo voto, valebat oppreſſa a Maxentio Roma.

Tribueret] *Retribueret* Vet. LIVINEIVS. Vid. de compoſitis ex *re* adnot. ad Paneg. I. 11. 3. IAEGERVS. Et ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 12. 3. Conſtantin. 20. 3.

Recognoſceret] *Cognoſceret*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Gud.* & *Moerl. cognoſceret.* IAEGERVS. *Recognoſcere* hic eſt, ante iam nota diligentius excutere, quam verbi vim notavit *Burman.* ad *Virgil.* Aen. VIII. 721. *Pacatus* Paneg. 24. 3. *tu quoque mala noſtra audias*, *ut tua beneficia recognoſcas. Plinius* Paneg. 4. 1. *boni Principes*, *quae facerent*, *recognoſcerent. Valer. Max.* VI 6. init. *exemplis recognoſcere*, & ibid. ext. 5. *recognoſcere fidem.* adde *Drakenb.* ad *Livium* V. 16. 7. & XXXV. 1. 12. & quae dixi in Miſcell. cap. 15.

4. *Optaſti pacem:*] Diſtingue: *quia non deſiderabas : optaſti pacem*, *ſed ignoſc.* ACIDALIVS.

Vota valuerunt] Belli, ut tyrannus cum aſſeclis ſuis penitus exſcinderetur. PATAROL.

5. *Illa divinitus obſecunda*] Sic legerim, *divinitas obſecundare.* RHENANVS. Vet. *divinitas obſecundare.* PVTEANVS. *Divinitas obſecundare* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. Forte *obſ. c. t. s. divinitas* LIVINEIVS. *Rhenanus* recte *divinitas obſecundare coep.* ACIDALIVS. Ita corrupte *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* aliquantulo emendatius *Livin. Nec illa divinitus obſecundare*, &c. Veram lectionem *divinitas obſecundare* reſtituit iam *Rhenanus*, & ingenii ſagacitate praevertit teſtimonia Codd. MSS. *Livin. Bertin. Gud. Put. Moerl.* Elegantior eſt collocatio verborum in *Lang. obſ. c. t. s. divin. Gruter.* uterque *Pariſin.* cum *Patar.* & *Cellar. ſolita obſ. c. t. div.* IAEGERVS. *Divinitus obſecunda* erat in antiquiſſima *Puteol.* ex qua illud *Rhenanus*, aliique, etiam *Rivinus* retinuerunt. Veram lectionem primus dedit *Gruterus*, recepto ex *Livineii* coniectura verborum ordine, quem tamen *Langii* Schedis tribuit *Iaegerus.* Ipſe eum dedi, quem ex *Guelf.* notatum habeo, & in antiquiſſimis Edd. deprehendi.

Et ſcientia] Vet. *ex ſententia.* PVTEANVS. *Ex ſententia* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Lege *& aliquid e ſententia tua non cecidit.* ACIDALIVS. *Livin.* corruptiſſime *& ſcientia. Rhenan.* cum ſatellite *e ſententia:* ceteri omnes *ex ſent.* IAEGERVS. *Livineium* ſecutus eſt *Paull. Stephanus; Rhenanum Rivinus;* in antiquiſſima *Puteol.* eſt *& ſententia.*

Pro meritis iniret] Emendem *inires*, hoc eſt, conſequerere. LIVINEIVS. Coniungendum videtur, *ut plus promeritis iniret.* GRVTERVS. Lege, *ut plus pro meritis veniret.* ACIDALIVS.

Nec

coeptis tuis divinitas in hoc refragata eſt; ſed aliquid ex ſententia tua non ce-
dit, ut plus pro meritis iniret. Negata eſt concordia, cui erat parata victoria.
Cap. XIV. In ore denique eſt omnium Galliarum, exercitus viſos, qui ſe
divinitus miſſos prae ſe ferebant. Et quamvis caeleſtia ſub oculos hominum ve-
nire non ſoleant, quod craſſam, & caligantem aciem ſimplex illa & inconcreta 2
ſub-

Nec divinitas illa, quae tibi rebus in omnibus obſecundat, tuis votis non obſecuta eſt, cum fecit, ut Maxentius oblatum foedus non acciperet, ſicque ampliorem tibi laudis ſegetem daret. BAVNE. Scripturae nulla eſt varietas: locus autem quin vitio laboret, dubitari non poteſt: auxilium itaque ab ingenio petendum. Qua in re feliciſſime verſatus eſſe videtur *Acidalius:* nam *Livineii* emendatio, facilis illa quidem & plana, nequit probari. *Inire* ſimpliciter pro conſequi non adhibetur; &, ſi retinetur *cedit*, ſequi debet *ineas*. *Gruteri* ratio mihi quidem prorſus ignorabilis eſt, & obſcura. Sententiam ſatis dilucide explicat *Baunius*. IAEGERVS. Nullus dubito, quin legendum ſit, *ut plus promeriti iniret*. Divinitas efficiebat, ut ex ſententia non cederet pax Maxentio oblata, quo maius Conſtantino praeſtaret beneficium; ita enim virtutem oſtendere, & victoria potiri poterat, cuius occaſio defuiſſet, ſi pacem amplexus fuiſſet Maxentius. Vt enim *inire beneficium* dixit *Terentius* Andr. V. 1 9. aeque etiam recte dicatur *inire meritum*, & *promeritum*, quo ſenſu *inire gratiam* ab aliquo pro mereri apud aliquem eſt apud *Nepot.* Alcib 9. in fin *Terentium* Adelph. V. 7. 16. *Curtium* V. 12. 1. VII. 11. 23. VIII. 12. 3. adde *Boſium* Ind. in *Nepot.* V. *Gratia* Voce *promeriti* ita uſus eſt *Ovidius* Faſt. IV. 394.

Sponte Deae munus, promeritumque patent.

Cicero ad Quirit. poſt red. cap. 4. *maius eſt veſtrum in nos promeritum.* & poſt red. in Senat. cap. 1. *veſtra in nos univerſa promerita.* proxime ad Noſtri verba *Lactant.* de Ira 5. 7. *Deum par eſt* —— *divinis, & caeleſtibus beneficiis omne genus hominum promereri.* ubi *Buneman.* Forte etiam per illud Dei *promeritum* indicavit exercitus divinitus miſſos, de quibus mox cap. ſeq. unde illic n. 2. *ubi meritum tuum teſtificati ſunt.* —— De *negata concordia* vide ſupr. 9. 5.

1. *In ore*] *Mamertinus* Genethl. 18. 3. *omnium hominum ore circumfertur. Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 9. 1. *in publica oſtentatione, & in ipſo urbis iſtius ore.* adde Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 69. 6.

Divinitus miſſos] Labari alii meminerunt, nec mentionem faciunt horum exercituum, coelitus miſſorum, non omiſſuri, ſi id verum foret, ſed nimirum, quod Romae de Labaro increbruerat, fama apud alias nationes in maius auxit, ut ſolet eundo vires acquirere. PVTEANVS. Vtrum de Labaro intelligendum id? an, quod olim Romanis mox ait contigiſſe, equites, aut etiam legiones integrae Conſtantino e caelo adfuerint? Ea quidem de re nihil habet *Euſebius*. At *Nazarius* id in Gallorum omnium ore fuiſſe affirmat, praeſente Conſtantino ipſo, & coram variis omnium nationum populis. BAVNE. Proni mortales ad credenda ſunt prodigia: nec vero alius forſan, praeſertim ſuperſtitum Auctorum, de his caelo miſſis auxiliaribus Conſtantini mentionem fecit: quam rem tamen *in ore omnium* provinciarum *Galliae* fuiſſe *Nazarius* tradit. CELLARIVS. & PATAROL. Quae ad huius loci lucem pertineant, copioſe perſecutus ſum ad Incertum Conſtantin. 3. 3. neque eſt, quod nunc addam.

2. *Sub oculis*] *Sub oculos* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. ſub oculis;* at Cod. *Liv.* & *Bert. oculos*, quod reliqui omnes tuentur. IAEGERVS. *Oculos* etiam *Guelf. oculis* eſt ex antiquiſſima *Puteolana*, quod *Gruterum* uſque retentum eſt, quem in *oculos* reliqui recte propter Codd. conſenſum ſunt ſecuti praeter *Rivinum;* ſaepe autem haec occurrit varietas; utrumque enim in uſu eſt de iis, quae ſunt in conſpectu ante oculos. Conf. *Acidal.* ad *Velleium* II. 21. 3. & c. 79. 4. *Drakenb.* ad *Livium* IV. 28. 1. *Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. O. IX. 1. & Declam. XVI. 9. *Duker.* ad *Florum* II. 15. 7. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. III. 9. 12 & c. 17. 24. ita *ſub ora* & *ore.* Not. ad *Claudian.* B. Get. 259. *ſub manum* & *manu*, *Oudend.* ad *Sueton.* Aug. 49.

Quod craſſam] *Puteol. quae;* vulgatum iam dedit *Rhenanus.*

Simplex & inconcreta] *Simplex illa*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Poſt *ſimplex Bert.* cum *Cuſp.* inſerit *illa*, voculam admodum emphaticam, quae contextum (admiſi enim) non dedecorabit.

IAE-

ſubſtantia naturae tenuis eludat: illi tamen auxiliatores tui, adſpici audirique
patientes, ubi meritum tuum teſtificati ſunt, mortalis viſus contagium refuge-
3 runt. Sed quaenam illa fuiſſe dicitur ſpecies? qui vigor corporum? quae am-
plitudo membrorum? quae alacritas voluntatum? Flagrabant verendum neſcio
quid umbone coruſci, & caeleſtium armorum lux terribilis ardebat: tales enim
4 venerant, ut tui crederentur. Haec ipſorum ſermocinatio, hoc inter audien-
tes

IAEGERVS. Cuius iudicium etiam ſequor, quamvis *Guelf.* & reliqui ignorent. —— Vocem *inconcreta* ex hoc loco tuetur *Falſterus* Suppl. *Fabri* p. 162. per corporis expertem explicat in Interpretatione *Baunius.*

Naturae] *Moerl.* male *natura*. IAEGERVS.

Eludat] Id eſt, fruſtretur, ut conſpici nequeat. Conf. ad Incert. Conſtantin. 14. 1.

Illi tamen] *Ibi tamen*, *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Merito ſibi diſplicere dicit *Livineius.* IAEGERVS. *Ibi* etiam *Guelf.* neſcio, utrum hoc ita ſit damnandum; ad *Gallias* enim, quod praeceſſit, referri poteſt.

Audirique patientis] Alii *patientes.* RHENANVS. Vet. *patientes.* PVTEANVS. *Pacatus* in Theodoſium: *nec videri modo patiens*, *ſed facilis audiri*, &c. *Horatius*:

Sive mutata iuvenem figura
Ales in terris imitaris, almae
Filius Maiae, patiens vocari
Caeſaris ultor.

LIVINEIVS. *Horatius* lib. I. Od. 19.

Vultus lubricus aſpici.

Idem de Art. Poet. 163.

Cereus in vitium flecti.

BAVNE. Oeconomia quadam permittentes, ut conſpicerentur, audirenturque: ut ſolent phasmata, ſeu ſpectra. Graecismus notus eſt *patientes adſpici.* CELLARIVS. Loco *patientis*, ut in ſuo *Stephanique* exemplo legitur, veram ſcripturam in margine indicavit *Rhenanus.* IAEGERVS. Etiam in excerptis *Schonhovius*; alteram *Rhenani*, quae eſt ex *Puteolana*, praeter *Stephanum* retinuit *Rivinus*; meliorem primus dedit *Livineius. Seneca* Herc. fur. 810.

Componit aures timidus, & patiens trahi.

Verſus contagium] *Viſus* legendum. RHENANVS. Vet. *viſus.* PVTEANVS. Adde negationem, *non refugerunt.* ACIDALIVS. Poſtquam virtutis tuae teſtimonium dederunt, ſeſe hominum aſpectui ſubduxerunt. BAVNE. *Rhenan.* & *Stephan. m. verſus*, quod iam correxit *Rhenanus.* Addendam eſſe negationem cenſet *Acidalius*, ſc. *mort. viſ. contag. non refugerunt.* Sed poteſt vulgata, ſine mutatione, retineri, & ita explicari: Quamvis caeleſtia omnino non ſoleant venire ſub oculos hominum, illi tamen auxiliatores tui aliquamdiu ſe adſpici, & audiri paſſi ſunt, & tunc demum, cum tui cauſſa ſe veniſſe ſatis declaraverant, mortalium adſpectui ſe ſubduxerunt. *Contagium*, vox Poetica, anceps eſt, & utroque verſus poteſt dici. Vid. *Gellius* XII. 9. 2. Hic fortaſſe contactum, & quaſi commercium rei, etſi non in ſe malae, multo tamen inferioris ſignificat, & caeleſtes illas ſubſtantias mortalium adſpectu quaſi pollui oſtendit: niſi potius (quod malim) ſimpliciter, ut infra c. 16. 2. intelligendum eſſe videatur. In malam partem uſus eſt hac locutione *Cicero* pro Cluent. c. 68. *Nemo erat illorum*, —— *quin expiandum illum locum eſſe arbitraretur*, *quacumque illa iter feciſſet*: *nemo*, *quin terram ipſam violari*, *quae mater eſt omnium*, *veſtigiis conſceleratae matris putaret. Itaque nullo in oppido conſiſtendi poteſtas ei fuit*: *nemo ex tot hoſpitibus inventus eſt*, *qui non contagionem adſpectus fugeret.* Cum noſtro hoc loco poteſt non inepte comparari *Virgilius* Aen. IV. 276. ſqq.

Tali Cyllenius ore locutus
Mortales viſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

IAEGERVS *Verſus* eſt ex antiquiſſima *Puteolani*, quod in pr. etiam retinuit *Rivinus. Viſus* primus dedit *Livineius*, & confirmant Codd. etiam *Gueif.* Recte *Acidalii* negationem reiecit *Iaegerus*, locum ex *Baunii* ſententia interpretatus. Poſtulat illud ipſa ſpecies, in nubibus ſole

ad

tes ferebant: *Conſtantinum petimus*, *Conſtantino imus auxilio.* Habent pro- 5
fecto & divina iactantiam, & caeleſtia quoque tangit ambitio. Illi caelo
lapſi, illi divinitus miſſi gloriabantur, quod tibi militabant. Ducebat hos, 6
credo, Conſtantius pater, qui terrarum triumphis altior tibi ceſſerat, divi-
nas expeditiones iam Divus agitabat. Magnus hic quoque pietatis tuae fru- 7
ctus, quod, quamvis particeps caeli, ampliorem ſe fieri gratia tua ſenſerit,
&,

ad occaſum vergente viſa, quae ſenſim debuit evaneſcere. Conf. ad Incertum Conſtantin. 3. 3 —— In voce *contagium* non opus eſt, ut multum laboremus; nihil enim aliud notat, quam oculorum tactum, viſum, quod *oculis contrectare* dixit *Lactantius* Opif. Dei 1. 15. ubi hunc locum recte cepit *Bunemannus*. *Statius* Silv. V. 3. 275.

Patrios contingere vultus.

radiis ſolis *contingere* eſt apud *Sueton.* Ner. 6. Eſt enim *contagio* nihil aliud, quam adfectio omnis, quae alteri per alterum, praeſertim tactu, communicatur, ut explicat *Gothofredus* in Diſſert. ad L. 8. C. de Teſtam. §. 6. ita *contagio* & *contactus* proprio ſenſu occurrit, apud *Salluſt.* Catil. 10. 6. adde *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. IV. 11. 9. *Drakenb.* ad *Livium* IV. 30. 8.

3. *Quae amplitudo*] *Guelf. ſed ampl.*

Verendum] Ἐν τούτῳ νίκα. RHENANVS. *Sigonius* de Imp. Occid. Opp. T. I. Part. II. p. 76. citat *horrendum*, quod tamen nec in ſcriptis, neque editis inveni, & praeſtat vulgata pro reverendum, venerandum. vid. ad *Eumenium* Conſtantio 19. 1.

Vmbone coruſci] Lege *n. quid umbones coruſci, & coeleſt. arm.* ACIDALIVS. Huic monito paruit *Cellarius*, parebimus & nos. IAEGERVS. Emendavit ita *Acidalius*, ut pravam in antiquioribus Edd. interpunctionem tolleret, in quibus eſt; *Flagr. verendum neſcio quid: umbone coruſci & coeleſt.* Cum *umbone* tueantur omnes Codd., emendationem in textum admittere *Cellarii* auctoritate non ſum auſus, in primis quia, ſi *umbones* legatur, vix praeceſſit, ad quod ſequentia *tales venerant* referas. Recte in Interpretatione *Baunius; emicabat in iis maieſtas neſcio quae, clypeis effulgentibus.*

Lux terribilis] *Moerl.* cum *Gud.* habet *horribilis.* IAEGERVS.

4. *Sermocinatio*] Conf. *Elmenhorſt.* ad *Arnob.* adv. Gent. I. p. 55.

Hoc inter] *Haec inter* citat *Sigon.* Opp. T. I. Part. II. p. 76. *hoc* ſervant omnes.

5. *Et divina*] Vet. *etiam.* PVTEANVS. *Gud. etiam.* IAEGERVS.

Tangit ambitio] De illa caeleſtium ambitione agit *Gronovius* Diatrib *Statian.* c. 26.

6. *Credo*] Abeſt a *Moerl.* IAEGERVS. Male; eſt enim, ut credo. *Mamertin.* Maximian. 7. 5. *Credo, itidem opimam illam, fertilemque Syriam* —— *tegebat Euphrates.* ibid. 14. 4. *credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens rogat.* *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 20. 3. *ut ipſe vidiſti, credo, inſtruendae pueritiae cauſſa.* Idem Conſtantin. 21. 4. *vidiſti enim, credo, Conſtantine, Apollinem.* & 22. 5. *Video Circum maximum, aemulum, credo, Romano.*

Altiori] Vet. *altior.* PVTEANVS. *Altiori*, id eſt, maiori, ſcilicet ſe. Incertus in Conſtantinum: *lectiſſima & pulcherrima Divi patris tui facta ſuperaſti, ipſum, inquam, Divum Conſtantium iam primis imperii tui luſtris rerum geſtarum laude cumulaſti.* LIVINEIVS. Qui ſe agnoſcebat terrenis triumphis a te ſuperari. BAVNE. Equidem non prorſus repudio hanc lectionem, & interpretationem: id tamen non poſſum non profiteri, magis placere ſcripturam Codd. *Put. Gud.* & *Moerl.*, qui *altior* praeferunt, ut ſenſus ſit: qui altior & maior triumphis terrae tibi eos agendos permiſerat, & divinas expeditiones, &c. Quodſi non metuendum eſſet interdictum de vi, eiicerem verba *tibi ceſſerat*, legeremque: *qui terr. triumph. altior div. exp. iam div. agitabat.* IAEGERVS. Codd. obſecutus *altior* reſtitui, pro *altiori*, quod adhuc erat vulgatum. *Nazarii* ſcopo non ſatisfacit *Livineii* interpretatio, qui non de eo agit, utrum rebus geſtis patre maior fuerit Conſtantinus, ſed rationem viſorum exercituum dat; inter Divos receptus, ſive altior, in terris triumphos agere non poterat Conſtantius, iisque filio Conſtantino ceſſerat, ſed divinas expeditiones ipſe agere poterat. —— De *Divi* adpellatione dixi ſupr. ad princip.

7. *Quod quamvis particeps*] In Guelf. eſt, *fructus quamvis participes caeli*, ſine idoneo ſenſu.

Ampliorem ſe] Expertus fuerit, ſe clariorem fie-

&, cuius munera in alios influere iam poſſent, in eum ipſum tua munera redundarint.

Cap. XV. Cedat tibi non recentium ſeculorum modo, ſed totius memoriae vetuſtas, quamvis illa, recti appetens, & nullo umquam depravata in
2 officio, glorietur, penes ſe ſanctitatis famam ſtetiſſe. Sed negliguntur prae-
3 conia hominum, ubi quaeruntur iudicia divina. Illi igitur veteres, laudati vitae moderatores, qui refrenandis cupiditatibus reſtricte, contenteque vixerunt,

fieri tuo beneficio, & qui aliis beneficia conferre poſſet, is gloriam a te beneficii loco acceperit. BAVNE.

Cuius munera] Vtpote Dei. LIVINEIVS.

Influere iam poſſint] Lege *poſſent*, & *redundarint*. ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. poſſint*, & *redundarunt*, quod mendum iam ſuſtulit *Acidalius*, conſentientibus ceteris omnibus. IAEGERVS. In *Guelf.* eſt *poſſint*, & *redundavere*. *Livineius* primus dedit *poſſent*, & *redundarint*, quod in ſuis inveniſſe Codd. videtur. Reliqui eum ſunt ſecuti, praeter *Rivinum* in pr., qui tamen in utraque *redundarunt* retinuit. *Influere* eſt copioſe redundare, de quo *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 81. 1.

1. *Totius memoriae*] Legendum videtur *tot. memoria vetuſtatis*. Quae enim eſt *vetuſtas recentium ſaeculorum*. IAEGERVS. *Puteol.* vitioſe *tutius*. Non inelegans eſt *Iaegeri* coniectura, ſed *totius memoriae vetuſtas* mihi ad praecedentia tempora, *recentium ſeculorum* ad futura pertinere videtur, ad quae *vetuſtatem* ſaepe Scriptores referunt. *Ovidius* Metam. XV. 872.

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Cicero pro Milon. 35. *nulla umquam obmuteſcet vetuſtas*. Conf. *Burman.* ad *Claudian.* Conſ. Prob. 33.

Nullo umquam] Vet. *nulla vi umquam*. PVTEANVS.

2. *Nec leguntur*] Puto emendandum, *ſed negliguntur*. IVRETVS. & PVTEANVS. & LIVINEIVS. Subſcripſerim emendationi *Livineianae*, *ſed negliguntur praeconia*. Ortus error a ratione ſcripturae antiquae *negleguntur*. GRVTERVS. Vnam vocem fac *necleguntur*, id eſt negliguntur. Etiam, quae praecedunt, ſic diſtinguantur, ut illud *quamvis*, & hoc *ſed* inter ſe appareat referri. Ita enim eſt etiam *Pacat.* *Alta licet vulnera proximus nobis Italus, contiguus oſtendat Hiſpanus: ſed in dolore ſuo habet ſuum uterque ſolatium*. ACIDALIVS. *Negliguntur* *Livineius*, & *Gruterus*: vulgo *nec leguntur*, diviſis vocibus. CELLARIVS. *Nec leguntur* omnes ante *Cellarium*, & retinuit etiam *Patarolus*. Conf. Notas ad *Caton.* Diſtich. Praefat. lib. I. & ad IV. 9. *Cannegieter* Reſcript. de *Caton.* c. 33.

Iudicia divina] Conf. Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 8. 1.

3. *Illi igitur*] Romanorum exercituum antiqui illi imperatores, puta, Curii, Coruncanii, Fabritii, & his ſimiles. PATAROL. *Moerl.* *Illi ergo*. IAEGERVS. *Ergo* etiam *Guelf.*

Reſtricte] Recte per parce explicat *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 20. 1. & oportune confert *Pacatum* Paneg. 13. 3. *Parce contenteque viventem*.

Compteque vixerunt] Placet *reſtricte contenteque*. *Pacatus* in Theodoſium: *cum videret Imperatorem, rerum parentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viventem*. *Plautus* Aſinaria:

Mater illum arcte contenteque habet.

alioqui *compte* in veteri ſcriptura eſt *compoſite*. LIVINEIVS. Lege *contenteque*. ACIDALIVS. & BAVNE. Legebatur *comteque*, quod nihil hoc loco eſt. *Livineius*, & *Acidalius* reſtituerunt *contenteque*. CELLARIVS. *Livineii* emendationem in contextum recepit *Cellarius*, quem & nos ſequimur. IAEGERVS. Codd., etiam *Guelf.*, tuentur *comteque*. Alteram lectionem ſatis confirmat *Pacati* locus, qui Noſtrum videtur imitatus; ex quo etiam adparet, male *Guelf.* *vicerunt* exhibere.

Tantam in praelio] *Guelf.* *in proelio tantam*.

Saltem] *Saltim*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Saltim* eſt in antiquiſſimis Edd. Conf. ad *Mamertin.* Maxim. 5. 3.

4. *In bello*] Vet. delet *in*. PVTEANVS. *In* deleam. Adverſum Latinos. *Dionyſium Halicarnaſſaeum* lege Antiquitatum VI. LIVINEIVS. Adver-

xerunt, quorum omnis aetas armis conterebatur, quando tantam in prae-
lio divinam opem pro merito integritatis habuerunt? ut, qui longe a virtuti-
bus tuis diſtant, in proximo ſaltem iuſtitiae gradu reponantur. Roma- 4
no quodam in bello ferunt duos in equis iuvenes exſtitiſſe, ſpectatos for-
ma pariter ac viribus, quia in dimicando praeter ceteros inſignes fuiſ-
ſent, iuſſu imperatoris ad remunerandam induſtriam requiſitos. Vbi nul-
li inveniebantur, fides habita eſt, divinos fuiſſe, qui laborem ſedulo
com-

verſus Latinos, duce Poſtumio. Lege *Dionyſium Halicarnaſſaeum* lib. VI. p. 350. ſeq. & *Florum* lib. I. cap. 11. Ipſe *Cicero* Nat. Deor. II. 2. *Apud Regillum bello Latinorum, quum A. Poſtumius Dictator cum Octavio Mamilio Tuſculano proelio dimicaret, in noſtra acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt.* CELLARIVS. & PATAROL. *Moerl. R. quondam in bello.* IAEGERVS.

Duos] *Duo* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Caſtorem, & Pollucem. *Horatius* lib. I. Od. 12.

Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem.

Ambos Iovis ex Leda filios apud Poetas celebratiſſimos. *Ea demum atrocitas fuit praelii, ut interfuiſſe ſpectaculo Deos fama tradiderit duos in candidis equis, Caſtorem atque Pollucem nemo dubitarit. Itaque & imperator veneratus eſt, pactusque victoriam templa promiſit, & reddidit plane quaſi ſtipendium commilitonibus Deis. Florus* lib. I. cap. 11. BAVNE. Quos credidere Romani Caſtorem, & Pollucem. PATAROL.

Cum equis] *Moerl.* habet *duos ine.* h. e. in equis, plane ut *Florus* de hac re ipſa, I. 11. 4. *Ea demum atrocitas fuit praelii, ut interfuiſſe ſpectaculo Deos fama tradiderit; duos in candidis equis, Caſtorem atque Pollucem nemo dubitarit.* IAEGERVS. *In* etiam *Guelferb.* quod recepi, probante pariter in Ed. ſuae margine *Cortio.* adde *Davieſ.* ad *Ciceron.* Nat. Deor. II. 2. contra quem tamen *cum equis* tuetur *Wopkens* ad *Iuſtinum*, in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 188.

Iuvenes exſtitiſſe] Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* Verbum hoc *extitiſſe* abeſt a *Livin. Gruter.* & reliquis Edd. Legitur vero in MS. *Gud.* quoque, ac *Moerl.* IAEGERVS. In ſuis etiam hoc verbum inveniſſe videtur *Puteanus*, quia variam lectionem non notavit. Ex Codd. itaque ſuo loco, quo erat extruſum, reddidi, a *Rivino* quoque retentum. Forte tamen ex ultima littera legendum, *exſtitiſſe, & ſpectatos*, faciliori ſententia.

Quia in] *Qui in dim. Bertin.* LIVINEIVS. Satis bene *Bert. qui.* IAEGERVS. Mihi vulgata ad reddendam rationem videtur aptior, quare fuerint requiſiti.

Inſignis] Ita legitur in *Puteol.* & *Rhenan.* quod in *Schonbovii* excerptis iam eſt emendatum; *inſignis* tamen antique ſcribi potuit.

Imperatoris] Auli Poſtumii Dictatoris. *Dionyſius* tamen loco citato, non ab imperatore quaeſitos in caſtris refert, ſed Romae ab Vrbis Praefecto: ibi etiam poſt pugnam dicuntur apparuiſſe, & victoriam nunciaſſe. PATAROL.

Ad remunerandum requiſitos] Vet. *ad remunerandam induſtriam.* PVTEANVS. *Remunerandam induſtriam req. Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Remunerandam induſtriam* Cod. *Moerl.* cum Edd. *Cuſpin. Gruter. Pariſ. Cellar. Patar.* At *Livin. Rhenan. Stephan. ad remunerandum*, paſſivo ſignificatu. Vid. Paneg. VII. 12. 2. &, quem iam laudavi, *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 62. 8. IAEGERVS. *Remunerandam induſtriam* quoque *Guelf.* altera lectio ex *Puteolana* in reliquas fluxit, donec *Cuſpinianam* revocavit *Gruterus*, quem ceteri praeter *Rivinum* ſunt ſecuti.

Nullus inveniebatur] Vet. *nulli inveniebantur.* PVTEANVS. *Nulli inveniebantur* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. nullus inveniebatur.* IAEGERVS. *Nullius* eſt in *Puteol.* Singularis placuit *Gruterum* uſque, qui *Cuſpinianam*, a *Guelf.* confirmatam, revocavit, quamque ceteri praeter *Rivinum* retinuerunt. *Nulli* eſt non. Conf. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 90. Patruum meum ad *Caton.* Diſtich. I. 24. *Canneg.* ad *Avian.* Fab. 40. 3.

Fides] Vitioſe *Guelf. fidei.*

Divinos fuiſſe] Iam a *Cicerone* dictum, pro Caſtore & Polluce habitos. *Florus* dicto loco: *duos in candidis equis, Caſtorem & Pollucem* (fuiſſe) *nemo dubitavit.* CELLARIVS.

Quod laborem] *Quod cum lab. Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Τὸ *cum* ante *laborem* abeſt a Cod. *Moerl.*

5 communicaviſſent, laboris pretium reſpuiſſent. Equidem hiſtoriae non invi-
tus adſentior. Neque enim in hoc veri interpolatrix tenenda, quae ſe non
vanam antiquitatis nuntiam pollicetur. Sed tamen illi, qui hoc annalium mo-
numentis illigaverunt, verebantur, ne apud poſteros miraculi fides claudica-
6 ret. Eſtote, o graviſſimi auctores, de ſcriptorum religione ſecuri; creda-
mus facta, qui maiora nunc ſenſimus. Magnitudo Principis noſtri geſtis ve-
7 terum fidem conciliat, ſed miraculum detrahit. Pro auxilii copia negotiorum
ratio metienda eſt. Duo quondam iuvenes, ſed nunc exercitus viſi. Hoc
cer-

Moerl. & Ed. *Livin. Rhenan. Stephan.* Ceteri eam voculam, petitam e *Bert.* & *Cuſpin.*, tuentur. IAEGERVS. *Cum* etiam ignorat *Guelf.* & abeſt ab antiquiſſima *Puteol.* aliisque ante *Gruterum*, qui *Cuſpinianam*, quae etiam exſtat in *Schonbovii* excerptis, revocavit, idque ſequentes fecerunt praeter *Rivinum* in pr. Cum vero nullius Cod., niſi *Bertin.*, auctoritate haec nitatur vocula, quam in ſuis quoque non invenit *Puteanus*, cum nihil notaverit, neque in Vet. *Livineius*, horum, ſicut etiam *Moerl.* & *Guelf.*, fide potius eiiciendam duxi; praeterea ex *Guelf.* pro *quod* elegantius *qui* reſcripſi. Simile aſyndeton hic eſt, ut in praecedenti, *ſpectatos* —— *requiſitos.*

Communicaviſſent] *Guelf. communicaſſent.*

5. *Tenenda*] *Guelf. tuenda.* Vulgatum per dicenda, cenſenda, explicat *Acidalius* ad *Pacati* Paneg. 11. 2. & 40. 1. nec male; de iis enim dicitur, quae pro veris ſunt habenda, ut *tenendum eſt* apud *Lactant.* Inſtit. VI. 12. 2. namque indicat argumentis vincere, & efficere, ut verum putetur, de quo *Mencken.* Obſ. L. L. p. 965. unde etiam pro obtinere ſaepe occurrit. *Manut.* ad *Cicer.* ad Diverſ. I. 7. & 9. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 603. *Burman.* ad *Quinctil.* Declam. 263. ad *Sueton.* Veſpaſ. 8. ad *Ovidium* Met. II. 328. *Drakenb.* ad *Livium* XXIII. 20. 10. & Epit. 54. Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 40. 1.

Tamen illi] Vitioſe *Guelf. illa.*

Illigaverunt] Vet. *alligaverunt.* PVTEANVS. *Gud.* & *Moerl. alligaverunt:* minus recte. *Cicero* de Orat. III. 44. *Orator ſic illigat ſententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur & adſtricto, & ſoluto.* Idem Orat. ad M. Brutum c. 27. *Eſt quoddam inſigne & florens orationis, pictum, & expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigantur lepores.* & Acad. Quaeſt. IV. 2. *Reſtat, ut iis reſpondeam; qui ſermonibus eiusmodi nolint perſonas tam graves illigari.* IAEGERVS. Conf. *Mencken.* Obſ. L. L. p. 46.

6. *Deſcriptorum*] Lege *de ſcriptorum.* ACIDALIVS. Haud metuite, ne parum fideliter res deſcripſiſſe videamini. BAVNE.

Credamus] *Credimus* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Lege *credimus facta.* ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin* cum *Gud.* & *Moerl.* Sed *Lang. Gruter. Pariſ. Cellar. Patar. credimus.* IAEGERVS. *Credimus* etiam *Baune*, & *Rivinus* in ſec. quod cum nulla Codd. auctoritate nitatur, veterem ſcripturam, a *Grutero* primum neglectam, revocavi.

7. *Metienda eſt*] H. e. momentum, & magnitudo negotiorum ex magnitudine auxilii aeſtimari debet. IAEGERVS.

Certe uberius] *Vel uberius*, *Bertin.* Forte &. LIVINEIVS. Hoc certe maius, nec minus verum. BAVNE.

Sat argumento] Vet. *ſtat.* PVTEANVS. *Stat Bertin. Cuſpin.* Praeclare. Ac memini equidem (quod nunc commodum mihi venit in mentem) obſervare etiam tum puer in *Propertio* Eleg. 16. lib. III. emendandum videri:

Occidit, & miſero ſat erat viceſimus annus.

non, ut circumfertur, *ſteterat:* viciſſimque eiusdem operis tertia, ubi vulgatur:

Stant mihi cum domina proelia dura mea.

de ſententia legendum, *Sat mihi*, &c. hoc enim ait, ſatis ſibi eſſe cum domina bellum, ut quaerendus non ſit externus hoſtis, praeſertim qui fortunae ſplendorem, & opes non ambiat. Tu iudica, mi Lector. LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. ſat:* ſed bene ex *Bert.* & *Cuſp.*, quibus & *Schonhov. Moerl.* addunt ſe comites, editores reliqui *ſtat* receperunt. Quemadmodum *fides claudicare*, *vacillare:* ita & *ſtare* dicitur. Sic *Plaut.* Pſeud. I. 5. 61. ſq.

Merito eſſe iratum arbitror,

Cum

certe uberius, nec infirmius veritate. Stat argumento duplici fides nixa. Sic Conſtantinus iuvari meruit, ſic debuit Roma ſervari.

CAP. XVI. Magnum hoc, Imperator maxime, ſed de tua pietate non mirum. Adeſſe tibi in omnibus ſummam illam maieſtatem, quae te circumflexa tueatur, coniectura mentium tenebamus, etſi nondum ad fidem patebat oculorum. Etenim cum mens tua, mortali contagione ſecre- 2
ta, pura omnis, funditus ſincera, ubique ſe promerendo Deo praeſtet: cum gloria tua humanum modum ſupergreſſa ſit: quis eſt hominum, quin

Cum apud te parum ſtet fides.

Claudian. de Laud. Stilich. II. 295.

Opprobrii ſtat nulla fides.

Verbum *ſtare* pro eſſe, cum aliqua vel exempli, vel diuturnitatis ſignificatione, poni obſervat *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* I. 7. 92. IAEGERVS. *Stat* etiam *Guelf.* quod ex *Cuſpiniana* recte revocavit *Gruterus*, quem reliqui omnes ſunt ſecuti. *Stare* per certum eſſe explicuit *Servius* ad *Virgil.* Aen. XII. 678. de locutione *ſtat fides* vid. *Barthius* ad *Claud.* Laud. Stilicon. II. 86. Bell. Gildon. 56. *Burman.* ad eumd. Laud. Stilic. II. 291. ad *Valer. Flacc.* VIII. 249. *Vlitius* ad *Gratii* Cyneg. 100.

Ratione ſervari] *Roma ſervari* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Corruptiſſime in contextu *Livin. ratione ſervari.* IAEGERVS. Depravata *Livineii* lectio, quam quoque habet *Paull. Stephanus*, unde ſit hauſta, ignoro, cum in meliorem conſpirent Codd. & Edd. etiam antiquae.

1. *Mirum, adeſſe tibi*] Lege *mirum. Adeſſe tibi*, &c. ACIDALIVS.

Circumflexa] Forte *circumplexa.* LIVINEIVS. Eadem quoque coniectura Patri meo in mentem venerat, &, ut verum fatear, haud diſplicet. *Virgilius* Aeneid. V. 312.

Lato quem circumplectitur auro
Balteus.

Apuleius de Habit. doctr. p. m. 589. *ventrem gyris inteſtinorum circumplexum.* adde *Oudendorp.* ad *Sueton.* Tiber. 6. an vero ſcripſit? *circumfuſa*, ut apud Incertum Conſtantin. 19. 6. *quae totius corporis circumfuſa maieſtas.* Mox *coniecturam* vitioſe *Guelf.*

Ad fidem] Hunc praepoſitionis τῷ *patere* additae uſum probavit *Wopkenſ.* ad *Pacat.* Paneg. 21.

2. *Mortali contagione*] *Contagio* hic eſt idem, quod commercium, influxus, vis. Ita *Cicero* Tuſcul. I. 30. *Qui ſe integros, caſtosque ſervaviſſent, quibusque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeque ab his ſemper ſevocaſſent, eſſentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, a quibus eſſent profecti, reditum facilem patere.* Idem de Divinat. I. 30. *Cum ergo eſt ſomno ſevocatus animus a ſocietate, & a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praeſentia cernit, futura praevidet. Iacet enim corpus dormientis, ut mortui; viget autem & vivit animus.* Vid. infra c. 25. 4. & ſupra c. 14. 2. *Ammian. Marcellin.* XIV. 11. *Solutus* —— *corporeis nexibus animus, ſemper vigens motibus indefeſſis, & cogitationibus ſubiectus*, &c. IAEGERVS.

Promerendo Deo] Lege *pro verendo Deo praeſtet.* Imo potius *promerendo Deum praeſt.* ACIDALIVS. Nihil omittat, in quo Deum ſibi conciliare poſſit. BAVNE. Recte *Baunius*, ut mihi quidem videtur. *Praeſtare ſe promerendo Deo* ſic dicitur, ut *Pacatus* c. 13. 1. *Vbi primum te imperio praeſtitiſti:* & *Deum promerere* idem videtur eſſe, ac *demerere.* Ita vero *Pedo* Conſol. ad Liv. vs. 131. ſq.

Nam quid ego admiſi? quae non ego Numina cultu,
Quos ego non potui demeruiſſe Deos?

Quare non probandam puto, ſpecioſam quamvis, *Acidalii* coniecturam poſteriorem: priorem ipſe merito repudiavit. IAEGERVS. *Acidalii* coniecturas minus eſſe neceſſarias oſtendunt notata a *Bunemanno* ad *Lactant.* Inſtit. VI. 9. in fin.

Supergreſſa ſit] *Egreſſa ſit, Bertin.* LIVINEIVS.

Quis eſt hominum] Poſſit fortaſſis hoc ferri: ſed melius, & a *Nazario*, ſcriptum puto: *quis eſt omnium.* Quis neſcit, quam crebro invicem haec duo nomina ſeſe extruſerint? ſic in L. 9. Le-

quin opitulari tibi Deum credat, cum id & vita mereatur, & rerum geſta-
3 rum magnitudo teſtetur? Parumper igitur ab inſtituto curſu non ingrato de-
verticulo recedamus. Tenebo hunc orationis modum, ut nec inhumane de
4 ceteris muta ſit, nec odioſe de inſtantibus obloquatur. Tu, Imperator o-
ptime, inito principatu, adhuc aevi immaturus, ſed iam maturus impe-
5 rio, oſtendiſti curſum aetatis non exſpectandum in feſtinatione virtutis. Tu
exin-

Leges ſacratis. C. de Legib. nimis diu perperam vulgatur in omnibus libris *hominum*, cum legi debeat *omnium: Leges ſacratiſſimae, quae conſtringunt omnium vitas, intelligi ab omnibus debent, ut univerſi, praeſcripto earum manifeſtius cognito*, &c. Iam diu eſt, cum hoc in Codice meo annotaram, cum tandem diſerte ita ſcriptam vidi hanc legem apud *Ioan. Saresberienſem* lib. IV. Polycr. cap. 6. ſic *Livin.* apud *Pacat.* c. 21. *hominum tuorum* reponit *omnium*. RITTERSHVSIVS. De hac vocum permutatione, vide ſupr. 2. 7.

Quin opitulari] *Guelf. quis non opitulari* male; *quin* valet qui non. *Cicero* in Verr. V. 22. *quis eſt veſtrum, iudices, quin intelligat.* ibid. 46. *ecquis fuit, quin lacrimaretur.* & cap. 54. *nemo Lilybaei fuit, quin viderit.*

Rerum geſtarum] Abeſt a libris quibusdam *geſtarum*. CELLARIVS. *Rerum magnitudo, Baunius.* At Cod. *Moerl.* cum Edd. omnibus inſerunt *geſtarum*, quam vocem, uncis a ſe incluſam, abeſſe a libris quibusdam teſtatur *Cellarius:* ſed, quinam ſint iſti libri, nec ille indicat, nec ego invenio. IAEGERVS. *Guelf.* etiam *geſtarum;* quare hoc uncis incluſerit *Cellarius*, quod omnes Codd. tuentur, rationem non video.

3. *Inhumane de ceteris*] Vt neque alias actiones parum humaniter ſileam, nec in praeſentibus commemorandis cum aliquorum invidia haeream. BAVNE. *De* abeſt a *Guelf.* Per *cetera* potuit intelligere ab *inſtantibus* diverſa; maxime tamen placet *Marcklandi* coniectura Epiſt. Crit. p. 142 *de praeteritis*, qualia erunt, quae mox ſequuntur, diu ante a Conſtantino geſta. *Tacit.* Hiſt. III. 36. *praeterita, inſtantia, futura.*

De inſtantibus] *De* abeſt in Vet. & *Bertin.* LIVINEIVS. Perticula *de* abeſt bene a Cod. *Moerl.* IAEGERVS. Poteſt tamen retineri. *Inſtantia* ſunt praeſentia. *Nepos* Themiſtocl. 1. 4. *quod & de inſtantibus veriſſime iudicabat —— & de futuris callidiſſime coniiciebat.* *Tacitus* Hiſt. III. 36. *praeterita, inſtantia, futura.* & *inſtans metus* apud eumd. Hiſt. I. 42. inde *inſtare* dicitur, de quo diſputatur, & agitur. *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 523. qui etiam p. 674. vocem *obloqui*, aliis neglectam, pluribus adſtruit.

4. *Aevi immaturus*] Atqui, ſi *Euſebio, Sozomeno*, & *Eutropio* fides eſt, qui eum anno aetatis LXV. obiiſſe dicunt, imperii vero XXXII., tum agebat annum tertium ſupra triceſimum, ſed nimirum *aevi immaturum* eum vocat prae Maximiano, & Diocletiano, quos ſenes Imperatores viderat. BAVNE. & PATAROL. Locum hunc oportune explicabit geminus Incerti Maximian. & Conſtant. 5 3. ubi de Conſtantino: *ſentias, neceſſe eſt, tanta auſpicia fortunae, Imperator adoleſcens. Quamquam quid ego in te aetatis tuae potius, quam gravitatis nomen uſurpo? cuius tanta maturitas eſt, ut, cum tibi pater imperium reliquiſſet* &c. *aevi* itaque *immaturum* hic adpellat, quem *adoleſcentem* Incertus. Conf. de tempore imperii in Conſtantino ad eumd. 1. 1. *Aevi maturus* eſt quoque de Imperatore apud *Pacat.* Paneg 8. 3. ubi *Putean.*

Sed iam maturus] Abſunt a *Guelferb.*

Feſtinatione virtutis] Conf. de hac re alia veterum teſtimonia, quibus ab honoribus propter aetatem quosdam non eſſe removendos, iidem ſentiunt, quos contulit *Stephan.* ad *Saxon. Grammat.* Hiſt. Dan. V. p. 116.

5. *Tu exinde*] *Sic exinde* Cod. *Guelf.*

Iuxta bonus] I. e. aeque, ſimul domi, & militiae. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 56. 5.

Et comite captis] Vet. addit *ſuo*. Incertus Auctor Conſtantino cap. 10 *Reges ipſos Franciae, qui per abſentiam patris tui pacem violaverant, non dubitaſti ultimis punire cruciatibus.* & cap. 11. *Haec eſt tua, Conſtantine, de Aſcarici, Regaiſique ſupplicio quotidiana, atque aeterna victoria.* PVTEANVS. *Comite ſuo* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Id eſt, Regaiſo, quem appellat ſupra non uno in loco. BAVNE. Comes Aſcarici in illo bello Regaiſus. Vterque captus a Conſtantino, ut dictum cap. 11. CELLARIVS. Tò *ſuo* deeſt in *Rhenan. Stephan. Livin.* & *Comite*, quaſi proprium nomen eſſet, legitur. Sed comes ille Aſcarici fuit Regaiſus. Vid. *Eumenii* Paneg. VI. 11. 6. IAEGERVS. *Suo* etiam habent

exinde domi militiaeque iuxta bonus nuſquam gradum extuliſti, quin u-
bique te gloria, quaſi umbra, comitata ſit. Tu, ferociſſimis regibus, A-
ſcarico & comite ſuo, captis, tanta laude res bellicas auſpicatus es, ut
iam inauditae magnitudinis obſidem teneremus. Vt Herculem ferunt, tene- 6
rum adhuc, atque lactentem, duos angues manu eliſiſſe, ut iam in infantulo
indoles futuri roboris emicaret; ſic tu, Imperator, in ipſis imperii tui cuna-
bu-

bent *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta. neglectum id fuit in antiquiſſima *Puteolana*, quam omnes ante *Gruterum* ſunt ſecuti, qui primus inſeruit, quod in pr. iterum omiſit *Rivinus: comite eius capto*, ut citat *Pontanus* Orig. Francic. IV. 4., in nullo Cod. aut Ed. inveni, neque eſt neceſſe, cum *ſuus* ſaepe pro eius reperiatur; dixi ad *Sedulium* III. 320. neque tamen diſſimulo, illa *comite ſuo* mihi videri corrupta, in quibus forte nomen latet proprium: apud *Eumenium* Conſtantin. 11. 6. pro *Regaiſi* nomine in Codd. eſt *Cymero*, ex quo facile hic fieri potuit *comite ſuo;* illic tamen iam monui, ob hiſtoriarum ſilentium verum nomen haud erui poſſe: retinui igitur, quod Codd. exhibent, donec alii in eruenda vera lectione feliciori eſſe contingat.

Vt iam inauditae] *Viennenſis* liber, *ut in eam*, ſed ſcribendum *ut famam.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. IV. 27. *Eam inaud. Bertin. Cuſpin.* ita bene ſcribitur, ſcilicet laudem, quod praeceſſit. *Famam inaud.* Vir doctus temere, nec neceſſario emendavit. LIVINEIVS. Illud *eam*, quod veritatis ſpecie commendatur, in contextum recipere non dubitavimus. In Cod. *Moerl.* lacuna hoc loco eſt; legitur ſcilicet: *auſpicatus es, ut Herculem ferunt*, &c omiſſis interiectis. IAEGERVS. Eadem eſt lacuna in *Guelf.* qui error ex repetita voce *ut* ortus eſt, ut ſaepe parum advertentes Librarii intermedia in tali vocis repetitione omittere ſolent, quale exemplum in Cod. *Havercamp.* eſt apud *Livium* II. 45. 5. alia dedit Clariſſ. *Bondam*, Collega amiciſſimus, Var. Lect. p. 214. & ad Diplom. Gelriae T. I. p. 597. *iam* retinui, quod referendum eſt ad praecedentia *inito principatu*, & *aevi inmaturus;* eo iam tempore inauditae magnitudinis obſidem tenebamus, cum ipſe adoleſcens, & aevi adhuc inmaturus, tanta laude bella gereres.

Obſidem] Signum certum, & quaſi pignus. *Cicero* Catil. IV. 5. *Habemus a C. Caeſare —— ſententiam, tamquam obſidem perpetuae in rem publicam voluntatis.* Idem pro M. Coelio 32. *Habet a M. Coelio res publica duas accuſationes, vel obſides periculi, vel pignora voluntatis.* Infra Paneg. *Mamertin.* Iulian. c. 3. 3. *convincerem, eas —— odii fuiſſe cauſſas, quae —— fidei obſides eſſe debuerint.* IAEGERVS. *Obſides* citat *Pontanus* Orig. Francic. IV. 4. quod in nullo Cod. inveni. Hoc ſenſu *coniugii obſidem* dixit *Ovidius* Heroid. II. 42. & *fratrum ſanguinem dare obſidem*, *Hegeſippus* Excid. Hieroſ. II. 18.

6. *Atque lactentem*] *Guelf. atque adhuc lactentem.* quae minus eſt neceſſaria repetitio. Recte *lactentem* de eo, cui lac praebetur, quae vero praebet, eſt *lactans. Burman.* ad *Samonic.* de Medic. 349. Not. ad *Ovid.* Met. VII. 321. *Drakenb* ad *Livium* XXVII. 4. 11. & XXXVII. 3. 6.

Duos angues] A Iunone, eius noverca, in eius cunabula immiſſos. *Virgilius* Aeneid. lib. VIII. 288.

Vt prima novercae
Monſtra manu, geminosque premens eliſerit angues.

BAVNE. Dracones duos immodicae magnitudinis, iuxta *Apollodorum* lib. II. Hos Iuno immiſerat, ut infantulum necarent. PATAROL.

Iam infantulo] Lege *iam in infantulo.* ACIDALIVS. & BAVNE. *In infantulo —— emicaret*, *Acidalii* coniectura, pro vulgato, *infantulo immicaret.* Vix enim Latinum *immicare* eſt. CELLARIVS. Sic Edd. omnes, praeter *Patar.* & *Cellarianam*, quae admiſerunt emendationem *Acidalii* IAEGERVS. *In* quoque ignorat *Guelf.* recte eſt inſertum; neque adverſantur Codd., in quibus in praecedent. littera *m*, aut ſequenti ſyllaba, latere potuit.

Inmicaret] Vet. *emicaret.* PVTEANVS. Lege *emicaret.* ACIDALIVS. & BAVNE. *Emicaret* habet quoque Cod. *Gud.* IAEGERVS. Verum eſt *emicaret*, quod Codd. confirmant, & demum poſt *Baunium* fuit receptum. Conf. ad *Sedulium* II 71. Obſerv. Miſcell. Vol. I. p. 171. Priorem ſcripturam *immicaret* vix Latinam eſſe recte iudicat *Cellarius*, quamvis, huius loci auctoritate, pro emicare *Fabri* Lexico addiderit *Falſterus* Supplem. p. 151.

Sae-

bulis, quaſi geminos dracones necares, per ſaeviſſimorum regum famoſa ſupplicia ludebas.

Cap. XVII. Franci ipſi, praeter ceteros truces, quorum vis, cum ad bella efferveſceret, ultra ipſum Oceanum aeſtu furoris evecta, Hiſpaniarum etiam oras

Saeviſſimorum] *Guelf. ſeveriſſimorum.*

Famoſa] Male *Moerl.* praefert *facinoroſa.* IAEGERVS. Videtur *famoſus* recentiorum uſu pro celebri poſuiſſe, quo in malam partem uſi fuerunt veteres, de quo *Barthius* ad *Claudian.* Laud. Stilic. IV. 385. *Omeiſius* ad *Iuvenc.* IV. 602. *Duker.* ad *Flor.* III. 7. 6. *Burman.* ad Anthol Lat. T. I. p. 366. *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 15. 5. *Pacatus* Paneg. 22. 4 *Romanorum ducum famoſa funeribus.* Cum vero haec ad laudandam Conſtantini virtutem commemoret, magis adulationi ſunt tribuenda, quam ut Romanis moribus, & animo excelſo conveniant, de quo tractat *Grotius* de I. B. II. 11. §. 7. n. 1. ubi *Gronovius* de ſimili agit loco *Eumenii* Conſtantin. 10. 4. quo pro *calcat iratos* emendat *ſtratos*, quod illic monere neglexi, quamvis *Eumenii* menti contraria ſit haec coniectura, cum utique fortior ſit, qui iratos adhuc hoſtes, quam ſtratos calcat. Praeterea *reges* illic *Grotius* accipit de iis, quibus regium eſt nomen, unde colligit, quae de Romanorum ſeveritate narrat *Ioſephus* Bell. Iud. VII. p. 979. ad duces eſſe referenda, qui paſſim legantur occiſi, cum contra reges, ſummoſque Imperantes, bello captos, ſervaverint, quare cum de regibus etiam adfirmaverit *Eumenius*, eos eſſe occiſos, hunc nimis laxe eſſe locutum contendit. Dubito tamen, an recte de *Eumenio* ſentiat *Grotius.* Hi enim Francorum *reges* non alii erant, quam ſummi duces, inter cives ſuos virtute praeſtantes, non autem veri nominis reges, de quo dixi ad *Mamertin.* Genethl. 5. 4. Incertum Maximian. 4. 2. *Eumenium* Conſtantin. 11. 6. aequali igitur, atque alii duces, forte adfici potuerunt.

Supplicia ludebas] Forte *praeludebas.* Nam *praeluſiones* iſtas omnino reſpicit, de quibus ad Tragoedias *Senecae.* ACIDALIVS. In locis *Senecae*, quos demonſtrare videtur, rectius legitur *proludere.* Conf. ſupra Paneg. *Eumenii* Pro reſtaur. Schol. 2. 4. & *Gronov.* ad Tragici Hercul. fur. vs. 222. Repetam paullo altius, ut orationis ſeries melius perſpiciatur. Vs. 214. ſqq. Megara loquitur de Hercule:

Numquid immunis fuit
Infantis aetas? monſtra ſuperavit prius,
Quam noſſe poſſet. Gemina criſtati caput
Angues ferebant ora, quos contra obvius
Reptavit infans; igneos ſerpentium
Oculos remiſſo lumine ac placido intuens,
Artos ſerenis vultibus nodos tulit,
Et, tumida tenera guttura elidens manu,
Proluſit hydrae.

Addit cum *Delrio Gronovius* Hippolyt. vs. 1061. ſq. ubi ſermo eſt de monſtro marino, equos Hippolyti conſternaturo:

Vt cepit animos, ſeque praeſentans ſatis
Proluſit irae, praepeti curſu evolat.

Conf. etiam Troad. vs. 181. ſqq. Med. vs. 1095. ſqq. Verum enim vero haec non eo valent, ut lectionem vulgatam mutare cogamur: nam & ſimplex *ludere* ſignificat exerceri ad graviora, προγυμνάζεσθαι. *Tibullus* I. 4. 45.

Si volet arma, levi tentabis ludere dextra.

ubi vid. *Brouckhuſ.* IAEGERVS. Male *Guelf.* *videbas.* Dixit *ludere*, quia de imperii incunabulis, primaque velut eius infantia loquitur, cui *luſus* eſt proprius. Conf. ad *Sedulium* Epiſt. ad Macedon. p. 10. De ipſo horum regum ſupplicio dixi ad *Eumenium* Conſtantin. 11. 3. & 12. 3.

1. *Franci*] Poteſt hoc intelligi vel de Francis iis, qui, Gallieno Imperatore, *direpta Gallia*, *Hiſpaniam* poſſederunt, *vaſtato, ac pene direpto Tarraconenſium oppido, nactisque in tempore navigiis pars in Africam* permearunt. Verba ſunt *Sext. Aurel. Vict.* de Caeſar. in Gallieno; vel de iis, qui ſub Probo, ut refert *Zoſimus* lib. I., in Graeciam, Siciliam, & Africam uſque delati ſunt, ubi incendiis & caedibus varie graſſati. De hiſce mentio ſit etiam Paneg. IV. c. 18. PATAROL. Mihi in univerſum Francos ab eorum expeditionibus deſcripſiſſe videtur, eamque in primis adtigiſſe, quam narrat *Eumenius* Conſtantio 18. 3. aliique illic citati.

Ad bellum] *Ad bella* Vet. Gallieni imperium notat: *tum Francorum gentes, ſpoliata Gallia, Hiſpaniam poſſederunt, vaſtato, ac paene direpto Tarraconenſium oppido, nactisque in tempore* na-

oras armis infeſtas habebat: hi igitur ſub armis tuis ita conciderunt, ut deleri funditus poſſent, niſi divino inſtinctu, quo regis omnia, quos ipſe adfeceras, conficiendos filio reſervaſſes. Quamquam ad gloriam veſtram foecunda malis 2
ſuis natio ita raptim adolevit, robuſteque recreata eſt, ut fortiſſimo Caeſari pri-

navigiis, pars in uſque Africam permeavit. Verba ſunt *Sex Victoris.* LIVINEIVS. *Bella* etiam *Guelf.*, quod recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum;* in ſuis tamen *bellum* inveniſſe videtur *Puteanus*, cum ad *Rhenani* Ed. nihil adnotaverit.

Ipſum Oceanum] Tangit Probi Imperatoris tempora, ſub quo Francorum manus, *qui a Ponto*, quo in loco captivi Franci tenebantur, *correptis navibus, Graeciam, Aſiamque populati, nec impune plerisque Libyae littoribus appulſi ipſas poſtremo, navalibus quondam victoriis nobiles, ceperant Syracuſas. Et immenſo itinere pervecti Oceanum, qua terras rumpit*, id eſt, fretum Gaditanum, proindeque & Hiſpanias, *intraverant, atque ita eventu temeritatis oſtenderant, nihil eſſe clauſam piraticae deſperationi, quo navigiis pateret acceſſus.* Id ipſum ait *Vopiſcus* in Probo, *Eumenius* Paneg IV. c. 18. BAVNE. Conf. *Matthaeum* de Nobil. I. 21. *In de Betouw* Annal Noviom. p. 18. & quae dixi ad *Eumen.* Conſtantio 18. 3.

Aeſtu furoris] *Aeſtu fervoris*, *Guelf.*

Hiſpaniarum] Sub Gallieno, ignavo Imperatore. *Eutropius* IX. 6. ſub illo *Germani uſque ad Hiſpanias penetraverunt, & civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt.* CELLARIVS De Gallieni ignavia vid. ad *Eumen.* Conſtantio 10. 1. *Guelf.* exhibet *Hiſpanorum.*

Habebat] *Habebant* Vet. LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* male.

Ii igitur] *Hi igitur* Vet. LIVINEIVS. *Moerl. hi;* quae ſaepius permutari obſervat *Heuſinger* ad *Cornel. Nep* Praef. ſect. 2. & Epaminond. 7. 3. itemque *Schwarz.* ad *Plin* Paneg. 39. 2. 58. 1 IAEGERVS. *Hi* quoque *Guelf.* quod propter Codd conſenſum reſtitui: ſimilis permutatio eſt apud *Mamertin.* Maxim. 13. 2. Genethl 3. 8. *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 3. Conſtantio 1. 6. & 4. 3. & 12. 1.

Regis omnia] An *geris?* ACIDALIVS.

Adfeceras] *Afflixeras* Schedae *Langii.* LIVINEIVS *Affeceras* eſt in *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin* & MS. *Gud.*, pro quo ex *Lang. afflixeras* receperunt *Gruter. Pariſ. Cellar. Patar.* Equidem non ineptum iudico illud *afflixeras*, ſed verum eſſe ac ſincerum ut credam, a me impetrare nequeo. *Adficere* valet h. l. frangere, minuere, debilitare. Sic *Livius* XXVIII. 15. *aeſtus, labor, fames, ſitisque adficit corpora.* i e. debilitat. Videtur itaque *Nazarius* acute & eleganter oppoſuiſſe ſibi invicem illud verbum, & *conficere;* quemadmodum *Cicero* de Provinc. Conſular. c. 8. *Bellum adfectum videmus, &, vere ut dicam, paene confectum.* Revocavimus itaque lectionem *Cuſpin.*, immerito ſpretam adhuc, & neglectam. IAEGERVS. Recte; & ita ex Codd. omnes ante *Gruterum*, poſtea etiam *Rivinus. Afflixeras*, ſi ſit ex Cod., gloſſam ſapit; mihi tamen in *Langii* Sched ex coniectura eſſe videtur, quam adripere non debuiſſet *Gruterus. Adfeceras* tuentur notata ad *Mamertin.* Maxim. 11. 4. *Eumen* Grat. act. 2. 2. adde *Gronov.* Obſ IV. 8.

Adficiendos filio] *Conficiendos* Vet. *Bertin Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Efficiendos*, aut potius *conficiendos.* ACIDALIVS. Criſpo Caeſari, qui mox *fortiſſimus Caeſar* laudatur. CELLARIVS. Loco vitioſae vocis *afficiendos*, quae in *Rhenan. Stephan. Livin* reperitur, *Schonhov.* cum reliquis omnibus *conficiendos* exhibent. IAEGERVS. *Afficiendos* ex antiquiſſima *Puteol.* eſt in omnibus uſque ad *Gruterum*, poſt quem illud adhuc retinuit *Rivinus.* Alterum ex oppoſitione τῦ *adficere* recte tuitus eſt modo *Iaegerus*, & probant a me notata ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 20. 2.

2. *Gloriam noſtram*] Vet. *veſtram.* PVTEANVS. *Veſtram* Vet. *veſtram gloriam*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Noſtram Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin* Sed bene Cod. *Moerl.* cum Edd. ceteris *veſtram*, quae pronomina non raro confunduntur. Vid. e. g. *Cort* ad *Salluſt.* Catil. 33 2. IAEGERVS. *Veſtram* recte etiam *Guelf.* Ex antiquiſſima *Puteol. noſtram* habent omnes uſque ad *Gruterum*, quem reliqui ſunt ſecuti, praeterquam in pr. *Rivinus:* citavit etiam ita *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p 211. ſed in margine *noſtram* notavit. Quod de permutatione habet *Iaegerus*, in his Panegyricis eſt frequens, ut in *Mamertin.* Maximian 7. 5. Genethl. 3. 1. & 4 1.

Adolevit] Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 51. 40.

Caeſari] Criſpo, qui anno CCCXX. Francos vicit, delevitque. BAVNE. & PATAROL. Victi enim a Conſtantino Franci inferiorem iterum Rhe-

primitias ingentis victoriae daret, cum memoria acceptae cladis non infracta,
3 ſed aſperata, pugnaret. Differamus parumper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium civitatem, quae ſuperatis Alpibus Italiae clauſtrum obiicit, cum vi &

Rheni limitem invaſerant, quare alio occupatus bello Conſtantinus adverſus eos Criſpum filium miſit, addito ipſius praeceptore Lactantio. Conf. *Pontanum* Orig. Franc. IV. 4. & amiciſſimum *In de Betouw* Annal. Noviom. p. 19. ab hac diſtinguenda eſt alia Conſtantini iunioris expeditio, de qua *Spanhem.* ad *Iuliani* Orat. I. p. 117.

Primitias] Vitioſe *Guelf. provincias.*

Infracta] Notat Francos a Conſtantino maxime fractos, &, ut ſupra dixit, adfectos, de quo vocis apud meliores uſu dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 17.

3. *Differamus*] Male *Guelf. deferamus.*

Seguſienſium] *Seguſium* urbs Galliae Ciſalpinae propter Duriam fluvium, ad radices Alpium Cottiarum, &c. BAVNE. Praeſidio Maxentii firmatam. Vide ſuperiorem Anonymi Panegyricum de eodem argumento, cap. 5. ubi *munitiſſimo muro ac ſitu oppidum* dicitur: quod hodie *Suſa* nominatur. CELLARIVS. De Seguſio civitate dictum eſt Paneg. antecedent c. 5. PATAROL. *Suguſienſium*, *Guelf.* ita etiam infr. 20. 1.

Obiicit] *Obiecit* Vet. Non placet. LIVINEIVS.

Cum vi & virtute] Vet. *cum tua virtute.* PVTEANVS. *Gud.* & *Moerl tua virtute.* Sed cave, mutes vulgatam. *Vi capere* eſt idem, quod Graeci dicunt κατὰ κράτος ἑλεῖν, Galli *emporter d'emblée*, vel *prendre d'aſſaut. Cicero* pro Murena c. 9 *Vrbes partim vi, partim obſidione cepit. Caeſar* B. C. II. 13. *Caeſar per litteras Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur.* Ita vero expugnatam fuiſſe Seguſienſium civitatem, oſtendit Auctor Paneg. VIII. 5. 6. *Neque enim vallo, foſſaque obſeſſio inchoata eſt, nec cuniculis agendis, nec machinis admovendis, nec incutiendo ariete tentati, quaſſatique ſunt muri: ſed ſtatim iniectae faces portis, ſcalae propugnaculis.* De hac expugnandi ratione Auctor ipſe c. 7. 8. *Muros vi ceperas.* IAEGERVS. *Livius* XXI. 57. *tamquam vi captam urbem diriperent. Drakenb.* ad eumd. XXVI. 39 11.

Percurrit] *Percucurrit* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Gud.* cum *Rhenan. Stephan. Livin. percurrit.* IAEGERVS. *Percurrit* ex antiquiſſima *Puteol.* in omnes fluxit Edd. usque ad *Gruterum*, poſt quem in pr. adhuc retinuit *Rivinus.*

1. *Bructeros*] Incertus Conſtantino c. 12. *ut*, inquit, *omnibus modis barbarorum immanitas frangeretur, nec hoſtes regum ſuorum ſupplicia moererent, immiſſa Bructeris vaſtatione feciſti.* PVTEANVS. *Bructeri* Germaniae populus inter Lupiam, & Amiſiam, inde ab Rheno, de quibus ad *Plinii* lib. II. Epiſt. 7. diximus. CELLARIVS. Germaniae populos, qui olim Friſiam incoluere, poſt in regionem illam, ubi nunc fere Weſtphalia, ſedes tranſtulerunt. Horum mentionem, nec non & *Tubantum*, vide apud Tacitum Annal. lib. I. non uno loco PATAROL. *Bruteros Guelf.* & Edd. *Puteol.* & *Rhenan.* eodem modo, quo apud *Eumen.* Conſtantin. 12. 1. alterum iam dedit *Livineius*, & probat *Weſſeling.* Obſerv. I. 20. Quae ad h. l. pertinent, iam monui ad *Eumen.* d. l. hos populos, rupto foedere, quod cum Francis pepigerat Conſtantius, Gallias invaſiſſe ducibus Aſcarico & Regaiſo ſtatuit *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 230. *Van Hattum* Hiſt. Zwollan. T. I. p. 49. & 64. ſed magis bellum moviſſe propter ſupplicium, quo Aſcaricum adfecerat Conſtantinus, putat *Sigonius* de Occid. imper. p. 70. Opp. T. I. Part. II. ubi p. 66. de Bructeris latius in Not. *Ianuarius;* hoc tamen verum non videtur de iis, quos hic memorat, cum demum poſt victoriam illud ſupplicium ſit ſumtum, ut patet ex *Eumenio* Conſtantin 11. 3. quamvis in eo poſſit quaeri ratio motuum Francorum, quos cap. praeced. Criſpum coercuiſſe tradidit. Bellum vero cum Francis, h. l. memoratis, prius fuit, & quidem circa annum CCCVIII. geſtum fuiſſe, cum in Gallia vitae Conſtantini inſidiaretur Maximianus, ſcribit *Schoepflinus* Alſat. inluſtr. T. I. p. 392. & parum diſcrepat d. l. *Sigonius.*

Clamoſos] Scribe *Chamavos.* LIPSIVS Epiſt. Quaeſt. IV. 27. *Pithoean* legit *Chamavos.* Sic & *Pulman.* & *Lipſ.* Eorum meminit inter alios *Auſonius* in Moſella:

> *Accedent vires, quas Francia, quasque Chamavus,*
> *Germanique tremant.*

PVTEANVS. *Clamoſos* eſt in Vet. in *Bertin. Clamavos.* neutrum correcte. Sequor *Langii* Schedas, in quibus *Chamavos.* LIVINEIVS. De his Germaniae populis ſupr. in Paneg. IV. cap. 9. BAV-

& virtute, velut ianuam belli, refregiſſes, inde per obiectas acies, per exercitus obvios, usque ad Romana moenia inoffenſus victoriarum impetus percucurrit.

Cap. XVIII. Quid memorem Bructeros? quid Chamavos? quid Cheruſcos, Van-

BAVNE. *Chamavi*, inter Amiſiam & Viſurgim intus. CELLARIVS. *Chamavos*, ſeu *Chamaves*, ut aliis placet. Populi hi dicuntur a nonnullis Tranſiſalaniae, a nonnullis Pomeraniae. Ego, cum melioribus ſentiens, gentem puto Bructeris finitimam, in tractu ipſo Weſtphaliae non longe a Monaſterio. Videtur conſentire *Auſonius* in Moſella:

Accedant vires, quas Franci, quasque Chamaves,
Germanique timent.

ubi vides, Chamaves inter Francos & Germanos poni, ubi ferme regio, quam adnotavimus. PATAROL. In *Guelf.* legitur *Clamoſos.* In excerptis *Schonbovius* quoque habet *Chamavos*, quod hic reſtituendum eſſe cenſent *Colerus* ad *Tacit.* M. G. 33. *Rittersbuſ.* ad *Guntheri* Ligurin. VI. 57. *Weſſeling.* Obſerv. I. 20. idemque ſecutus *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 229. & a *Grutero* inde fuit editum, praeterquam *Rivino*, qui in pr. dedit *Clamaſos*, quod ex antiquiſſima *Puteol.* primae habent Edd., in ſecunda autem *Chamoos*, quod eſt nihili. Vere *Chamavos* eſt reſtitutum, de quibus plura notavi ad *Eumenium* Conſtantio 9. 3.

Eruſcos] Puto legendum *Etruſcos.* RHENANVS. Lego *Erulos* pro *Eruſcos.* De his ſupr. *Mamertinus* Maximian. *Ita cuncti Chaibones Herulique.* & in Genethl. cap. 7. *itidem hic gens Chabionum Herulorumque deleta.* PVTEANVS. *Eruſcos* lego in Vet. *Cuſpin. Rhenan.*, in *Bertin. Heruſcos.* Arbitror verum, quod in *Langii* Schedis, *Cheruſcos.* LIVINEIVS. *Cheruſci* ultra Viſurgim fluvium habitantes, ubi nunc Ducatus Brunsvicenſis. BAVNE. *Cheruſci* inter Viſurgim, & Albim intus. CELLARIVS. *Cheruſci* populi Ducatus Brunsvicenſis, & Luneburgenſis, ubi nunc fere Alberſtadium, Hildesheimia, & Magdeburgum. PATAROL. *Etruſcos* ex *Guelf.* notatum habeo, forte tamen in eo quoque eſt *Eruſcos*, quod ex antiquiſſima *Puteol.* omnes *Gruterum* praecedentes habent, etiam poſtea *Rivinus.* Primus *Cheruſcos* dedit *Gruterus*, & ita *Schonbovii* excerpta, placuitque *Rittersbuſio* ad *Guntheri* Ligurin. VI. 57. *Colero* ad *Tacit.* de M. G. 33. *Weſſelingio* Obſerv. I. 20. eamdemque ſunt lectionem ſecuti *Sigonius* de Occid. Imp. II. p. 70. Opp. T. II. Part. II. ubi *Ianuarius*, & *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 229. neque nego, quamvis de Conſtantini in Francos victoria loquatur *Nazarius*, Cheruſcos, Germaniae populum, ad eos referri poſſe, cum *Francorum* nomine aliquando Germaniam intelligi dixerim ad *Eumenium* Conſtantino 6. 2. unde etiam *Schoepflinus* Alſat. inluſtr. T. I. p. 392. *Nazarium*, Oratorum more, hoc loco rem auxiſſe ſtatuit, tot gentes enumerando, quos uno nomine *Francos* dicere potuiſſet, Hiſtoricorum exemplo, qui Conſtantinum Francos, & Alemannos viciſſe tradunt, quo Conſtantini numum apud *Spanhem.* Vſu Numiſm. Diſſ. VIII. p. 750. recte refert Ampliſſ. *In de Betouw* Annal. Noviomag. p. 19. Sed tamen de lectionis *Cheruſcos* veritate dubito; eſt quidem ea in *Langii* Schedis, ſed ſola mihi videtur eſſe coniectura, quam adripuit *Livineius*, in qua tamen mihi ſcrupulum movet rei geſtae ſeries. Nimirum ad Conſtantini de Francis victoriam pertinent *Nazarii* verba, quam deſcripſit *Eumenius* Conſtantin. 10. ſqq. poſtquam enim patri morienti in Britannia adfuiſſet Conſtantinus, in Galliam revertit, ut Francos coerceret, qui interea, rupto foedere, & traiecto Rheno, eam regionem invaſerant. His victis, ſumtoque de eorum regibus ſupplicio, Bructeros inopinantes traiecto Rheno eſt adortus, teſte *Eumenio* ibid. c. 12. 1. facto mox etiam Agrippinenſi ponte, quo victis metum incuteret, iam conſciis, quam facile per eum ſeſe adoriri poſſet Conſtantinus, ſi quid iterum tentarent. ibid. c. 13. Haec igitur omnia ſunt ad Rhenum geſta, unde ripam cisrhenanam iuxta Vahalis, & Rheni divortia hos Francos occupaſſe tradit Ampliſſ. *In de Betouw* Annal. Noviomag. p. 19. a Rheno autem longius remoti erant Cheruſci, Viſurgim inter & Albim habitantes. Quod ſi a victis Chamavis, ad Amiſiam habitantibus, ad Cheruſcos perrexiſſet Conſtantinus, Viſurgim tranſire debuiſſet, at vero tunc aeque hunc tranſitum, atque eumdem per Rhenum memoraſſet *Eumenius*, quo modo apud *Velleium Paterc.* legimus II. 105. *Intrata protinus Germania, ſubacti Attuarii, Bructeri; recepti Cheruſci; tranſitus Viſurgis.* Accedit, Chamavos videri cum reliquis Francis devictos in Gallia, poſt quam victoriam Rhenum tranſiiſſe Imperatorem tradit *Eumenius* ad Bructeros coercen-

Vangionas, Alamanos, Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina, & immanitas bar-
bariae in ipſis vocabulis adhibet horrorem. Hi omnes ſingillatim, dein pariter ar-
2 mati, conſpiratione foederatae ſocietatis exarſerant. Tu tamen, Imperator, cum
tantam belli molem videres, nihil magis timuiſti, quam ne timereris. Adis barba-
ros,

cendos; nihil vero de aliis addit, quos haud dubie memoraſſet. Si itaque *Cheruſcos* tueamur, nihil aliud ſupereſt, quam ut dicamus, eos cum Chamavis, ſibi vicinis, Rhenum traieciſſe, atque cum iis victos. A vero autem quam longiſſime abit *Puteani Erulos*, ad Viſtulam & Oceanum adhuc remotiores, de quibus vide ad *Mamertin.* Maximian. 5. 2. Mihi haec cogitanti nata eſt ſuſpicio, utrum in Codd. lectione *Eruſcos* lateat *Friſios*; maiuſculae enim litterae, quibus olim exarati ſunt Codd., *E* & *F* paſſim permutabantur. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* IV. 45. 11. & XLI. 2. 3. ex *Friſios* itaque natum *Eriſios* quam facillime in *Eruſcos* abire potuit, praecipue ſi frequentiſſimos Librariorum in nominibus propriis errores cogitemus. Friſii autem, Chamavis & Bructeris vicini, Francorum ſe ſaepe motibus inmiſcuerunt, & una cum iis victi leguntur. ita *Eumenius* Conſtantio 9. 3. *arat ergo nunc mihi Chamavus, & Friſius.* ubi vide; hinc *Francorum* quoque nomine aliquando fuiſſe comprehenſos docet *Matthaeus* de Nobilit. I. 20. in fin. & cap. 21.

Vangionas] In *Langii* Schedis ſcriptum *Chabionas*, errore, ut puto. Sunt enim Franci, non Germani, quorum hic mentio. Vid. ad *Mamertin.* Maximian. 5. *Lancianus* eſt in *Lang.* Iuvem ego, & *Logionas* reſcribam, gentem Germanicam *Zoſimo* lib. I. LIVINEIVS. Sic recte, credo, *Rhenanus.* ACIDALIVS. Ad Rhenum, ſupra Moguntiam, ubi nunc Wormatia, *Worms.* BAVNE. *Vangiones* in Germania Prima ſoli Gallici erant. CELLARIVS. & PATAROL. *Vancionas* eſt in *Guelf.* Quid vero ſibi velit duplex lectio, quam ex *Langii* Schedis protulit *Livineius*, haud capio, niſi pro *Lancianus* ex quodam Cod. per coniecturam ſit poſitum *Chaibonas.* in excerptis habet *Schonhovius Chabiones*, quod placet quoque *Pontano* Orig. Francic. I. 5. qui *Chabionas* a *Livineio* male mutatum ſcribit in *Vangionas.* Sed *Vangionas* non eſt *Livineii*; exſtat enim iam in antiquiſſima *Puteolani*, & *Rhenani.* Quinam *Vangiones* hic ſint intelligendi, diſſerit *Schoepflinus* Alſat. inluſtr. T. I. p 392. adde *Ianuar.* ad *Sigonium* de Occid. imp. Opp. T. II. Part. II. p. 70.

Alamanos] Alamani inter Danubium, & Acronium lacum. CELLARIVS. Qui & *Alemani* regionem, quae modo *Suevia* dicitur, tenuere, univerſae inde Germaniae nomine ſuo indito. PATAROL. Male *Nazarium Vangionas*, & *Alamanos* diſtinxiſſe putat *Schoepflinus* Alſat. inluſtr. T. I. p. 392. quia ipſi veriſimile videtur, Vangionas eſſe intelligendos, qui antiquam in Germania ſedem retinuerant, aut a Vangionibus relictam occupaverant, quique adeo ad Alemaniam pertinebant, quo nomine ſeculo IV. omnem regionem Moenum inter, Rhenum, & Danubium intellectam tradit. Sed mihi veriſimile eſt, *Vangionas* eſſe, qui ad ſiniſtram Rheni ripam inhabitabant, de quibus *Cellarius* Geogr. antiq. II. 5. p. m. 299. hi itaque vel ab univerſa Germania, vel Alemanis veri nominis diſtingui poterant, de quibus dictum eſt ad *Mamertin.* Maximian. 5. 1. *Eumenium* Conſtantio 2. 1.

Tubantes] Quos alii Tranſiſalanâ apud Friſiae & Weſtphaliae confinia: alii in ea parte Germaniae, quae nunc Weſtphalia dicitur, habitaſſe volunt. BAVNE. *Tubantes* erant Chamavis vicini. Vide Geograph. CELLARIVS. Iuxta quosdam auctores Friſiae hodiernae fuere populi, iuxta alios Weſtphaliae. PATAROL. *Tribantes* eſt in *Guelf.* Hi Twentiam vulgo incoluiſſe creduntur, quamvis ideo in nominis origine nugari nolim cum *Piccarto* Antiq. p. 149. iungit eos cum Bructeris *Tacitus* Annal. I. 51. neque tamen ſemper easdem habuiſſe ſedes patet ex eodem XIII. 55. Conf. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 229. *Van Hattum* Hiſt. Zwollan. T. I. p. 48.

Et inmanitas] Forte legendum *ut imman.* ACIDALIVS. Quare *Lucanus* lib. I.

Vangiones, Batavique truces.

PATAROL.

Adhibet horrorem] Forte legendum *exhibet*, aut delendum *in.* ACIDALIVS. De voce *adhibet* videtur etiam dubitare Socer meus in Poſtum. c. 10. ideo praeſertim, quia *Iſidorus* Orig. IX. 2. haec *Nazarii* ita deſcripſit: *quorum inmanitas barbariae etiam in ipſis vocabulis horrorem quemdam ſignificat.* recte ibi Cod. *Groningan. barbariae*, non *barbarie*, quod dedit *Gothofredus.* τῷ *ſignificat* magis congrua eſt *Acidalii* coniectura *exhibet*; neque tamen vulgatam damnaverim. *Adhibe-*

ros, &, diſſimulato Principis habitu, quam proxime poteras, cum duobus accedis. Numquam eſt excelſior principatus, quam cum ſe publico ſubmittit officio. Facis verba; ſpem illorum agitas, & verſas credulitatem, negas, te eſſe praeſentem. O vere caeca barbaria, quae in illo vultu ſigna Principis non videris! quem ne ſic 4
quidem

hibere eſt adcommodare, addere, hoc ſenſu; gentium illarum immanitas horrorem quoque barbariae in ipſis vocabulis adcommodat; ſi tamen *in* cum *Acidalio* deleas, nihil intercedo. Ita *Tacitus* Dial. de Orator. 35. *materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur.* infr. 30 3. *adhiberem omnes floſculos. Pacatus* Paneg. 19. 1. *adhibere muneribus artem difficultatis:* quod idem *Mamertinus* Grat. act. 18. 2. dixit *liberalitati artificium aliquod addere.* De iſto nominum horrore recte *Flori* locum III. 10. contulit d. l. *Cannegieterus*, & ita *Ovidius* Triſt. V. 12. 55.

Omnia barbariae loca ſunt, vociſque ferinae,
Omnia ſunt Getici plena timore ſoni.

Singillatim] Ita ex *Guelf.* reſcripſi, pro inepto *ſigillatim*, quod eſt in omnibus, iudicium ſecutus *Oudendorpii* ad *Sueton.* Aug. 9.

Dein pariter] *Guelf. deinde.*

2. *Tantum*] *Guelf. tanti*, & mox *nil magis.*

Timuiſti] *Pacatus* in Theodoſium: *Quo quidem maxime tuus gaudebat exercitus, cum ſe ultro videret laceſſi, qui nihil magis timuerat, quam timeri. Claudianus* de Laudib. Stilicon. I.

Res mira relatu,
Ne timeare, times, &, quem vindicta manebat,
Deſperare vetas.

LIVINEIVS. & PATAROL.

Ne timereris] Inclinant nonnulli legere, *quam ut timereris;* non neceſſario, nam & ſic quoque *Pacatus* Paneg. Theodoſiano: *Quo quidem maxime tuus gaudebat exercitus, cum ſe ultro videret laceſſi, qui nihil magis timuerat, quam timeri.* quem locum adnotavit *Daniel.* & alioqui ſic omnino locutus *Claudianus* lib. I. de Laudib. Stilicon. vs. 340.

Res mira relatu,
Ne timeare, times; &, quem vindicta manebat,
Deſperare vetas. Quantum fiducia nobis
Profuit hoſtilis!

GRVTERVS. Qui ſint, quos *ut* legere monet *Gruterus*, ignoro. In *Guelf.* eſt *timeretis*, quod in ſec. etiam habet *Rivinus.* male. Conf. etiam Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 35. 2. & *Barthium* ad *Claudian.* d. l.

Addis] Vet. *adis.* PVTEANVS. *Addis* ſolus habet *Rhenanus.*

3. *Publico*] Vulgare munus fungitur. Venis ad colloquium, ſpem illorum moves. BAVNE. *Guelf. publice.*

Crudelitatem] *Credulitatem* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Lege *verſas credulitatem.* ACIDALIVS. *Credulitatem* melius, quam *crudelitatem*, id eſt, nimium credulos fallis, dum negas te eſſe praeſentem. BAVNE. *Cuſpin. Rhenan.* & *Stephan.* cum *Livin. Gruter.* & *Pariſ.* priore, & *Patar.* pro *credulitatem* mendoſe exhibent *crudelitatem;* ſed veram lectionem, *Acidalii* ingenio iam repertam, praefert *Lang. Schonhov.* cum *Baunio*, & *Cellar.* IAEGERVS. Cum ad Ed. *Cellar.* nihil habeam notatum, in *Guelf.* quoque *credulitatem* lectum videtur; facilis illa eſt litterarum tranſpoſitio, cuius quoque eſt exemplum in Codd. *Livii* VI. 14. 3. *Verſare credulitatem* eſt conſpicientes ita flectere, ut non crederent ſeſe eum videre, quem re vera videbant. Eſt enim *verſare* in aliam, & contrariam partem vertere; ita quis *urbem arbitrio verſare* dicitur apud *Valer. Max.* VIII. 9. ext. 2. & fortuna *verſare mortalium negotia*, ibid. V. 1. 10.

Negas eſſe praeſentem] *Negas te eſſe* Vet. PVTEANVS. *Te eſſe* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *negas imp. eſſe p aeſentem*, vel *negas eſſe te praeſentem.* ACIDALIVS. Pronomen *te*, omiſſum *Rhenan. Stephan. Livin.*, ceteri magno conſenſu tuentur. IAEGERVS. Tuetur quoque *Guelf.* & recte primus inſeruit *Gruterus*, reliquique praeter *Rivinum* in pr.

4. *Nec ſic quid eſt*] Opinor legendum, *nec ſic quidem ſenſeris.* RHENANVS. Vet. *ſic quidem.* PVTEANVS. *Rhenanus* recte *quidem.* Alii *quid eſt.* Lege, *quae ne ſic quidem.* ACIDALIVS. Pro *ſic quidem Rhenan.* & *Stephan.* in contextu *ſic quid eſt*, quod vero coniectura iam emendavit *Rhenanus.* Pro *nec ſic*, uti legitur in Edd. *Livin. Gruter.* utraque *Pariſin. Patar.* & *Cel-*

quidem ſenſeris , cum intra iactum teli , ſecurus ſui , ſtaret, Conſtantinum
eſſe, qui hoc poterat non timere. Dubitare quidquam potes , te per omnia
5 ſubnixum Deo vadere? Invictos ducis , & ſolus timeris. Tot regna , tot
populi , & tantarum nationum congregatio indignam ſe viribus tuis putat,
quem credit abſentem. Tibi tamen incrementum laudis ex multiplicatione
terroris eſt. Magnificentius congregata obteris , quae ſcrupuloſius diſperſa
6 ſequereris. Innumerae ſimul gentes ad bellum coactae , ſed uno impetu tuo
fu-

Cellar., repoſui ex *Cuſpin. Rhenan. Stephan. ne ſic.* Nec ſperno rationem *Acidalii*, τὸ *quem* in *quae* mutantis : facile enim hae voces, propter compendium ſcripturae, permiſcentur. Vid. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 88. 8. IAEGERVS. *Guelf. ne ſic quidem*, quod recte ex quibusdam Edd. revocavit *Iaegerus*. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 7. 6. *quidem* quoque *Schonhovii* excerpta. *Acidalii* coniecturam *quae* minus neceſſariam puto.

Intra iactum] Conf. ad *Eumen.* Conſtantin. 8. 1.

Dubitare quidquam potes] Forte hic locus ſic legendus eſt: *Conſtantinum eſſe , qui hoc poterat non timere, dubitare quisquam poteſt per omnia ſub. Deo vadere.* vel, *qui hoc poteras non timere, d. quidquam potes te per omnia ſubn. Deo vadere?* ſed illam lectionem malo. PVTEANVS. *Quisquam poteſt, Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *qui hoc poterat non timere, dubitare quicquam potes, per omnia ſubnixum Deo vadere?* Quamquam ſane haud admodum placet, ad barbaros etiam haec dirigi. Ac forte ſcribendum generaliter: *qui hoc poterat non timere, dubitare quisquam poteſt*, vel *dubitari quicquam poteſt.* ACIDALIVS. Sic habent Edd. omnes , excepto *Cuſpin.*, qui legit: *dubitare quisquam poteſt;* a quo haud multum abludit *Schonhov dubitare quisquam potes.* Recepi hanc lectionem, quam *Puteanus*, & *Acidalius* iam ex ingenio protulerunt. Ineptum ſcilicet eſt, verba *dubitare potes* ad barbaros reſpicere; & ſtatim, quae ſequuntur, *Invictos ducis* ad Conſtantinum. IAEGERVS. In *Guelf.* eſt *dubitare quidquam potes*, idque in ſuis haud dubie invenit *Livineius*, quia ex iis nihil notavit. Iuſta eſt *Iaegeri* ratio, qua *potes* praeferendum ducat. Sed in admittenda *Cuſpiniani* lectione Virum Clariſſimum ſequi non audeo, ideo etiam, quia mox Codd., *te* inſerentibus, obtemperandum mihi videtur. Locum corrupit prava interpunctio, quae tamen neque in omnibus eſt eadem: *Rhenanus*, & *Henr. Stephanus* dederunt: *cum intra iactum teli ſecurus ſui ſtaret. Conſtantinum eſſe, qui hoc poterat non timere, dubitare quicquam potes , per omnia* &c. at vero *Livineius: cum intra i. t. ſecurus ſui ſtaret, Conſtantinum eſſe! Qui hoc poterat non timere,* &c. hanc interpunctionem reliqui ſunt ſecuti, niſi quod *Rivinus: intra iactum teli ſecurus ſui ſtaret! Conſtantinum eſſe! Qui hoc poterat* &c. Mihi certum eſt, novam periodum male a verbis *Qui hoc poterat non timere* fuiſſe inchoatam, quod a verbis *dubitare quidquam potes* fieri debuiſſet, idque effecit, ut verba paullulum obſcuriora coniecturis locum dederint, quae ceteroquin ſatis eſſent clara. Itaque interpungo, *cum intra iactum teli ſecurus ſui ſtaret, Conſtantinum eſſe, qui hoc poterat non timere. Dubitare quidquam potes, te per omnia* &c. hoc dedi in contextu, neque audaciae me reum fecerit, qui interpungendi rationem, in Codd. antiquiſſimis ignoratam, ideoque arbitrio cuiusque, ſecundum Auctoris mentem, relictam cogitaverit. Caeci erant barbari, qui non ſentiebant Conſtantinum eſſe, qui *hoc*, id eſt iactum teli, intra quem ſecurus ſtabat, *non poterat timere.* Haec itaque poſtquam in parentheſi memoraſſet, revertitur ad Conſtantinum, quem in praecedentibus iam fuerat adlocutus; *Dubitare quidquam potes* &c.

Per omnia] *Te per omnia* Vet. PVTEANVS. *Te* quoque eſt in *Guelf.* quod reſtitui ſecundum ea, quae modo monui.

Invictos duces] Scil. milites. *Invictos ducis, & ſolus* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Lege, *Invictus duceris, & ſolus timeris. Veneta* Edit. *Invictos duces non times, & ſolus timeris.* Interpolatio manifeſta. ACIDALIVS. Id eſt, tecum invictos milites ducis, tuque unus omnium maxime timeris. In *Livineienſi* Editione eſt, *invictos duces non times , & ſolus timeris*, quod non ita probatur. BAVNE. Non neceſſe eſt, quidquam mutari. Vulgatam recte *Livineius* in margine exempli ſui explanavit, *invictos* ſcil. *milites ducis;* & tamen , quamvis illi ſint fortiſſimi, & invicti, tu ſolus timeris. IAEGERVS. Vnde dedit *Livineius*, *Invictos duces non times, & ſolus timeris*, ignoro; hanc ſecutus eſt lectionem
Paull.

fuſae, dum collativam vim comparant, compendioſam victoriam praeſtiterunt.

CAP. XIX. Vno hoc bello, ſi debitis laudibus immorari vacaret, dies
integer conderetur. Nunc ita omnia praetervolans cecidit oratio, ut victo-
riarum tuarum non ſummam evolveret, ſed ornamenta monſtraret. His re- 2
bus ſemper e republica geſtis, tanta vi, tantoque ſucceſſu, ut numquam
virtus tua intremuerit, prudentia haeſerit, felicitas claudicarit, ſatis, ut opi-
nor, probatum eſt, perpetuam in te benignae maieſtatis opem fluere; ut
cae-

Paull. Stephanus; reliqui cum Codd. recte vulgatum ſervant.

5. *Indignam*] Ὀυκ ἀξιόχρεων, imparem. LIVINEIVS. Poſſit fortaſſe & ſignificatu ſolito ſic explicari: tot, tantaeque nationes congregatae putant, ſe haud dignas eſſe, adverſus quas ipſe praeſens viribus, & virtute tua utaris, creduntque adeo, te expeditioni non intereſſe. IAEGERVS. Mihi ſenſiſſe videtur; illi populi te ideo abeſſe crediderunt, quia ſeſe parum a te dignos haberi putant, contra quos ipſe praeſens pugnares.

Credit abſentem] Scilicet alioquin nihil tentatura praeſente. LIVINEIVS. Id eſt, dum non ita probatur. BAVNE.

Congregata obteris] Inde tamen creſcit laus tua, quod creſcit numerus hoſtium, & maiori cum laude collectos hoſtes frangis, quos eſſet difficilius diſperſos perſequi. BAVNE. *Congregato* vitioſe *Guelf.*

Quam ſcrupuloſius] *Quae ſcrup.* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Pro *quae Rhenan. Stephan. quam*; ſic & *Livin.* IAEGERVS. *Quam* ex antiquiſſima *Puteolani* in reliquas Edd. manavit, uſque dum *quae*, quod etiam eſt in *Guelf*, receperit *Gruterus*, quem in pr. tamen deſeruit *Rivinus.*

Sequeris] *Sequereris* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Sequeris* eſt tantum in *Livineii*, & *Paulli Stephani* Edd.

6. *Collatinam vim*] Collaticiam. RHENANVS. Vet. *collativam.* PVTEANVS. Lege *collativam vim. Plautus*, *collativus venter.* ACIDALIVS. Ita *Rhenan.* cum *Stephan.* itemque *Cuſpin.* Recte, conſentientibus MSS. & Edd. ceteris, *Acidalius* corrigit *collativam*, advocatque *Plautum* Curcul. II. 1. 16. *qui hic eſt homo cum collativo ventre?* IAEGERVS. *Collatinam* in pr. retinuit *Rivinus.* Vulgatum habet *Guelf. Collativum* dicitur in L. 3. C. *Theodoſ* de Proxim. Comit quod *collationem*, ſive collectam pecuniam *Sulpicius Sever.* Hiſt Sacr. II. 41. 3.

1. *Hoc bello*] *Moerl. uno ex bello.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* Si placeret haec ſcriptura, *ex* foret propter, ut *ex utilitate*, *Tacit.* Annal. XV. 43. *odor ex multitudine cadaverum*, *Caeſar* B C. III. 49. 4. quod alii non recte ceperunt. Conf. *Cortium* ad *Salluſt.* Catil. 12. 2. Iugurth. 7. 5. *Burman.* ad *Vell.* II. 118. 4. ad *Gratium* Cyneg. 323. ad *Ovid.* Met. III. p. 180. & me ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 4.

Integer conderetur] *Plinius* in Traianum: *cum tibi dies omnis ſumma cum utilitate noſtra, ſumma cum tua laude condatur.* Epiſt. 36. lib. IX. *Ita variis ſermonibus veſpera extenditur, & quamquam longiſſimus dies cito conditur.* LIVINEIVS. & BAVNE. Non ſolum Poeta Eclog. IX. *longos cantando ſoles*, id eſt, dies dixit *condere*, ſed ſoluta etiam oratione *Plinius* lib. IX. Ep. 36. CELLARIVS. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 4. 3. *Guelf. integre.*

Cecidit oratio] Lege *tetigit oratio.* ACIDALIVS. Neceſſaria, & vera eſt *Acidalii* emendatio, quam iure laudat Bibliotheca Philologica, & addit: Evolvere *eſt explicare*, *cui opponitur* ſumma *cum verbo* monſtrare, hoc eſt, brevi oratione tangere. IAEGERVS. Adpend. Obſerv ad Paneg. Veter. p. 36. Neceſſariam eſſe *Acidalii* emendationem vix puto. *Cecidit oratio* eſt languet, & veluti vacillat, quia omnia praetervolando, neque ea enumerando, quae enumerari debuiſſent, nervis ſuis veluti deſtituta videtur. *Petronius* Satyr 2. *corpus orationis enervaretur, & caderet.* Conf. *Barthium* ad *Claudian.* Rapt. Proſ. III. 275.

Summam evolveret] Tranſponendum videtur: *ut victoriarum tuarum non ornamenta evolveret, ſed ſummam monſtr.* ACIDALIVS. & BAVNE. Nil opus; recte modo explicuit *Iaegerus.*

2. *Virtus tua invenit*] *Virtus tua intremuerit* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Male *Livin. invenit. Moerl. timuerit.* IAEGERVS. Vnde *Livineius*, quem ſecutus eſt *Paull. Stephanus*, ediderit *invenit*, ignoro. Vulgatum eſt in reliquis.

Felicitas claudicarit] Supra: *verebatur. ne apud poſteros miraculi fides claudicaret.* PVTEANVS. Id eſt, nutarit. Supr. cap. 15. BAVNE.

Cae-

caeleſtes exercitus tui non tunc primum miſſi, ſed tum demum intellecti es-
3ſe videantur. Talis igitur ad liberandam Italiam, & tam tutus accedis,
ut, cum res bellica caecos habeat eventus, in te tamen dimicandi vo-
4luntatem pro victoriae pignore teneres, etiamſi abeſſent auxilia divina. Ad-
erat enim robuſtus, & florens, plenus virium, animi plenus exercitus, lae-
tus armis, & militiae munia exſequens ſtudio magis, quam neceſſitate,
(quippe cui ſtipendia ſunt pauciora, quam praelia; cum dico praelia,
5ſignifico victorias) praeterea tam amans tui, quam tibi carus. Ignoſce enim,
ſuper-

Caeleſtes exercitus] Supra cap. 14. CELLARIVS. *Caeleſtes exortus*, *Guelf.*

Tunc primo] Forte *primum*. LIVINEIVS. *Livineio* favet cum *Gud. Moerl.*, qui habet *primum tunc* IAEGERVS. Ex utroque Cod. hoc reſtitui.

Tum demum] *Guelf. tunc demum.* Ita edidit *Patarol*, & *Iaegerus*, quamvis de mutata lectione nihil monuerint.

3. *Liberandam Italiam*] *Liberandum* Vet. LIVINEIVS. Quae Cod. lectio ex iis commendatur. quae dixi ad *Mamertin* Genethl. 5. 4.

Tam tutus] Forte *& tantus*. ACIDALIVS *Et tantus*, quod valde placet, legitur in *Moerl.* & *Gud.* IAEGERVS. Elegans certe eſt *tantus*, ſed ſequentia magis congruunt τῷ *tutus*, & in *talis* ineſt iam tanti ſignificatio, de quo *Schwarz.* ad *Mamertin.* Genethl. 2. 2.

Accedis, ut] Forte *accedis. Et quum res bellica*, &c. ACIDALIVS. Particula *ut* mutanda eſſet in *&*, ſi cum *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* legeremus infra *tenebas:* ſed ex *Bertin. teneres* recepit iam *Gruterus*, conſentientibus ceteris. IAEGERVS.

Caecos habeat eventus] *Cicero* ad Diverſ. Ep. VI. 4. 4. *Omnis belli Mars communis. & ſemper incerti exitus praeliorum ſunt.* ad quem locum vid. *Manut.* p. 257. Ed. *Graev* Adde, ſis, eumdem Epiſt. ad Attic. VII. 7. *Nemini eſt exploratum, cum ad arma ventum eſt, quid futurum ſit.* *Seneca* Phoeniſſ. vs. 625. ſqq.

Nunc belli mala
Propone; dubias Martis incerti vices,
Licet omne tecum Graeciae robur trabas;
Licet arma longe & late miles explicet;
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt,
Quodcumque Mars decernit. Exaequat duos,
Licet impares ſint, gladius: & ſpes, & metus
Sors caeca verſat.

IAEGERVS.

Pignore tenebas] *Teneres*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Tenebas* etiam *Guelf.* & ex *Puteol.* antiquiſſima omnes ante *Gruterum*, & poſt eum in pr. *Rivinus.* Recte ſupra monuit *Iaegerus*, ſi *ut* retineatur, potiorem eſſe Cod. *Bertin.* auctoritatem.

Etſi abeſſent] Vet. *etiamſi.* PVTEANVS. *Etiamſi*, Vet LIVINEIVS. Sic Edd. omnes Cod. *Moerl. etiamſi* bene. IAEGERVS. Etiam *Guelf.* Stabilitam tot Codd. lectionem revocavi; *etſi* enim adhuc retinuerat *Iaegerus.*

4. *Militiae munera*] *Munia* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livin. munera.* Saepe hae voces permutantur. *Ovidius* Met. XIII. 296. ſq.

Quid? quod me, duri fugientem munera belli,
Arguit incepto ſerum acceſſiſſe labori?

Eo loco libri complures *munia* habent, teſte *N. Heinſio*, quem vide. IAEGERVS. *Munera* ſolus *Livineius*, & *Paull. Stephanus.* *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 8. 2. *militiae, atque caſtrorum munia convaleſcunt* & 19. 2. *belli munia*, ubi in aliis quoque *munera.* Idem Conſtantio 12. 1. *munia nautica.* *Burman.* ad *Gratium* Cyneg. 260. res a Codd. pendet, cum *munera* & *munia* hac in parte nihil diſtent. Vid *Vlitius* ad *Nemeſ.* Cyneg 194. *Burman.* ad *Ovid.* Art I. 691. *Drakenb* ad *Livium* XXXVI. 31. 12.

Tuis ſtipendia] *Cui ſtip.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan Stephan. Livin. quippe tuis*; pro quo ex Cod. *Livin.* & *Bert. cui Gruterus* cum ceteris praeferunt. IAEGERVS. Ex *Puteol. tuis* eſt in omnibus ante *Gruterum*, & poſtea etiam in pr. *Rivini*. *Guelf.* etiam *cui.*

Significo victorias] De eodem Conſtantino *Euſeb.* VI. c. 6. *Deus ipſum remuneraturus dominum, ac victorem, ſolumque ex omnibus. qui unquam fuerint. Imperatoribus ſemper invictum, atque inſuperabilem praeſtitit.* PATAROL. Verba *cum dico p ſ. victorias* parentheſi includunt *Patarolus*, & *Iaegerus*; alii aliter interpunxerunt,
ſed

ſuperba virtus, quantumvis fiduciae & ſpiritus capias, amor Principis facit militem fortiorem!

CAP. XX. Antiqua admodum res eſt, quam proferam, ſed non indigna
memoratu. Illyrii quondam, deſpicientes Aëropi regis infantiam, Macedones bello laceſſerunt. Et prima quidem congreſſio ſecundum illos fuit: verum Macedones, cum bellum reficerent, regem ſuum in cunis ad aciem detulerunt. Cum illos ira, hos miſeratio, illos ſignorum cantus, hos 2
pueri vagitus accenderet, mutata eſt ratio certaminis; vicerunt, qui amo-

ſed ita, ut haereas, quo ſequens *amans*, & *carus* referatur. Mihi, Lectoris commodo, a *quippe* inchoanda eſt viſa parentheſis.

5 *Militem fortiorem*] *Guelf. principem fortiorem.* Poſſet quidem haec lectio ita exponi, amorem, quem erga Principem habent milites, eumdem facere fortiorem propter praecedentia tamen *tibi carus*, *amorem Principis* magis interpretor, quo ipſe in milites ducatur Princeps.

1. *Illyrici quondam*] Vet. *Illyrii.* PVTEANVS. *Illyrii* Vet. in quo adſcriptum margini, *lege Iuſtinum.* Vere. Eſt enim haec hiſtoria apud eum lib. VII. Meminit & *Ammian. Marcellinus* XXVI. LIVINEIVS. & BAVNE. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Gruter. Paris.* prior, *Patarol;* ſed recte cum Codd. *Liv. Gud. Put. Moerl. Illyrii Baunius*, & *Cellarius.* IAEGERVS. Recte *Illyrii* de ipſo populo, *Illyricus* de eo, quod ad Illyrios pertinet. *Duker.* ad *Florum* II. 5. 1. *Oudend.* ad *Frontin.* II. 5. 10. ad *Sueton.* Auguſt. 19 *Burman.* Addend. ad *Claudian.* p. 1018.

Aeropi regis] Veram nominis ſcripturam tradit *Diodorus Siculus* XIV. 38. Ἀέροπος. CELLARIVS. *Europus* dicitur a *Iuſtino.* PATAROL. Non nulli ſcilicet *Eropi* vitioſe exhibent. IAEGERVS. *Europi* male hic emendat *Bernegger.* ad *Iuſtin.* VII. 2. 5. prava *Iuſtini* lectione deceptus, quae etiam eſt in uno *Franeq* & duobus *D'Orvillii. Eropi* hic ſcribunt omnes, etiam *Baunius*, & *Patarolus.* id ex antiquis Edd. manavit, in quibus primam ſyllabam diphthongum *ae* habuerunt, in Codd per *e* expreſſam, niſi Romanorum mori id tribuere velis cum *Ruperto* ad *Beſoldi* Synopſ. p. 155. Veram orthographiam *Aëropi* reſtituendam eſſe iam vidit *Vorſtius* ad *Iuſtin.* VII. 2. 5. idque praeter *Diodorum Siculum* confirmat quoque Ἀέροπος apud *Herodotum* VIII. c. 139. quare hoc in contextu recte primus dedit *Cellarius*, eumque ſecutus *Iaegerus.*

Laceſſerunt] Omnes, ſine ulla varietate. IAEGERVS. Forte legendum *laceſſierunt.* Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 2. 2.

Secundum illos] H. e. illis ſecunda fuit, & proſpere ceſſit. Sic *Tacitus* Hiſt. III. 7. 1. *Principia belli ſecundum Flavianos.* IAEGERVS. *Secundum Meſſenios* decretum dare, apud eumd. Annal. IV. 43. *ſecundum aliquem litem dare* explicuit *Drakenb.* ad *Livium* XXIII. 4. 3.

Bellum reficerent] Renovarent. Sic *Aurel. Vict.* Caeſ. 29. 5. *Ita refecto bello cum impigre decertaret, interiiſſe pari modo.* IAEGERVS. Eſt enim nihil aliud, quam iterum facere. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 66. 1. *Gebhard.* ad *Livium* III. 14. 6. *Drakenb.* ad eumd. IV. 57. 12. hoc pacto *Satrapen refeciſſet Curtio* reddit *Freinshemius* VI. 6. 20.

In cunis] Ne forte aliquis tempus terat, anxie hiſtoriam huic rei congruam veſtigans, & ne commentitium, vel fabuloſum hoc putet, quamvis praeſentem rerum ſtatum prae oculis habeat, Faventinos videlicet, Galliae togatae populos, miſeratione Aſturis pueri, reguli ſui, commotos Regi Galliarum, Romano Pontifici, mariſque regnatoribus Venetis, quibus totus orbis cedebat, reſtitiſſe viriliter: ponam tamen, quae, *Nazario* concinentia, tradit *Iuſtinus* in Epitome *Pompeii Trogi* VII. *Argeus moderate, & cum amore populi adminiſtrato regno, ſucceſſorem ſuum Philippum reliquit, qui, immatura morte raptus, Europum, filium parvulum admodum, inſtituit heredem, & Macedonibus aſſidua certamina cum Thracibus, & Illyriis fuere, quorum armis veluti quotidiano exercitio indurati gloria bellicae laudis finitimos terrebant. Igitur Illyrii, infantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonas aggrediuntur, qui praelio pulſi, rege ſuo in cunis prolato, & pugnae ante aciem poſito, acrius certamen repetivere, tanquam ideo antea victi fuiſſent, quod bellantibus ſibi regis auſpicia defuiſſent, futuri vel propterea victores, quod ex ſuperſtitione animum vincendi ceperant, ſimul & miſeratio eos infantis tenebat, quem, ſi victi forent, captivum de rege facturi videbantur. Conferto itaque praelio, magna caede Illyrios fudere,*

3 amore pugnabant. Quanto igitur eſt amor fidelior accepti beneficii memoria, quam praeſumtione futuri, quod illic percepta res iuvat, hic exſpectata blanditur: tanto tui animoſius dimicaverunt, qui non puero ſpem gratiae munerabantur, ſed Principi poſt natos homines benigniſſimo meriti debitum rependebant.

Cap. XXI. Primam igitur Seguſienſium civitatem, quam primam iter de-

re, hoſtibusque ſuis oſtenderunt, priore bello regem Macedonibus, non virtutem defuiſſe. Hoc idem *Polybius*, graviſſimus ſcriptor, aſſerit. BAPTISTA PIVS Adnotat. Poſter. Syllog. III. cap. 46. Nota hiſtoria ex *Iuſtini* lib. VII. & *Ammiani* lib. XXVI. ac *Polybio.* BAVNE. & PATAROL. *Lindenbrog.* ad *Ammian.* XXVI. 9. *Rupertus* ad *Beſoldum* p. 155.

2. *Amore pugnabant*] *Ammianus* citatus: *Oſtenderuntque hoſtibus ſuis, priore bello regem Macedonibus, non virtutem defuiſſe.* PATAROL. Haec non ſunt *Ammiani*, ſed *Iuſtini.*

3. *Fidelior*] Accepti beneficii recordatio magis amorem firmat, quam ſpes futuri. BAVNE.

Praeſumtione] I. e. ſpe. Conf. ad *Eumen.* Grat. act. 12. 2.

Praecepta res] Vet. *percepta.* PVTEANVS. *Percepta* Vet *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *percepta.* ACIDALIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin. Acidalius* vero, ſuffragantibus MSS. *Liv. Bert. Put. Moerl.* & ed. *Cuſp.* ceterisque, legendum eſſe recte cenſuit *percepta.* IAEGERVS. *Percepta* etiam *Guelf.* alterum ex *Puteolan.* in omnes ante *Gruterum* Edd. venit, retentum adhuc a *Rivino* in pr.

Munerabantur] *Munerari* ſignificat quidem largiri: uti *Cicero* de Invent. II. 1. in fin. *Itaque* (natura) *tamquam ceteris non ſit habitura quod largiatur, ſi uni cuncta conceſſerit, aliud alii commodi, aliquo adiuncto incommodo, muneratur.* Hoc tamen loco videtur idem valere, ac remunerari, gratiam referre. Ita *Plautus* Captiv. V. 1. 11. ſqq.

H. feciſti, ut tibi,
Philocrates, numquam referre gratiam poſſim ſatis,
Proinde, ut tu promeritus de me & filio. PH. imo potes,
Pater, & poteris; & ego potero: & Di eam poteſtatem dabunt,
Vt beneficium bene merenti noſtro merito muneres.

Sententia igitur erit: Tui fortiter dimicando non ſpem gratiae pueri ſibi conciliandae compenſabant, ſed, Principis benigniſſimi meritis, quod debitum erat, reddebant. Ceterum pro *munerabantur* habet *Moerl. numerabant*, corrupte, ut apparet, pro *munerabant.* IAEGERVS. Etiam *Guelf. numerabant.* ita *numero* & *munere* ſunt confuſa in *Aratore* I. 781.

1. *Primam*] In *Baunii* exemplo legitur *Prima*, ut ad *victoria* referatur; in omnibus reliquis *Primam.* Nequeo autem diſſimulare, verba *quam primam iter dederat* explicationis cauſſa in margine adſcripta fuiſſe, & inde in contextum irrepsiſſe mihi videri. His eiectis, *Primam* ſine controverſia verum eſt. IAEGERVS. Mihi ad augendam Conſtantini laudem addita videntur, qui iam ſtatim ad primam in itinere urbem victoriam reportaſſet, cui *primam obſtinationem* tribuit Incertus Conſtantin. 5. 4. Et vocis *Primam* repetitio neſcio quid elegantiae habet, praeterquam quod eiusmodi repetitionum exempla dedi ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1. & 10. 1. & 15. 3.

Seguſienſium] Seguſium *Suze*, ſupr. cap. 17. BAVNE. Huius urbis obſidionem narrat quoque Incertus Conſtantin. 5. 4. & latius *Sigonius* de Occid. imper. Opp. T. II. Part. II p. 78. *Guelf. Suguſienſium*, ut ſupr. 17. 3.

Iter dederat] Iter ex Gallia per Alpes in Italiam ad Maxentium debellandum. CELLARIVS. Confer cum hoc loco Incertum Conſtantin. 5. 4.

Victoria facilis] *Rivinus* in ſec. *facili.* parum idonee.

Reſiſtendi pertinacia] Vid. ad Incertum Conſtantin. 8. 1. qui cap. 5. 4. hanc Seguſienſium *obſtinationem* dixit.

Pietatem] I. e. clementiam. Vid. Paneg. VIII. 26. 3. IAEGERVS.

2. *Vi, manu*] Malo *vi manus.* IVRETVS. *Pulm. cum introitus vi manuque quaereretur.* PVTEANVS. Malim: *cum intr. manu quaereretur.* inducto *vi*, quod ex gloſſemate irrepſiſſe videtur. Scio tamen apud *Virgilium* eſſe:

Fit via vi.

RITTERSHVSIVS. Vocula *vi* nata eſt ab interprete, adſcriptaque illi *manu:* itaque deleverim. GRVTERVS. & BAVNE. Puto *vi* ſervari in-

dederat, victoria facilis amplexa eſt : quae reſiſtendi pertinacia ita in ſe Im-
peratoris vim convertit, ut pietatem tamen non alienaverit. Nam cum in- 2
troitus vi, manu, quaereretur, & portarum inflammatio ignem late diſtuliſ-
ſet, cuius facilis per adiuncta contagio paſtu peſtifero valeſcebat; maxima
benigniſſimi Imperatoris fuit cura, non modo ut incendium, non adiutum,
ſe-

incisione poſſe, *vi, manu*, hoc eſt, *vi & manu*, quum & numerus ſic rotundius decurrat in periodo. CELLARIVS. *Schonhov.* &, *Puteano* teſte, *Pulm.* legunt *vi manuque.* Recte, puto. Iungit eas voces etiam *Cicero* Philipp. II. c. 36. *Tu illos impetus perditorum hominum* —— *quos nos vi, manuque repulimus, in noſtras domos immiſiſti.* Idem Catilin I. 8. *Iam mihi Conſuli, hoc ipſo in templo, iure optimo, Senatus vim & manus intuliſſet. Salluſtius* Iugurth. 31. 18. *Quid igitur cenſes? vindicandum in eos, qui hoſti prodidere rem publicam: non manu, neque vi, quod magis feciſſe, quam illis occidiſſe indignum; verum quaeſtionibus, & indicio ipſius Iugurthae.* vid. ad h. l. *Cort.* & ſupra c. 17. 3. Sic *Tacitus* iungit *vim* & *arma*, Hiſtor. IV. 23. 2. *Inde non loco, neque munimentis labor additus: vis & arma ſatis placebant.* & eiusdem libri c. 68. 3. *Varus, Praetorianis praepoſitus, vim atque arma retinebat.* Lectionem itaque *Schonhov.* & *Pulmann.* recipimus: nec poteſt obſtare δυσφωνία, ex ſequenti *quaereretur* orta: eam enim Scriptores non ſemper curant vitare. Vid., quem iam hac de re laudavi, *Heuſinger.* ad *Nepot.* Lyſandr. 1. 5. IAEGERVS. *Vi manu, Guelf.* Veri ſpecie ſe commendat *Iaegeri* ſententia, unde & *Salluſtius* Iugurth. 31. 18. *non manu, neque vi,* & *Ciceronem* plerumque copulam addere docet *Waſſe* ad *Salluſt.* Iugurth. 5. qui tamen hic *vi manu* tuetur, eſtque vulgatum aſyndeton. Fruſtra autem *Orleans* ad *Taciti* Annal. III. p. 428. emendabat *vi inmani*, quod inconſulto factum ab eo, aeque atque ab aliis, qui *vi* delent, recte iudicat *Gronovius* Diatrib. *Statian.* cap. 3. p. 18.

Diſtuliſſet] *Moerl.* & *Gud.* mendoſe *detuliſſet.* IAEGERVS. Incertus Conſtantin. 5. 6. *ſtatim iniectae faces portis.*

Partu peſtifero] Forte *paſtu.* Sic idem *Nazarius* c. 8. vocat *paſtus libidinum.* IVRETVS. PVTEANVS. LIVINEIVS. GRVTERVS. Alii legunt *paſtu*, ſed non hic opus mihi videtur emendatione. Loquitur enim de incendio, tanquam de homine, qui adoleſcit, ſeneſcit, moritur. BAVNE. Sed hoc nihil ad rem. Quaeritur, num aliquid *partu valeſcere* dici poſſit? quod mihi quidem non videtur. Ignis, ut cetera omnia, valeſcit alimentis, & paſtu. Sic *Quinctilian.* Inſtit. Orat. V. 13. 13. *Si ſingula quaeque diſſolveris, iam illa flamma, quae magna congerie convaluerat, diductis, quibus alebatur, concidet.* Porro verbum *paſci* de igne frequenter, a Poetis praecipue, adhibetur. *Seneca* Herc. Oet. vs. 576.

Non ante veſtes induat coniux, iube,
Quam ture flammas paſcat, & placet Deos.

Hac ratione etiam Oceanus *ſidera paſcere* dicitur *Plin.* H. N. II. c. & ſect. 68. (Oceanus) *toto circumdatus medio, & omnes ceteras fundens recipiensque aquas, & quidquid exit in nubes, ac ſidera ipſa tot & tantae magnitudinis paſcens.* Secutus igitur exemplum *Cellarii*, & *Pataroli* vocem *paſtu*, ut unice veram, in contextum admiſi. IAEGERVS. *Partu, Guelf.* Vera eſt *Iaegeri* ſententia. *Seneca* Herc. Oet. 351.

Quid ipſa flammas paſcis.

Lucanus V. 325.

Scintillam tenuem commotos pavit in ignes.

Burman. ad *Valer. Flacc.* II. 450. ita etiam *alere*, & *alimenta*. *Curtius* IV. 3. 4. *quidquid alendo igni aptum erat.* VIII. 10. 8. *quae* (flamma) *igni alita. Tennul.* ad *Frontin.* IV. 7. 9. —— De voce *contagionis* vid. ſupr. 14. 2.

Non adiutum ſeneſceret] *Colvius* in Notis ad *Apuleium* corrigit *non adultum*, quod fortaſſe non debuit hic reticere *Livineius.* Simili coniectura apud *Symmachum* VII. 18. reſcribendum aliquando putabam, *adulti caloris pabulum.* RITTERSHVSIVS. Ferri quidem poteſt, ut dicatur *adiuvare incendium*, qui illud manu auget, conieci tamen olim, *non adultum ſeneſc.* ut loquatur de incendio, veluti de homine, qui adoleſcit, ſeneſcit, moritur. Verum, ne quid diſſimulem, poteſt retineri lectio vulgata. GRVTERVS. *Colvius, adultum.* Conſideretur. ACIDALIVS. Retineri non modo poteſt, ſed etiam debet vulgata,

 quae

ſeneſceret, ſed oppreſſum emori poſſet; & longe operoſior clementia eius,
quam fortitudo perſpecta eſt, cum plus in conſervanda urbe, quam in ca-
3 pienda fuerat, laboris oriretur. Itaque digrediens ſic cupidam ſui fecit, ut
eam ad omne obſequium non victoriae metus componeret, ſed admiratio le-
nitatis.

CAP.

quae ſenſum ſatis commodum praebet, & apertum; ſc. maxima Imperatoris cura fuit, non modo, ut incendium, quod nemini militum augere licebat, per ſe ipſum elangueſceret, ſed etiam omnino, ferenda ope, exſtingueretur. *Adiuvare incendium* recte dicitur, quicumque promovet illud augetque. Sic *Silius Italic.* VII. 353. ſqq. de bubus, quorum cornibus ſarmenta illigari iuſſerat Hannibal:

Hic vero ut gliſcente malo, & quaſſantibus aegra
Armentis capita, adiutae pingueſcere flammae
Coepere.

Vides hic, *flammas adiuvari* capitibus quaſſandis. IAEGERVS. *Colvii* locus eſt ad *Apuleium* XI. Met. p. 159. eiusque emendationem probavit quoque *Rittershuſius* apud *Scioppium* Veriſim. III. 17. & *Stephanus* ad *Saxon.* Grammat. Hiſt. Dan. V. p. 127. recte tamen *adiutum* tuetur *Drakenb.* ad *Silium* VII. 354. ubi huius locutionis plura habet exempla *Heinſius.* *Seneca* Med. 412.

Aut vis ignium
Adiuta flatu.

Hoc quoque poſtulat ſequens *oppreſſum*, quod quidem τῷ *adiutum*, non autem *adultum* opponi poteſt. Ideo quoque male *Guelf. non victum ſeneſceret.*

Seneſceret] *Seneſcere* idem eſt, quod elangueſcere, debilitari, minui. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 20. 10. IAEGERVS. Et ad eumd. Iugurth. 35. 3. *Velleius* I. 17. 6. *ſtudium cum ſpe ſeneſcit.* II. 11. 3. *fortunam nunc ſeneſcere*; *dies ſeneſcens* apud *Sedulium* III. 219. ubi Not. *forma ſeneſcit*, *Ovidius* Amor. I. 8. 53. Conf. *Gebhard.* ad *Livium* XXIX. 22. 8. *Gronov.* ad *Senec.* Nat. Quaeſt. III. 27. *Drakenb.* ad *Silium* XVI. 135.

Sed oppreſſum] Quod vox *etiam* poſt *ſed* omittitur, ſententiae augendae cauſſa, & ad exemplum optimorum id fieri conſtat. *Cicero* de Legib. III. 14. *Quo pernicioſius de re publica merentur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem.* Idem Cat. c. 1. *Te non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo.* & ad Diverſ. Ep. I. 6. pr. *Quae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit.* vid. ibi *Manut.* itemque *Burmann.* ad *Phaedri* Prolog. lib. I. vs. 6. & *Heuſinger.* ad *Nepot.* Cimon. 4. 1. IAEGERVS.

Emori poſſet] *Mori*, vel *emori* recte de incendio, & igne uſurpatur. Sic *Plinius* H. N. XVI. c. 6. ſect. 8. *Carbo in aerariorum tantum officinis compendio: quoniam deſinente flatu protinus emoriens ſaepius recoquitur.* & paucis interpoſitis: *Hoc quoque inter reliqua neglectae religionis eſt, quod emortuo carbone ſacrificatur.* Idem lib. II. c. 106. ſect. 110. montem Chimaeram flagrare dicit diebus ac noctibus *flamma immortali*, i. e quae numquam exſtinguitur. Comparatio illa incendii cum aetate hominum enixa eſt *partum*, & *adoleſcentiam* ignis: ſed minus favente Lucina. Nam, quo modo, quod non adolevit, ſeneſcere poſſit, exputare ego quidem nequeo. IAEGERVS. Conf. *Oudendorp.* ad *Lucan.* IV. 78. *Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. V. 12. & quae dixi ad *Sedulium* I. 247.

Operoſior] *Guelf. oppreſſior*, quod plane ſententiae adverſatur. *Operoſior clementia* eſt, in qua, ut mox dicit, *plus* erat *laboris.* Conf. *Burman.* ad *Ovid.* Amor. II. 16. 33. & Art. I. 399. — Comparativo additum *longe* adtigi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 5. 3.

Clementia quam fortitudo] Poſt *clementia* Vet. addit *eius.* PVTEANVS. *Clementia eius* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Victoribus inde laus maxima. Quare Eunomes ille apud *Tacitum* Annal. lib. XII. *bellorum egregios fines, quoties ignoſcendo tranſigatur.* Lege *Ciceron.* Orat. pro M. Marcello. PATAROL. Sequor hic Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl.* & Edd. *Cuſp. Grut. Pariſ.* priorem, *Patar.* & *Cellar.* qui poſt *clementia* ponunt *eius*, quod *Rhenan. Stephan. Livin.* omittunt, *Baunius* poſt *fortitudo* collocat. IAEGERVS. *Eius* etiam *Guelf.* quod ex *Cuſpiniana* recte revocavit *Gruterus*, quamvis poſtea in utraque iterum omiſerit *Rivinus.*

Per-

Cap. XXII. Optima aiunt eſſe remedia, quae ad uſum corrigendi noſtri ex
aliena calamitate naſcuntur; verum animus pravitate, velut morbo, impeditus
delectum boni non habet. Ecce, iam apud Taurinos venientem pugna gravior 2
exſpectat, nec Seguſienſium vaſtitas monet, ut ſibi caveant: nec cogitant, quo
cum Principe res futura ſit, quod neque vis eius reſiſtendi ſpem faciat, nec manſue-
tudo

Perfecta eſt] Vet. *perſpecta*. PVTEANVS. *Perſpecta* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *perſpecta eſt.* ACIDALIVS. Pro *perſpecta*, quod habent Codd. *Liv. Bert. Lang. Put.* cum Edd. *Cuſp.* & melioribus, in libro *Moerl.* & *Rhenan. Stephan. Livin* legitur *perfecta*, manifeſto errore. IAEGERVS. In *Guelf.* eſt *perſpecta*, quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr. *Mamertin.* Genethl. 19. 2. *perſpectis omnium moribus.* infr. 25. 5. *in illa obſidione perſpectum eſt.* adde *Burmann.* ad *Propert.* I. 11. 17. utraque vox etiam permutata eſt apud *Valer. Maxim.* IV. 3. 5.

Laboris, oriretur] Lege, *in capienda fuerat, laboris oriretur.* ACIDALIVS. Pro *oriretur* malim *hauriretur.* IAEGERVS. In *Rhenani* Ed. prava erat poſt *laboris* interpunctio, quam ſuſtulit *Acidalius.*

3. *Sic cupiditatem ſui fecit*] *Sic civitatem cupidam ſui*, *Cuſpin. ſic cupidam ſui* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *cupidam*, uti habent MSS. *Liv. Bert.* & Edd. *Gruter. Pariſ. Patar. Cellar.*, reperitur in *Rhenan. Stephan Livin.* perperam *cupiditatem. Moerl. Schonhov. Cuſpin.* voci *cupidam* praeponunt *civitatem* ex ingenio, ut videtur, correctoris, qui nolebat *cupidam* referri ad antecedens *urbe*, quia fortaſſis ex *Nonio* c. 5. 27. didicerat, *urbem* aedificia, *civitatem* incolas ſignificare. Sed ſatis certo conſtat, *urbem* μετωνυμικῶς pro civitate poni. *Silius Ital.* II. 256. ſq.

Incutit umbonem feſſo, adſultatque ruenti
Poenus, & obteſtans ſpectantem e moenibus
urbem, &c.

Tacitus Annal. XIII. 6. 2. *urbem* dicit *ſermonum avidam*, Hiſtor. I 50. 1. *trepidam*, & eodem libro c. 89. 1. *ſecuram.* IAEGERVS. *Civitatem* inſerit quoque *Guelf. Cupiditatem ſui fecit* eſt in omnibus ante *Gruterum*, poſt quem in pr adhuc retinuit *Rivinus. Cupidam ſui facere* notat ſui ſtudioſam, ſibique faventem, ſuarumque partium facere, de quo *Graevius*, & *Oudend.* ad *Sueton.* Caeſ. 12. *Cannegieter* ad Fragment. Iuriſpr. p. 61.

1. *Optima aiunt*] *Moerl.* inter haſce voces intrudit *autem*, praeter rationem. IAEGERVS. *Guelf. eſſe aiunt.*

Aliena calamitate] Notus *Horatianus* verſiculus:

- *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

LIVINEIVS. & BAVNE.

Dilectum boni] Non aptus eſt ad iudicium de bono ferendum. BAVNE. Ex *Guelf.* ſcripſi *delectum*, quod etiam eſt in *Puteol. Rhenan. Henr. Stephani*, & utraque *Rivini.* primus in *dilectum* mutavit *Livineius*, quod probat Pater meus ad *Plinii* Paneg. 2. 1. quia hanc vocis ſcripturam, ſi ſubſtantive ponatur, praeferendam iudicat, ad *Victor.* Inluſtr. 48. 2. potius tamen hic Codd. ſequor. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 5. 3. & 17. 2.

2. *Apud Taurinos*] Supra in Panegyr. Conſtantino, quem *Nazarii* eſſe puto: *Tibi paulo poſt in Taurinatibus campis pugna pugnata eſt, non trepidantibus ex victoria tua rebellibus, ſed iratis, incenſiſque ad ulciſcendum animis*, &c. PVTEANVS. Auguſta Taurinorum, *Turin.* De hac pugna vide Paneg. VIII. cap. 6. BAVNE. & PATAROL. Conf. ad Incert. Conſtantin. 6. 5.

Seguſienſium] *Guelf. Seguſium.* male.

Monet] *Movet* Vet. LIVINEIVS. Vulgata melior; ſaepe haec permutantur. Vid. ſupr. ad Incert. Conſtantin. 14. 3.

Cogitant, quod] Forte, *cogitant, quo cum Pr.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Quae emendatio, cum & per ſe ipſa probabilis ſit, imo neceſſaria, & praeterea quoque Cod. *Moerl.* ſuffragio commendetur, ſine dubitatione in contextum, ad exemplum *Patarolí*, & *Cellarii*, admittenda fuit. IAEGERVS. Adcedit ſuffragium Cod. *Guelf. Terentius* Eunuch. IV. 6. 21.

Imo hoc cogitato, quicum res tibi eſt.

Quod neque] Quia ita fortis eſt Conſtantinus, ut ei reſiſti non poſſit, & ita manſuetus, ut cauſam reſiſtendi non habeat. BAVNE.

Manſuetudo rationem] Quia ea eſt benignita-

3 tudo rationem. Campum late iacentem tantus miles oppleverat, ut non im-
4 probaret fiduciam, qui inſtructos videret. Quae enim illa fuiſſe dicitur ſpecies? quam atrox viſu? quam formidoloſa? operimento ferri equi atque homines pariter obſepti. Clibanariis in exercitu nomen eſt. Superne omnibus tectis, equorum pectoribus demiſſa lorica, & crurum tenus pendens, ſine

te, ut victis parcat, ideo quilibet, ſanus mente, optime ſibi conſulit non reſiſtendo. PATAROL.

3. *Late iacentem*] *Laxe* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Cod *Liv.* & *Bert.* nec vere, nec veriſimiliter. IAEGERVS. *Lucanus* VII. 565.

Latis proiecta cadavera campis.

Oudend. ad *Caeſar.* B. C. II. 24. 4.

4. *Illa fuiſſe*] *Guelf. iſta fuiſſe.* Vulgata ad ſententiam augendam, & ſpeciei excellentiam melior.

Formidoloſa] Pro formidabilis. Vſus & *Salluſtius: Regibus boni, quam mali, ſuſpectiores ſunt, ſemperque iis aliena virtus formidoloſa eſt. Cicero* Tuſcul. IV. *Conſervatio ſtabilis iudicii in iis rebus, quae formidoloſae ſunt* LIVINEIVS. Quam formidabilis. Eſt enim *formidoloſus* & qui formidat, & qui formidatur. *Cicero* pro Leg. Manil. c. 21. *bellum maximum, formidoloſiſſimumque.* CELLARIVS. Vid. *Reitzius* Ambig. p. 229.

Operimento ferri] Equi & homines ferro omni ex parte cooperti. BAVNE. Male *Guelf. ferro;* de his vide mox notata.

Clibanariis] Ita Perſis dicti, qui Graecis κατάφρακτοι. Alexander Severus oratione ad Senatum, quam *Aelius Lampridius* recitat: *Cataphractarios, quos illi* (ſermo eſt de Perſis) *Clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus. Ammian. Marcellinus: ſparſique cataphracti equites, quos Clibanarios Perſae dictitant, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti,* &c. LIVINEIVS. Equitibus cataphractis, hoc eſt, qui equis ferro undequaque ſeptis, ipſi quoque ferrea lorica armati, inſiderent. De iis *Claudianus:*

Coniuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris,
Horribilis viſu. Credas ſimulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.

κλίβανον vero Graece eſt lorica ferrea. BAVNE. *Cataphractos* Graeci dicunt, quos eodem modo, aut clariore, *Ammianus* XVI. 16. deſcripſit. Adde, ſis, quae ad *Eutropii* VI. 7. notavimus CELLARIVS. Vox haec Perſica, ut patet ex *Lampridio* in Alex. Sever. & *Ammiano* lib. XVI. c. 10. qua ſimilis armaturae genus appellant, cuius deſcriptionem hic habes a Noſtro. Graeci vocant *Cataphractos;* aliis dicuntur etiam *Cataphractarii; Tacito* Annal. lib. III. *Crupellarii.* PATAROL. *Clibanariorum* nomen Graecum eſſe, non Perſicum, oſtendere laborat *Salmaſius* ad locum *Lampridii* ſupra prolatum, contradicente tamen *Caſaubono.* Conf. quoque *Lipſium* de Milit. lib. III. Dial. 6. IAEGERVS. Egregia horum inter alios eſt deſcriptio apud *Iulianum* Orat. I. p. 37. *Clibanarii* itaque erant ipſi, eorumque equi, ferro tecti, quo a *ſcutariis*, ſolo ſcuto tectis, diſtingui docet *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. V. p. 279. horumque, quod ad hunc locum facit, praecipuum in campeſtri praelio uſum fuiſſe docet *Spanhem.* ad *Iuliani* Orat. d. l. p. 246. ex Perſico fonte derivat quoque *Lipſius* ad *Taciti* Annal. III. 23. ex Graeco *Baptiſta Pius* Adnot. Poſter. Syll. III. cap. 81. cum dictos tradat, quia, teſtudinis more, arcuatis muniuntur armis, ad clibani formam. In Gloſſis Nomicis eſt: Κλιβανάριοι· ὁλοσίδηροι; κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύματα καλοῦσι ἀντὶ τοῦ καλαμῆνα. ubi ex *Du Cangio* recte καλύμματα emendat *Roverus* ad Gloſſ. Nomic. cap. 14. melius etiam καλαμῖνα habet *Valeſ.* ad *Ammian.* XVI. 10. p. 142. *Cataphracti equites* dicuntur a Noſtro cap. ſeq. n. 4. qui *cataphractarii* ſunt apud *Trebell. Poll.* Claud. 16. *Vopiſcum* Aurel. 34. quamvis hos a *Clibanariis* parumper differre coniiciat *Gutherius* de Offic. Dom. Aug. III. 12. plura de his habent V. D ad *Ammian.* XVII. 12. *Alardus* ad *Valer. Flacc.* VI. 234. *Cerda* ad *Virgil.* Aeneid. XI. 770. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ* T. V. p. 279. Notae ad *Rufi* Breviar. c. 15. & in primis *Briſſonius* de Regn. Perſ. III. §. 35.

Tectis] *Tacitus* Annal. lib. III. *continuum ferri tegmen,* &c. PATAROL.

Crurum tenus], Male *Guelf. tenuis.*

Vindicabat] Contra vulnera tutos praeſtabat. BAVNE.

2. *Certum eſt pro*] *Certum eſt enim pro, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Deeſt τὸ *enim* in Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* IAEGERVS. *Enim* tuentur *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta: eſt quoque

ſine impedimento greſſus, a noxa vulneris vindicabat.

CAP. XXIII. Te tamen, Imperator, non terruit, nec quod tanto numero duplicabat armatura terrorem, nec quod vim armis numerus addebat. Cer- 2
tum eſt enim, pro negotii modo animoſam eſſe virtutem, quod ex ſerie rerum captum ſuum temperat: in parvis prope ad ſecuritatem remiſſa; in medio-

que in *Puteolana*, ex qua illud revocavit *Paull. Stephanus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti.

Negotii modo] Fortitudinem exercere vim ſuam, prout res poſtulat. BAVNE.

Quod ex ſe rerum captum] Vet. *ex ſerie rerum captum.* PVTEANVS. Locus perdifficilis, ac plane depoſitus ſine libris, in queis nulla hic mihi varietas reperta. Eruebam tamen: *quod ex rerum ſe captu in uſum temperat. Captu*, hoc eſt, conditione & modo, ut Adelphis *Terentii Donatus* expoſuit hoc verſu:

Hic Geta
Praeterea, ut captu' eſt ſervorum, non malus,
Neque iners, alit illas.

addit *Afranium* Simulante:

Is, ut ſervorum eſt captus, facillime
Domo atque noſtra familia provenditur.

In uſum, id eſt, in rem gerendam, ac, quod in manibus ſit, patrandum. LIVINEIVS. Lege, *quod ex ſerie rerum.* Imo potius: *quod ex rerum captu ſuum temperat.* ACIDALIVS. Quod ſe rebus attemperet, & accommodet. BAVNE. Deſperatus *Livineio* locus, niſi quod *captum* conditionem interpretatur. Ex iis autem, quae ſequuntur, ſatis apertus ſenſus eſt. CELLARIVS. Libri MSS. nihil variant, aut iuvant. Doctiſſim. *Livineius* mire aeſtuat in difficili, ac depoſito, ut vocat, loco; tentabat tamen: *quod ex rerum ſe captu in uſum temperat* Quod non modo longius a vulgatis recedit, ſed & verba nimium contorquet. Ob ſimilitudinem inter voces *ſe rerum* tres literae perierunt. Sine controverſia ſcribendum eſt, *quod ex ſerie rerum captum ſuum temperat.* Tres literae *rie* vocis *ſerie*, ob ſequens *τὸ rerum*, neglectae fuerunt ſcribi. *Rerum* vero *ſeries* notiſſima locutio. *Lucanus* lib. III. vs. 75.

Quam ſeriem rerum longa praemittere pompa,
Quas potuit belli facies?

Idem lib. V. vs. 179.

Tanta patet rerum ſeries.

Ovidius Faſt. lib. I. vs. 62.

Ne ſeriem rerum ſcindere cogar.

Seneca Epiſt. 66. *Ex hoc autem rerum ordo ſeriesque contexitur. Mart. Capella* lib. I. p. 22. *Vt quaedam repente prorumpentia velut rerum ſeriem perturbarent. Gellius* lib. VI. c. 2. *Fatum eſt, inquit, ſempiterna quaedam, & indeclinabilis ſeries rerum, & catena Cicero* Nat. Deor. lib. I. p. m. 4. *Eſt enim admirabilis quaedam continuatio, ſeriesque rerum. Proſper Aquitan.* Epigr. 57.

Artifice in ſummo ſine tempore temporis ordo eſt,
Inque Deo rerum non variat ſeries.

Salvianus Praefat. de Gubern. Dei: *ſeriem tantum rerum nitore verborum illuſtrarent.* Et mille huiusmodi. Alia vide apud *Barth.* ad *Phoebad.* Not. p. 98. *Weitzium* Not. ad *Hortil.* Hymnor. p. 272. ibi *Barthium* compilantem, deque voce *ſeries Burman.* ad *Valer. Flacc.* lib. II. vs. 218. *Virgilius* Aeneid. lib. I. vs. 645.

Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum.

WITHOF. Specim. Gunther. cap. 3. p. 82. *Ex ſerie rerum* diſerte legitur in Cod. *Put.* & *Moerl.* itemque *Gud.* quorum auctoritatem hic neceſſario ſequor. Nam coniecturam *Livineii*, contortam illam, & infauſto ſidere natam, quis lectioni tam planae, & apertae anteponat? *Acidalius*, vi ingenii, verum vidit, ſed in ea, qua utebatur, mutandi libertate rurſus deſeruit. *Captus virtutis* eſt modus, ac menſura eius. Sic *Gellius* I. 9. 3. (Pythagoras) *qui exploratus ab eo, idoneusque fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim iubebat, & tempus certum tacere: non omnes idem, ſed aliud aliis tempus, pro aeſtimato captu ſollertiae.* IAE-GE-

diocribus modice intenſior ; ubi magna venerunt , iuxta magnitudinem ex-
3 antlandi operis erigitur. Illa armorum oſtentatio , & operti ferro exer-
citus , qui imbelles oculos vulneraſſent , invictas mentes incitaverunt :
quod imbutus Imperatoris exemplo totis animis eius miles ardeſcit , cum
4 invenit hoſtem , quem vinci deceret. Cataphractos equites , in quibus
maximum ſteterat pugnae robur , ipſe tibi ſumis. His diſciplina pugnan-
di

GERVS. *Eldikio* noſtro legendum videbatur, *quod degenerum captum ſuperat.* Codd. lectionem probo, in exprimendo textu *Iaegerum* ſecutus. De virtute etiam *captum bonorum ſuorum* dixit *Valer. Maxim.* III. 3. ext. 7.

Modice intenſior] Lege, *modico intenſior.* ACIDALIVS.

Exantlandi] Sic *Rhenan. Stephan. Baun. Patar. Cellar.* At *Cuſpin. Livin. Gruter. Put. exanclandi.* Vid. *Erneſti* Clav. *Ciceron.* h. v. Cod. *Moerl. audendi*; a manu correctoris, vel interpretis, ut videtur. IAEGERVS. *Exanclare* nonnulli praeferunt, ab *ancla*, ſive inſtrumento, quo aqua de puteo hauritur. Conf. *Burman* ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. l. 6. p. 83. alterum tamen recte tuetur *Burman. Secundus* ad Anthol. Latin. T. II. p. 460. *Audendi* etiam *Guelf.* qui pro *operis* exhibet *opus.*

3. *Et operti*] *Vt operti*, *Guelf.*

Inbelles oculos] Conf. *Coler.* ad *Tacit.* Mor. Germ. 38. in fin. & ſupr. 7. 1.

Mentes excitaverunt] *Incitaverunt* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Incitaverunt* cum Cod. *Liv.* & *Bert.* recentiores. Sed *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. excitaverunt.* IAEGERVS. *Excitaverunt* eſt ex antiquiſſima *Puteolan.* Primus *incitaverunt*, quod etiam eſt in *Guelf*, repoſuit *Gruterus*; hunc reliqui ſecuti praeter *Rivinum* in pr.

Quod inbutus] Poſſet etiam legi, *quo imbutus:* imo poſſet, ſine damno periodi, vocula illa prima deleri pro ſpuria. GRVTERVS. *Quo* locum vix ac ne vix quidem poteſt habere. Si quid mutandum, deletum vellem τὸ *quod;* & mox pro *deceret* reſcriptum *deceat*, vel *decet.* IAEGERVS. *Quod* rationem indicat, quare mentes incitaverit armorum oſtentatio. *Iaegero* in *decet* adſentior.

Totis] Additur efficaciae cauſſa. Conf. ad *Mamertin.* Geneth. 10. 5.

4. *Cataphractos*] Conf. cap. praeced. n. 4.

Tibi ſumis] Supple *oppugnandos.* BAVNE.

Pugnandi eſt] Coniunctionem *ut* debere adeſſe, monitu vix opus eſt. IAEGERVS. Poteſt *ut* ſubaudiri, ſed forte illud abſorpſit *eſt*, aut latet in ultima ſyllaba τῦ *arietaverint.*

Aciem arctaverint] Vet. *arietaverint.* Ita legendum. Verbum *Senecae* familiare. PVTEANVS. *Arietaverint* Vet. *Bertin.* Forte, *cum in aciem arietav.* LIVINEIVS. *Arietaverint*, perruperint. Ducta metaphora ab arietum ſimilitudine, quibus urbium muri ſubvertebantur. BAVNE. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. arctaverint.* Sed Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl.* cum Edd. ceteris recte *arietaverint. Livineius* particulam *in* ante *aciem* ponendam eſſe ſuſpicatur : & verum eſt, ſaepe eam cum verbo *arietare* iungi. Ita *Cicero* de Divinat. I. 22. ex Bruto *Accii*, de Tarquinii ſomnio :

Cum iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, ſopore placans artus languidos:
Viſu'ſt in ſomnis paſtor ad me adpellere,
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulcritudine;
Praeclarioremque alterum immolare me;
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad caſum dari.

Virgilius Aen. XI. 889. ſq.

Pars caeca, & concita frenis
Arietat in portas.

Sed & ſine illa verbum hoc, tamquam activum, quartum ſibi caſum adſciſcit. *Plautus* Truculent. II. 2. 1.

Quis illic eſt, qui tam proterve noſtras aedis
arietat?

Curtius IX. 7. 22. *Amiſſo utroque telo Macedo gladium coeperat ſtringere, quem, occupatum complexu, pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietavit in terram. Seneca* de Tranquill. c. 1. *Vbi aliquid animum, inſolitum arietari, percuſſit.* Sic ex libris ſcriptis *Lipſius.* IAEGERVS. *Arietaverint* etiam *Guelf.*, quod primus recepit *Gru-*

di eſt, cum aciem arietaverint, ſervent impreſſionis tenorem, &, immunes vulnerum, quidquid oppoſitum, ſine haeſitatione perrumpant.

Cap. XXIV. Sed tu, Imperator prudentiſſime, qui omnes bellandi vias noſſes, opem ex ingenio reperiſti, quod tutiſſimum eſt, eludere, quod eſt difficillimum ſuſtinere. Diducta acie, irrevocabili impetu hoſtes ef-

Gruterus, quamvis veterem lectionem retinuerit *Rivinus*. *Arietare fores*, & ſimilia dedit *Gronov.* Lection. *Plautin.* p. 358.

Inpreſſionis tenorem] Id eſt, in ſuſcepta acriter oppugnatione conſtantes ſint BAVNE. *Moerl.* & *Gud.* male *impreſſiones terrorem.* IAEGERVS.

1. *Tutiſſimum eſt eludere*] Vet & *Vatican. elidere.* PVTEANVS. *Illidere* Vet. *elidere Bertin.* Neutrum bene. LIVINEIVS. Quia tutiſſimum eſt eludere id, quod ad ſuſtinendum eſt difficile. CELLARIVS. Quoniam genus hoc militum tutiſſimum eſt eludere, difficillimum autem ſuſtinere. Ipſi enim vulneribus fere impervii; ideo praeſtat in eos arte uti, & ferri pondere praegraves diſtrahere, ac delaſſare, mox in ipſos motui, ac celeritati impares irruere. Locum hunc ſic interpretor, aliis aliud dicentibus. PATAROL. *Moerl.* cum *Gud. elidere*, minus recte. IAEGERVS. Praeterea *eſt* ignorat *Gud.* ſive *Guelf. Eludere* rectum eſt. Vid. ad Incert. Conſtantin. 13. 1. ſed de interpunctionis veritate dubito; in omnibus enim Edd. *eludere* refertur ad *tutiſſimum eſt;* hoc ſenſu, illud eludere eſt tutiſſimum, quod ſuſtinere eſt difficillimum. Sed in Ed. ſuae margine *Cortius* ita diſtinguit, *quod tutiſſimum eſt: eludere, quod eſt difficillimum*, ut *tutiſſimum eſt* referatur ad *opem ex ingenio;* hac ſententia, tutiſſimum eſt opem ex ingenio reperire, nimirum illud eludere, quod eſt ſuſtinere difficillimum.

Quod eſt difficillimum] *Difficile* ſuffecerit. ACIDALIVS. Malim, *quos eſt d.* IAEGERVS.

2. *Deducta acie*] *Diducta*, *Cuſpin.* Bene: nam contra ſequitur, *reductis agminibus.* Infra iterum: *nam, quae diducta ferre nequeas, his congregatis ſubire ſpei importunioris eſt, quam fiduciae promptioris.* LIVINEIVS. Legendum omnino, *diducta acie*, non *deducta.* extatque noſtrum illud in Editione *Cuſpiniani.* GRVTERVS. & ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* At *Cuſpin.* cum reliquis recte *diducta.* IAEGERVS. *Cuſpinianam* lectionem *diducta* recte revocavit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſunt ſecuti. Priores ex *Puteol.* habent *deducta*, quod etiam eſt in *Guelf.* male. *Diducta acies* eſt, quam Incertus Conſtantin. 9. 1. ita deſcribit: *explicari in frontem ordines, & extendi latius arma iuſſiſti.* in hac autem pugna, de qua loquitur Noſter, hoſtes ſeſe in cunei formam ſtruxiſſe teſtatur Idem cap. 6. 3. deſcendentibus retro in altitudinem lateribus, ut, ſi cum cunei facie pugnarent Conſtantini milites, hos poſterior cunei pars circuiret. Hanc cunei aciem ſuſtinere cum Conſtantino videretur difficillimum, *opem ex ingenio reperit*, ut ſuam aciem *diduceret*, quo cum Conſtantinum cedere putarent hoſtes, & ſeſe *in inpetum effunderent*, a reductis Conſtantini agminibus cingebantur. Nihil tamen hac de re habet Incertus d. l, tantum memorans a Conſtantino praemiſſos, qui obviam irent, & inſidias exercerent, ab ipſo autem Conſtantino cuneum aciemque fuiſſe deiectam.

In revocabilem inpetum] Alias *revoc. imperium in hoſtes.* RHENANVS. Vet. *irrevocabili impetu.* PVTEANVS Forte, *in irrevocabilem impetum.* LIVINEIVS. *In irrevocabilem impetum* edidi, urgente ſententia. Nam lectio prior *in revocabilem* nullo pacto tolerari poterat. Vitiata eſt ob geminam ſimilitudinem literarum, *in inrevocabilem.* GRVTERVS. & ACIDALIVS. Ita diducis aciem, ut hoſtes, progrediendi cupidos, ac nimium ſe effundere auſos, reductis agminibus derepente includas, atque opprimas. BAVNE. Vitioſum *revocabilem* omnes ante *Gruterum* Editiones inſedit. *Livineius* in margine emendationem ex coniectura propoſuit, quam deinde & *Gruterus* admiſit, & Codd *Put.* ac *Moerl.* tuentur, in quibus *irrevocabili impetu* legitur. Peſſimum eſt, quod in ora Ed. *Rhenan.* adnotatur: *al. revocab. imperium in hoſtes.* IAEGERVS. *Irrevocabili impetu* etiam *Guelf. in revocabilem* ex *Puteolana* dederunt Edd. ante *Gruterum*, & poſt eum in pr. *Rivinus. Livineii* coniecturam ex *Gruteri* auctoritate nimis ſecure ſequentes admiſerunt, praeſertim cum in aliam, eamque veriorem, conſentiant tres Codd. *irrevocabili impetu*, quam reſtitui. *Irrevocabilis inpetus* eſt, qui mutari non poteſt, ſed eſt eo modo ſer-

effundis, dein, quos ludiſicandos receperas, reductis agminibus inclu-
dis. Nihil proderat contra tendere, cum ex induſtria tui cederent. Fle-
3 xum ad inſequendum ferreus rigor non dabat. Ita noſtri proditos ſibi cla-
vis adoriuntur: quae gravibus ferratiſque nodis hoſtem vulneri non pa-
tentem caedendo defatigabant, ac maxime capitibus adplicatae, quos ictu
4 perturbaverant, ruere cogebant. Tunc ire praecipites, labi reclines, ſe-
mineces vacillare, aut moribundi ſedilibus attineri, permixta equorum
clade impliciti jacere, qui reperto ſauciandi loco paſſim equitem effreni
do-

ſervandus, quo inſtituebatur, quo ſenſu *irrevocabilem mentis ardorem* militibus *iniicere* dixit *Eumen.* Conſtantio 14. 4. *irrevocabile vulgus*, *Lucanus* I. 509. adde *Burman.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 131. iam vero cataphracti equites, ad quos hic locus pertinet, ſervabant *inpreſſionis tenorem*, ut dixit cap. praeced. in fin. id eſt, eumdem adgrediendi modum, quem inſtituerant, ita ut eum mutare non poſſent, quia, ut mox dicit, *flexum ferreus rigor non dabat.* is itaque inpetus erat *irrevocabilis*, quia in diductam Conſtantini aciem ſeſe equi flectere non poterant, ferri tegumento inpediti; recta itaque, qua inpetum inſtituerant, pergebant, & ſoluta cunei acie *effundebantur.* Hoſtium itaque, non Conſtantini, inpetus eſt intelligendus.

Ludificandos] Lege *ludificando.* ACIDALIVS. Παθητικῶς, vel fortaſſe legendum *ludificando.* BAVNE. Conf. *Waſſe* ad *Salluſt.* Iugurth. 54. parum neceſſaria eſt *Acidalii* coniectura.

Reductis agminibus] *Moerl.* corrupte, *deducis agmin.* IAEGERVS.

Nihil proderat] *Rhenan. nihil prodeat*, quod in excerptis correxit *Schonhovius. Guelf. nil.*

Induſtria tua] *Tui ced.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *tui.* ACIDALIVS. Mendoſe in *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. ex ind. tua*, quod, vera lectione a *Livineio* ex ſuo Codice, & *Bert.* prolata, ceteri omnes merito deſerunt. IAEGERVS. *Tui Guelf.* ante *Gruterum* omnes *tua*, quod retinuit adhuc *Rivinus.*

3. *Adflictae*] *Afflictatae* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Adflictatae* Codd. *Liv. Bert. Lang.* cum Edd *Cuſpin. Gruter. Pariſ. Cellar. Patar.* In Edd. *Rhenan. Stephan. Livin.* legitur *afflictae*, in MS. *Gud.* & *Moerl. applicatae.* IAEGERVS. *Afflictae* eſt ex antiquiſſima *Puteol.* lectumque eſt *Gruterum* uſque, quem in *afflictatae* reliqui ſunt ſecuti, praeter *Rivinum* in pr. qui in ſec. etiam *afflictatae* praetulit. De huius tamen ſcripturae veritate dubito; clavae *capitibus adflictatae* forent frequenter inliſae, quam ſignificationem ex analogiae uſu huic verbo tribui poſſe non nego, tamquam frequentativo a *fligo;* ſed utrum loquendi uſu tributa ſit, non ſatis mihi liquet. *Adflictare* eſt maxime vexare, incommodo adficere, laedere, ut *morbo adflictatus* apud *Sueton.* Veſpas. 2. ubi etiam in aliis eſt *adflictus.* Vid. *Oudendorp. Lactantius* Inſtit. II. 1. 10. *ſi quis aliqua vi adflictatur.* Eſt tamen *adflictare ſeſe* de iis, qui in graviſſimo dolore pectus tundunt, apud *Salluſt.* Catil. 31. 3. & *Petron.* Satyr. 111. at vero hoc frequentem pectoris tundendi actum non adeo quidem indicare videtur, quam univerſum ritum, quo ex dolore corpus vario incommodo adficiebatur, genis lacerandis, crinibus evellendis, & pectore tundendo. Pronior itaque forem in *adflictae*, ut apud *Salluſt.* Hiſtor. II. 10. *ſaxa, aut quid tale capiti adffligebant. Curtium* IV. 6. 23. *ſaxo crus eius adfligitur.* notat enim hoc verbum cum flictu aut ſono alicui rei inlidere, ut contra alios docet *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 39. unde frequens eſt *adfligere terrae*, *ſolo*, de quo *Gronovius* Obſerv. IV. 8. *Heinſius* ad *Ovid.* Met. XII. 139. *Drakenb.* ad *Silium* IX. 631. *Duker.* ad *Florum* IV. 12. 5. Not. ad *Livium* XXIV. 34. 11. *Oudend.* ad *Sueton.* Domit 23. Praetuli tamen *adplicatae*, quod eſt in *Guelf.* & *Moerl* quia, quare ruebant, cauſſa erat, quod capitibus ictus adplicabantur. Ita *Virgilius* Aeneid. X. 536.

Capulo tenus adplicat enſem.

Valer. Max. V. 1. 3. *adplicatum cervicibus tuis mucronem.*

Ruere cogebantur] Vet. *cogebant.* PVTEANVS. Lege *cogebant.* ACIDALIVS. Mendoſe *Rhenan.* & *Stephan. cogebantur.* IAEGERVS. De ſyllaba *ur* addita, vel neglecta dixi ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 6. 2. *Eumenium* Conſtantio 10. 3.

4. *Reclives*] Vet. *reclines.* PVTEANVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. reclives*, ceteri *reclines*, recte. Vid. *Caſaubon. Gruter. Salmas.* ad *Vopiſci* Firmum c. 4. p. 713. Ed. *Hack.* IAEGERVS.

dolore fundebant. Ad unum interfectis omnibus, tuis integris, horro- 5
rem armorum ad miraculum victoriae tranſtulerunt, quod, qui invulnera-
biles habebantur, ſine tuorum vulneribus interiſſent. Antoninus, Impera- 6
tor in toga praeſtans, & non iners nec futilis bello, cum adverſum Par-
thos armis experiretur, viſis cataphractis, adeo totus in metum venit,
ut ultro ad regem conciliatrices pacis litteras daret. Quas cum rex, im- 7
modicus animi, reſpuiſſet, inſolentia quidem barbari debellata eſt, ſed
patefactum eſt, in his armis tantam ineſſe violentiam, ut & vincendus
fide-

RVS. *Reclines* etiam *Guelf.* quod primus recte dedit *Livineius*; *Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus*. *Reclinis toro* eſt apud *Senecam* Hippol. 385. *reclini pectore*, ibid. Herc. Oet. 1643. *reclinis in antro*, *Calpurnius* Eclog. IV. 95. ubi etiam alii *reclivis*. —— De hoc infinitivi uſu in *ire*, *labi*, &c. vide ad Incert. Conſtantino 7. 6.

Aut moribundi] *Guelf. at morib.*

Sedilibus adtineri] Sellas intelligit; quas *ephippia* Graeci vocant. RHENANVS. Conf. *Lipſium* lib. III. Dial. 7. *Moerl.* cum *Gud* habet *ſedibus*, quod non prorſus videtur ſpernendum. Ita enim *Plinius* H. N. VIII. cap. 42. ſect. 64. de Bucephalo: *Neminem hic alium*, *quam Alexandrum*, *regio inſtratus ornatu*, *recepit in ſedem.* Nec tamen ſollicitanda eſt lectio vulgata. IAEGERVS. *Adtineri* eſt detineri. Conf. *Livin.* & *Iaeger.* ad Incertum Conſtantin. 19. 1.

Reperto ſauciandi] *Repetito* Vet. LIVINEIVS. Male *Livineii* Cod. *Repertum locum* dicit; quia ferro omni ex parte equites erant tecti, quos ideo *vulneri non patentes* modo dixit, ſed in quibus ex vario ad ictus evitandos corporis motu, per ferri fiſſuras *reperiri* apertus poterat locus, quo vulnerarentur. Pro *ſauciandi* inepte *Guelf. faciendi.*

Effreni dolore fundebant] Excutiebant. Ita *Livius* X. 11. pr. *ab rapido curſu circumagendo equo effuſus.* IAEGERVS. Per effundebant recte explicat *Marckland.* ad *Statii* Silv. p. 1. Eleganter *effreni* de equis. Vid. ad *Mamertin.* Genethl. 17. 1.

5. *Interfectis*] *Omnibus interfectis*, *Bertin.* LIVINEIVS. Sic omnes omnino, excepto Cod. *Bert.* qui poſt *unum* exhibet *omnibus*, quod, eadem voce proxime ſequente, facile a Librario potuit omitti. Nec tamen ſemper additur: nam & *Virgil.* Aen. V. 687.

Iuppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum
Troianos.

i. e. ſi nondum exoſus es Troianos ad unum omnes: ita & hic: *ad unum interfectis*, ſc omnibus iis. Sed placet maxime diſtinctio *Rhenan.* & *Stephan.* incidentis poſt *omnibus*, quam, neſcio qua de cauſſa ab aliis repudiatam, revocavi. IAEGERVS. Nihil verius hac interpunctione.

Tranſtulerunt] Quibusdam forte non ſatis accurata, nec legibus linguae accommodata videbitur haec ratio loquendi. Quum enim unicum modo adſit ſuppoſitum, dicendum fuerat ex Grammaticorum praeceptis, *ad unum interfecti*; niſi forte in verbo *tranſtulerunt* ſubaudire velimus nomen *homines*, crebro omitti ſolitum. Sed vid. *Sanct.* Minerv. II. 7. 3. ubi Grammaticos refellit, probante *Perizonio.* IAEGERVS.

6. *Antoninus*] L. Antoninus Verus, Marci frater, bellum Parthicum geſſit, & ex eo, una cum Marco, triumphavit: de metu autem, & litteris ultro ad regem datis ſilent, qui hiſtoriam illius compoſuerunt. CELLARIVS.

Adverſum] *Guelf. adverſus.* De locutione *armis experiri* vid. ad Incert. Conſtantin. 8. 3.

In metum venit] Non recordor id in Hiſtoricis legere. Itaque fides ſit penes Auctorem. LIVINEIVS.

Ad regem] Vologaeſum. IDEM.

7. *In his tantam*] Vet. *in his armis* PVTEANVS. *In his armis* Vet. *Bertin.* *Langii* Schedae, *his tantam ineſſe armis violentiam*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *His armis*, *Moerl.* IAEGERVS. *Armis* etiam *Guelf.* Neglectum illud usque ad *Gruterum*, & mox poſt *vincendus* inſertum, quod retinuit *Rivinus.* Praeſtat Codd. ſequi. *Guelf. tantum ineſſe*, ſed tum ſcribendum foret *violentiae.*

Vt ea vincendus] *Vt ea &*, *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *ut & vincendus.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan.* *Stephan.* *Livin*, *Cuſpin.* habet *ut eam*, *Moerl.* *ut in eam*, rectius *Bert.* *ut ea &*. Hinc concinnata eſt lectio *Gruteri*, *Pariſienſium*, *Pataroli*, & *Cellarii*: *in his armis tantam ineſſe violentiam*, *ut & vincendus fideret*, & *ſup. tim.* neglecto pronomine *ea.* IAEGE-

fideret, & ſuperaturus timeret.

Cap. XXV. Quid ego referam poſt tantam, & tam gravem pugnam, quod apud Brixiam magnus quidem & acer equitatus, fuga, quam vi ſua tutior, &
2 primo impetu tuo pulſus, Veronam uſque contendit ad praeſidia maiora? Neque id dedecori fuit, quod excuſati fugiunt, qui tibi cedunt. Contingat quin
3 imo timiditati miſerae res oſtentanda, fuga, quae habuerit dignitatem. Ipſa au-

GERVS. *Guelf. ut in eam vincendus.* Ante *Gruterum* edebatur, excepto *Cuſpin*, *ut ea vincendus*, quod in pr. retinuit *Rivinus*, in ſec. *Gruterum* ſecutus. Propter Codd. mihi legendum videtur, *ut ea*, vel *in ea.*

Armis fideret] *Armis* dele ex Vet. *Bertin.* LIVINEIVS Lege *nimis fideret.* ACIDALIVS. *Armis Moerl.* omittit. IAEGERVS. Etiam *Guelf.* inſertum illud hoc loco fuit ante *Gruterum*, & retinuit adhuc *Rivinus.*

Et ſuperaturus] *Guelf. at ſuper.*

1. *Quid ego*] *Guelf. Quid ergo* male. Vid. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6 1. & 17. 5. eadem permutatio eſt in *Ciceron.* ad Diverſ. II. 15. ubi *Traiectin.* Cod. *ergo res R. vehementer exſpecto.* & V. 17. *ergo & memoria noſtrae veteris amicitiae.* Not. ad *Plinii* Paneg. 5. 7.

Quod apud] *Quod cum apud* Vet. PVTEANVS. *Quod quum*, *Guelf.*, de quo vide mox notata.

Brixiam] *Brixia* urbs Italiae, in Cenomanis olim ſub Ducibus Mediolanenſibus, nunc ditionis Venetae, *Breſſe*, ad Orientem habet Veronam, ad meridiem Bergomum, ad occaſum Cremonam, & Mantuam. BAVNE.

Viſu aſtutior] Pene auſim affirmare, legendum eſſe, *fuga quam vi ſua aſtutior*, ex veſtigiis vulgaris ſcripturae. Et ita inveni in *Fabr.* & *Pith.* PVTEANVS. *Vſu aſtutior* Schedae *Langii.* Multa hic corrupta. Lego indubitato: *magnus quidem, & acer equitatus, ſed fuga quam vi ſua tutior, & primo*, &c. Non me oſtento, mi Lector, ſed tamen (fatendum eſt) egregia emendatio. LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Lege cum *Livineio*, *quam vi ſua tutior.* BAVNE. Lectio vulgata neceſſario mutanda eſt. Pro *viſu Lang.* habet *uſu*, aeque inutiliter. In Cod. *Put.* legitur, *quod cum apud* &c. Mihi τὸ *cum* inſertum videtur a correctore, qui animadverterat, in vulgari ſcriptura male coniunctivum *eſſet* excipi ab indicativo *contendit.* In eodem libro pro *viſu* eſt *vi ſua.* Τὸ *eſſet* facile ex *ſed* naſci potuit. Non dubito itaque, amplecti emendationem *Livineii*, cui ex parte iam obſecutus eſt *Baunius*, pro *quidam* exhibendo *quidem*, ex parte *Cellarius*, & *Patarol*, pro *viſu aſtutior* praeferendo *vi ſua tutior*; uti diſerte *Gud.* Reliqui lectionem depravatam unanimi conſenſu tenent. IAEGERVS. *Cum apud Brixiam* recipi poſſet; *Iaegerum* tamen in eiicienda voce *eſſet* ante *fuga* ſequi malim, quamvis *ſed* ex *Livineii* coniectura minus videretur neceſſarium. Praeterea & ante *primo* omiſit *Iaegerus.*

Excuſati fugiunt] Forte, *fugiant.* ACIDALIVS. Quia excuſationem habent fugae ſuae, qui fugiunt, ut tibi cedant BAVNE.

Timiditati miſerae] *Miſ. timid Bertin.* LIVINEIVS. *Moerl. rigidae timiditati*, male. IAEGERVS. *Miſerae timid.* inverſo ordine etiam *Guelf.*

Fuga quae habuerit] Diſtingue, *oſtentanda*, *fuga*, *quae habuerit.* ACIDALIVS. Ita *Acidalius*, quia in *Rhenan.* hoc modo diſtinguebatur: *res oſtentanda fuga. quae habuerit. Acidalii* interpunctionem recte dederunt *Patarolus*, & *Iaegerus*, quam alii poſt *fuga* neglexerant.

3. *Verona*] De Verona ſupr. Paneg. VIII. cap. 8. BAVNE.

Freta inmanibus copiis] Vet. *referta.* PVTEANVS. Cum omnia perpendo, revocanda eſt lectio exemplaris *Viennenſis*, *ipſa Verona referta immanibus.* GRVTERVS. *Gruterus*, *immanibus copiis.* Recte. *Venet.* Edit. *in manibus.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin. Grut. Pariſ. Cellar. Patar.* pro *immanibus* tamen in *Rhenan.* & *Stephan.* vitioſe eſt *manibus.* Loco τȣ̃ *freta Cuſpin.* praefert *referta*, & ſic etiam *Schonbov.* cum Cod. *Put.* & *Gud.* ad quos proxime accedit *Moerl.* qui *refecta* exhibet. Lectionem *Cuſpin.* revocandam cenſet *Gruterus*; cui paremus libenter. IAEGERVS Codd. etiam in *referta* obſequor, quod poſtulant ſequentia, *in unum conduxerat.* & Incertus Conſtant 8. 1. qui de Verona; *maximo hoſtium exercitu tenebatur.* —— *In manibus* eſt in *Puteol.* ſed *inmanes copiae* ſunt, ſine ullo conſilio in bella ruentes, &, ſpreto periculo, inaudita tentantes, ut h. l. explicuit Pater ad *Plinii* Paneg. 17. 2.

Cladem accepiſſet] Vet. *clades.* PVTEANVS. *Cla-*

autem Verona, referta immanibus copiis, quas in unum adventus tui formido
conduxerat, cum multorum iam clades accepiſſet, facta eſt parumper metu cau-
tior, non ratione felicior. Muris ſe ab impetu vindicat. Aderat quidem Ru 4
ricius, experientiſſimus belli, & tyrannicorum ducum culmen. Per tota ad-
modum moenia magna vis hominum; & apud Brixiam plerique iam fracti. Vt
in corpore, cum aliqua pars aegra eſt, valetudo omnis contaminari ſolet; ſic
il-

Clades Vet. *Bertin Cuſpin.* LIVINEIVS. *Clades* ſcripti, & Edd. meliores. *Rhenan. Stephan. Livin cladem* IAEGERVS. *Clades Guelf.* & excerpta *Schonbovii.* Recte *Cuſpinianam* lectionem revocavit primus *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* ceteri ſunt ſecuti.

Metu cunctatior] Vet. & *Vatican metu cautior.* PVTEANVS. *Cautior* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. cunctatior.* Coniungit utrumque *Plinius* Ep. II. 16. 4. *cunctatior fortaſſe & cautior eſſe deberem* IAEGERVS. *Guelf. cautior*, quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* reliqui.

Ratione fidelior] Vet. & *Vatican. felicior.* PVTEANVS. *Felicior* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Corrupte *Rhenan.* cum *Stephan.* & *Livin. rat. fidelior.* IAEGERVS. *Felicior* etiam *Guelf.* & *Schonbovii* excerpta, quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Gruterus*, a quo ceteri non, niſi in pr. *Rivinus*, diſſentiunt.

4. *Expedientiſſimus belli*] *Experientiſſimus* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS *Livineius* in textu *expedientiſſimus*, vitioſe. IAEGERVS. Vnde hanc lectionem habuerit *Livineius*, ignoro; ſolus eum eſt ſecutus *Paull. Stephanus*; vulgatam cum Codd. habent omnes reliqui. De Ruricio illo plura dixi ad Incert. Conſtantin. 8. 1.

Tyrannicorum ducum columen] *Moerl. tyrannorum ducum culmen*, minus recte. IAEGERVS. *Columen* hoc loco placuit *Elmenborſtio* ad *A nob.* adv. Gent. I. p. 11. ut *columen rebus noſtris* quidam legunt apud *Livium* I. 39. 3. *columen imperii*, *libertatis*, *patriae*, & ſimilia ſunt apud eumd. VI. 37. 10. XXXVIII. 51. 4. *Senecam* Octav. 160. Troad. 124. ſed eodem ſenſu quoque eſt *culmen*, ut apud *Claudian.* Conſ. Manl. Prol. 7. *Burman.* ad eumd. in Rufin. I. 22 idque cauſſam dediſſe videtur, quare utramque vocem ſaepe confuderint Librarii, & dubium ſit, quid praeferas. Vid. *Burman.* ad *Lucan.* VII. 593. & ad *Servium* ad *Virgil.* Aeneid. VIII. 664. hic tamen *culmen*, quod quoque habet *Guelf.*, reſtitui; ut enim *culmina rerum*, *patriae*, ſunt, qui ſummis dignitatibus praeſunt, vid ad *Sedulium* I. 347. ita hic notat reliquorum ducum Praefectum; ut de Verona etiam Incertus Conſtantin. 8. 1. *acerrimis ducibus*, *pertinaciſſimoque Praefecto.* ubi *Praefectus* idem eſt, atque hic *culmen.* Conf. *Snakenb.* ad *Curtium* IX 6. 8. Not. ad *Lucan.* VII. 594.

Admodum moenia] *Salvianus: Omnes admodum homines*, *qui pertinere ad humani officii culturam exiſtimarant*, *ut aliquod linguarum opus ſtudio ingeniorum excuderent*, *id Spiritali cura elaborarunt*, &c. Rurſum: *Aiunt igitur a Deo omnia praetermitti*, *quia nec coerceat malos*, *nec tueatur bonos*, *& ideo in hoc ſaeculo deteriorem admodum ſtatum eſſe meliorum.* Vtitur & alias toto opere frequenter. LIVINEIVS. I. e. per tota omnino moenia. Vid. explicantem hanc vim particulae *admodum Facciolatum* Epiſt. 9. p. m. 432. ſqq. IAEGERVS. Supr. 20. 1. *antiqua admodum res eſt.* *Mamertin.* Grat. act. Iulian. 24. 2. *caritates admodum rarae.* neque alio ſunt modo capiendi *admodum inpuberes* in L. 3. §. 1. D. de Sepulcr. viol. de quo *Ioan. Cannegieter* Obſerv c. 2. §. 6.

Et apud Brixiam] Forte, *ſed apud.* LIVINEIVS & ACIDALIVS. Vocula *ſed*, cum & aptior ſit h. l., & iam recepta *Cellario*, *Pataroloque*, & frequenter cum illa altera permutari ſolita, nobis quoque viſa eſt admittenda IAEGERVS. Cum de variante nihil monuerit *Puteanus*, in ipſius Codd. fuit *&*, ab omnibus etiam *Cellario* prioribus ſervatum, neque contra Codd. admittendae in textum *Livineii* coniecturae neceſſitatem video, cum *&* adverſativae quoque vim habeat, de quo ad *Mamertin.* Genethl. 2. 2. & Filius meus, *Herm. Arntzenius* Epiſt. Crit. ad Cl. *Ruardi* p. 35. priſcam igitur ſcripturam reſtitui.

Fracti ut] *Fracti at ut* Schedae *Langii.* Forte. *atque.* LIVINEIVS. Non male *Livineius.* Sed potuit etiam illud *at* perperam ſcribi pro *ut*, & deinde haec particula, quippe neceſſaria, rurſus addi. IAEGERVS.

illius multitudinis portio, malo adfecta, totum exercitum timoris contagio diſ-
5 ſiparat. Quam faciles lapſus infirmitas habet, cum eam intempeſtiva movet au-
6 dacia, cum ſaepe alias, tum maxime in illa obſidione perſpectum eſt. Clauſi
impetum faciunt, &, qui ſe aliquamdiu latendo a morte defenderant, facta pu-
gnan-

Malo adfecta] Forte, *male adfecta*. LIVINEIVS. Sed vid. *Burman.* ad *Phaedr.* I. 5. 10. ubi locutionem illam *malo adfici* adverſus *Gudium*, & *Bentleium* tuetur. IAEGERVS.

Totum exercitum] Aliquid aliud verbi fuiſſe videtur. Si verum id ipſum, conformanda reliqua erunt, *totum in exercitum timoris contagia diſſiparat.* ACIDALIVS. Non diſplicet facilis *Acidalii* coniectura; in vulgata enim iuſta deeſt comparatio; cum *aegra corporis parte*, *valetudinem contaminante* comparari nequit militum *portio*, *totum exercitum* ex timore *diſſipans*, ſed recte conveniunt *pars corporis aegra*, & *multitudinis portio malo adfecta*, deinde *valetudo* per partem corporis aegram *contaminata*, & *exercitus*, *in quem timoris contagia ſunt diſſipata* per illam portionem. Ceterum verba a *contagio diſſiparat* uſque ad *audacia* deſunt in *Guelf.*

5. *Infirmitas habet*] *Haberet*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *habeat*, vel *haberet.* ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.*, *het*, ſuperaddita lineola, *Cuſpin.* In *Bert.* legitur *haberet*, quod ceteris placuit. *Acidalius* legi iubet *habeat*, vel *haberet*. Prius illud utique magis videtur conſentaneum. Sed nec damnandum eſt τὸ *habet:* ſaepe enim Latini, more Graecorum, particulis interrogativis, cum vim interrogandi depoſuerunt, iungunt indicativum. Vid. *Vechner.* Hellenolex. I. 2. 36. ibique *Heuſinger.* & A. p. 385. ſq. IAEGERVS. *Haberet* primum recepit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſecuti. Nullam inperfecti huius neceſſitatem video; &, cum ſola *Bertin.* auctoritate nitatur, prius *habet* reſtitui, quamvis in *habeat* ſim pronior.

Movit audacia] Vet. *movet.* PVTEANVS. *Movet*, *Bertin.* LIVINEIVS. Codd. ſum obſecutus.

Obſidione perſpectum] *Guelf in illa proſpectum eſt*, omiſſo *obſidione*, male. *Proſpectum* eſt ex vulgato Librariorum errore, de quo ad *Mamertin.* Maximian. 8. 2.

6. *Pugnandi cauſſa*] *Pugnandi copia*, *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. An? *facto pugn. caſu*, id eſt, occaſione, ut apud *Tacitum* monſtramus exemplis ACIDALIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin* cum *Cuſpin.* Quod vitioſum eſſe iudicans *Acidalius* corrigit: *facto pugnandi caſu*, i. e. occaſione, ut apud *Tacitum* exemplis ſe monſtraſſe perhibet. Ea ſunt. puto, Annal. I. 13. 2. & XI. 9 1. *caſum dare*. ibid. IV. 50. 4. *caſum aperire*, XII. 28. 1. *ſi Catti cupidine ulciſcendi caſum pugnae praeberent*, eodem libro, c. 50. 1. *caſum invadendae Armeniae obveniſſe ratus.* & XIII. 36. 2. *bene gerendae rei caſum offerri. Bert.* & *Lang* cum reliquis *f. p. copia.* Videtur tamen haec lectio ab ingenio correctoris profecta, *Acidaliique* emendatio eſſe praeferenda. Certe multo facilius pro *caſu* potuit *cauſa*, quam *cauſa* pro *copia* ſcribi. Sed & lectio illa antiquiorum ſatis ſe poteſt tueri. Nam *cauſa* etiam occaſionem ſignificat, e. g. *Cicer.* de Divinat. II. 2. *Ac mihi quidem explicandae philoſophiae cauſam adtulit gravis caſus civitatis, cum in armis civilibus nec tueri meo more rem publicam, nec nihil agere poteram.* Conf. *Caeſar.* B C. II. 28. IAEGERVS. *Bertinienſis* Cod. ſcripturam recepit *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* omnes ſunt ſecuti, ſine ulla neceſſitate. *Cauſſa* tuetur *Guelf.* & in ſuis id quoque habuiſſe videtur *Puteanus*, quia ad Ed. *Rhenan.* nihil notavit Hoc itaque reſtitui. *Pugnandi cauſſam* ſua dabant eruptione, quae non fuiſſet, ſi intra moenia ſeſe tenuiſſent. Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 20. 4.

Eruptionis] Conf. Incertum Conſtantin. 8. 3.

7. *Spe iam laſſa*] *Spes laſſa* idem eſſe videtur, atque *res laſſa* apud *Plautum* Stich. IV. 1. 6. *Colvius* tamen ad *Apuleium* Metam. I. p. 74. emendabat *caſſa*, id eſt, nil profutura, in quo metaphoram a nucibus, quae vacuae reperiuntur, notat *Barthius* ad *Stat.* Theb. IX. 629. ita *caſſa formido* apud *Pricaeum* ad *Apul.* Metam. VIII. p. 404. *caſſus furor*, *Seneca* Troad. 679. *caſſa conſilia*, ibid. 570. *caſſa fides*, de qua *Heinſius* ad *Silium* I. 481. *caſſae preces*, *Lactant.* Epit. 71. 7. Si quid tamen emendandum, mallem *lapſa*, quod cum *laſſa* confundi docent *Heinſius* ad *Claudian.* Conf. Honor. III. 176. Rapt. Prof III. 352. ad *Virgil.* Georg. IV. 449 *Drakenb.* ad *Silium* X. 606. ubi ex *Leid.* Cod. etiam *laſſas* notatum habeo, Not. Patern. ad *Plin.* Pan. 18. 1. *Burman.* ad *Lucan.* II. 340. *Canneg.* ad *Avian.* IV. 13. *Burman.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 532. *Klotz* Miſcell. p. 62. 64. & 70. forte etiam legi poſſet *re iam laſſa*, aut *lapſa.*

Et

gnandi cauſſa, poenas eruptionis temerariae pependerunt. Idemque Ruricius, 7
magna ſuorum clade, reiectus in moenia, ſpe iam laſſa, & adhuc mente veſana, cum ſe Verona proripuiſſet, novos eodem egit exercitus, &, praecipitante iam die, bellum non detractavit, pugnae avidior, quam ſalutis. Sed eum exitus magis,

Et adhuc] *Sed* Schedae *Langii*. LIVINEIVS. Forte, *ſed adhuc mente veſan.* ACIDALIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan Livin.* Pro *&* legendum eſſe *ſed* coniectura adſecutus eſt *Acidalius*, & ex *Lang.* oſtendit *Livineius*; eamque lectionem reliqui iure, meritoque tuentur. IAEGERVS. Non audeo *Acidalii* coniecturam, qualis etiam in *Lang.* eſſe videtur, contra Codd. in contextum admittere; ſaltem *Guelf.* tuetur *&*, neque aliter *Puteani* Codd., cum variantem non notaverit; eodem itaque iure hic *&* revocavi, quo hoc cap. n. 5. *& apud Brixiam.*

Veronam proripuiſſet] At intra Veronam obſidebatur, & iam praeceſſit: *Aderat quidem Ruricius.* &c. Reſcribe ergo *Verona.* Superiore Panegyrico: *ut ipſe etiam Dux cum parte copiarum ad accerſenda auxilia muris exceſſerit.* LIVINEIVS. Forte *Verona* Res eadem narratur Panegyr. incerti Auctoris eidem Conſtantino dicto: *Vt ipſe etiam Dux cum parte copiarum ad accerſenda auxilia muris exceſſerit, maiorem miſer adducturus exercitum, ut maiore comitatu cladis occideret.* ACIDALIVS. Emendationem *Livineii*, neceſſariam prorſus, & πάσης ἀποδοχῆς ἀξίαν, in contextum admiſit *Cellarius*, & *Patarol*, quos ſequor. IAEGERVS. Recte *Verona*. *Proripere Verona* eſt idem, quod in ipſa hac hiſtoria dixit Incertus Conſtantin. 8. 3. *muris excedere ad arceſſenda auxilia*, quae per *novos exercitus* hic intellexiſſe videtur. Ita *Caeſar* B. C. II. 12. 1. *ſeſe porta foras univerſi proripiunt.* & *Livius* II. 24. 7. *ex tota urbe proripientium.* eſt enim huius verbi in iis uſus, qui loco exeunt, domo, Curia, ſimilibusque, cuiusmodi exempla dederunt *Drakenb.* ad *Livium* II. 23. 8. *Gebhard.* ad eumd. VIII. 6. 2. *Oudendorp* ad *Caeſar.* B. C. I. 80. 3. & ad *Sueton.* Cal. 35. hinc ſi *Veronam* vera eſſet lectio, addi debuiſſet *inde*, aut locus, ex quo ſe proripuiſſet, ut apud *Salluſt.* Catil. 32. 1. *ſe ex Curia domum proripuit.* Ex his itaque adparet, rationem, quare *Veronam* damnet *Livineius*, in univerſum veram non eſſe; quamvis enim intra Veronam obſidebatur, nihil obſtat, quin *Veronam* legi poſſet, ſi modo locus, ex quo ſe proripuiſſet, fuiſſet additus, facta nimirum in aliquem locum eruptione, ex quo in urbem ſeſe iterum proripuiſſet. Potius itaque *Verona* ex rei geſtae ſerie veri ſpeciem habet. Vrbem hanc ab omni parte circumfluebat Atheſis, ut docui ad Incert. Conſtant. 8. 1. ab altera igitur evehendis copiis erat tuta, ut illic adfirmat Incertus. Ab obſeſſis contra Conſtantinum fit eruptio, duce Ruricio, ſed is *in moenia reiicitur*, omnibus, qui eruptionem tentaverant, caeſis, ut tradit Incertus d. l. n. 3. inminutas vero copias auxiliis ſupplere conatus eſt Ruricius; *urbe* itaque ſe *proripuit* ad auxilia illa arceſſenda, quod propter eam ab altera parte per flumen tutam facere poterat; ita enim Incertus d. l. *dux cum parte copiarum ad arceſſenda auxilia muris exceſſerit*, eaque accepiſſe auxilia videtur, quia *novos* in urbem *exercitus egiſſe* Noſter tradit.

Egit exercitus] *Cogit* Vet. Forte, *coëgit.* LIVINEIVS. Non deferendam eſſe lectionem vulgarem & ἔτυμον nominis *agmen* monet, & exempla alia huic noſtro ſimilia. *Claudian.* Idyll. I. de Phoenic. vs. 83. ſq.

Talis barbaricas flavo de Tigride turmas
Ductor Parthus agit.

Conf. *I. F. Gronov.* ad *Livium* VI. 28. & XXV. 9. IAEGERVS. *Curtius* V. 4. 39. IX. 10. 14. Not. ad *Caeſar.* B. G. VIII. 7. 7. ad *Hirtium* Afric. 26. 3.

Praecipitante iam die] Inclinante. Aeneid. lib. II. 8.

Et iam nox humida caelo
Praecipitat.

BAVNE. *Pacatus* Paneg. 35. 2. *praecipiti die manum conſerere non poterat.* ubi plura Pater meus, & quae dedi ad *Sedul.* III. 219.

Detrectavit] *Guelf. detractavit*, quod reſtitui, quia eſt conſtans optimorum Codd. ſcriptura, de quo *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 53. 8. *Burman.* ad *Samonic.* de Medicin. 481. ad *Virgil.* Aen. II. 719. *Drak.* ad *Liv.* XXXIV. 15. 9. *Oudend* ad *Frontin.* III. 6. 7. *Duker.* ad *Flor.* I. 22. 2. III. 6. 12. Not. Patern ad *Victor.* Inluſtr. 63. 4. *Burman* ad *Propert.* II. 2. 11.

Exitus magis] Sciebat Ruricius, quid ſua auda-

gis, quam merita fefellerunt. Nam furorem mors domuit, quem non poterat nec conſiderati ratio, nec victi formido ſanare.

Cap. XXVI. O nox illa aeternis ſeculis, monumentisque mandan-

dacia mereretur, at bonum tamen praelii exitum ſperabat, in quo deceptus eſt, ſicque eum exitus magis, quam merita fefellerunt. BAVNE. *Guelf. exercitus magis*, quod de auxiliis accipi poſſet, quibus ſe Conſtantinum repulſurum confidebat, quae tamen fallebant. Vulgatum vero ſervare malim.

Potuerat conſiderati ratio] *Nec conſiderati* Vet. *Cuſpin. nec conſiderata*, *Bertin. potuerat conſiderati*, *Rhenan. Conſiderati* (ſic enim legendum) id eſt, circumſpecti, ſcilicet hominis, aut Ducis. LIVINEIVS. Nec circumſpecti, aut prudentis ratio, nec formido, quae in viros cadere interdum ſolet. BAVNE. *Potuerat conſiderata* edidit *Livineius*. Voculam *nec* poſt *potuerat* omittit etiam *Rhenan.* cum *Stephan.* At *Cuſpin.* cum reliquis Edd. & MSS. eam tuentur. Vid. de geminata negatione negante laudatum iam saepius *Vechnerum* I. 2. 35. & quae in nota (*o*) adfert *Heuſinger*, & An. *Conſiderati*, i. e. prudentis, & circumſpecti, ut iam *Livineius* monuit, in ceteris omnibus reperitur. IAEGERVS. *Nec conſiderati*, *Guelf.* In *Putcol.* eſt *potuerat conſiderati*, omiſſo *nec:* & ita *Rhen. Henr. Stephanus*, & *Rivinus* in pr. *Livineii* ſcripturam *conſiderati ratio* ſecutus eſt *Paull. Stephanus;* denique *nec conſiderati* ex *Cuſpin.* revocavit *Gruterus*, & ſequentes, etiam in ſec. *Rivinus*, quod optime explicuit *Livineius*. Duplicem negationem, quae vel pro una ponatur, vel fortius neget, tuentur exempla apud *Fabrum* ad *Ciceron.* Acad. Quaeſt. IV. 44. *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 13. 5. *Duker.* ad *Flor.* III. 17. 9. *Drakenb.* ad *Livium* III. 26. 5. *Oudend.* ad *Caeſ.* B. G. V. 23. 3. VII. 77. 9. *Hirtium* B. Afric. 26. 3. *Sueton* Tiber. 26.

1. *Aeternis*] Male *Guelf. externis*, frequenti permutatione, de qua *Drakenb.* ad *Livium* III. 32. 5. *Burman.* ad *Lucan.* III. 311. *Cannegieter* ad Fragm. Vet. Iuriſpr. p. 297. *Burmann. Secund.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 232. & 448. T. II. p. 717.

Spiris tenebriſque congreſſus fortunae] Aliis *congreſſis*. RHENANVS. *Congreſſus* Vet. Hic locus ſic legendus eſt: *quod cum ſpiſſis tenebris, atque congreſſus fortunae*, &c. ut τὸ *congreſſus* ſit gignendi caſus. PVTEANVS. *Eum ſpiculis terebriſque*, *Bertin.* Inepte. Tu *ſpiris* accipe, ut in *Enniano* fragmento apud *Feſtum:*

Spiras legionibus nexunt.

Congreſſu Vet. *Bertin*. *congreſſis Langii* Schedae. Probe. LIVINEIVS. Lego, *ſpiſſis tenebris.* MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 31. Amplector & ego *Langiani* Codicis ſcripturam. *congreſſis.* Sed tamen mendoſum adhuc illud *ſpiris*, quidquid dicat *Livineius.* GRVTERVS. Lege: *quum ſpiſſis tenebris quidem congreſſis*, vel *quum per tenebras quidem* &c. ACIDALIVS *Spiſſis tenebris congreſſus*, id eſt, certaminis mox *fortunae totum liceret*, id eſt, eventus omnis penes fortunam eſſet Ita autem locum, Interpretum omnium iudicio depravatiſſimum, emendandum puto pro *ſpiris*, *tenebriſque*, quod extat in vulgaribus Editionibus BAVNE. Retinere malui vulgatam lectionem, quam emendare cum *Puteano*, & P. *de la Baune*, *ſpiſſis tenebris.* Non eſt novum durioris phraſis in hiſce Orationibus exemplum, in hac praecipue, quae longe barbaro dicendi genere abundat. Legimus & apud *Ennium: Spiras legionibus nexunt*, quod appoſite adnotat *Livineius*, quidquid dicat *Gruterus.* PATAROL. Videamus primum de lectione conſtituenda; deinde de interpretatione. *Cum ſpiris tenebriſque congreſſus* edidit *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* & ſic etiam *Moerl.* habet. Pro *ſpiris* in *Bert.* eſt *ſpiculis*, quod merito, ut ineptum, reiicit *Livineius.* Pro *congreſſus* in Cod. *Liv. Bert. Moerl.* legitur *congreſſu*, & ſic quoque in *Gud*, in quo & *ſpiris* deeſt: in *Lang.* & ora Ed. *Rhenan congreſſis*, quod probat *Livineius* aeque ac *Gruterus*, qui in textum ſuum recepit, eumque ſequitur *Pariſ* prior, & *Patarol.* Denique τὸ *ſpiris* in *ſpiſſis* mutavit *Baunius*, idemque fecit *Cellarius*, qui, ex *Acidalii* ſententia, etiam particulam *que* in *quidem* reformavit. Vocem *ſpiris* vix eſt ut commode retineamus; quamquam & *Lipſius* de Milit. Rom. lib II. Dial. 4. eam in hoc *Nazarii* loco, quem laudat, ut genuinam agnoſcat, & σπεῖρας *cohortes* eſſe oſtendat. Sed, qua ratione *cohortes* & *tenebrae congreſſae eſſe* non inepte dicantur, mihi quidem obſcurum eſt. Porro pro *tenebriſque* &c. aut *tenebris atque congreſſus fort.* ut cenſet *Puteanus*, cuius nequaquam ſpernenda eſt ſententia, aut, cum *Acidalio*, *tenebris quidem* legendum omnino videtur. Particulas *que* & *quidem* permutari saepius

danda! cum, ſpiſſis tenebris quidem congreſſis, Fortunae totum liceret, tu tamen, Imperator, non intutior tempore, quam Deo tectior, ſaeviſſimo hoſti multus inſtares, &, libertate caedis exſultans, do-

pius ad *Cornel. Nep.* Iphicrat. 2. 4. & *Plinii* Paneg. Obſerv. 21. p. 511. b. ſq. docuerunt *Heuſingerus*, & *Schwarzius.* Quod ſi quis τὸ *ſpiris* praefracte defendendum ſuſcipiat, poſſit fortaſſe intelligere de flexuoſis orbibus pugnantium, ut e. gr. *Livius* XXI. 56. *milites utrimque in orbem pugnaſſe* dicit: & tunc ſenſus erit: cum nihil non liceret Fortunae, propter ſpiras, & tenebras *congreſſus*, (gignendi caſu) i. e. militibus in orbem, & in tenebris congreſſis, atque pugnantibus. Verum non auſim hanc interpretationem pro certa, & vera venditare. Sequor itaque lectionem *Cellarii*, cuius haec eſt ſententia: cum, *vobis* (hoc ſcil. ſubaudiendum,) in ſpiſſis quidem tenebris pugnantibus, Fortunae totum liceret, tu tamen, Imperator, — hoſti multus inſtares, &c. IAEGERVS. *Spiris tenebrisque* eſt in *Puteol.* quod ſecuti quoque ſunt *Paull. Stephanus*, & in utraque *Rivinus.* De reliquis otium mihi fecit adcurata *Iaegeri* diligentia. Eſt certe hic locus ex vexatiſſimis unus. Vt *congreſſus* gignendi caſu capiamus, durum mihi contortumque videtur. *Spiſſis tenebris congreſſis* etiam non capio: *congreſſis* enim ad *tenebris* referri nequit, ut vero per ellipſin interpretemur *vobis congreſſis*, ideo parum placet, quia nihil praeceſſit, quod *vos* poſtulet. Deinde *totum liceret* explicant omnia liceret, id eſt, ut per tenebras paſſim hoſtes interficerentur, omniaque agere liceret, quae die haud forent permiſſa, quae *noctis licentia* eſt apud *Tacitum* Hiſt. I. 49. ſed neque huic interpretationi adquieſcere poſſum, tum quia hoc loquendi genus a *Nazario* videtur alienum, tum vero etiam, quia ſequens *tamen* indicat, in hac poſteriori periodo ſententiam proponi priori contrariam; quod in hac interpretatione non adparet; haeret praeterea verborum nexus: *cum — fortunae totum liceret, tu tamen — hoſti inſtares — interritus vadis.* Vt brevis ſim, verba ſequentia *non intutior tempore* indicare videntur, in praecedentibus actum fuiſſe de eo, quod *non tutum* erat; deinde *ſpiſſis*, quod eſt ex ſola coniectura, omitti poſſet, cum illud ignoret *Guelf.* retineatur tamen propter reliquorum Codd. in *ſpiris* conſenſum, ex quo veriſimiliter hoc eruatur, ut *ſpiſſas nubes* dixit *Curtius* IV. 13. 16. & VIII. 13. 24 Graviſſimum vero ulcus eſt in *totum liceret*; non niſi duriori remedio tollendum. Ex Codd. lectione *cum ſpiris tenebrisque congreſſu fortunae totum liceret*, effingo, *cum ſpiſſis tenebris, quae congreſſum fortunae tutum* (aut *fortunae tuae tutum*) *non pollicerentur.* Scriptum fuit, addita lineola, *pollíceretur.* cum vero prior forte ſyllaba *pol* excidiſſet, ex *liceretur* fecit *liceret* Librarius, neglecta toties in paſſivis *ur* ſyllaba, de quo ad *Mamertin.* Genethl. 6. 2. *Eumen.* Conſtantio 10. 3. *non* abſorpſit ultima littera in *toto*, ut in Codd., addita lineola, pro *totum* fuit ſcriptum. Denique *totum* in *tutum* mutavi ex frequenti permutatione. Ni fallor, ita omnia apte procedunt: cum tenebris, quae tutam armis tuis felicibus pugnam non pollicebantur, tu tamen, Imperator, tutus illo noctis tempore hoſti inſtares, per infeſtas acies interritus vadis.

Totum liceret] Quod *totum* hic dicitur pro *omnia*, factum id eſt ex conſuetudine aetatis poſterioris, de qua vid. *Caſaub.* ad *Spartiani* Sever. c. 22. p. 638. Ed. *Hack.* IAEGERVS. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 10. 5 ſed vid. praeced. obſervat.

Intutior] (*Non intutior — a Deo tectior*) Tolle ineptam parentheſin. ACIDALIVS.

Adeo tectior] *Deo tectior* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Deo Moerl.* cum Edd. recentioribus. *Cuſpin.* & *Livin.* vitioſe *q. adeo t.* nec ſatis recte *Rhenan.* cum *Stephan. a deo.* IAEGERVS. *Rhenanum* in pr. etiam eſt ſecutus *Rivinus*, *Livineium Paull. Stephanus. quam Deo tectior* recte recepit *Gruterus*, quod etiam eſt in *Guelf.* Similem in *adeo* & *Deo* permutationem notavi ad *Mamertin.* Genethl. 3. 8. Comparativi notant, aeque tutus tempore, quam Deo tectus. vid. ad cap. 1. 3.

Inultus inſtares] *Multus inſtares* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Bene habebit locus, alioquin mire tortuoſus, detractis binis tantum literis, ſi, inquam, ſcribatur, *multus inſtare, & libertate caedis exultans, donum noctis ducere, quod*, etc. ut ſit enallage. GRVTERVS. Lege *inſtare*, & mox *ducere.* BAVNE. Ego nihil immuto. PATAROL. Mendoſe *Livineius*, *inultus. Multus inſtat*, qui graviter urget, ac premit. Sic *Salluſt.* Iug. 84. 1. de Mario: *antea iam infeſtus nobilitati, tum vero multus atque ferox inſtare.* Huius adiectivi non minus elegans, quam frequens uſus eſt in illis occaſionibus, ubi magnitudinis, multitudinis, atrocitatis, celeritatis, vel in

donum noctis duceres, quod pugnantem nemo ſervaret. Per infeſtas acies in-
2 territus vadis, denſiſſima quaeque perrumpis, deiicis, proteris. Mortis decus
perdunt, quos ignoratus adfligis: niſi quod te ipſa vis tua cogit agnoſci. Ni-
hil enim te permovent tubarum fractae voces, horrendus militum clamor, per-
miſſa caſibus vulnera, illiſi cominus gladii, cadentium graves gemitus, arma la-
te ſtrepentia, & in unum quemdam ſonitum diverſi fragoris acta confuſio, quod
3 haec omnia aut virtus negligit, aut ira non ſentit. Nox ipſa, iuſtiſſima bellan-
tibus cauſſa terroris, vehementiorem te agendis ſtragibus fecerat. Quod ſolum
enim virtutis tuae impedimentum eſt, miſerationem tenebrae non habent: ut in-
tel-

in ſumma cuiuſpiam in re quacumque exſuperantiae ſignificatio eſt; quem ad modum etiam de Graecorum nomine πολὺς ad *Viger.* III. 10. p. m. 117. *Hoogeveen*, V. C., docet. IAEGERVS. *Inultus* ſoli habent *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, ex frequenti permutatione, de qua *Heinſ.* ad *Curt.* III. 11. 15. *Drakenb.* ad *Silium* IV. 16. & *Livium* III. 38. 3. Vulgata eſt in Codd., & recte; notat enim idemtidem, ſaepe inſtares, multus in eo eras, ut inſtares; ita iam explicuit *Gronov.* ad *Livium* XXV. 18. 2. adde de hoc uſu *Taubman.* ad *Plaut.* Menaech. II. 2. 41. *Duker.* ad *Flor.* IV. 2. 50. *Oudend.* ad *Sueton.* Vit. Lucan. p. 995. quo modo *multus* etiam dicitur, qui multum negotii alicui faceſſit. *Cort.* ad *Cicer.* ad Diverſ. III. 10. 6. *Salluſt.* Iugurth. 84. 1. —— *Hoſti inſtare* explicuit Pater ad *Plinii* Paneg. 17. 2.

Donum noctis] Putares, te a nocte beneficii loco accipere, quod nemo te obſervaret dimicantem. BAVNE.

Nemo ſervaret] I. e. obſervaret; hinc mox: *ignoratus adfligis, niſi quod te ipſa vis tua cogit agnoſci.* Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 3. 2. Neglectam in quibuſdam Edd. maiorem diſtinctionem poſt *ſervaret*, *Patarolum*, & *Iaegerum* ſecutus reſtitui.

Prorumpis] Vet. *perrumpis.* PVTEANVS. *Perrumpis* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. prorumpis.* Sed meliorem lectionem, petitam ex Cod. *Liv.* & *Bert.*, quibus & *Put.* cum *Moerl.* accedit, exhibent Edd. poſteriores. IAEGERVS. *Prorumpis* fluxit ex *Puteol. perrumpis* etiam *Guelf.* quod recte dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

2. *Mortis decus*] Aeneas apud *Virgilium*, interfecto Lauſo, Aeneid. X.

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem,
Aeneae magni dextra cadis.

Camilla quoque, occiſo Tyrrheno, eiuſdem operis XI.

Nomen tamen haud leve patrum
Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillae.

LIVINEIVS. Decorum enim, viri fortis telo cadere, nec plebeia perire manu. Sententia ab omnibus fere Poëtis expreſſa. *Ovidius* Metam. I.

Solamen habeto
Mortis, ab Aemonio quod ſis iugulatus Achille.

PATAROL.

Ignoratus] Neſciunt enim, ſe invicta manu tua perire. BAVNE.

Fractae voces] Conf. *Cannegieter* ad *Avian.* Fab. 13. vs. 13.

Permiſſa caſibus] Alias *permixta.* RHENANVS. Illud *permixta* ortum ex *permiſta*, ut nonnulli ſcribunt, quamvis male, iudice *Harleſio* ad *Ciceron.* de Orator. II. 52. Si *permixta* placeret, ſententia eſſet, vulneratos occiſis permixtos eſſe, eo loquendi uſu, de quo dixi ad *Eumen.* Conſtantio 8. 4. vulgatum tamen accipio ea ſententia, qua *caſibus orbem permittere* apud *Claudian* in Rufin. II. 216. ut recte pro *cladibus* illic emendatum. *Caſibus* itaque eſt morte, ut apud *Nepot.* Epam. 9. 2. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 73. 1. *Gothofred.* & *Ritter.* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 27. ita vulneratos graviter ſignificat, ut morti velut traditi eſſent.

Cadentium] *Guelf. cadentum* Conf. ſupr. ad *Eumen.* Conſtantin. 12. 2.

Sonitum] Vid. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 2. 5.

3. *Tenebrae non habent*] *Habebant*, *Bertin.* LIVINEIVS. Quia enim noctis tempore non videtur ſtrages, non eſt miſerationi locus. BAVNE. *Cuſpin.* & *Schonhov. habebant.* IAEGERVS.

Perfecerit] *Guelf. praefecerit.*

Non retenta] I. e. prohibita, & reprenſa. LIVINEIVS. Cum pietas tua nulla re moveretur, & maieſtas eſſet in tuto. BAVNE. Quia non videde-

telligi liceat, quantum illo in bello vis tua perfecerit, pietate non retenta, ut maieſtate ſecura. Praelio vix multa nocte confecto, feſſus caedibus, anhelus 4
ex bello, cruore oblitus, ſed hoſtili, ad obſidionis vigilias recurrebas. O for- 5
tuna! o praepotens Roma! quam tu umquam gratiam pro tantis his laboribus referes? Niſi quod indulgentiſſimus Princeps, tamquam hoc ipſum tibi debeat, eo cariorem habet, quo maiore labore ſervavit.

CAP. XXVII. Et, quoniam me ad Vrbis commemorationem fors quaedam intulit, non rerum ordo deduxit, neque revocare inde orationem fas eſt, quo iamdudum contenta veniebat, praetereo te, Aquileia, te, Mu-

debat, quibus ignoſceret. PATAROL. Malim hoc modo interpretari: Intelligi poteſt, quantum illo in praelio virtus tua perfecerit, cum nec miſericordia, unico illo impedimento, retineretur, &, maieſtate tua, tuta eſſet ac ſecura. IAEGERVS. Vera eſt *Iaegeri* interpretatio, ideoque etiam ex *Guelf.* ſcripſi *ut maieſtate*, pro vulgato in omnibus *et.*

4. *Vigilias*] Vox *vigiliae* videtur hic ſumpta pro ipſis, qui erant in excubiis. BAVNE.

5. *O fortuna*] Lege, *fortunata.* ACIDALIVS.

Tu umquam] Male in utraque *Rivinus* neglexit *tu.* eamdem enim habet efficaciam, atque in *ego* notavi apud *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 1.

Tantis laboribus] *Tantis his lab.* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Pronomen *his* abeſt in textu *Livineii.* IAEGERVS. Etiam *Paull. Stephani*, reliquae autem Edd. cum Codd. habent.

Indulgentiſſimus] Ita etiam infr. 32. 3. & 37. 6. & apud *Reines.* Inſcript. Cl. III. 31. *Smetium* Inſcript. p. 154. n. 8. Hunc titulum a Principum clementia, & benevolentia in iis concedendis, quae peterentur, repetit *Cuperus* ad *Lactant.* de M. P. 34. unde *indulgentia*, de qua dixi ad *Eumen.* Gratiar. act. 1. 3. paternumque amorem indicat, quo modo *indulgens pater* bono ſenſu eſt apud *Nepot.* Attic. 1. 2.

Maiore] *Moerl.* non bene *magis.* IAEGERVS. *Guelf.* etiam *magis*: haec paſſim permutari dixi ad *Eumen.* Conſtantio 9. 6.

1. *Sors quaedam*] *Fors quaedam* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. In textu *Livin.* & *Patar.* pro *fors* legitur *ſors* IAEGERVS. Recte *fors*, ſive Fortuna, de quo *Zinſerl.* ad *Valer. Flacc.* V. 485. *Heinſ.* ad *Virgil.* Eclog. IX. 5. *Taubman.* ad *Plaut.* Bacchid. IV. 8. 5. *Perizon.* Diſſert. III. p. 243. *Drakenb.* ad *Livium* XXXVI. 9. 8. Not. ad *Hirt.* B. G. VIII. 19. 7. *Burman.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 567. Saepe haec permutata docent *Drakenb.* ad *Livium* I. 4. 4. Not. Patern. ad *Victor.* Inluſtr. 7. 16. & 13. 1. *Burman.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 155. & 538. *Klotz* Miſcell. p. 62. & 95. apud *Boëthium* Conſol. Philoſ. II. Proſ. 1. & V. Metr. 1. utroque loco Cod. meus *ſors*; praeſtare tamen illic videtur vulgata.

Revocare orationem] *Revocare inde* Vet. PVTEANVS. *Revocare inde* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. In textu *Livin. Stephan. Cuſpin.* deeſt *inde*, quod tamen Cod. *Moerl.* cum Edd. reliquis exhibet. IAEGERVS. *Inde* recepit primus *Gruterus*, cui etiam favet *Guelf.* & *Cicero* pro Muren. 12. *inde ibi ego te revoco*; reliqui hoc praeter *Rivinum* in pr. recte ſunt ſecuti. *Ab hoc revocare* dixit *Eumen.* Conſtantino 1. 1. de ipſo verbo conf. Not. ad *Plinii* Paneg. 9. 5.

Contenta veniebat] Hic quoque reſoluta vox una in duas, ut initio Panegyrici, Conſtantino item dicti, *exaudita videatur* pro *exaudiatur.* Legerim enim & hic *contendebat.* ACIDALIVS. Quo iam pridem contento curſu properabat. BAVNE. Recte, nec quidquam mutandum. Ad hunc modum *Cicero* pro Sextio c. 6. *Ad tribunatum — contento ſtudio curſuque veniamus. Claudian.* in Eutrop. II. 168. ſqq. de haſta Martis:

Illa per auras
Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Tranſilit.

IAEGERVS. Hoc *contento curſu* dixit *Cicero* pro Muren. 15. *Rufinus* Hiſt. Eccleſ. IV. 15. *alacritate contentus pergebat.* adde Not ad *Valer. Flacc.* III. 136. IV. 748. ad *Quinctil.* Declam. 308. p. 605. *Cannegiet.* ad *Avian.* 3. 7.

Aquileia] Carnorum metropolis ad oram maris Adriatici. Emporium olim celeberrimum, *Aquilee.* BAVNE. Quae ad hanc hiſtoriam pertinent, enarravit ſupr. Incertus Conſtantin. 11. 1. & quae dixi ibid. 15. 3.

Mutina, ceteraſque regiones, quibus, propter inſecutas incredibilium bonorum
2 commoditates, gratiſſima fuit ipſius oppugnationis iniuria. Senſerunt enim;
tranſlatis ad fortiſſimum Principem fortunarum ſuarum gubernaculis, quam fa-
cile omnia ad ſalubrem curſum redirent, quae ita deferebantur, ut mox aut ma-
3 lorum omnium ſcopulis illiderentur, aut miſeriarum vadis adhaereſcerent. Prae-
tereo, inquam, & haec, & alia complura, quorum eſt & ſingillatim oneroſa
4 moles, & omnium ſimul acervus oneroſior. Nam, quae diducta ferre nequeas,
5 his congregatis ſubire, ſpei importunioris eſt, quam fiduciae promtioris. Re-
cuperata igitur Italia, hic primus fuit liberandae Vrbis gradus, & ad victoriam
facilis acceſſus, quod illum, ſemper exedendae Vrbis viſceribus inhaerentem,
ex

Mutina] Vrbs olim Galliae togatae, nunc Italiae, inter forum Lepidum ad occaſum XV. & Bononiam ad ortum XX. mil. paſſ. diſtans. *Modene*. BAVNE. *Guelf. Motina.*

Gratiſſima] In utraque dedit ſolus *Rivinus graviſſima*, quod praecedens *commoditates*, & quae ſequuntur, ſatis redarguunt.

2. *Deferebantur*] Simplex *ferebantur* melius ſit. ACIDALIVS. Poſſet placere *Acidalii* coniectura, cum navis tempeſtate *ferri* ſaepe dicatur. *Nepos* Themiſtocl. 8. 6. *Heinſius* ad *Virgil.* Aen. III. 268. *Burman.* ad *Phaedr.* IV. 16. 6. Sed *deferre gubernacula* hic rectius eſt, cum harum urbium, ſeſe tradentium, Conſtantino ita crederentur gubernacula, ut, niſi id factum fuiſſet, mox ſcopulis inliſae fuiſſent, quo ſenſu ſaepe *deferre ſummam imperii*, & ſimilia occurrunt.

3. *Sigillatim*] Scripſi ex *Guelf. ſingillatim.* Vid. ſupr. 18. 1.

Oneroſior] Coniiciebat Pater meus *operoſior*, quod rei ſatis congruit. vid. ſupr. 21. 2. ſed eiuſdem vocis poſitivo ad augendam ſententiam comparativum addidiſſe videtur.

4. *His congregatis*] *Iis*, ut ſaepe, *Guelf.*

5. *Facilis acceſſus*] *Aſcenſus*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Acceſſus* cum Cod. *Moerl. Gud. Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Ceteri vero Editores ex *Bertin. adſcenſus*, quod aptius reſpondet ad *gradus.* IAEGERVS. Omnes ante *Gruterum acceſſus*, & poſtea *Rivinus.* In *adſcenſus Gruterum* ſecutus eſt *Baunius*, & reliqui. Vni tamen Cod. *Bertin.* tantum non tribuo, ut contra reliquos omnes eius lectionem ſequar. *Gradui* magis hoc convenire, quod putabat *Iaegerus*, non nego, ſi de ſcalis metaphoram Noſter ſumſiſſet, quam mihi potius de pede ſumſiſſe videtur, qui ubi ſemel conſtiterit in via difficili, ad reliqua datur *acceſſus. Pacatus* Paneg. 8. 1. *proferamus gradum.* & 35. 3. *gradu pleno ferentes.* ibid. n. 5. *gradu cedere.* & cap. 37. 3. *quocumque tuliſſes gradum.* Incert. Conſtantin. 16. 3. *referre gradum.* ſupr. 10. 3. *gradum protulerunt.* & 16. 5. *nuſquam gradum extuliſti. Mamertin.* Iulian. 30. 2. *gradum moderans. Waſſe* Ind. in *Salluſt.* h. V. *Burman.* ad *Propert.* I. 3. 9.

Excedendae Vrbis] Vet. *ex aedendae.* Forte *exedendae.* PVTEANVS. *Exedendae* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. Pro *excedendae Vrbis*, ut vitioſe editur in Edd. antiquioribus, *Moerl.* cum recentioribus recte *exedendae.* IAEGERVS. *Exedendae* primum dedit *Gruterus*, quem omnes, excepto *Rivino*, ſunt ſecuti. Recte. *Tacitus* Annal. II. 27. *quae per tot annos Remp. exedere*, id eſt, paullatim conſumſere. *Terentius* Heaut. III. 1. 53.

Quid ſe futurum cenſes, quem adſidue exedent?

& forte hoc verbo uſus eſt *Nazarius*, quia infiniti temporis annonam ex Africa Romae congeſſerat Maxentius, teſte Incerto Conſtantin. 16. 1. — *Puteani* notam dedi ex excerptis penes me MS. aliter in Ed. *Pariſ.* expreſſam.

Viſceribus inhaerentem] Conſonant dicta ſuperiori Paneg. cap. 14. PATAROL.

6. *Potius evocare*] Aliis *evocaris.* RHENANVS. Vet. *potueris evocare.* PVTEANVS. Al. *evocaris.* Melius id quidem. Sed quid hic facit *potius?* Forte legendum, *potueris evocare.* ACIDALIVS. Veram hanc emendationem confirmant, una cum Cod. *Put.* & *Moerl.* itemque *Schonhov.*, editiones, praeter *Rhen.* & *Stephan.*, omnino omnes. IAEGERVS. Etiam *Guelf.* Ex *Puteolan.* illud *potius* in *Rhenan.* fluxit; *potueris* iam dedit *Livineius*, & reliqui, quamvis in utraque *Rivinus* priſcam expreſſerit lectionem.

1. *Caſu*] Hoc referendum eſt ad *divinitatis* cap. praeced. 5. ut ſaepe *caſus* & *Deus* opponun-

ex adſuetis latebris vis divinitatis excuſſit. In quo quidem tantum momenti 6
fuit ad perficiendae rei facilitatem, ut non tam gloriandum ſit virtuti tuae, praeſtantiſſime Imperator, quod eum viceris, quam gratulandum felicitati, quod ad pugnam potueris evocare.

Cap. XXVIII. Non enim caſu, non fiducia factum putemus, ut ultro etiam exercitum educeret adverſum eum, cuius adventus ſtridorem ipſum perhorreſceret, niſi animum, iam metu devium, infeſtior Deus, & pereundi maturitas perpuliſſet: quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit illum mente perdita, implicatoque conſilio, cum eum pugnae locum caperet, ut, interclusa fuga, moriendi neceſſitatem imponeret, cum ſpem victoriae non haberet. Quod quidem Imperatori 2
no-

nuntur. Conf. *Burman.* ad *Sueton.* Claud. 13. ad *Virgil.* Georg. I. 416. & quae dixi ad *Mamertin.* Maximian. 5. 1.

Putemus] *Moerl. putamus*; male. IAEGERVS.

Vt ultro] *Guelf. non ultro.* male.

Cuius adventus] Duo genitivi ſunt. RHENANVS.

Stridorem ipſum] *Ipſum* abest a *Guelf.*

*Infeſtior *dem*] Opinor legendum *Daemon.* RHENANVS Vet. *Deus.* PVTEANVS. *Infeſtior Deus* ſic dixit, ut *hoſtis Deus*, *Propertius:*

Quis Deus in veſtra conſtitit hoſtis aqua?

III. Eleg. 16. LIVINEIVS. *Rhenanus*, *Daemon.* Potius *Deus.* ACIDALIVS. Sic legitur in *Rhenan.* & *Stephan. Rhenanus* opinatur legendum *daemon*: non abſurde. *Acidalio* magis placet *Deus*; *εὐστόχως:* ſic enim in Edd. ceteris omnibus, itemque *Schonhov. Gud* & *Moerl.* reperitur. IAEGERVS. *Ovidius* Triſt. I. 4. 26.

Infeſtumque mihi ſit ſatis eſſe Iovem.

Quod ita ratio] Vet. *quod ipſa ratio.* Sic forte legendum: *quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit, cum ille mente perdita, implicatoque conſilio pugnae locum caperet, ut*, &c. vel ſic potius, nulla mutatione facta, *& pereundi maturitas perpuliſſet, quod ipſa ratio diſpon. exercitus docuit illum mente perdita*, etc. PVTEANVS. *Ipſa* Vet. *Bertin. iſta Cuſpin.* Vitioſe. Belle *ipſa.* Sed & legam, *quid quod ipſa ratio* &c. *non haberet?* LIVINEIVS. Praecedentibus haec diſtinctione iungenda, & porro ſic diſtinguenda: *perpuliſſet: quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit, illum mente perdita, implicatoque conſilio* (ſcilicet *fuiſſe*) *quum eum pugnae locum caperet*, &c. ACIDALIVS. Lectio, in qua corrigenda Viri docti laborant, eſt *Rhenan. Stephan Livin.* itemque *Cuſpin.* excepto, quod hic pro *ita* habet *iſta*, quod & *Schonhov.* adnotavit. Rectius Codd *Liv. Bert. Put. Moerl.* cum Edd. *Francof. Pariſ. Patar.* & *Cellar. ipſa.* Verbi *fuiſſe* ellipſis hic mihi difficilis concoctu videtur. Mallem, ſi liceret, locum ita reformare, uti priore coniectura *Puteanus* propoſuit. Nam altera difficultatem haud magis tollit. quam *Livin.* Poſſis fortaſſe etiam ſic legere: *quod ipſa rat. diſp. ex. docuit, illum, mente perdita, implicatoque conſilio, cum —— imponeret, ſpem victoriae non habere.* Sed multo magis arridet *Puteani* illa emendatio. Ex Editoribus nullus plane poſt *docuit* comma adhibuit; videnturque adeo omnes τὸ *illum* cum *docuit* iunxiſſe, ut ſenſus ſit: *quod ipſa rat. diſp. exerc. homini illi turbato, confuſoque oſtendit*, vel ſaltem *oſtendere potuit* Verum haud ſcio, an haec ratio ſatis queat probari. De cetero obſervandum h. l. exemplum particulae *cum*, pauciſſimis interpoſitis, repetitae, quale & Paneg. VIII. c. 18. 3. habuimus. IAEGERVS. *Ipſa* etiam *Guelf.* Mihi *illum* a *perpuliſſet* pendere videtur, & hoc modo eſſe diſtinguendum: *& pereundi maturitas perpuliſſet* (*quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit*) *illum mente* &c. De *ratione diſponendi exercitus* egit *Marckland.* ad *Statii* Silv. V. 2. 129. infr. 29. 1. *diſponendi militis tui miram rationem.*

Haberet] *Guelf. haberent.* Cum hoc loco confer Incertum Conſtantin. 16. 3.

2, *Quid quod Imperatori*] Vet. *quod quidem.* PVTEANVS. Lege, *Quod quidem Imp. n.* ACIDALIVS *Rhenan. Stephan.* vitioſe *Quid quod.* IAEGERVS. *Quod quidem* iam dedit *Livineius*, & habet *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta. *Rhenanum* tamen ſecutus eſt *Rivinus.*

noſtro optandum largiter fuit, qui hoc uno maxime offenditur, ſi certamen lubricum faciat ſpes promta fugiendi. Relaxaverit acies, aut frons impulſa titu-
3 baverit, fiducia manuum ad pedes migrat. Non amas, Imperator, bella, niſi ferventem hoſtem in gradu ſuo praeciſa fuga teneat, ut aut ferro concidat, aut
4 miſeratione ſervetur. Apud Tiberim igitur ſuos inſtruxit, ſic ripae locatos, ut ultimorum veſtigia, praeſagio quodam eventurae cladis, unda fatalis adlueret: ita vero multitudine ſuppeditante, ut ultra, quam viſus agi poſſet, exten-
5 ta acies pertineret: non quo frons imbecilla, tractu invalido, duceretur, ſed tanta ſubſidiorum atque ordinum confirmatione, ut acies, non porrectior quam ro-

Largiter] Male *Guelf. largitus.*

Certamen lubricum] Si praelii dubium eventum faciat ſpes fugae facilis. BAVNE. Patri meo *certamen lubricum* eſſe videbatur, in quo neſcias, quam in partem victoria ſit inclinatura, quod cum hic congruere non videretur, ideo coniicit legendum *ludicrum*, quo facili fuga eludi poſſit victoria, cum in loca tuta, aut caſtra ſeſe referentes periculum evadant, quo pertinet *ludificatio* apud *Frontin.* Strateg. II. 5. 4.

Relaxaverit acies] Sic *Pacatus: at ubi impulſa acies, fronsque laxata, & fiducia in pedes verſa eſt, ire praecipites,* &c. *Tacitus* lib. XIX. *laxati ordines abrumpuntur.* PVTEANVS. Si forte acies de pugnandi alacritate non nihil remiſerit, aut frons exercitus, &c. BAVNE. *Frontinus* Strateg.. I. 5. 16. *laxatis ordinibus.* & II. 12. 2. *neve laxarent agmen.*

Ad pedes] Conf. *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 74. in fin. Not. ad *Pacat.* Paneg. 36. 1.

3. *Bella*] Leg. *praelia.* ACIDALIVS. Quaſi vero *bellum* non ſaepiſſime ſignificet *praelium*: quod nemo neſcit. IAEGERVS. Conf. *Graev.* ad *Ciceron.* pro Marcell. 2. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. III. p. 253. *Bella amas* interpretor, praelia inire ſoles, de quo uſu *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 34. 1.

Gradu ſuo] *Gradum* ex iis eſſe, quibus pugnantes in terra tam miles, quam gladiator aeſtimantur, & ſtatum ſignificare, docet *Gronov.* ad *Senecae* Agamemn. IX. 515.

Felix vocatur, cadere qui meruit gradu.

add *Brouckhuſ.* ad *Propert.* I. 13. 8. IAEGERVS.

4. *Inſtruxit*] *Guelf. inſtruit*; non male.

Ripae locatos] I. e in loco ripae, in ripa. Vid. *Sanct.* & *Perizon* Minerv II. 3. 10. p. m. 175. IAEGERVS. Cum hoc loco confer Incertum Conſtantin. 16. 3.

Vltra quam viſus] *Pacatus* in Theodoſium: *univerſa late, qua viſus agi poterat, occuparant.* LIVINEIVS. & CELLARIVS. *Guelf. ultro*, quod admitti poſſet ex iis, quae notavi ad *Eumen.* Grat. act. 9. 4.

Pertineret] Pertingeret, extenderetur. *Cicero* Nat. Deor. II. 28. *Deus pertinens per naturam cuiusque rei* cap. 54. *eaque ad pulmones uſque pertineat.* cap. 55. *vias, quae pertinent ad iecur.* & in fin. *implicationem toto corpore pertinentem.* *Drakenb.* ad *Livium* XXIII. 49. 3. XXV. 24. 6.

5. *Non frons*] *Non quo* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Non quo frons exercitus latior eſſet, proindeque imbecillior; ſed ita numeroſus erat exercitus, ut latus eſſet, quamvis bene conſtipatus, & fortis robustusque, quamvis in longam lineam extenſus. BAVNE. Τὸ *quo* abeſt a textu *Livineii.* IAEGERVS. Etiam omiſit *quo* *Paull. Stephanus:* recte reliqui ſervant.

Sed tanta] *Sed* ignorat *Guelf.*

Murum utrimque] Corrupte *Guelf. munerum.*

Tenuarat] Vet. *tenuaret.* PVTEANVS. *Tenuaret* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Livin.* cum *Rhenan.* & *Stephan. tenuarat*; mendoſe. IAEGERVS. Ante *Gruterum* omnes *tenuarat*, quod in pr. etiam retinuit *Rivinus.* alterum confirmat *Guelf.*

1. *Hoc enim*] Vet. *hic.* PVTEANVS. Forte *hic enim*, ut *Grutero* placet. BAVNE. Nihil de eo quidem *Gruterus. Hoc* eſt in *Guelf.*

Perſequi vellem, quem tenuiſſet] Ita lego; *Hic enim perſequi vellem, quem tenuerit locum.* PVTEANVS. Et hic locus non leviter affectus, ſed praeſens mihi & ſub manu medicina. Verum eſt enim, *perſequi velle eſt, quem ten. loc. cael. exerc. dicere.* Scilicet ẽ veteribus libris *em* & *eſt* valet. LIVINEIVS. Leg. *hoc enim perſequi vile. Quem tenuiſſe locum coeleſtes exercitus dicam? quamquam non illos,* &c. ACIDALIVS. Male adfecto loco hanc *Livineius* medicinam attulit, ut *vellem* in *velle eſt*, & poſtea *dicam* in *dicere* convertatur.

robuſtior, murum utrimque praeberet: quod eam nec conſtipatio contraxiſſet, nec longitudo tenuaret.

Cap. XXIX. Praetermittam hoc loco, Conſtantine maxime, diſponendi militis tui miram incredibilemque rationem: hoc enim perſequi vellem? quem tenuiſſet locum caeleſtis exercitus, dicam? quamquam illos non arbitror ſtetisſe niſi tecum. Difficillimam enim pugnae partem tibi deligis, &, tamquam pro 2
fortunae gradu modus virium debeatur, ita inter tuos non vis principatu magis excellere, quam labore. Cumulatiſſimum quidem Principis munus eſt, ſi manu 3
ceſſet, non ceſſaſſe conſilio; ſed tu non ſegnior gerere, quam iubere, ſimul exer-

tur. Amara quidem medela, quod autem melior non ſuppetit, interim applicanda: etiam *Acidalianae*, *vile* pro *vellem*, praeferenda. CELLARIVS. Dulcior medela, quam adfert *Puteanus*. *Hic* habet Cod. *Put. tenuerit Schonhov. dicam* abeſt a *Lang. Livineii* emendationem in contextum recepit *Cellarius*. *Moerl. exercitus* & *Dicam* puncto interpoſito ſeparat. IAEGERVS. Forte, *hoc enim perſequi ſi velim*, *eum*, *quem ten. l. c. exercitus*, *dicam*. SCHENCKIVS. Praefat. T. II. Ed. *Iaeger*. Emendationem huius loci, praefationi Tomi poſterioris, una cum aliis, inſertam merito ingenioſam vocat Bibliotheca Philologica, arreptaque priore illius parte, feliciter totum hunc locum perſanat. Ita enim legit verba paulliſper immutata: *hoc enim perſequi ſi velim*, *quem tenuiſſe locum caeleſtes exercitus dicam? quamquam illos non arbitror ſtetiſſe niſi tecum.* De illis caeleſtibus exercitibus loquitur *Nazarius* cap. 14. atque ad hos ipſos exercitus reſpicit pronomen *illos*, quod in vulgata lectione, quo referatur, non habet. IAEGERVS. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. p. 37. In Codd. & antiquioribus Edd. ita hic locus legitur: *hoc enim perſequi vellem*, *quem tenuiſſet locum caeleſtis exercitus*, *dicam: quamquam* &c. Ex *Livineii* coniectura pro *dicam* recepit *dicere Patarolus*, totam vero in textum admiſit *Cellarius;* denique *dicam* tamquam ſpurium uncis incluſit *Iaegerus*. Coniecturae *Livineianae* contra Codd. locum dare non audeo. Neque is ego ſum, qui negem, altera illa *Schenckii*, aut Viri Clariſſ. in Bibl. Philol., locum fieri planum. & ad Auctoris mentem ſatis adcommodatum. Suſpicor tamen, utrumne magis nocuerit prava interpunctio, ut legi debeat: *hoc enim perſequi vellem? quem tenuiſſet locum caeleſtis exercitus*, *dicam? quamquam illos*, &c. interrogationem, nulla ſequente reſponſione fortius aliquid adfirmare, aut negare, docui in Specim. Obſerv. c. 3. *Maius* Obſ. Sacr. Part. I. p. 9. *van Dorp* Obſerv. p. 55. Duo igitur negat *Nazarius*, ſeſe diſponendi militis rationem non perſecuturum, quia mira erat, & incredibilis, neque locum dicturum, quem tenuiſſet caeleſtis exercitus, quia eum in caelo viſum verbis deſignare non poterat, quamquam ſuſpicaretur eo loco ſtetiſſe, quo degebat Conſtantinus, quia, cum difficillimam pugnae partem ſibi eligeret Imperator, maxime erat veriſimile, exercitum illum, auxilio venientem, illic fuiſſe auxiliatum, ubi, periculi cauſſa, ſua maxime opera iuvare poſſet. Neque adſentior, in vulgata lectione nihil eſſe, quo *illos* referas. Quid enim inpedit, quo minus ad collectivum *exercitus* referatur? Pronior tamen ſum, ut legamus, *quem tenuiſſent locum caeleſtes exercitus*, quia plurali etiam uſus eſt Noſter ſupr. 14. 1. ubi eorum hiſtoriam commemorat.

Caeleſtis exercitus] De hoc vide ſupr. cap. 14. PVTEANVS. Et quae dixi ad Incert. Conſtantin. 3. 3.

Dicam] Abeſt in *Langii* Schedis. LIVINEIVS.

Non illos] Vet. *illos non*. PVTEANVS. *Illos non*, *Bertin*. LIVINEIVS. *Moerl. illos non*, quod magis placet, quam *non illos*, ut reliqui habent. IAEGERVS. Etiam *Guelf. illos non*, in quo Codd. ſecutus ſum, & *Iaegerum*.

2. *Diligis*] *Moerl.* cum *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* & *Gud. deligis*. IAEGERVS. *Diligis* contra Codd. inde a *Livineio* fuit retentum, *deligis* in ſuis quoque habuit *Puteanus*, quia ad *Rhenan.* nihil notavit.

Modus virtutum] *Modus virium* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Gud. virium*. IAEGERVS. *Virium* etiam *Puteolan.*, quod reſtitui, quia ſequenti *labore* convenit.

Inter duos] Leg. *tuos*. ACIDALIVS. *Duos* dederunt *Rhenan. H. Stephan.* & *Rivinus*. Alterum tuentur Codd. & *Schonbovii* excerpta.

3. *Cumulatiſſimum*] *Moerl.* & *Gud.* mendoſe *cum valentiſſimum*. IAEGERVS.

Manu etiam ceſſet] Vet. delet *etiam*. Sic puto

4 exercitus tuos monitu regis, opere iuvas, incendis exemplo. Quod hic etiam
facis promtius, quam in ceteris praeliis, quod in praeſenti erat tam ampla pugnae
5 merces, quam pugnator illuſtris, & ſtatim Roma victoris. Cuius rei cum ima-
ginem cepi, dicturus horreſco. Invadis primus aciem, ſolus irrumpis. Obum-
brant euntem telorum irriti iactus, ſonat ictibus umbo ſecurus. His, quos tra-
balis haſta deiicit, inſultans ferus proterit. Fulget nobilis galea, & coruſca
luce

to legendum: *ſi manu ceſſet, non ceſſare etiam conſilio.* PVTEANVS. *Etiam* abeſt a Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Delendum *etiam*, niſi transferendum: *ſi manu ceſſet, non ceſſaſſe etiam conſilio.* An legendum? *ſi manu & armis ceſſet, non ceſſaſſe etiam conſilio.* ACIDALIVS. Si transferendum eſſet τὸ *etiam*, poſſemus id quoque ante *ſi* collocare: ſed rectius deletur. Abeſt etiam a Cod. *Moerl.*, nec, niſi in Edd. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.*, comparet. IAEGERVS. Abeſt quoque a *Guelf.* & a *Grutero* iam omiſſum retinuit *Rivinus.*

Monito regis] *Monitu*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. monito*, minus recte. IAEGERVS. *Monito* etiam *Puteol.* & *Rivinus*

4. *Roma victoriis*] Legendum *victoris.* RHENANVS. Vet *victoris.* PVTEANVS. Roma confeſtim eſſe debebat eius, qui praelio viciſſet. PATAROL. *Victoriis* vitio typographi fuit in *Puteolan.*

5. *Obumbrant*] Ὑποτύπωσις Conſtantini, acriter in acie confligentis BAVNE.

Securus his quos cum] Malim legere *ſecurus ab his.* RHENANVS Videtur ſcripſiſſe, *ſonat ictibus umbo, ſecuribus caſſis, quas.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. IV. 27. Sic Vet. *ſecurus his quos trabalis*, forte *aequus his.* PVTEANVS. *Securus. His quos.* Ita puto reſtituendum eſſe hunc locum: *ſecurus his, quos trabalis haſta deiecit, inſultans ferus proterit.* vel ſic potius: *ſecurus is, quos trabalis haſta deiecit ins. fer. prot.* IDEM. *Hos quos Langii* Schedae. *Cum* abeſt a Vet. *Bertin. Langii* Schedis, *Cuſpin. Sonat ictibus umbo ſecurus* perſpicue ſana lectio, & *ſecurus umbo*, qui impervius telis, ut ante dixit, *telorum irriti iactus.* Itaque aliud egit Vir doctus, cum *ictibus umbo, ſecuribus caſſis, quas cum trabalis*, &c. repoſuit, meo animo parum cum volentibus Muſis. Adeo plerumque lubricae, & incertae coniecturae etiam quae blandiri, & addicere videntur. LIVINEIVS. Legendum cum MSS. aliquot, eiecta voce *cum*, quae nusquam in iis comparet, *hos quos trabalis.* &c. quamvis etiam abiici poterat illud *hos*, tanquam adſutum a Librariis. GRVTERVS. Lege, *ſonat ictibus umbo ſecurus; quos trabalis haſta deiecit inſultans*, &c. eiectis turbantibus vocabulis *his quum.* ACIDALIVS. Inquinata eſt lectio Edd. antiquiorum *Cuſpin.* habet: *his quos trabalis haſta deiecit inſultans ſecus proterit. Rhenan.* & *Stephan. Sonat ictibus umbo, ſecurus his. quos quum trabalis haſta deiecit, inſult. fer. prot. Livin. His quos cum tr. h. deiicit*, &c. Τὸ *cum* abeſt a Cod. *Livin. Bertin. Lang. Put. Moerl.* & Edd. *Francof. Pariſ. Cell. Patar.* Eaedem Editiones praeferunt *hos*, quod ſumtum eſt ex *Lang.* Antiquiores, itemque Cod. *Put.* & *Moerl. his*, quod, ante *quos* poſitum, non tam inſuave accidit auribus, quam illud, & cum *inſultans* commode iungi poteſt, & non immerito probatur *Puteano*, qui ingenioſam quoque addit coniecturam, *ſonat ictibus umbo, ſecurus is. Quos tr.* τὸ *is* vel, tamquam pronomen, ad *umbo* referri, vel pro ſecunda perſona verbi *ire* haberi poteſt. Sed profecto mallem cum *Grutero* prorſus *hos* & *his* abiicere; ſolent enim Librarii eiusmodi pronomina ſaepe intrudere, cuius rei plurima adfert exempla *Cort.* ad *Salluſt.* v. g. Cat. 13. 2. & alibi. IAEGERVS. *Rhenani* lectionem ſecutus eſt *Rivinus*, eamdem *Livineii Paullus Stephanus*; denique *hos quos trabalis*, eiecto *cum*, dedit cum *Grutero Baunius. Hos* uncis incluſit *Iaegerus*, pro qua voce in *Guelf.* eſt *iis*, quod confirmant Codd. in quibus *his.* Mihi locus ita videtur conſtituendus: *ſonat ictibus umbo. Securus iis, quos trabalis haſta deiicit, inſultans ferus proterit.* Iis hoſtibus, quos ex equis ſuis Conſtantini haſta deiecerat, ipſius Conſtantini equus, ab eorum ictu ſecurus, inſultans, id eſt, cum inpetu inſiliens proterebat. *Virgilius* Aeneid. XII. 338. de Turno equo inſidente:

Miſerabile caeſis
Hoſtibus inſultans.

Idem VIII. 570.

Hinc capiti inſultans.

& XI.

luce gemmarum divinum verticem monſtrat. Auro clypeus, auro arma collu-
cent. O quantam vim poſſides, virtus, quae in hoc habitu plus terroris prae- 6
feras, quam decoris! Secuti hunc ardorem fortiſſimi milites, & dignos ſe ductu
eius, imperioque teſtati, ſic viritim laboraverunt, quaſi ſumma res ſingulorum
manu teneretur.

Cap. XXX. Non commemorabo hic tectas continuis ſtragibus
ri-

& XI. 500.

Fremit aequore toto
Inſultans ſonipes.

& *boedi floribus inſultare* dicuntur apud eumd. Georg. IV. 11. tranſlate *Ovidius* Triſt. II. 571.

Nec tibi credibile eſt quemquam inſultaſſe
iacenti.

& ex Pont. IV 3. 27. Illud autem *ſonat ictibus umbo* ita expreſſit *Ennius* Fragment. XV. Annal. p. 108.

Tinnit haſtilibus umbo.

Ceterum in his *Nazarii* deprehendere mihi videor veteris Poëtae fragmentum, ita forte conſtituendum:

Invadis, ſolusque irrumpis; obumbrat euntem
Telorum iactus; . . . ſonat ictibus umbo;
Illis ſecurus, quos deiicit haſta trabalis,
Proterit inſultans ferus.

—— *iactum* & *ictum* egregie diſtinxit. Conf. ad *Eumen.* Conſtantin. 8. 1. —— de *umbone* egit *Barthius* ad *Statium* Theb. II. 671. & VI. 257. — *Puteani* notam dedi ex eius variantibus penes me MSS. ſed vitioſe, ut videtur, deſcriptis: in Ed. *Pariſ.* ita exhibetur: *ſecurus his quos trabalis equus.*

Trabalis] Ingens, *Virgilius* Aeneid. XII. 294.

Teloque orantem multa trabali
Deſuper altus equo graviter ferit.

ubi neque huius eſt loci inmemor *Cerda. Statius* Theb. IV. 6.

Dextraque trabalem
Haſtam intorſit agens.

Deiicit] *Deiecit* Vet. *Rhenan.* LIVINEIVS. *Deiicit* cum *Livineio* poſteriores exhibent. IAEGERVS. *Guelf.* etiam *deiecit.* Magis praeſens placet, ut eodem momento, quo deiicerentur, equus iis inſultaret, quod maiorem laudem addit, quam ſi iam *deiectis* inſiluiſſet.

Ferus proterit] *Ferus*, i. e. equus. RHENANVS. *Ferus* ποιητικώτικον equus eſt. *Virgilius* Aeneid. II.

Haſtam
In latus, inque feri curvam compagibus
alvum
Contorſit.

Arnobius IV. *Numquid ſenex Saturnus, iam dudum obſitus canis, noſtris carminibus indicatur ab uxore in adulterio deprehenſus induiſſe formam feri, & ſub pecoris ſpecie hinnitibus evolaviſſe iactatis?* LIVINEIVS. & PATAROL. *Guelf.* vitioſe *ſecus proterit. Ferum* pro equo explicuit *Salmaſ.* ad *Capitol.* Gord. 33. *Bernecc.* ad *Iuſtin.* XXXVII. 2. 4.

6. *Praeferas*] Abeſt a *Guelf.*

Summa res] Senſus: quaſi rei ſumma, & victoria ex uniuscuiusque illorum ſigillatim dextra penderet. PATAROL. Quia rem ſibi cum Imperatore communem ducebant, de quo *Valeſ.* ad *Ammian. Marcell.* XV. 4. de *ſumma re* dixi ad *Mamertin.* Geneth. 13. 2. *Eumen.* Conſtantin. 8. 2.

Teneretur] *Niteretur*, *Cuſpin.* Egregie. LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.* cum *Gud.* minus bene *teneretur.* IAEGERVS. *Niteretur* recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*; antea lectum eſt *teneretur*, quod in ſuis Codd. etiam habuiſſe videtur *Puteanus*, quia ad *Rhenani* Ed. nihil notavit. Propter Codd. conſenſum id reſtitui, cum alterum a ſolo *Cuſpiniano* auctoritatem habeat, quamvis ob *Iaegeri* ſilentium in *Moerl.* legi videatur. Ita laboraſſe dicit, quaſi ſinguli Imperatorem explerent, ſive *communem cauſſam tamquam propriam* gererent, ut ſcribit *Ammian. Marcell.* XV. 4. *manu tenere* igitur eſt, ut apud *Curtium* VII. 8. 24. *fortunam tuam preſſis manibus tene.*

ripas, non oppletum acervis corporum Tiberim, & inter congeſtas alte cadaverum moles aegro nixu, ac vix eluctantibus gurgitibus exeuntem; quodque illum ipſum tyrannum non mors virilis, ſed fuga turpis prodidit, & digno igna-
2 viae, & ſaevitiae exitu fluctus ſanguinei necaverunt. Perſtringi haec ſatis eſt, quod etiam pridie prolixius mihi dicta ſunt, neque pro dignitate exſequi copia
3 eſt, & ne pugna, raptim geſta, diutius narrata, quam confecta, videatur. O ſi nunc mihi facultas daretur ſermonis pro rerum dignitate figurandi! adhiberem omnes floſculos, & abuterer exquiſito quodam lepore, ac venuſtate dicendi.

1. *Ripas*] Conf. de eadem hac re Incert. Conſtantino 17. 1.

Nixu] *Niſu*, *Bertin.* LIVINEIVS. Conf. ad *Mamertin.* Maxim. 12. 7. *Eumen.* Conſtantio 8. 2.

Eluctantibus gurgitibus] Sic *Pacatus*: *ſpumat decolor cruore fluvius, & cunctantes meatus vix eluctatis cadaveribus evolvit.* PVTEANVS. Vbi vide annotata cap. 34. PATAROL.

Exeuntem] *Guelf. exeuntemque.*

Mors virilis] De morte Maxentii Panegyrico ſuper. dixi. PVTEANVS. Conf ad Incert Conſtantino 17. 1. & 2. *Guelf. non morum virilis.*

Fuga turpis] De eodem *Virgilio* eſt Aeneid. X.

Lucage, nulla tuos curſus fuga ſegnis equorum
Prodidit.

LIVINEIVS.

Dignum ignaviae] Vet. *digno.* PVTEANVS. Forte *digno.* LIVINEIVS & ACIDALIVS. *Digno* reſtitui veteri Codice poſt *Acidalium*, & *Livineium*, pro *dignum ignaviae.* BAVNE. *Digno* in Cod. *Gud.* legitur. Et ſic reſtituere volebat *Baunius*: ſed operae, puto, non paruerunt. IAEGERVS. Codd. ſum obſecutus. Vulgato more peccarunt Librarii, de quo ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 8. 1. & 17. 3.

Exitu] *Guelf. exiens.* Conf. ad Incert. Conſtantin. 23. 4.

2. *Perſtringi*] Confer ad *Sedulium* I. 80. *Buneman.* ad *Lactant.* Epit Praefat.

Et pridie] Argumento ex hoc loco ducto, & ex ſtilo, exiſtimo, ſuperiorem Panegyricum, dictum Conſtantino, eſſe *Nazarii*, & hic intelligi, & in illo Panegyrico pluribus verbis deſcribitur, & ornatur pugna iſta, qua Maxentius debellatus eſt a Conſtantino, & in veteribus libris iſte Panegyricus iſti praeponitur. PVTEANVS. *Etiam pridie* Vet. Forte *quod iam prid.* LIVINEIVS. Neſcio, an *pridem.* ACIDALIVS. Lege cum *Acidalio*, & *Livineio pridem* pro *pridie.* Ex hoc vero loco, itidem & ex ſtyli affinitate *Claud. Puteanus* inducitur ad credendum, hunc & ſuperiorem Panegyricum eſſe *Nazarii.* In quo ei admodum aſſentior: recte enim, quod hoc in loco ait *Nazarius*, ad octavum Panegyricum videretur pertinere, ubi Maxentii clades fuſe deſcribitur. BAVNE. Alii *pridem.* Anſa hinc *Puteano*, & P. *de la Baune* Orationem ſuperiorem *Nazario* tribuendi, coniectura tamen, meo iudicio, nimis infirma; nam videtur mihi ſane ſtilus longe diverſus, nec non & Latinae linguae uſus in *Nazario* noſtro durior, & impurior, ac in praecedentis Orationis Auctore. PATAROL. Cod. *Moerl. quod etiam. Livineius* coniicit, *& quod iam pridem*, &c. *Pridem* placuit etiam *Acidalio*, ac *Baunio*, receptumque in textum eſt a *Cellario.* IAEGERVS. *Quod etiam* ſimiliter *Guelf.* idque propter Codd reddidi. *Pridem* non eſt *Livineii* coniectura; cum enim ipſe *pridie* ediderit, *prid.* in margine eamdem vocem exhibet. Non auſus ſum *Acidalii* coniecturam in textum recipere. Potuit aliam quoque orationem pridie habuiſſe, quam tamen certum eſt non fuiſſe praecedentem, ut illic dixi p. 463.

3. *Figurandi*] *Moerl.* mendoſe *perorando.* Vitioſius adhuc *Gud. exequi copia eſt perorandi adhib.* IAEGERVS.

Abuterer] Maxime uterer. Vid. *Cicer.* Epiſt. ad Diverſ. IX. 6. in fin. & X. 15. in princ. & Orat. pro Milon. 2 7. & ibi *Heumann.* IDEM. *Bunemann.* ad *Lactant.* Inſtit. I. 6. 14. de Ira cap. 11. 15. Epit. 61. 2. *Reitz.* Ambig. p. 17.

Vetuſtate dicendi] Ita eſt in *Puteol. Rhenan.* & in pr. *Rivinus. Venuſtate* iam dedit *Henr. Stephanus*, & ita *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta. Recte. *Cicero* de Orat. I. 31.

4. *Sonores feſtus*] Opinor ſic leg. *tubarum ſonores, feſtis &.* RHENANVS. Vet. *feſtis.* PVTEANVS. *Sonores feſtivis vocibus, & reſ. Cuſpinian.* LIVINEIVS. *Rhenan. feſtis.* Sed addi vox aliqua debet, & vix ulla potius, quam *feſtis plauſibus & r. f. mutantur. Dicendus in urbem.*

di. Iam ſtrepitus Martii, iam tubarum ſonores feſtivis vocibus, & reſultanti 4
favore mutantur. Dicendus in Vrbem ingreſſus eſt Imperatoris; &, in exprimendo Senatus populique Romani maximo gaudio, ingrata, niſi & ipſa laſciviat, oratio. Nullus poſt Vrbem conditam dies Romano illuxit imperio, cuius tam 5
effuſa, tamque inſignis gratulatio aut fuerit, aut eſſe debuerit; nulli tam laeti triumphi, quos annalium vetuſtas conſecratos in litteris habet.

CAP. XXXI. Non agebantur quidem ante currum vincti duces; ſed incedebat tandem ſoluta nobilitas. Non coniecti in carcerem barbari; ſed deducti e carcere Con-

bem. ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. tub. ſonores, feſtis* edidit *Livineius. Cuſpin.* exhibet: *tub. ſonores feſtivis vocibus & reſ. f.* &c. atque ita *Schonhov.* cum Edd. *Gruter. Pariſ. Cellar. Patar.* Cod. *Moerl.* pro *feſtivis* habet *feſtis.* Vtrumque probabile. Ita *Claudian.* de Laud. Stil. I. 3.

Connubii necdum feſtivos regia cantus
Sopierat.

Idem eiusd. carm. lib. III. vs. 20. ſq.

Currumque ſecutus
Laurigerum feſto fremuiſſet carmine miles.

Tacit. Annal. XII. 69. 1. *Ibi, monente Praefecto, feſtis vocibus exceptus, inditur lecticae.* IAEGERVS. *Guelf. tubarum ſoni feſtis. Rhenani* depravatam ex *Puteolana* lectionem adhuc ſecutus eſt *Rivinus, Livineium Paull. Stephanus. Virgilius* Aen. IX. 651.

Saeva ſonoribus arma.

Reſultanti favore] I. e. acclamatione, ac plauſu repercuſſo. Vid. ſupra Paneg. VIII. 19. 7. laudatumque ad *Vopiſc.* Aurelian. c. 48. & *Lamprid.* Commod. c. 15. *Caſaubonum*; itemque de verbo *reſultare*, quod de echo, & repercuſſione ſoni vocisque uſurpatur, *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 73. 1. In *Moerl.* pro *reſultanti* mendoſe legitur *reſulti.* IAEGERVS. Adde *Iaeger.* ad *Coripp.* I. 201. *Virgilius* Aen. V. 150.

Pulſati colles clamore reſultant.

& VIII. 305.

Strepitu collesque reſultant.

reſultantes ſaltus, *Tacitus* Annal. I. 65.

Eſt in Vrbem] *Dicendus in urbem ingreſſus eſt Imperator.* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Mutata aliquantulum verborum collocatione *Livineius: Dicendus eſt in Vrbem ingreſſus.* IAEGERVS. *Livineium* ſecutus eſt *Paull. Stephanus.*

Laſciviat oratio] *Laſcivit* Vet. LIVINEIVS. Minus recte. *Laſcivire* eſt voluptate quaſi exſultare. Sic ex *Pacuvio Tullius*, de Divin. I. 14.

Vt profectione laeti piſcium laſciviam
Intuerentur.

De oratione *Quinctilian.* IX. 4. 28. *Quaedam vero transgreſſiones & longae ſunt nimis, —— & interim etiam compoſitione vitioſae, quae in hoc ipſum petuntur, ut exſultent, atque laſciviant: quales illae Maecenatis: Sole & aurora rubent plurima. Inter ſacra movit aqua fraxinos. Ne exſequias quidem unus inter miſerrimos viderem meas. Quod inter haec peſſimum eſt, quia in re triſti ludit compoſitio.* IAEGERVS. Plura veterum loca hanc in rem contulit *Iuret.* ad *Symmach.* Epiſt. I. 31.

Vrbem conditam] *Conditam Vrbem*, *Guelf.* Cum Incerto cap. 19. hunc locum contulit *Nourry* ad *Lactant.* de M. P. p. 399.

Illuxit] Male *Guelf. illuſit.*

Tam effuſa] Guelf. *tanta effuſa.* Vid. ſupr. 3. 7.

1. *Ante currum*] Vet. *currum.* PVTEANVS. *Carrum* eſt in *Puteol. Rhenan. Henr. Steph.* & pr. *Rivini.* Forte poſſet videri ſuo more ita locutus homo Gallus; de Gallico hoc vocabulo vid. *Scheffer.* Re Vehic. II. 28. Sed *currum* Codd. & *Guelf. Eutropius* IV. 2. *duxit ante currum*, & cap. 8. *ducti ſunt ante currum.* & VI. 16. IX. 27. Conf. *Heinſium* ad *Sil. Ital.* IX. 635.

Vincti duces] Hoſtium bello capti, ut mos olim triumphantibus. PATAROL. Conf. Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 17. 1.

Deducti e carcere] Forte *educti. Prudentius* adverſus Symmach. I. ad Romam:

 Cum

Conſulares. Non captivi alienigenae introitum illum honeſtaverunt, ſed Ro-
2 ma iam libera. Nihil ex hoſtico accepit, ſed ſe ipſam recuperavit: nec
praeda auctior facta eſt, ſed eſſe praeda deſivit, &, quo nihil adiici ad glo-
3 riae magnitudinem poteſt, imperium recepit, quae ſervitium ſuſtinebat. Du-
ci ſane omnibus videbantur ſubacta vitiorum agmina, quae Vrbem graviter
obſederant. Scelus domitum, victa perfidia, diffidens ſibi audacia, & im-
portunitas catenata: furor vinctus, & cruenta crudelitas inani terrore fren-
debant: ſuperbia atque arrogantia debellatae, luxuries coërcita, & libido con-
ſtri-

Cum te peſtifera premeret Maxentius aula,
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Vt ſcis ipſa, Patres.

& quae ſequuntur. LIVINEIVS. & BAVNE. Quos Maxentius in vincula coniecerat. PATAROL. In hac lectione conſpirant omnino omnes, praeter *Baunium*, & *Cellarium*, qui, ex *Livineii* coniectura, ediderunt *educti*, aptius ſane, & probabilius. IAEGERVS. *Cellarius* tamen *deducti* dedit. Ipſe *Iaegerus Baunium* in exprimendo *educti* eſt ſecutus. *Deducere* videtur eſſe inde abducere, ut *Iuſtin.* XXVIII. 1. 6. *praeſidia ab urbibus Acarnaniae deducerent. Reitzius* Ambig. p. 149.

Conſulares] *Moerl.* falſo *Coſſ.* Qui plura ad illuſtranda haec, & quae ſequuntur, deſiderat, adeat v. c. *Ovid.* Triſt. IV. 2. 19. ſqq. & ex Ponto Ep. II. 1. 19. ſqq. aliosque, qui de triumphi ratione expoſuerunt. IAEGERVS.

2. *Ex hoſtico*] Conf. ad *Eumen.* Conſtantin. 13. 1. *Guelf. Nil*, & mox *nil adiici.*

Magnitudinem poteſt] *Magnitudinem maius poteſt*, *Cuſpinian.* LIVINEIVS. Τὸ *maius* deeſt in *Rhenan. Stephan. Livin.* IAEGERVS. Inſeruit primus poſt *Cuſpinianum Gruterus*, cum in antiquioribus, & *Rivini* deſit, etiam in *Guelf.* & *Puteani*, *Livineique* Codd. quare abire iuſſi.

3. *Videbantur*] Guelf *videbamur.*

Subacta] *Subiecta* Vet. LIVINEIVS. Cod. *Liv.* male IAEGERVS. Conf. Obſerv. Miſcell. Nov. T. I. p. 144.

Graviter obſederant] *Guelf. gravem.* Male. Conf. *Livin.* ad Incert. Conſtantin. 14. 5.

Diffidens] In utraque *Rivinus*, *diſſidens.*

Catenata] Forte *catenatae.* LIVINEIVS. *Inportunitas* pertinet ad hominem ſuperbum, inpotentem, intolerabilem. Conf. *Gronov.* ad *Senec.* de Benef. IV. 3.

Furor vinctus] In utraque *Rivinus*, *victus.*

Cruenta crudelitas] *Guelf. cr. victoris crudelitas.*

Frendebat] Vet. *frendebant.* PVTEANVS. *Frendebant* Vet. LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. frendebat*, ſed πληθυντικῶς cum Codd. *Liv. Put. Moerl.* Edd. ceteri. IAEGERVS. *Guelf. fundebant.* Pluralem recte dedit *Gruterus*; alterum in pr. retinuit *Rivinus.*

4. *Tyranni*] Maxentii. BAVNE. Vide dicta Paneg. antec. cap. 18. PATAROL. Ita per excellentiam Maxentium adpellari docuit *Baluz.* ad *Lactant.* M. P. 44.

5. *Iniiciebantur*] Vet. *iaciebantur.* PVTEANVS. *Iacieb.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita Edd. omnes. At Cod. *Moerl. iaciebantur.* IAEGERVS. Iudice Bibl. Philologica, unice vera eſt lectio Codd. *iaciebantur.* IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. p. 37. Etiam *Guelf. iaciebantur*, ex quo illud probabat *Cortius* ad *Plinium* IX. Epiſt. 13. 9. idque propter Codd. conſenſum recepi. *Propertius* II. 7. 41.

In noſtrum iacies verba ſuperba caput.

ubi *Burman. Cicero* pro Syll. 7. *in quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris.* Parad. 4. *iactam & inmiſſam a te nefariam in me iniuriam ſemper duxi.* Conf. *Vorſtium* ad *Valer. Max.* I. 5. 8. Not. ad *Velleium* II. 65. 1. *Drakenb.* ad *Livium* V. 49. 7. *Gronov.* ad eumd. XXXIII. 22. 8.

Ludibriis] Male *Guelf. laudibus.*

Iuvabat] Idem Cod. *iuvat.*

Mira voluntate] Opinor legendum: *& mira voluptate, conceptus e vita terror, inſultatione interritus obterebatur.* RHENANVS. Sic Vet. *mira cum voluntate conceptus enita.* PVTEANVS. *Mira cum voluptate* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenanus voluptate.* Non convenit. Tale quid fuit, *varietate*, vel *viciſſitate.* ACIDALIVS. *Rhenan.* & *Stephan.* corrupte: *& mira voluntate conceptus e vita terroris inſultatione interritus obterebatur.* Corrupte etiam *Gud. contemptus evicta terroris. Rhenan.* in margine adno-

ſtricta nexu ferreo tenebantur. Sequebatur hunc comitatum ſuum tyranni i- 4
pſius teterrimum caput; ac, ſi qua referentibus fides eſt, ſuberat adhuc ſae-
vitia, & horrendae frontis minas mors ipſa non vicerat. Iaciebantur vulgo 5
contumelioſiſſimae voces. Nam & ludibriis oppreſſoris ſui auſpicari liberta-
tem iuvabat, &, mira cum voluptate, conceptus e vita terror, inſultatione
interitus, obterebatur.

CAP. XXXII. Quis triumphus illuſtrior? quae ſpecies pulcrior? quae
pompa felicior? Dicam itaque, Imperator, quo uno ſatis mihi videor divinam 2
glo-

notat, legendum videri *mira voluptate conceptus e vita terror inſ.* &c. & ſic edidit *Livineius*. Verum hoc, neſcio qua de cauſa, non convenire cenſet *Acidalius*, & *varietate* vel *viciſſitate* ſubſtituit.

Non equidem invideo, miror magis.

Gruterus dicit: *Livineium aſteriſco locum damnaſſe, tamquam minus integrum: ſed nihil tamen ei deeſſe*, &c. Bene: nota nimirum illa indicat, deeſſe particulam *cum*, conſpiciendam in Cod. ſuo (*Livin.*) *Bert.* & *Cuſp.*, quibus & *Schonbov. Moerl.* addendi; eamque deinde *Gruter.* cum *Pariſ. Patar.* & *Cellar.* recte textui inſeruerunt. Lectionem, quam nos cum poſterioribus hisce Editoribus exhibemus, emendatam, iam invenimus in exemplo *Cuſp.*, a quo h. l. diverſus abit *Schonbov.* relinquens *terroris* IAEGERVS. *Cum* habet *Guelf.* quod recte inſeruit *Gruterus*, iterum neglexit *Rivinus*. *Voluntate* fluxit ex antiquiſſima *Puteol.* ſed recte iam *voluptate Livineius*, & ſequentes praeter *Rivinum*, quod *Guelf.* confirmat. ita haec quoque ſunt permutata infr. 32. 8. Male *Iaegerus* ſcribit notam poſuiſſe *Livineium*, ad indicandum, deeſſe particulam *cum*; aſteriſcus enim, de quo *Gruterus*, eſt a *Livineio* poſitus inter *vita* & *terror*, ubi quid deeſſe videtur ſuſpicatus. Ceterum, quae de h. l. mihi videantur, mox dicam.

Terroris inſultatione] *Livineius* aſteriſco locum damnavit, tamquam minus integrum. Sed nihil tamen ei deſit, ſi penitius introſpiciatur. Itaque notam illam ſuſtuli. GRVTERVS. *Rhenan.* recte: *conceptus e vita terror inſultatione interitus.* Nam ſic, credo, voluit, etſi ad marginem *interritus* item excuſum. ACIDALIVS. Terror, qui, vivente Maxentio, Romanos occupaverat, expulſus eſt, & deſiit, quum exſtincto illi ſecure inſultarent, ac illuderent. CELLARIVS. Vivente Maxentio: e vita nempe tyranni. PATAROL. *Puteol. Rhen. Stephan. Rivin. terroris inſultatione*, quod ex coniectura in *terror* mutavit *Rhenanus*, & in textum cum *Livineio* admiſerunt ſequentes. Qui nihil ad *Rhen.* Edit. notavit *Puteanus*, in ſuis quoque *terroris* inveniſſe videtur, quod etiam legitur in *Guelf.* in quo exſtare *contemptus evicta terroris* ſupra iam monuit *Iaegerus*. In poſterioribus autem Edd. hic locus ita exhibetur: *Et mira cum voluptate, conceptus e vita terror inſultatione interitus obterebatur*, quae *Nazarii* eſſe vix mihi perſuadeo: adeo novae, & parum congruae ſunt locutiones. Quis enim dixit *concipere terrorem e vita?* quid eſt inſolentius? quam *obterere terrorem*, & *inſultatio interitus.* Pertinet locus ad Maxentii caput praeciſum, publicoque ſpectaculo oblatum, de quo *Noriſius* de Num. Dioclet Diſſ. II. c. 2. quam rem ita deſcripſit Incertus Conſtantin. 18. 3. *Reperto igitur, & trucidato corpore, univerſus in gaudia, & vindictam Populus Romanus exarſit: nec deſiit tota urbe, qua ſuffixum haſta ferebatur, caput illud piaculare foedari: cum interim, ut ſunt ioci triumphales, rideretur geſtantis iniuria*, &c. ſecundum quae hunc locum ita conſtituo: *& mira cum voluptate contemtus civitatis terror iis inſultatione interritis offerebatur.* Ex *Guelf.* eſt *contemtus* In *e vita* vitium latere oſtendunt variantes in *Putean.* & *Guelf.* porro *terror iis* eſt ex *terroris*, quod ſervant Codd & antiquae Edd. in quibus etiam conſtanter eſt *interritus.* Itaque *civitatis terror* eſt Maxentius, ut *terrores Reip.* apud *Velleium Paterc.* II. 4. 5. cuius locutionis eadem eſt ratio, qua *terrarum orbem nominis* Alexandri *terror invadere* dicitur apud *Iuſtinum* XII. 13. 2. huius Maxentii caput iis, id eſt, *vulgo*, quod praeceſſit, offerebatur conſpiciendum, ſed qui libere, & omni terrore ſoluti inſultabant.

Interitus] *Puteol. Rhenan. Stephan.* & *Rivinus*, *interritus.* Hoc in Codd. *Puteani* quoque exſtitiſſe videtur, quia nihil ad Ed. *Rhenan* notavit. *Interitus* eſt ex coniectura *Rhenani*, ut ſupra monuit *Acidalius*, quod recepit *Livineius*, & ſe-

gloriam tuam ſignificaturus. Quot in illo turpitudinum notas exſtinxeras, tot in te
3 laudum inſulae refulſerunt. Fraudari indulgentiſſimus Princeps ea gratia neminem voluit, quo minus omnia, quo odium eius pervaſerat, ſpectaculum tyrannici fune-
4 ris expiaret. Vbique iam quidem laetitiam geſtae rei diffuderat Fama velox, & ad celeritatem nuntii pennata Victoria; inſequebatur tamen uberiore cum gaudio ipſius

& ſequentes. Ex eo effingo *interritis*, de quo modo dixi.

2. *Turpitudinum notas*] Guelf. *turpitudinis*, quod in margine probabat *Cortius*.

Laudum inſulae] Scribo *laudum inſulae*. MEVRSIVS. Auctar. Philol. 31. *Inſulae* credo excudendum. Etſi dicendi genus hoc mihi adhuc novum, & hic dubium, quia praecedit, *quot in illo turpitudinum notas extinxeras, tot in te*, &c. ACIDALIVS. I. e. ornamenta, & quaſi inſignia. Tranſlatio ſumta ab inſulis magiſtratuum, de quibus vid. *Salmaſ.* ad *Spartian.* Adrian. c. 6. T. I p. 55. *Hack.* & *Trebell.* Gallienos c. 14. T. II. p. 228. IAEGERVS. *Inſulae* ex typographi vitio erat in Ed. *Henr. Stephani.* De *inſula* pro quovis ornamento conf. *Barthium* ad *Statium* Theb. II 98.

Refulſerunt] *Gud. reluxerunt.* IAEGERVS.

3. *Princeps nemo*] *Princeps ea gratia nemi nem vol.* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Pr. e gratia neminem*, *Puteol. Cuſpin. Schonbovii* excerpta. Conf. ſeq. notam.

Omnia, quo] Aliis *omnis*, *quae*. RHENANVS. Videtur poſſe legi commodius: *quo minus omnis, qua odium eius pervaſerat, ſpectac. tyr. fun. explicaret ubique.* IVRETVS. Vet. *omnium quam*; ſed puto legendum *qua*. PVTEANVS *Quam* Vet. *Cuſpin. qua* Schedae *Langii.* Neutrum recte. LIVINEIVS. Cum in pluribus autographis reſtet *quam*, veroſimile eſt *Bongarſio*, fuiſſe initio *qua:* & ita malim. GRVTERVS. Alii *quae*. Lege: *quo minus omnes, quos odium eius pervaſerat, ſp. tyr. fun. expiaret, Vbique iam quidem*, &c. ACIDALIVS. Malim *qua*, ut *Bongarſio* placet, vel *omnes quos*, ut vult *Acidalius.* BAVNE. Depravatus eſt hic locus in nonnullis Edd. *Livin.* habet. *Fr. ind. Pr. nemo voluit, quo minus omnia, quo odium eius pervaſerat*, &c. *Rhenan.* cum *Stephan. Fr. ind. Pr. ea gratia neminem voluit, quo minus omnis, quo odium eius perſuaſerat*, &c. *Cuſpin.* cum *Schonbov. Fr ind. Pr. e gratia neminem voluit, quo minus omnia, quam odium eius perſuaſerat*, &c, Iis, qui malunt *qua*, in textu Ed ſuae obſecutus eſt *Cellarius.* At vero ſententia poſtulare videtur non *qua*, i. e. qua via vel parte, ſed potius *quae*, vel *quo*, i. e. quem in locum, vel in quae. *Cicero* pro P. Sulla c. 19. *Vbi fuit Sulla, Corneli? num Romae? Immo longe abfuit. Num in iis regionibus, quo ſe Catilina inferebat? Multo etiam longius. Num in agro Camerti, Piceno, Gallico? quas oras maxime quaſi morbus quidam illius furoris pervaſerat. Nihil vero minus.* Retineo itaque lectionem Edd. *Francof. Paris.* & *Patar.* IAEGERVS. *Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus*, niſi quod in pr. *omnis*, in ſec. *omnia* ediderit; *Livineium* vero *Paull. Stephanus. Quo* etiam *Puteol. Stewechius* ad *Arnob.* adverſ. Gent. p. 147. emendat, *quo minus omina, queis odium eius perſuaſerat.* parum feliciter. Commodior eſt lectio, quam cum *Iaegero* retinui, ſenſu ſatis aperto.

Pervaſerat] *Guelf perſuaſerat*, & ita ediderunt *Puteol. Rhenan. Paull. Stephanus*, *Rivinus.* De *pervadere* dixi Specim. Obſ. c. 9. p. 55.

Expiaret] *Expiare* vel placare ſignificat, & ſatiare, ut v. c. *Caeſar* B G VIII. 48. *Comius autem, ſive expiato ſuo dolore. ſive magna parte amiſſa ſuorum, legatos ad Antonium mittit*; vel luſtrare, purgare, quemadmodum *Cicero* Philipp. I. 12. *expiatum* eſſe *forum* dixit, everſa ara Caeſaris, & exſecrata illa columna. Et ſane acumen quoddam ineſſe videtur, cum omnia ſpectaculo funeris, cuius alioquin adſpectu pollutionis contagio contrahi ſolet, luſtrata atque expiata eſſe dicuntur. Sed verior tamen eſt prior illa interpretatio; quia odii, non pollutionis mentio facta. IAEGERVS. Non opus itaque, ut cum *Iureto* paullo ſuperius legamus *explicaret.*

4. *Pennata Victoria*] In Panegyrico Incerti Conſtantino cap. 8. *Illa maieſtas, quae Iovis ſubiecta nutui, nec Iridi, Deum nunciae, ſed pennis commiſſa Victoriae.* Saepiſſime Victoria vocatur *alata*, ſive *pennata* apud Auctores. PVTEANVS. Vid. ſupr. Paneg. VI. 8. 5. IAEGERVS Et quae ad eum locum monui. add. Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 39. 1.

Fructus] Id eſt, fruitio. LIVINEIVS. Sic *Tullius* Catil. II. 4. *Aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adiuvando, pollicebatur. Valer. Max.* IV. 7. ext. 2. *Itaque pavi invidiam quorumdam, optimi amici iactura, videlicet quia fructu tor-*

fe-

us rei fructus, quod ad animum languidius accedunt, quae aurium via manant,
quam quae oculis hauriuntur. Itaque tanti per Italiam concurſus hominum excita- 5
bantur, tantae ex oppidis effuſiones, vt facile ante acti terroris teſtificatio in praeſen-
ti exſultatione luceret. Pari ſtudio miſſum eiusdem tyranni ad permulcendam A- 6
fricam caput, ut, quam maxime vivus adflixerat, laceratus expleret. Et, non-
dum

ſeram. IAEGERVS Conf. *Burmann. Secund.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 622.

Languidius accedunt] Inſignis ſententia, ex *Herodoto*, & *Horatio* expreſſa felici imitatione, ſed uno verbo depravata. Significantius, & verius, meo animo, leges *accidunt.* Plane ſic loquitur *Plinius* cap. 92. Paneg. *Maior auribus noſtris accidat clamor.* RITTERSHVSIVS. *Horatius.*

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quae ſunt oculis commiſſa fidelibus.

BAVNE. Sic legunt *Vaticani* Codices, & unus aut alter impreſſus. Alii legunt *deſcendunt.* In aliis corrupte eſt *decedunt.* PATAROL. *Herodotus* lib. I. c. 8. Ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιςότερα ὀφθαλμῶν. *Horatius* A. P. vs. 180 ſq. *Accedunt*, quod, *Patarolo* teſte, etiam *Vaticani* Codd. habent, non videtur mutandum: non minus enim huc quadrat, quam *accidunt.* Sic *Terent.* Hec. III. 5. 32. *Pamphile, ad aures haud invito ſermo mihi acceſſit tuus.* IAEGERVS. Conſideratis iis, quae *Ruhnkenius* ad *Rutil. Lup.* p. 58. de turbatis verbis *accedere* & *accidere* adfert, praeferendam cenſeo coniecturam *Rittershuſii* ſcripturae librorum, praeſertim cum locum *Terent.* Hec. III. 5. 32., quo nitebar, mendoſum eſſe Vir ſummus monuerit. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. p. 37. *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 20. 3. *quo manifeſtius oculis diſcerentur, quae difficilius percipiuntur auditu.* ubi Not. In meis Edd. nullam deprehendi ſcripturae varietatem; & quamvis certum ſit, *accidere ad aures* rectius eſſe, quod in *accedere* mutarunt Librarii, putantes alterum de ſolo caſu, non de aliis rebus, aut hominibus dici, ut probant *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 107. 6. *Duker.* ad *Livium* X. 41. 7. V. D. ad eumd. XXVII. 15. 16. & *Drakenb.* ad Epit. LV. tamen *accedere* hic magis placet propter metaphoram in *manant*, & *hauriuntur* ab aquis deſumtam, ex qua haec *accedere* dicantur, ut aquae *ſubire terram* apud *Curtium* VI. 4. 7.

Teſtificatio in] *Guelf. teſtificatoi*, id eſt, *teſtificationi*, deleto *in.*

Luceret] *Eluceret* potius. ACIDALIVS. Hanc coniecturam in textum tacite admiſit *Iaegerus*, quem contra Codd. ſequi non audeo. *Lucere* hic eodem modo dicitur, quo beneficia *fulgere* infr. 35. 1.

6. *Tyranni permulcendam*] *Ad perm.* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Praecipuum Conſtantini erga Africam amorem exhibent Nummi ab *Occone* citati, in quibus legitur CONSERVATOR AFRICAE SVAE, & CONSERVAT KART SVAE. PATAROL. A ſola *Livineii* Ed. *ad* abeſt.

Maxime unus] Vet. *vivus.* Supr. Incertus Conſtantino cap. 16. *quippe omni Africa, quam delere ſtatuerat, exhauſta*, &c. PVTEANVS. *Vivus Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. Lege, *quam maxime vivus affl.* ACIDALIVS. Cur Maxentius in Africanos tantopere exarſerit, cauſam affert *Zoſimus* lib. II. *quod perlatam in Africam eius imaginem Africani milites prohibuiſſent circumferri, & quod inſuper Alexandro faviſſent, qui ex Praefecto Praetorio Imperatoriam purpuram induerat, quo per Voluſianum interfecto, quotquot in Africa vel genere, vel opibus praeſtabant, veluti Alexandri partium ſectatores, aut necabantur, aut bonis ſpoliabantur.* BAVNE. Pro *vivus* in *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* legitur *unus*; recte vero ex *Bert. Lang.*, quibus & *Moerl.* accedit, *vivus* recepit *Gruterus* cum Edd. reliquis. IAEGERVS. *Vivus* etiam *Guelf.* ante *Gruterum* omnes *unus*, & poſt eum in pr. *Rivinus.*

Expleret] De *explere* ad *Plautum* in Stich. cap. 1. ACIDALIVS. *Explere* h. l. eſt ſatisfacere alicui, ut in *Terent.* Heaut. I. 1. 76. ſq.

Coepi cogitare: Hem, tot mea
Solius ſolliciti ſunt cauſſa, ut me unum expleant!

IAEGERVS. *Claudianus* in Eutrop. II. 333.

Quorumque profundam
Ingluviem non Aegaeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Maeotia piſcibus explent.

Conf. Obſerv. Miſcell. T. VIII. p. 70.

Tem-

dum ſatis tempeſtivo mari, adfuerunt tamen navigantibus felices aurae, & flu-
7 ctus ſecundi, beatiſſimamque victoriam ipſa etiam elementa iuverunt. Caput,
in quo titulus tantae laudis circumferebatur, reddidit Tiberis, proſecuti ſunt
8 venti, maria ſervarunt. Quonam modo te, potens Africa, quanto laetitiae fremi-
tu, quam inſolenti voluptate iactaſti! nihil quippe eſt immoderatius, quam, poſt
longam triſtitiam, repens gaudium. Impetu ſuo fervet; nec, ut primum li-
9 berum, continuo defaecatum, ſtatim purum eſt. Nam ut fiſtulae, cum diu
in-

Tempeſtivo mari] Maxentii enim clades in VIII. Kal. Octobris incidit. BAVNE. *Vegetius* V. 9. *A die VI. Kal. Iuniarum uſque — in diem XVIII. Kal Octobrium — ſecura navigatio creditur: — poſt hoc tempus uſque in III. Id. Nov. incerta navigatio eſt, & diſcrimini propior. — Et VIII. Kal. Octobr. aequinoctialis evenit acerba tempeſtas.* Pro *nondum ſatis* malim *non ſatis*, vel *non amplius.* IAEGERVS. Emendationis neceſſitatem non video. Quamdiu enim ſecura non eſt navigatio, *nondum* eſt mare *tempeſtivum.* Accuratius ſcripſiſſet *Baunius* VIII. Kal. *Novembris.* Vid. ad Incert. Conſtantin. init.

Beatiſſimamque] Id eſt, feliciſſimam. Conf. *Cuper.* ad *Lactant.* M. P. cap. 8. Huic loco convenit *Mamertin.* Maxim. 12. in fin. *cui iam ſic tempeſtatum oportunitas obſequatur.* ubi Not.

7. *Titulus*] Nomen Imperatoris. PATAROL.

8. *Te potens*] Suſpicor excidiſſe *voti*, ut ſit *te voti potens Afr. Ovidius* Faſtor. III.

Saepe potens voti, frontem redimita coronis,
Femina lucentes portat ab Vrbe faces.

Loquitur, ut hoc obiter dicam, de Diana Nemorenſi, cui haec lumina ferebant. *Propertius:*

Sed tibi me credere turba vetat,
Cum videt accenſis devotam currere tedis
In nemus, & Triviae lumina ferre Deae.

LIVINEIVS. *Te voti potens:* ſcriptum erat, *te potens*, non facile iudicato, quo *potentia* valeret. CELLARIVS. Nomen *voti*, incluſum uncis, contextui inſeruit *Cellarius.* Sed & ſine illo τὸ *potens* ita videtur intelligi poſſe. Sic in *Ovid.* Metamorph. VIII. 78. ſq. ait Scylla:

Opus eſt mihi crine paterno.
Illa mihi eſt auro pretioſior, illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem.

Eadem vero paullo ante vs. 55. ſqq. dixerat.

Nam pereant potius ſperata cubilia, quam ſim
Proditione potens: quamvis ſaepe utile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.

Vides, τὸ *potens*, nulla alia voce adiecta. hic idem eſſe, quod *voti potens.* Cf. etiam Metamorph. X. 603. IAEGERVS. In poſteriori loco *Ovidii* iure dubites, an *potens* ſit poſitum nulla voce adiecta. *Livineii* emendatione non utor, aut *potens* per *voti potens* explicandum reor, praeſertim cum non liqueat, utrum hac Maxentii clade quidem *voti compos* facta fuerit Africa, cum neque ſtatim ad Conſtantini obſequium venerit, ſi vera ſint, quae tradit *Gothofredus* ad Cod. *Theod.* T. IV. p. 211. Mihi locus ad ipſam Africae potentiam videtur referendus, quam *permulcere* conabatur Conſtantinus, ut dixit n. 6.

Quanto laetitiae] *Guelf. quantae.* Vulgatum magis convenit ſequenti *quam inſolenti.*

Inſolenti voluntate] Rectum *voluptate.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. IV. 27. & ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. voluntate*, quod iam *Acidalius*, & *Lipſius* adſentientibus ceteris emendavit. Eaſdem voces & paullo ante c. 31. 5. permutatas fuiſſe vidimus. IAEGERVS. *Voluptate Guelf.* quod primus recepit *Livineius*, qui nihil notans id in ſuis quoque inveniſſe videtur. retinuit adhuc *voluntate Rivinus.* de iisdem permutatis dixi ad Incert. Maximian. 2. 3.

Repens gaudium] Vid. ſupr. Paneg. VII. 8. 3. IAEGERVS. In pr. *Rivini* eſt *tepens.* Coniiciebat Pater meus *recens gaudium.* ſicuti haec confuſa ſunt apud *Heinſium* ad *Claudian.* in Eutrop. I. 412. ſed *longam* mihi magis *repens* poſtulare videtur, id eſt repentinum, de quo *Drakenb.* ad *Livium* VIII. 29. 1. XXII. 7. 7.

Inpetu ſuo] Lege, *gaudium, quod impetu ſuo ferv.* ACIDALIVS. *Acidalius* inſertum vult pronomen *quod*, inductus vitio Ed. *Rhenan.* & *Stephan.*, in quibus voces *gaudium* & *impetu* nul-
la

interſeptae ſunt, exitu dato, quo largiores, eo craſſiores aquas evomunt; ſic vota hominum, metu intercluſa, turbide aliquid egerunt, cum cumulata ruperunt.

CAP. XXXIII. Hae victoriarum gratulationes. Nec minus uberes
fructus reliquarum virtutum fuerunt. Implicatam quidem, atque obſi- 2
tam Vrbem graviſſimis malis evolverunt indefeſſa vis, atque eximia fortitudo: ſed quantum boni prudentia excogitavit, benignitas & clementia con-

la omnino interpunctionis nota ſeparantur. IAEGERVS.

9. *Cum vi diu interceptae*] *Vi* abeſt *Bertin. Cuſpin. Interſeptae* Vet. LIVINEIVS. Gloſſematis aliquot aſperſus locus. Legerim: *nam ut fiſtulae diu interſeptae*, *exitu dato*, ceteris reiectis. Et vero illud *vi* exulat alioquin Codd. duobus, uno ſcripto, altero antiquitus impreſſo. GRVTERVS. *Cum diu interceptae ſunt*, *Cuſpin. Gruter. Pariſ. Patar.* Poſt *cum* voculam *vi* exhibent *Rhenan. Stephan. Livin.*, quam ex gloſſemate natam iudicat recte *Gruterus. Moerl.* mendoſe praefert *interreptae. Grutero* obſecutus *Cellarius cum* & *ſunt* e contextu eiecit, retento tamen τῷ *interceptae*, quod ſine dubio vitioſum eſt. Vid. *Frontin.* Strat. lib. I. c 5. ex. 11. ibique *Schwebel.* & *Auſon.* Moſell. vs. 37. ubi eaedem voces permutantur. Profecto non auferendi, ſed obſtruendi, occludendique vis verbo ineſſe debet, ac proinde multo multoque convenientius eſt *interſeptae. Cicero* Tuſc. Quaeſt. I. 20. *Quamquam foramina illa*, *quae patent ad animum a corpore*, *callidiſſimo artificio natura fabricata eſt*, *tamen terrenis*, *concretisque corporibus ſunt interſepta quodam modo. Cum autem nihil erit*, *praeter animum*, *nulla res obiecta impediet*, *quo minus percipiat*, *quale quidque ſit.* Reſtitui itaque lectionem veram & ſinceram. IAEGERVS. *Cum vi diu* eſt ex *Puteolana* editum uſque ad *Gruterum*, & in pr adhuc retinuit *Rivinus. Gruteri* lectionem quoque ſecutus eſt *Baunius.* In *Guelf.* eſt, *fiſtulae*, *cum interceptae ſunt*, omiſſo *diu. Iaegerum* in textu exprimendo ſum ſecutus, qui recte probat *interſeptae Cicero* pro Balb. 18. *ne interſeptum ſit iis iter. Drakenb.* ad *Livium* VI. 9. 7. utramque vocem permutatam notant Eruditi ibid XXV. 39 2.

Craſſiores] Turbidiores, & inquinatiores. Sic *Plinius* H. N. XXIII. c. 9. ſect. 83. *Radix eius* (myrti ſilveſtris) *in honore eſt*, *decocta vino*, *ad renum dolores pota*, *& difficili urinae*, *praecipueque craſſae*, *& grave olenti.* IAEGERVS. *Ovidius* III. Amor. 6. 8.

Et turpi craſſas gurgite volvis aquas.

Gratius Cyneg. 53.

Craſſaeque malum fecere paludes.

ubi Not. *Lucanus* Pharſ. VI. 364.

Craſſis oblimat Echinadas undis.

ubi *Burman.* hinc eo ſenſu *craſſamen* in imo aquae requietae apud *Columellam* de R. R. XII. 25. 2.

Turbide aliquid] Opinor verius *turbidi.* Nam *egerunt* praeſens eſt, ut Grammatici vocant, ab *egero*, non praeteritum ab *ago.* LIVINEIVS. Lege *turbidi.* RITTERSHVSIVS. Litterae *e* & *i* facile permutantur. Non dubito itaque, huic auctoritati parere. IAEGERVS. Magis placet vulgata.

Ruperunt] *Eruperunt* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* cum *Moerl.* minus recte *ruperunt.* Meliorem lectionem, duce *Lang.*, tuentur ceteri. IAEGERVS. *Ruperunt* etiam *Guelf Eruperunt* recepit *Gruterus*; & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. alterum retinui propter Codd. conſenſum, pro eruperunt, ut apud *Virgilium* Georg. I. 445.

Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi rumpent radii.

ubi *Heinſius.* aut poteſt ducta eſſe metaphora ab iis, quae ultra modum inpleta rumpuntur, ut *ilia rumpi* dicuntur apud *Virgil.* Eclog. VII. 26. adde *Nemeſian.* Ecl. IV. 70. *Calpurn.* Eclog. VI. 80.

1. *Gratulationes*] Conf. ad Incert. Conſtantin. 4. 4. per publicam laetitiam, & adplauſus ob gratum nuncium explicat *Gothofred.* ad Cod. *Theodos.* T. II. p. 638.

Benignitas] Sed quantum ad ſplendorem Vrbis contulit Imperatoris prudentia, dum eius liberandae rationes comminiſcitur, tantum &c. BAVNE

3 contulerunt. Quorum quid magis iuverit, difficilis aeſtimatio eſt. Nam ut calamita-
te obſeſſis finis eſt voti, miſeria liberari, ita mox vacuitas miſeriarum parum grata
4 eſt, niſi laetitia conſequatur. Ita pro ſe quaeque officiis ſuis functae, Fortitudo &
Liberalitas Imperatoris, cumulatiſſimam Vrbis beatitudinem, exhauriendis malis,
5 & congerendis commodis, reddiderunt. Facilior quidem, & multo proclivior lae-
den-

NE. Id eſt, *tantum* benignitas, & clementia contulerunt; ut ad *quantum*, quod praeceſſit, referatur. CELLARIVS. Verum eſt quidem, poſito *quantum*, deeſſe nonnumquam, & omitti *tantum*, vel *tanto*. Sic *Livius* XXI. 31. *Poſtero die, profectus adverſa ripa Rhodani, mediterranea Galliae petit: non quia rectior ad Alpes via eſſet, ſed, quantum a mari receſſiſſet, minus obvium fore Romanum credens.* & c. 53. eiuſdem libri: *Gallorum — ingentem multitudinem ſciebat ſegnius ſecuturam, quanto longius ab domo traherentur.* Sed, probata hac ratione, mihi non ſatis probabili, delendum fuit ſignum interrogationis, quod tamen reliquit *Cellarius.* Loco illius (eſt vero in Edd. omnibus, praeter *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Patar.*) cum *Acidalio* poſui ſignum, quod vocant, exclamationis, atque admirationis. IAEGERVS.

Contulerunt?] Lege, *contulerunt!* ACIDALIVS. *Gud. intulerunt.* IAEGERVS. *Acidalii* notam modo probavit *Iaegerus;* mihi eadem interrogationis, aut admirationis non placet, cum nudam rei geſtae narrationem continere videatur periodus. *Intulerunt* non male *Gud.* ſive *Guelf.* ſed vulgatum tuetur *congerendis* mox n. 4. ubi illud opponitur *exhauriendis*, ut hic *contulerunt* τῷ *evolverunt.*

3. *Quid magni*] Alias *quid magis.* RHENANVS. Vet. *magis.* PVTEANVS. In textu *Rhenan.* & *Stephan.* vitioſe legitur *magni.* IAEGERVS *Magni* eſt in *Puteol.* quod retinuit *Rivinus.* Alterum iam dedit *Livineius*, & habent *Schonhovii* excerpta, & *Guelf.*

Nam &] Eleganter *Moerl. Nam ut cal. obſ f. e. u. m l. ita mox*, &c. IAEGERVS. Similiter *Guelf.* quod reſtitui.

Facultas miſeriarum] Optime *Divaeus*, *vacuitas miſeriarum.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. IV. 27. *Vacuitas* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. *Vacuitas* quidem reſtitui ex unicis Membranis, volente prorſus ſententia, neque nimium abeunte ſcriptura priore *facultas.* Quod ſi cui malum factum videtur, is eam iterum in poſſeſſionem priſtinam reducat, licet. GRVTERVS. Lege *vacuitas miſ.* ACIDALIVS. & CELLARIVS. Haec eſt lectio *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.*, quam ingenii perſpicacia iam emendavit *Divaeus*, & *Acidalius*, eamque emendationem, *Lang.* auctoritate firmatam, primus recepit *Gruterus*, quem ceteri ſequuntur. IAEGERVS. *Facultas Guelf.* Ed. antiquiſſima *Puteol.* & poſt *Gruterum Rivinus.* Conſpirant in hanc lectionem Codd. nam, quas memorat Membranas *Gruterus*, ſunt *Langii* Schedae, in quibus ſola mihi videtur eſſe coniectura, qua tamen nihil ſuccurrit aptius, ideoque retinui, cum vocem rarius ſibi lectam in magis cognitam mutaverint Librarii, & vix diſtent litterae; quamvis enim *facultates commodorum* dixerit *Cicero* ad Attic. I. 15. tamen id parum ad h. l. facit.

4. *Pro ſe*] *Virgilius* Aeneid. V.

Tum validis flexos incurvant viribus arcus
Pro ſe quisque viri.

Rurſumque XII.

Pro ſe quisque viri ſumma nituntur opum vi.

LIVINEIVS. Lege *Itaque pro ſe.* ACIDALIVS.

Vrbis.] Deeſt in *Guelf.*

Exhaurienda.] Alias *exhauriendo.* RHENANVS. Vet. *exhauriendis malis.* PVTEANVS. Forte *& miſeria exhaurienda.* LIVINEIVS. *Rhenanus* monuit alias legi *exhauriendo:* quod ſi verum eſt, excidit vocula *malo*, aut aliqua ſimilis. Plane illud *exhaurienda* turbat. GRVTERVS. Alii *exhauriendo.* Vtrum horum recipias, deeſt alia vox huic iungenda, forte *exhaurienda calamitate*, vel *miſeria.* ACIDALIVS. Adde *calamitate.* Nam ſine hac voce, quae neſcio quomodo excidit, mutilus eſt ſenſus. BAVNE. & PATAROL. Ita Edd. omnes. Optime *Put.* & cum *Gud. Moerl. exhauriendis malis*, quam lectionem iure meritoque recipimus. IAEGERVS. Confirmant eam praecedentia n. 2. *Obſitam Vrbem graviſſimis malis evolverunt.* & ſuadet ſequens oppoſitum *congerendis commodis.* Probavit quoque in margine Ed. ſuae *Cortius.*

Congerendis] *Moerl. congregandis*, quod minus probum eſt. IAEGERVS.

Red-

dendi, quam commodandi, ſemper eſt via; vulnerare integrum, quam ſauciato mederi; diſſipare apta, quam divulſa componere: ceſſit tamen haec rerum conditio Principi noſtro. Nam quidquid mali ſexennio toto dominatio feralis inflixerat, bi- 6
meſtris fere cura ſanavit. Sanavit dico? Redintegratio ſtatus priſtini permulcendo dolori ſatis eſt, non etiam arceſſendae gratulationi? nec amplius poſtules, quam ut eum

Reddiderunt: facilior] Diſtingue, *reddiderunt. Facil.* ACIDALIVS.

5. *Quam commorandi*] Legendum opinor *commodandi* RHENANVS. Vet. *commodandi.* PVTEANVS. Corrupte *Rhenan.* & *Stephan. commorandi.* IAEGERVS. Etiam *Rivinus*, & antiquiſſima *Puteol.* Vulgatam recte dedit *Livineius*, & ita etiam *Guelf.*

Vulnerare integrum] Haec non ſatis cohaerent cum antecedentibus. Niſi evidentiſſimum eſſet, *integrum ſauciato* opponi, putarem, deeſſe particulam *magis*, ſaepe omitti ſolitam. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 8. 1. 9. 5. & *integrum*, ſubaudito *eſt*, interpretarer, nobis licet, in poteſtate noſtra eſt. Verum hoc parum placet. Puto itaque, aut excidiſſe quaedam, v. g. *pronius*, vel *expeditius eſt*, aut ex ſuperioribus repetendum, & intelligendum eſſe: *facilius & multo proclivius eſt.* IAEGERVS. Nulla locus difficultate laborat. Ex conſueto enim more, quo modi variant, *vulnerare* eſt poſitum pro *vulnerandi. Facilior eſt via vulnerare* Graeco more, de quo *Bentl* ad *Horat.* I. Od. 1. init. & ipſe ad *Arator.* Epiſt ad Vigil. 4 & II. 325

Diſſipare rapta] *Reperta* Vet. Inepte. Forte *apta.* LIVINEIVS. Lege *rupta.* ACIDALIVS. Alii legunt *diſſipare parta.* BAVNE. Sic Edd. omnes. In Cod. *Moerl.* corrupte legitur: *disſipare reperta, quam reperta componere..* Pro *rapta* in ſuo quoque Codice, cum quo conſentit *Gud.*, *reperta* invenit *Livineius:* quo repudiato, coniicit *apta Acidalius rupta*, alii *parta.* Sed neutrum horum ſatis convenit. Quemadmodum *ſauciato* opponitur *integer*, ita etiam adeſſe debet aliquid, quod *divulſis* opponatur. Id vero *Livineii apta*, id eſt, iuncta & connexa esſe, mihi quidem perſuaſiſſimum eſt. *Cicero* in Orat. ad M. Brutum c. ultimo: *Facilius eſt, apta diſſolvere, quam diſſipata connectere.* IAEGERVS. *Rupta* emendabat quoque Pater meus ad *Vict.* O. G. 18. 2. Potior tamen eſt *Iaegeri* ratio, praecipue cum accedat *Eldikii* noſtri, cui acutisſimo multum tribuo, auctoritas, cui *apta* quoque in mentem venerat. Ita *connexio apta*, ſupr. 6. 3. add. *Drakenb.* ad *Livium* I. 46. 7.

Rerum haec] Vet. *haec rerum.* PVTEANVS. Etiam *Guelf.*, quem ordinem reſtitui.

6. *Sexennio*] Conf. ad Incert. Conſtantin. 16. 2.

Inflexerat.] Vet. *inflixerat.* PVTEANVS. *Rhenan.* cum *Stephan.* vitioſe *inflexerat.* IAEGERVS Etiam *Rivinus.*

Bimeſtris.] Videtur Conſtantinus Romae duos menſes ad componenda omnia commoratus, indeque Mediolanum, ac poſt in Germaniam conceſſiſſe. BAVNE. Non accipio de tempore, quo Romae ſit commoratus, ſed de facta contra Maxentium per duo menſes expeditione, ut latius dixi ad Incert. Conſtantin. princ. p. 463. cum *Baunio* tamen hunc locum interpretantur *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* de M. P. p 408. *Bauldri* & *Balus.* ad eumd. c. 45. & 48. *Gothofred* Proleg. ad Cod. *Theodoſ.* p. 6.

Sanavit dico?] Affirmate legam, non interroganter. LIVINEIVS. Sic omnes, praeter *Baunium*, qui, obſecutus monito *Livineii*, adfirmate, non interroganter legendum in contextu dedit; ſed hanc rationem in Interpretatione rurſus deſeruit. IAEGERVS. Interrogationis neceſſariae rationem mox recte exponit *Iaegerus.*

Dolori] *Guelf. dolores.* Sed *permulcendo dolori* reſpondet ſequentibus, *arceſſendae gratulationi.*

Non & arceſſendae] *Non etiam arc.* Vet. PVTEANVS *Etiam arc Bertin* Negationem deleam, quae perſpicue ſententiam turbat, ſi penitius attendas. LIVINEIVS. Quam magis attendo nexui orationis, tam minus accedere poſſum *Livineio*, arbitranti negativam vocem delendam, imo ſine ea ſententia huius loci & fracta eſt, & diſiecta, vel potius nulla. GRVTERVS Lege *accerſendae*, vel *accendendae gratulationi*, *nec ampl.* ACIDALIVS. Nonne ſatis erit ad gratulationem Imperatori noſtro merendam. BAVNE. *Non etiam Moerl.* IAEGERVS. *Etiam* quoque *Guelf.* quod reddidi. Idem Cod. *accerſendae*; male, & male *Acidalius* contra melioris aetatis uſum, de qua ad Incert. Conſtantin. 8. 3. Ceterum additae interrogationis rationem mox dabo.

Amplius poſtules] Scilicet ab eo, qui te affecerit beneficio, id eſt, ab Imperatore. LIVINEIVS Lege, *poſtulet.* ACIDALIVS. *Acidalii* coniectura minus videtur neceſſaria, cum recte explicuerit *Livineius.*

Sui

eum ſui non poeniteat, qui ſolita diligentia non modo id egit, ut, recuperatis, quae
7 amiſerat, non doleret, ſed etiam ut novorum adeptione gauderet. Praetereo privatim

Sui non poeniteat] Hoc eſt, beneficii ab ſe praeſtiti LIVINEIVS. Potius interpretor, quam ut civi non diſpl ceant ea, quae in reſtituto ſtatu publico egerit Imp. ut apud *Terent.* Phorm. I. 3. 20.

Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet poenitet.

Qui ſolitario modo] Vet. *qui ſolita non modo.* PVTEANVS *Qui ſolita non modo* Vet. *Bertin.* Scriptam lectionem non reperio, quî extricem. Planum, quod in *Langii* Schedis: *qui non modo id egit*, etc. ſed a litteris abit pluſculum. Succedam ego, & tanquam tertio pedato, *qui non ſolummodo id egit*, etc. reponendum arbitror *Amiſeras* quoque, *doleres*, *gauderes*, audacter corrigam. LIVINEIVS. Male habitus locus, cui tamen non medeor, niſi quatenus promo, videri haec dici de ipſo Conſtantino Veniebat quidem ſub ſtylum: *atqui non modo id egit, ut recuperatis, quae amiſeras, non doleres, ſed etiam ut novorum adoptione gauderes.* Proxime quidem ad ſcripturam Codicis *Langiani*, in quo *poeniteat, qui non modo id egit*, etc niſi quod adhuc *t* literam bis, ter mutem charactere ei adſito *s*, quemadmodum item tentarat ſolertiſſimae induſtriae *Livineius.* GRVTERVS. Lege, *ſi ſolummodo id egit, ut r. q. a. non doleret, niſi id etiam, ut nov. adept.* etc. ACIDALIVS. *Solitario modo* pro eo, quod eſt ſolummodo, vox poſterioris aevi. BAVNE. Scriptum erat, *qui ſolitario modo* Sed neceſſarium *non Gruterus* agnovit; *ſolum* addidit *Livineius.* CELLARIVS. Scriptura h. l. non minus turbata eſt, quam interpretatio. *Cuſpin.* habet: *nec amp. p. q. ut eum ſ. n. poeniteat, q. ſolita non modo id egit, ut r. q. a. n. d. ſed etiam, ut novorum adeptione gauderet.* Ita quoque Codd. *Livin. Bertin. Put.* itemque *Schonhov*, excepto, quod hic pro *ſolita* praefert *ſolito. Rhenan. Stephan. Livin. poeniteat, qui ſolitario modo id egit*, etc. & ſic etiam *Gruter.* & *Pariſ.* prior. Porro *Patarol*, & *Cellarius: poeniteat, qui non ſolummodo id egit, u r. q. a. n doleret, ſed etiam n. a. gauderet.* Haec lectio vera eſſe nullo modo poteſt, & ſententiae aperte repugnat Cod. *Moerl.* & *Gud qui ſolita diligentia non modo id egit, ut r. q a n. d. ſed etiam, ut dolorum adeptione g* Quae corrupta eſſe, & interpolata, facile intelligitur. Reſervavi in ultimum locum lectionem *Baunii*, ex ingenio, puto, ita concinnatam: *qui ſolitario modo id egit, ut, recuperatis, quae amiſerat, non doleret: non etiam, ut novorum adoptione gauderet.* Verba *non & arceſſendae gratulationi* in notis ſic explicat: *Nonne ſatis erit ad gratulationem Imperatori noſtro merendam?* quo admiſſo, etiam ſequentia interrogative legenda videntur; parum probabiliter, & contra *Baunii* ipſius interpretationem. Poſtremo in Interpretatione, textui ſubiecta, totum locum ſatis ſpecioſe explanat hiſce verbis: *Quid dico ſanavit? reſtitutio in priſtinum ſtatum ſufficit ad leniendum dolorem, non ad invitandam laetitiam, nec potes plus exigere, quam ut ſui ipſius non taedeat illum, qui, recuperatis iis rebus, quas perdiderat, ſolummodo id obtinuit, ut non doleret; non etiam, ut laetaretur acquiſitione novarum rerum.* Poſſit fortaſſe etiam hunc in modum lectio conſtitui: *ſed ampl. poſt. quam v. e. ſ. n p qui non ſolummodo id egit, u. r. q. a. n. d. ſed etiam*, etc. ut ſenſus ſit: *Reſtitutio in priſtinum ſtatum ſufficit quidem ad leniendum dolorem, ſed non ad excitandam laetitiam. Sed ab eo, qui, recuperatis amisſis, non modo nullam dolendi, ſed potius, novis auctus bonis, largam habet gaudendi materiam & cauſſam, aliquid amplius exſpectandum, atque adeo exigendum eſt, quam ut tantum triſtitia & dolore careat.* Reliqui, in hac dubitatione fluctuatus, lectionem *Baunii*; ſublato tantummodo ſphalmate, quod etiam Edd. *Livin. Francof. Pariſ. Patar.* & *Cellar.* inſedit, in quibus ſc. pro *adeptione* legitur *adoptione.* Revocavi etiam ſignum interrogationis, quod *Baunii* interpretatio, quae optima mihi videtur, requirit, & quod indicat, Oratorem ſibi parum ſatisfeciſſe, dicendo, Principem ſanaſſe vulnera rei publicae: cum haec ſanatio ſolummodo doloris vacuitatem, non gratulationem, & laetitiam adferre potuiſſet IAEGERVS Pro *ſolitario modo* legendum forte *inſolito ac raro modo*, niſi *ſolitarium* idem fere eſſe putes, ut e. g *Cicer.* de Invent lib. I. c. 44. *ſolitarium aliquod aut rarum iudicatum* dixit. IDEM. Praefat. T. II. *Rhenani* ſcriptura iam exſtitit in antiquiſſima *Puteol.* eamque retinuit *Paull. Stephanus*, & *Rivinus.* Codd tamen alio nos ducere videntur. *Solita diligentia* habent *Guelf.* & *Moerl.* quod confirmat *ſolita* in *Put.* & duobus *Livineii*, in quibus Librarii oſcitantia excidiſſe *diligentia* ſuſpicor, & unde ex margine orta vide-

tim reddita omnibus patrimonia, quos illa monſtruoſa labes extorres domo fecerat; praetereo, inquam, quia vix ſufficit oratio, facta publicitus explicare: quamquam, cum ex

detur gloſſa, *ſolitario modo.* Deinde iidem conſentiunt in *ſed etiam*, contra quos *Iaegerum*, ex *Baunii* ſcriptura *non etiam* exprimentem, ſequi non ſum auſus. Textum itaque ſecundum eosdem dedi. In tanta variarum lectionum, & interpretationum copia, ſola ex praecedentibus eruenda eſt *Nazarii* ſententia. Duo nimirum memorat, tum fortitudinem qua malis & miſeriis Vrbs erat liberata, tum Imperatoris liberalitatem benignitatemque, qua commoda & bona erant collata. Solum malorum finem non ſufficere addit, eumque parum eſſe gratum, niſi etiam ſequatur laetitia propter addita bona. Mala pergit eſſe ſanata bimeſtri cura, qui itaque erat miſeriarum finis, cui cum etiam accedere deberet publica laetitia, de qua tamen nihil dixerat, ideo ſe revocat *Nazarius* interrogando: *Sanavit dico*, id eſt, utrum eo ſolo, quod miſeriis finis ſit inpoſitus, ſanatus eſt Reip. ſtatus? an vero hunc finem conſequi etiam debet ſuſcepta ex commodis boniſque collatis laetitia? Quid itaque eſt ſimplicius, quam ut locum ita interpungamus: *Sanavit dico? Redintegratio ſtatus priſtini permulcendo dolori ſatis eſt, non etiam arceſſendae gratulationi?* i. e. utrum reſtitutus Reip. ſtatus ſolus tendit ad leniendum dolorem ex fine malis inpoſito, & non etiam ad provocandam ex bonis laetitiam publicam, quam *gratulationis* eſſe notionem ſupr. num. 1. dixi. Sequentia autem ita interpretor; nec amplius ab Imperatore, Reip. ſtatum reſtituente, poſtulare fas eſt, quam ut illos cives facti ſui non poeniteat, qui id egerunt, ut non ſolum non dolerent propter recuperatum Reip. ſtatum, ſed etiam gauderent propter nova commoda, quae ex Imperatoris liberalitate ſint adepti; verbo: ab Imperatore nihil amplius poſtulare poteris, quam ut fortitudine priſtinum Reip ſtatum reddat, liberalitate vero nova beneficia conferat. Prius factum dicit *ſolita diligentia*, quia hoc vulgo contingere ſolet, rarius autem poſtremum, quia, ut dixit n. 1. *facilior eſt laedendi, quam commendandi via.* Denique *eum ſui non poeniteat* retuli ad cives, non, ut fecit *Livineius*, ad Imperatorem, qui beneficium praeſtiterat, quia id poſtulat ſequens *adeptione*, quod indicat eos, qui beneficium acceperint.

Novorum adeptione] In *Moerl.* eſſe *dolorum adeptione* ſupra notavit *Iaegerus*, quod etiam in *Gud.* ſive *Guelf.* legi teſtatur, ex quo tamen illud notatum non habeo. Pro *adeptione* dedit *Livineius adoptione*, quod ſecuti ſunt omnes reliqui praeter *Rivinum* in ſec. & *Iaegerum*, & exſtat in *Guelf* ſed litera *e* ſupraſcripta.

7. *Monſtroſa labes*] Maxentius. Sic de P. Clodio *Cicer.* Orat. pro domo ſua, c. 1. *Illa labes ac flamma rei publicae. Claudian.* in Rufin. II. 495. ſqq.

Huc ſuperum labes, huc inſatiabilis auri
Proluvies, pretioque nihil non auſe parato,
Quodque mihi ſummum ſcelus eſt, huc improbe legum
Venditor, Arctoi ſtimulator perfide Martis.

Patar. exhibet *monſtruoſa.* IAEGERVS. *Monſtruoſa* quoque *Guelf.* quod reddidi, quia hoc proſae, alterum verſui convenientius iudicat *Heinſius* ad *Petron.* Satyr. 69. quod ſequuntur *Burman.* ad *Quinctil.* Declam. IV. 20. & XIX. 15. *Drakenb.* ad *Livium* XXIX. 1. 5. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. I. 20. 36. quamvis inferioris aevi Librariis tribuat *Oudend.* ad *Sueton.* Tib. 43. Domit. 4. *Labem* recte de eo dixit, qui publicam infert calamitatem, de qua vocis notione *Barth.* ad *Statium* Theb. VIII. 34. Not. ad *Victor.* Caeſ. 9. 6.

Facta publiciter] Vet. *publicitus.* PVTEANVS. *Publicitus* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin. publiciter Rhenan. Publicitus* ſequor. *Auſonius* Gratiar. actione ad Gratianum: *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iuſſiſti* Vſi & veteres aliquot apud *Nonium* in *Publicitus.* Quem adi. LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. publiciter*, *Livin publice.* Verum illud noſtrum ſcripti cum Edd ceteris magno conſenſu tuentur. IAEGERVS. *Publicitus* etiam *Guelf* & excerpta *Schonhovii*, quod recte ex *Cuſpin.* reſtituit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. Ante ex *Puteol.* legebatur *publiciter*; unde *Livineius* hauſerit *publice*, ignoro, quem tamen ſecutus eſt *Paull. Stephanus.*

Quamquam ex ſingulis] *Quanquam cum ex* Vet. PVTEANVS. *Cum ex* Vet. LIVINEIVS. Ita *Rhenan. Stephan. Livin.* Poſt *quamquam* inſerit *cum* Cod. *Moerl.* quam particulam *cum* vel *quum* ob ſimilitudinem, quae ei eſt cum voce praecedenti, excidiſſe recte monet *Gruterus.* IAEGERVS. *Cum* quoque inſerit *Guelf.* & ita recte edidit *Gruterus*, quem, de eo mox monentem, omnes praeter *Rivinum* ſunt ſecuti.

ex ſingulis ſit coagmentata reſpublica, & quidquid in eam confertur, ad omnes pro portione permanat, & viciſſim neceſſe eſt, quod ſingillatim omnes adipiſcuntur, in commune reipublicae redundare.

Cap. XXXIV. Iam illa vix audeo de tanto Principe commemorare, quod nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni ſui piguit; cum ſub abſtinentiſſimo Imperatore ſpecies luculenta non incitatrix licentiae
2 eſſet, ſed pudoris ornatrix. Quae ſine dubio magna, ſeu potius divina lauda-

Sint augmenta Reip.] *Sit augmentata Reſp.* Vet. *ſit coagmentata reſp. Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Sit coagmentata Reſpubl.* malui cum tribus libris, duobus quidem manu ſcriptis, tertio edito quidem, ſed pari bonitate quibuslibet Membranis. Ante cuſi: *quamquam ex ſingulis ſint augmenta reip.* Neutra tamen lectio adhuc ſana. Forte fuit: *publicitus explicare: quamquam ex ſingulis coagmentata Republica, quidquid in eam confertur ad omnes proportione permanat: ut viciſſim neceſſe eſt, quod ſigillatim omnes adipiſcuntur, in commune Reip. redundare.* Niſi melius eſt priora ſic ſupplere: *explicare. quamquam quum ex ſingulis ſit coagmentata Reſp.*, quod mihi videtur; ut *quum* ſcilicet exciderit ob ſimilitudinem, quae ei cum voce praecedenti. GRVTERVS. *Schonhov. Moerl. ſit coagmentata*; *Gud argumentata.* IAEGERVS. *Sint augumenta Reip.* eſt in *Puteol. Livin.* & *Paull. Stephani*; *ſint augmenta Reip.* ex *Rhenana* ſervavit in pr. *Rivinus*, in ſec. dedit *augmentata.* Vulgatam cum *Cuſpin.* praetulit *Gruterus*, & ſequentes, eaque tantum eſt vera. *Columella* de R. R. IV. 29. 8. *coagmentat ſurculus fiſſuram*; hinc cum *copulare* iunxit *Cicero* Tuſcul. Quaeſt. I. 29. *coagmentatum*, *compoſitum*, & *compactum.* Idem de Finib. III. 22. add. *Taubmann.* ad *Plaut.* Moſtell. III. 2. 142.

Conferatur] Vet. *confertur.* PVTEANVS. *Confertur* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Schonhov. Moerl. confertur.* IAEGERVS. *Confertur* etiam *Guelf. conferatur* eſt in ſola *Livineii*, *Paull. Stephani*, & pr. *Rivini.*

Id omne] Vet. *ad omnes.* PVTEANVS. *Ad omnes* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. Forte *in omnes.* ACIDALIVS. *Moerl ad omnes.* Locum ſic emendatum exhibent *Francof.* utraque *Pariſin. Patar.* & *Cellar.* IAEGERVS. *Id omne* lectum eſt uſque ad *Gruterum*, poſt quem *ad omnes*, quod etiam eſt in *Guelf.*, conſtanter placuit, praeterquam *Rivino*, *id omne* in utraque Ed. retinenti.

Proportione permanat] Vet. *pro portione.* PVTEANVS. *Proportione* melius hic diviſe ſcribi videtur *pro portione.* Repoſui *permanet* pro *permanat*, exigente ſententia, ac ſequens & ante *viciſſ.* delevi. IAEGERVS. Lectionem Cod. *Puteanei* dedi ex excerptis penes me MSS., in quibus diviſe exſtat; quod neglectum eſt in Ed. *Pariſin.* idque *Iaegeri* exemplo in textu expreſſi, quem tamen in *permanet*, delendoque & non ſequor: ſi haec coniungerentur cum *ſit coagmentata*, neceſſarius eſſet ſubiunctivus *permanet*, ſed potius repetitione & duo ſignificat Auctor; quamquam & ad omnes permanat, & viciſſim neceſſe eſt.

Singillatim] Ita ſcripſi, quamvis ex *Guelf.* nihil notatum habeam, pro *ſigillatim*, quod eſt in omnibus. Vid. ſupr. 18. 1.

Commune reipublicae] Forma Graeca, de qua vid. *Heinſ.* ad *Ovid.* Met. XII. 7. IAEGERVS.

1. *Forma emendatior*] Credo rectum. Sic *Petron. Arbitr. Laterique meo applicat mulierem, omnibus ſimulacris emendatiorem.* ACIDALIVS. Id eſt, egregia, eximia. *Cicero* de Amicitia: *mores emendati*, etc. & *Horatius* lib. I. Epiſt. 16. ad Quintium:

Cum pateris ſapiens, emendatusque vocari.

BAVNE. Conf. *Gronov.* ad *Senec.* de Ira I. 5. Not ad *Petron.* Satyr. 126.

Boni ſui piguit] Suae illam pulchritudinis piguit. BAVNE. I. e. formae & pulchritudinis. Vid *Burmann.* ad *Phaedr.* III. 8. 15. IAEGERVS. *Ovidius* Metam. X. 563.

Formaene bono praeſtantior eſſet.

ubi *Burmann.* Art. amand. II 113.

Forma bonum fragile eſt.

Licentiae] Incertus Conſtantin. 7. 5. *te matrum, te virginum quaeque duplici fructu fruebantur, cum pulcerrimi Imperatoris formam viderent, & licentiam non timerent:* ideo *continentiam*

Con-

datio, ſaepe in ipſis etiam Philoſophis, non tam re exhibita, quam diſputa-
tione iactata eſt. Sed remittamus hoc Principi noſtro, qui ita temperantiam 3
ingenerare omnibus cupit, ut eam non ad virtutum ſuarum decus adſcri-
bendam, ſed ad naturae ipſius honeſtatem referendam arbitremur. Quid? 4
faciles aditus, quid? aures patientiſſimas, quid? benigna reſponſa, quid?
vultum ipſum auguſti decoris gravitate, hilaritate permixta, venerandum
quiddam & amabile renidentem, quis digne exſequi poſſit? Quarum rerum
mi-

Conſtantino tribuit Incertus Maximian. 3. 4. ubi *Putean.*

Ornatrix] Recte & hoc. An tamen *hortatrix*. ACIDALIVS.

2 *Laudatio*] Forte *laudatio eſt*. LIVINEIVS. Digniſſima Principe, inquit *Lipſius* Monit. c. 17. PATAROL. Non opus, ut cum *Livineio* hic *eſt* inſeratur, quod mox poſt *iactata* addendum iubet Codd. auctoritas.

Saepe in ipſis] *Saepe & in ipſ.* Vet. LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Particulam *&* poſt *ſaepe* habet Cod. *Livin.* ex eoque Edd. poſteriores. Offendit etiam τὸ *in*, quod nemo hic deſideret. IAEGERVS. *Et* ignorat quoque *Guelf.* Ex quo illud *Gruterus* inſeruit, reliqui ſervarunt praeter *Rivinum*, & *Iaegerum*, quem ſecutus ſum. *In* non aeque me offendit; interpretor enim inter Philoſophos, de quo uſu dixi in Diſſert. ad L. 2. D. de In ius vocand. cap. 3.

Iactata] *Iactata eſt* Vet. PVTEANVS. Etiam *Guelf.* quare ab omnibus omiſſum inſerui.

3. *Remittamus*] Intactum, & indictum relinquamus, in eius virtutibus non commemoremus. IAEGERVS. Ita ſaepe pro ceſſare, deſinere, omittere, & relinquere. *Cicero* in Verr. I. 9. *ne quam horam de meis legitimis horis remittam.* *Velleius Pat.* II. 88. 2. *ex negotio remitti poſſit.* *Remittere pugnam Salluſt.* Iugurth. 60 3. ubi *Cortius*, *ambage remiſſa Ovidius* Heroid. VII 149. *Heinſius* ad eumd Art. am. II. 78. Metam. VI. 34. *Burman.* ad *Virgil.* Aen. IV. 436.

Omnibus] *Moerl. ſibi* IAEGERVS.

Ad naturae] *Guelf. ad* omittit, non male.

Arbitremur] Lege *arbitretur.* Aliter βαρβαρίζει τὸ *ſuarum.* ACIDALIVS *Arbitretur* reſtitui pro *arbitremur*. BAVNE. Sic MSS. & Edd. omnes, praeter *Baun.* & *Cellar.* in quibus, ex emendatione *Acidalii*, legitur *arbitretur.* Sed mutatio haec minus eſt neceſſaria, nec ulla barbariſmi ſuſpicio naſcetur locum recte conſideranti. Nam *ſuarum* hic pro *eius*, vel *illius* adhiberi poſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Vid. *Boſii* Ind. in *Cornel. Nep.* V. *Suus.* &, qui ibi laudantur, Viri docti. Revocavi itaque veterem lectionem; quamquam recentior illa *Gud.* quoque auctoritate ſe tueatur. IAEGERVS. Non diſſentio; *ſuus* pro eius probavi ad *Sedul.* III. 320. quamvis neque hoc neceſſe, ſi *ipſius* cum *naturae* conſtruatur.

4. *Faciles aditus*] Similis commendatio Theodoſii apud *Pacatum* c. 21. *Nec videri modo patiens, ſed facilis adiri, e proximo accipis vota hominum tuorum.* Vide *Iuret.* in *Symmach.* lib. II. Epiſt. 8. PVTEANVS. & PATAROL. Adde *Fabrum* Semeſtr II. p. 379. & ad *Mamertin.* Genethl. 11. 1.

Permixta] *Admixta*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS.

Venerandum] *Venerabile*, *Bertin.* IDEM.

Renidentem] *Renitentem* Vet. *Bertin.* IDEM. Videbitur hic potius *renitentem.* ACIDALIVS. An *renitentem?* apud *Horat.* lib. III. Od. 6.

Adieciſſe praedam renidet.

Similiter apud *Virgilium.* BAVNE. *Renitentem* potius viſum eſt *Acidalio*, mihi non item. *Renidere* eſt leniter & blande arridere. Sic *Mamertin.* Paneg. ſeq. c. 14. 6. *Maximus Imperator, ſerenum renidens.* *Ovid.* Met. VIII. 195. ſqq.

Puer Icarus una
Stabat; &, ignarus ſua ſe tractare pericla,
Ore renidenti, modo quas vaga moverat aura,
Captabat plumas.

& ſic ſaepius Poetae. Verba iſta facile, & haud raro permutantur. e. g. *Virgil.* Georg. II. 282. IAEGERVS. Etiam *Guelf. renitentem.* Sed *Iaegero* adſtipulor Eſt enim *renidere* diductis leviter labris ſubridere. Vid. *Seneca* Med. 389. Hippol. 277. *Barth.* ad *Statium* Theb. IV. 789. *Torren.* ad *Valer. Max.* III. 2. ext. 6. *Iaeger.* ad *Mamertin.* Grat. act. 14. 6. neque tantum amabilem, ſed perſidum etiam riſum indicat. *Pricaeus* ad *Apul.* Metam. III. p. 158. *Heinſ.* ad *Ovid.*

miraculo ſic omnes devinciebantur, ut non tam omnes dolerent, quod illum tyrannum ita diu tulerant, quam quod tali Principe tam ſero fruerentur.

CAP. XXXV. Longum eſt, ex illo percenſere beneficia Principis, quae, in orbem

Ovid. Met. X. 558 *Burman.* ad *Valer. Flacc.* IV. 234. utraque vox ſimiliter permutata eſt apud *Iuvenc.* Hiſt Euang. I. 205.

Radiisque renidet.

ubi in *Lipſienſ* Cod., cuius variantes habeo, eſt *renitet*, in aliis *refulget.*

Devinciebantur] I. e adficiebantur, & tenebantur. *Cicero* Brut. c. 80. *Duo ſumme tenuit, ut & rem illuſtraret differendo, & animos eorum, qui audirent, devinciret voluptate.* IAEGERVS. Pro *miraculo Guelf. vocabulo.*

Tam omnes] Τὸ *omnes* importune repetitum videtur; uncis itaque incluſi. IAEGERVS. Sed defendatur potius ex uſitata eiusdem vocis repetitione, de qua dixi ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1. *Eumen.* Conſtantio 7. 4. imo vero iſtiusmodi repetitiones Noſtro in primis ſunt propriae, veluti mox in fin. & princ. cap. ſeq. *quod tali Principe tam ſero fruerentur. Longum eſt, ex illo percenſere beneficia Principis.* & propius ad h. l. ſupr. 33. 7. *ad omnes pro portione permanat — quod ſingillatim omnes adipiſcuntur.* adde cap. 1. 1. *ultra omnium ſeculorum Principes eminet, quantum a privatis ceteri Principes receſſerunt.* cap. 13. 1. *Roma, doluiſti — Hoc enim, Roma.* cap. 20. 1. *Macedones bello laceſſerunt — verum Macedones cum bellum reficerent.* cap. 27. 5. *liberandae Vrbis gradus, — quod illum ſemper exedendae Vrbis.* cap. 28. 4. *acies pertineret, — ut acies.*

Ita diu] *Moerl tam diu.* Sed recte ſe habet vulgata. Solet enim *ita* pro tam adverbiis iungi. *Cicero* ad Diverſ. lib. XIII Epiſt. 21. 4. *Mihi moleſtiſſimis temporibus ita fideliter, benevoleque praeſto fuit, ut ſi a me manumiſſus eſſet.* IAEGERVS. Etiam *Guelf. tam diu.*

Fruerentur] Vid. ſupr. ad Incertum Conſtantin. 7. 5.

1. *Ex illo*] Suſpicor reponendum: *Longum eſt ſtilo perc.* IVRETVS Scil. tempore. *Virgil.* Aen. XII. 31. ſq.

Promiſſam eripui genero; arma impia ſumſi.
Ex illo, qui me caſus, quae, Turne, ſequantur
Bella, vides.

Cornel. Nep. Att. 8. 1. ex interpunctione *Staverii: Secutum eſt illud,* (ſc. *tempus*, quam vocem Codd. nonnulli hic inſertam praeferunt) *occiſo Caeſare, quum res publica penes Brutos videretur eſſe, & Caſſium. Terent.* Adelph. III. 2. 1. ſq.

Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atque huic malo ſalutem quaerant, auxilii nihil adferant.

ubi *Donatus: Nunc illud eſt. Vtrum periculum, an tempus? Eſt enim* ἔλλειψις IAEGERVS.

In Vrbem] Forte *orbem.* LIVINEIVS. *Orbem* ex emendatione *Livineii* Edd. *Francof. Pariſ. Cellar. Patar.* Antiquiores vitioſe praeferunt *urbem. Livius* III. 36. *Quum ita priores Decemviri ſervaſſent, ut unus faſces haberet, & hoc inſigne regium in orbem, ſuam cuiusque vicem, per omnes iret: ſubito omnes cum duodenis faſcibus prodiere.* IAEGERVS Codd., etiam *Guelf. urbem. Livineii* coniecturam in textum admiſit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, neque hanc propter *redeuntia* & *contexta* damnare auſim, cum potuerint peccare Codd. ex frequenti illa permutatione, quae notata eſt ad Incertum Conſtantin. 14. 5. *Claudianus* in Eutrop. II. 185.

Inque orbem tereti mitra redeunte capillum.

Pacat. Paneg. 10. 1. *& in ſe quodam orbe* (negotiis) *redeuntibus. Livius* V. 19. fin. *ſenae horae in orbem operi adtributae ſunt.* Si quis tamen Codd ſcripturam *urbem* tueri velit, fortie rectius legerit *in Vrbem redundantia*, a qua locutione non alienus eſt *Nazarius.* cap. 14. 7. *in eum ipſum tua munera redundarunt.* cap. 33. 7. *in commune Reip. redundare.*

Sine modo] Sine fine. *Horat.* Od. II. 6. 7.

Sit modus laſſo maris & viarum
Militiaeque.

ubi Vet. Schol. *modus nunc pro fine dixit.* Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 11. 4. & 24. 3. IAEGERVS.

bem ſine modo redeuntia, contexta eius benignitate fulſerunt, itainfinita numero,
commodis magna, ut numquam oblivionem gratiae obductura ſit vel multitudo
omnium, vel utilitas ſingulorum. Senſiſti, Roma, tandem, arcem te omnium 2
gentium, & terrarum eſſe reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros

RVS. Et quae dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Parthen. 2.

Contexta] Inferendum *ita contexta*, quamquam malim etiam pro hoc *connexa.* ACIDALIVS. Minus neceſſaria mutatio. *Cicer.* Tuſcul. Quaeſt. V. 33. in fin. *Ita perpetuas & contextas voluptates in ſapiente fore ſemper, cum exſpectatio ſperatarum voluptatum perceptarum memoria iungeretur.* IAEGERVS.

Oblivione gratiam] Vet. *oblivionem gratiae.* PVTEANVS. *Oblivione gratiae* Vet. *Bertin.* Forte *oblivionem gratiae.* LIVINEIVS. Sic Edd. omnes. *Oblivionem gratiae Moerl.* expreſſe praefert. Vtraque lectio ſatis proba eſt. Variat his locutionibus *Plinius*, in locis compluribus Hiſt. Nat. v. g lib. XXIX c. 4. Sect. 24. *Fit & e ſtellionibus malum medicamentum. Nam, cum immortuus eſt vino, faciem eorum, qui biberunt, lentigine obducit.* Poterat dicere: *faciei eorum, qui biberint, lentiginem obducit:* ſicut lib. II. c. 48. ſ. 49. dixerat: *exhalante terra* (repentini flatus) *coorti, rurſuſque deiecti, interim obducta nubium cute, multiformes exiſtunt.* Vbi verſa vice, pro *obducta* ſcil. iis, *n. c.* dicere licebat *obducti n. c. Propert.* IV. 5. 1.

Terra tuum ſpinis obducat, lena, ſepulcrum.

Claudian. de Rapt. Proſerp. I. 115.

Obducam tenebris lucem.

& ſic plures. Contra vero *Tullius* Acad. Quaeſt. IV. 6. *Conatus eſt, clariſſimis rebus tenebras obducere* Idem ad Divers. lib. IX. Ep. 2. 8. *Et tamen λεληθότως conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo.* & Tuſc Q. II. 15. in fin. *Labor quaſi callum quoddam obducit dolori.* Vtramcumque igitur ex lectionibus hiſce ſequamur, parum intereſt. Mihi tamen altera illa e MSS. *ut n. oblivionem gratiae obd. ſit*, h. l. elegantior videtur. Quia nimirum *obducere* etiam ſignificat opponere, & tamquam adverſarium obiicere, vid. *Turneb.* Adverſar. XXIV. 34. explicari poteſt ita, ut *oblivio*, velut adverſaria, opponatur *gratiae*, & memoriae beneficiorum. IAEGERVS. Etiam *Guelf. oblivionem gratiae*, quod reſtitui, cum alteram lectionem adhuc retinuerit *Iaegerus.* Hoc Codd. auctoritati dedi, quare etiam recte mihi apud *Quinctilian.* Declam. VI. 15. emendare videtur *Burmannus: tenebras luminibus nox obduxerat.* altera locutio quoque eſt apud *Lucan.* IX. 109.

Caput ferali obduxit amictu.

2. *Arcem*] *Cicero* in Catilin. Orat. IV. 6. *Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium.* Vid. ſupra Paneg. I. 14. 3. Conf. *Erinnae* Ode in laudem Romae, in Fragment. Poetar. Lyricor. *H. Stephan* p. 402. & *Claudian.* de Conſ. Stilich. III. 130. ſqq. IAEGERVS. Add. *Cirino* de Vrb. Roma cap. 1. §. 17. *Elmenh.* ad *Arnob.* adv. Gent. II. p. 67. ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 12. 1.

Provinciis optimates] Pulchre *Rutilius Numatianus* Itinerario priore:

Religioſa patet peregrinae Curia laudi,
Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.

At Conſtantinum aperte Iulianus incuſabat, quod Barbaros omnium primus adusque faſces auxerat, & trabeas Conſulares. Verba ſunt *Ammiani Marcellini* e XXI. Tu, mi Lector, vide reliqua. LIVINEIVS. Conſtantini beneficentia, ac benignitas eo pervenit, ut alienigenas etiam Romanis honoribus decoraret, teſte *Euſebio* Vit. lib. IV. cap. 7 PATAROL. Et quidem his praeſertim honoribus eos adfeciſſe Barbaros videtur, qui ſtrenuam contra Maxentium operam praeſtiterant, quos, praeſertim in Curia, praemii loco haberent. Conf. *Spanhem.* Orb. Roman. cap. 20. p. 496. *Lipſium* Magnit. R. IV. 2. *Iuret.* ad *Symmach.* Epiſt. I. 46. *Sitzman.* ad *Rutilii* Iter I. 13. quare Conſtantinum, tamquam novatorem, & priſcarum legum turbatorem, & augendae Barbaricae vilitatis auctorem notavit Imp. Iulianus, quamvis ne ipſe quidem a Barbaris legendis abſtinuerit. Conf. *Ammian. Marcell.* XXI. 10. fin. & cap. 12. fin. —— De *Optimatum* in Senatoribus

ros curiae tuae pigneraveris: ut Senatus dignitas non nomine, quam re, es-
3 ſet illuſtrior, cum ex totius orbis flore conſtaret. Populi vero Romani vis
illa, & magnitudo venerabilis, ad imaginem antiquitatis relata, non licentia
effrenis exſultat, non abiecta languide iacet, ſed ſic aſſiduis divini Principis
monitis temperata eſt, ut, cum ad nutum eius flexibilis & tenera ducatur,
morigeram ſe non terrori eius praebeat, ſed benignitati. Placidam quippe re-
4 rum quietem, & profundum Vrbi otium gentes perdomitae condiderunt. Va-

cat

bus titulo egerunt *Cerda* ad *Virgil.* Aen. I. 430. *Demſter.* ad *Roſin.* Antiq. VII. 5.

Pigneraveris] *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Baun. Patar. pignoraveris.* Vtitur forma activa ita, ut alias deponens ſolet uſurpari. *Pignerare*, ex lege Grammaticorum, ſignificat pignori dare; *pignerari* vero capere pignus, ſive accepto quaſi pignore ſuum facere, ſibi adſerere. Ita *Cicero* Phil XIV. 12. *Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet.* Idem in Fragm. de Republ. lib I. *Sed ut plurimas, & maximas noſtri animi, ingenii, conſilii prima ipſa ſibi ad utilitatem pigneraretur. Ovid.* Met. VII. 621.

Quod das mihi, pigneror omen.

IAEGERVS. *Guelf. pigneraris.* Ex antiquiſſima *Puteol.* eſt *pignoraveris*; alterum recte dedit *Livineius*, quem ſecuti ſunt *Paull. Stephanus*, & *Gruterus*, quos deſerere non debuiſſent recentiores praeter *Cellarium.* Conf *Heins.* ad *Ovid.* d. l. *Pigneraretur* in *Ciceronis* loco pro *pigneraret* accipit *Nonius* de Propriet. ſerm. 17. n. 84.

Nomine] Eleganter opponitur *re*, de quo Pater meus ad *Pacat.* Paneg. 18. 4. ſupr. ad *Mamertin.* Geneth 2. 4.

Orbis flore.] Locutionem inluſtrat *Cortius* ad *Plinii* Epiſt. VIII. 6. 3. & quae dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 1. ubi & Graecum ἄνθος adtigi, quod hac elegantia eſt apud *Aeſchyl* Pers 59. & 252. Agam. 205. De ipſa re egit *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 106.

3. *Relata*] Reducta & revocata LIVINEIVS. Sic *Tullius* Divinat in Q. Caecil. c. 21. *Neque enim magis animos hominum nocentium res umquam ulla commovit, quam haec maiorum conſuetudo, longo intervallo repetita ac relata; ſociorum querimoniae delatae ad hominem non incertiſſimum; ſuſceptae ab eo, qui videbatur eorum fortunas fide, diligentiaque ſua poſſe defendere. Hoc timent homines: hoc laborant: hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri, ac renovari moleſte ferunt.* IAEGERVS *Heinſius* ad *Velleium. Pat.* II. 112. 3. ita hunc locum conſtituit: *venerabilis ad imaginem antiquitatis, elata non licentia, & effrenis exſultat.* Sed ita poſteriora parum recte cohaerere videntur. Emendatione vulgata non indiget. *Referre* eſt comparare, aeſtimare. *Cicero* Philipp. X. 10. *referre facta ad virtutem.* de Orat I. 52. *referre omnia ad voluptatem corporis. Velleius Pat.* II. 77. 1. *referens hoc dictum ad loci nomen. Nepos* Epamin. 1. 1. *ne alienos mores ad ſuos referant. Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 89.

Languide iacet] Animo deiicitur. Conf. *Heinſ.* ad *Velleium* II. 112. 3.

Divi Principis] Vet. *divini.* PVTEANVS. *Divini* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.* corrupte *Divi.* IAEGERVS. *Divi* eſt ex *Puteol.* editum uſque ad *Gruterum*, poſt quem tamen adhuc retinuit *Rivinus.* Recte vulgatum habet *Guelf.* aliique Codd., de vivente enim Conſtantino agit, qui Impp. dicebantur *divini*, unde *divinae aures* apud *Eumen.* Conſtantio 1. 5. poſt mortem vero demum *Divi.* Conf. ſupr. ad Incertum Conſtantin. 25. 4.

Flexibilis & tenera] Recte. neque mutem nunc *flexibili tenore duc.* ACIDALIVS. Sapienter mutatione abſtinuit *Acidalius. Tener* de omnibus rebus dici poteſt, de quibus *mollis* dicitur. *Cicero* de Orat. III. 45. *Nihil eſt tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile ſequatur, quocumque ducas, quam oratio.* Idem in Oratore ad M. Brut. c. 16. *Eſt oratio mollis, & tenera, & ita flexibilis, ut ſequatur. quocumque torqueas.* IAEGERVS. Pro *tenera* igitur *Guelf.* corrupte *terrena.* De hoc populi R. erga Principes temperamento expoſuit *Valeſ.* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 10. & *Barthius* Adverſ. XLVIII. 11. —— *Ad nutum* explicuit *Iaeger.* ſupr. ad Incertum Maximian. 12. 8.

Profundum] *Mamertin.* Maxim. 14. 4. *profundiſſima licet pace florentes.* alii *altum* dicunt, de quo ad *Arator.* I. 43.

4. *Delectamento pacis*] Puta ludos, ſpectacula, & ſimilia. PATAROL.

Quae urbis] Vet. *quaeque urbis.* PVTEANVS. *Quaeque Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS

cat remiſſioribus animis delectamenta pacis adhibere. Celeberrima quaeque Vrbis novis operibus eniteſcunt: nec obſoleta modo per vetuſtatem redivivo cultu inſigniuntur, ſed illa ipſa, quae antehac magnificentiſſima putabantur, nunc, auri luce fulgentia, indecoram maiorum parſimoniam prodiderunt. Circo ipſi Maximo ſublimes porticus, & rutilantes auro columnae tantum inuſitati ornatus dederunt, ut illo non minus cupide conveniatur loci gratia, quam ſpectaculi voluptate.

CAP. XXXVI. Tantorum Roma compos bonorum, quae quidem ei

NEIVS. Lege *celeberrimaque urbis.* ACIDALIVS. *Quacque* Cod. *Moerl* & Edd. accuratiores. *Rbenan. Stephan.* vitioſa etiam interpunctione: *delectamenta pacis adbibere celeberrima*, *quae urbis* etc. *Livineius* puncto poſt *adbibere* poſito, *Celeberrima quae urbis* etc. *Celeberrima urbis*, ubi maxima hominum frequentia; forma Graeca, ſicuti *Tacit.* Annal. IV. 67. 6. *Celeberrimo fori effigiem Divi Auguſti amplecti*, *populumque ac Senatum auxilio vocare.* IAEGERVS. *Celeberrima quae* eſt ex *Puteol.* primus *quaeque* dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr quod confirmat *Guelf.* De notione τȣ̃ *celebris* vid. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 10. 3.

Nobis operibus] Vet. *novis.* PVTEANVS. Lege *novis operib.* ACIDALIVS. *Nobis* eſt in *Puteol.* *Rbenan. Henr. Stephani*, & pr. *Rivini.* in altera tamen ipſe etiam *Stephanus* dedit *novis.* De hoc Vrbis ornatu vid. *Lipſius* Magnit. Rom. III. 5.

Redivivo cultu] Videtur hic ſollemni vitio Codicum in hac voce peccari, legenduinque eſſe *recidivo: recidivum* enim eſt, quod renaſcitur, & a caſu reſurgit: *redivivum* de materia dicitur, & lapidibus, qui, aedificio deſtructo, ita ſalvi ſunt exemti, ut ad aliud ſtruendum adhiberi posſint. Vid. *Gronov.* ad *Senec.* Troad. vs. 472. & conf. ſupr. Paneg. VIII. 13. 4. IAEGERVS. Nihil peccatum puto propter ea, quae monui ad Incert. Conſtantin. 13. 4.

Antehac] *Moerl. antea.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.*

In decoram] Vet. *indecoram.* PVTEANVS. Vitio typographi in *Rben.* diviſim legebatur.

5. *Idcirco ipſe maxime*] Vet. *circo ipſi maximo.* PVTEANVS. *Idcirco ipſi* Vet. *Bertin. Cuſpin. Maximo* Vet. *Bertin.* Bene *ipſi* & *Maximo.* Sed & primori voce peccatum, quae aequo longior. Curto, & emendo *Circo.* *Aurelius Victor: A. Flavio etiam poſt Circus Maximus excultus mirifice, atque ad lavandum inſtitutum opus, ceteris haud multo diſpar.* LIVINEIVS. Lege *Circo ipſi Maximo ſublimes port.* ACIDALIVS. Ita *Rbenan. Stephan. Livin.* itemque *Cuſpin.*, niſi quod hic una cum Codd *Liv.* & *Bert.* pro *ipſae* habet *ipſi.* Iidem Codd. *maximo* exhibentes *Livineio* facem praetulerunt ad locum hunc, reſecta a primori voce ſyllaba prima, plane emendandum, quem ita emendatum exhibent Edd. poſteriores cum Cod. *Moerl.* IAEGERVS Corrupta lectio fluxit ex *Puteol.*, a *Rivino* retenta. Vulgatam quoque *Guelf.* cum aliis Codd. confirmat.

Porticus] Nemini non notum, Romae inſignes fuiſſe porticus bene multas: quarum aliae *duplices*, ut ait *Suetonius* in Claudio, *triplicesque*, aut Graeco vocabulo *tetraſticae*, aut *pentaſticae* a totidem ordinibus columnarum dicerentur. Pompeiana imprimis porticus commendatur. BAVNE.

Speculi voluntate] Aliis *ſpectaculi voluptate.* RHENANVS. Vet. *ſpectandi voluptate.* PVTEANVS. *Spectaculi voluptate* Vet. *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Spectaculi voluptate* verum, non quod in textu *ſpeculi voluntate.* ACIDALIVS. *Rbenan.* & *Stephan.* itemque *Livin.* in contextu habent *ſpeculi*; ſed veram lectionem ſummo conſenſu libri ſcripti, & excuſi reliqui confirmant. Cod. *Put.* praefert *ſpectandi.* IAEGERVS. De Cod. *Puteaneo* eſt dubium. *Spectandi* dederunt *Pariſienſes*, ſed in excerptis penes me MSS. eſt *ſpectaculi*, quod in eo exſtitiſſe mihi ſit veriſimile, quoniam ita etiam *Schonhovii* excerpta, & *Guelf.* *Speculi* retinuit adhuc *Rivinus.* *Voluntate* eſt in *Puteol. Rbenan. Stephan.* & *Rivin.* in reliquis *voluptate*, quod confirmant Codd. ſicut haec etiam permutata ſunt apud Incert. Maxim. 2. 3 & ſupr. 32. 8

1. *Campos bonorum*] Vet. *compos bonorum.* PVTEANVS. Lege *compos bonorum* ACIDALIVS. *Rbenan. Stephan.* corrupte *campos bonorum*; etiam *Schonbov.* & *Cuſpin.* *bonorum* habet Cod. *Put.* & *Moerl.* ita, ut in Edd. ceteris legitur, locum exhibent. IAEGERVS *Compos bonorum* *Guelf.* ex *Puteaneo* in variantibus penes me MSS. non *bonorum*, ut eſt in Ed. *Pariſ.*, ſed *bonorum* notatur. Vulgatam inde a *Livineio* reliqui expreſſerunt; *compos bonorum* tamen *Rivinus.*

ei ſunt cum toto orbe communia, haurit inſuper ingentis ſpei fructum, quam
propoſitam ſibi ex Caeſaribus nobiliſſimis habet, eorumque fratribus, quorum
2 iam nomina ipſa veneramur, etſi vota noſtra interim proferuntur. Nec
Lacedaemoniis magis licuerit, hoc inſtituto rempublicam tueri ſuam, cum
regem, niſi ex ſtirpe Herculis, non haberent. Tuos, Conſtantine maxime,
tuos

Habuit inſuper] *Haurit* Vet. PVTEANVS. *Haurit* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *communia, inſuper ingentis ſpei fructum propoſitum ſibi ex Caeſar.* eiectis *habuit* & *quem*, quae inſerta velut ad fulciendam ſtructuram. ACIDALIVS. *Haurit* ſcripti, & Edd. meliores omnes. *Rhenan. Stephan. Livin. habuit*, quod verbum una cum ſequenti pronomine *quem* eiectum vult *Acidalius*. Sed blandior & tutior eſt medicina librorum MSS., nec audiendi ſunt illi, qui locutionem hanc, *haurire fructum*, ut abſonam damnant. Quodſi enim *haurire dolorem*, *luctum*, & ſimilia, exemplo *Tullii*, & optimi cuiusque recte dicitur: quidni etiam *haurire fructum*, (h. e. voluptatem, ἀπόλαυσιν, non poma, quae multis, quando *fructus* ſit mentio, obverſantur,) citra reprehenſionem uſurpemus? IAEGERVS *Haurit* etiam *Guelf. habuit* ex *Puteol.* retentum eſt uſque *Gruterum*, & poſtea in pr. a *Rivino*. *Habuit ſemper* citat, notato tamen in margine *inſuper*, *Brouwer*. Annal. Trev. III. p. 211.

Quem propoſitum] Vet. *quam propoſitam*. PVTEANVS. *Quam propoſitam* Vet. LIVINEIVS. Sic Edd. omnes. Mihi vero melior videtur ſcriptura Cod. *Liv.* & *Put.* itemque *Gud. quam propoſitam*; ut ad *ſpem* referatur. Ita e. g *Cicer.* pro Milon c. 12. *ſatis eſt quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere, magnam ei cauſſam, magnam ſpem in Milonis morte propoſitam, magnas utilitates fuiſſe.* Idem pro C. Rabirio c. 5. *Niſi forte hanc conditionem vobis eſſe vultis, quam ſervi, ſi libertatis ſpem propoſitam non haberent, ferre nullo modo poſſent.* IAEGERVS. *Poſitam in pernicie ſpem habere* eſt apud *Nepot.* Eumen. 11. 2.

Caeſaribus nobiliſſimis] Criſpo & Conſtantino ſcilicet PVTEANVS. & BAVNE. Caeſarum, ab Auguſtis diſtinctorum, fere eſt proprium, ut *Nobiliſſimi* dicantur. Nummi, lapides paſſim loquuntur. CELLARIVS. Conf. infr. 38. 2.

Habet] *Brouwer*. Annal Trevir. III. p. 211. citat *alit*, notato in margine, pro varia lectione, *habet*, quae frequenter permutata notavi ad *Sedul.* II. 81. *Arator.* I. 196. *alit* in nullo inveni, quamvis *ſpem alere* proba ſit locutio, ex iis, quae dicta ſunt ad *Sedulium* d. l. Vulgatam tuetur *Cicero* pro Rabir. 5. *ſpem propoſitam non haberent. Spem habere* dixit *Nepos Alcib.* 3. 5. *Ovidius* Heroid. XVIII. 176. ex Pont. IV. 15. 61. quod *in ſpe habere Salluſtius* Catil. 32.

Fratribus] Conſtantem puta, & Conſtantium, quorum nomina iam veneramur, etſi vota noſtra differuntur, id eſt, etſi nondum aſciti ſunt in Caeſares. BAVNE & PATAROL.

Veneramur] *Pith. venerantur.* Forte *veneratur*, Roma ſcilicet PVTEANVS. Quos veneramur, tanquam iam nomine Caeſaris inſignes, licet adhuc non ſint. PATARÓL. *Moerl.* & *Gud venerantur.* IAEGERVS. Vulgatum tuetur ſequens *noſtra*.

Vota noſtra] Scilicet pro eorum ſucceſſione in imperio. LIVINEIVS.

Iterum proferuntur] Vet. *interim*. Totus hic locus legendus, & interpungendus eſt in hunc modum: *veneratur, & ſi vota noſtra interim proferuntur* (*ne Lacedaem. mag. lic. h. inſt. R. t. ſuam, cum r. n. ex ſt. H. non haberent*) *tuos Conſt.* etc. Emendavi *interim*, quanquam fortaſſis *iterum* non improbandum eſt, propter ea, quae dixit *Nazarius* ſupr. c. 2. *Sed*, inquit, *auguramur iam Vicennalia*, etc. PVTEANVS. *Interim* Vet. *Bertin. Proferuntur* vero eſt differuntur. LIVINEIVS. Lege, *interim properant, ne Lacedaem.* ACIDALIVS. Pro *interim Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. iterum*, quod non improbandum putat *Puteanus*. Ipſe tamen, cum reliquis, *interim* in contextum admiſit; recte, ut videtur: explicitior certe huius ſententiae ratio eſt, quam alterius illius. Porro *proferri* idem hoc loco eſſe, quod differri, bene monuit *Livineius*. Vid. *Heinſ.* ad *Ovid.* Rem amor. vs. 93. ubi haec verba permutari etiam docet. Nec opus eſt, ut cum *Acidalio* reſcribamus pro illo *properant*. IAEGERVS. *Iterum* eſt in omnibus ante *Gruterum*, & poſtea adhuc retinuit *Rivinus*. recte etiam *Guelf. interim*. *Proferre* hac notione eſt apud *Terent.* Andr. II. 1. 28.

Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquo.

Sed

tuos liberos, ac deinceps nepotes tecum optat, ut tanto a pluribus petantur,
quanto ad maiora naſcuntur. Declarant ecce rationem, cupiditatemque voto- 3
rum facta Criſpi, Caeſarum maximi, in quo velox virtus, aetatis mora non
retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupavit: cuius ita iam ube-
res ſcatent laudes, ut plenae poſſent videri, niſi coepiſſe & patrem cogitaremus.

Qui

Seneca Hercul. fur. 189.

> *Nulli iuſſo ceſſare licet,*
> *Nulli ſcriptum proferre diem,*

Iuſtinus II. 15. 6. *diem de die proferendo. Burman.* ad *Quinctil.* Declam. V. 7.

2. *Nec Lacedaemoniis*] Vet. *ne.* PVTEANVS Ominatur longum, & perpetuum quendam ordinem Imperatorum e ſtirpe Conſtantini Magni. In quo fruſtra fuit: nam Conſtantio, Conſtantini F., ceteris extinctis fratribus, Iulianus patruelis ſucceſſit. LIVINEIVS. Non opus eſt, ut cum *Acidalio nec* mutemus in *ne*, quod tamen *Puteano* quoque placuit Vulgata profecto ſatis falſa eſt, & perſpicua. IAEGERVS. Conf. *Putean* praeced. obſerv.

Rempublicam] *Guelf reipae*, id eſt, *Reipublicae*, ut ad *inſtituto* referatur, quod tamen minus neceſſe.

Stirpe Herculis] Apud Lacedaemonios regum erant familiae duae; altera Euryſthenidarum, ab Euryſthene, eius auctore; altera Proclidarum, a Procle: ambae ab Hercule, quare *Heraclidae* dicebantur. Sed de his ſupra Paneg. I. c. 9 BAVNE. Vide *Corn. Nepotis* Ageſilaum cap. 1. CELLARIVS. Ex Ariſtodemo enim, ſeu Ariſtomacho iuxta *Aelianum*, qui de Herculis progenie fuit, nati Euriſthenes, & Procles, ſeu Patrocles. qui auſpicia geminis familiis dedere, e quibus Spartae Reges continua ſerie profluxerunt. Fuſe *Pauſanias* lib III. *Strabo* lib. VIII. e recentioribus *Meurſius* Miſcell. Lacon. lib. III. cap. 9. Vide etiam dicta Paneg. I. c. 9. PATAROL.

Tuos, Conſtantine] *Tui*, & *liberi* Grammaticae leges poſtulant. Sed perpetuus Graeciſmus eſt, qualis in hoc *Luciani:* Ὅςις δὲ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ τούτῳ ὅμοιος, ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπὸν, ἐι μὴ σφόδρα μαλακὸς, ἐι μὴ ςεῤῥότερος τοῦ βέλους. Et paſſim in optimis Scriptoribus, ut exempla congerere non ſit neceſſe. Imitatus & *Capitolinus* Pertinace: *eumque petiit per litteras, ut ad Britannias proficiſceretur.* LIVINEIVS. Lege *haberent. Tuos Conſtant.* ACIDALIVS Conſ. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenolex. I. 2. 16. p. 262. IAEGERVS.

Optat] Scil. Roma. LIVINEIVS.

Tanto a pluribus] Forte *a tanto pl.* IDEM. Supple *populis.* BAVNE. *Livineius* tranſpoſitis vocibus *a tanto pluribus* legendum putat: ſed elegantior videtur lectio vulgata, in qua utrobique praepoſitio poſtponitur: *tanto a pluribus, quanto ad maiora.* IAEGERVS.

Quando ad maiora naſcantur] Aliis *quanto ad m naſcuntur.* RHENANVS. Sic Vet. *quanto maiora noſcuntur*, unde puto legendum, ut eſt notatum in margine Edit. *Baſil. quanto ad maiera naſcuntur.* PVTEANVS. *Rhenan. Stephan.* in textu vitioſe: *quando ad maiora naſcantur;* meliore tamen lectione in margine adnotata. Cod. *Gud* itidem corrupte: *quanto maiora noſcuntur.* IAEGERVS. Meliorem quoque lectionem habent *Schonhovii* excerpta, quam recte admiſit *Livineius*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

3. *Caeſarum*] *Caeſaris* Vet. Inepte. Praeceſſit enim, *ex Caeſaribus nobiliſſimis*, Criſpo ſcilicet & Conſtantino. *Maximi* ergo expone natu maximi. LIVINEIVS. Maximus natu Criſpus ex tribus illius temporis Caeſaribus. Pueri enim Conſtantinus & Licinius iuniores erant. CELLARIVS.

Gloriis triumphalibus] Francis devictis. LIVINEIVS. Male *Sigonius* Opp. T. II. Part. II. p. 107. citat *gladiis tr.* De plurali *gloriis* dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 4. Criſpum ſimiliter ita laudat ſupra 3. 5. *iam obterendis hoſtibus gravis terrorem paternum, quo ſemper barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen ſuum coepit.* ubi Not.

Coepiſſe & patrem] Lege *niſi coepiſſe partem cogit.* Retineri tamen & poſſit. ACIDALIVS. Niſi ſubiret in mentem haec fuiſſe ſui patris initia; Vel ſi pro *patrem* legamus *partem.* Senſus erit, niſi veniret illud in mentem, partem eſſe tantum; cum quis ita incipit. BAVNE. Verba haec adeo inepta ſunt, frigidaque, ut nihil magis; miror ſane, ne caeteros nominem, optimum Virum *Livineium* non vidiſſe ineptum illud ſchema. Quid enim hoc eſt? *niſi caepiſſe & patrem cogitaremus;* quae vis, quis ſenſus, quae emphaſis? utique pater, & omnes mortales prius incipere debebant, quam finirent. Quae haec abſurda locu-

tio,

4Qui quidem nunc nobiliſſimus Caeſar venerandi patris, fratrum, ſuorumque 5omnium fruitur adſpectu, ſeque fruendum omnibus praebet. Cruda adhuc hieme iter, gelu intractabile, immenſum ſpatio, nivibus infeſtum, incredibili

tio? ſed extra culpam ingenioſus eſt Orator, qui ſolito declamatoribus iſtis acumine ſcripſit: *Cuius ita iam uberes ſcatent laudes, ut plenae poſſent videri, niſi ſic caepiſſe & patrem cogitaremus.* Vocula *ſic* vicinis utrinque vocibus abſorpta fuit. Et iam ſententia pulcherrima. Nihil addo praeter haec pauca. *Claudian.* Conſ. Olybr. & Prob. vs. 67.

Caepiſti, qua finis erat, primordia veſtra
Vix pauci meruere ſenes.

Sidon. Apoll. Carm. V. vs. 320.

Res ordine currit,
Hanc ambit famam, quisquis ſic incipit.

Paulinus Petrocor. de Vit Martin. lib. I. vs. 130.

Quisnam, quaeſo, bonus ſic conſummare valeret,
Vt caepit teneris felix Martinus in annis.

WITHOF. Specim. *Gunther.* p. 81. *Coepiſſe & partem* edidit *Patarol*, quem ſequor. IAEGERVS. In *coepiſſe & patrem* conſentiunt Codd. quorum ſcripturam retinui, quamvis facilis ſit *Acidalii* coniectura ob vulgatum in his Librariorum errorem, de quo Pater meus ad *Victor.* Caeſar. 3. 8. & ipſe ad *Arator.* I. 36. & 391. ſed in qua vix video, ut & commode retineatur; magis enim *tantum*, *modo*, aut ſimile quid ſcripſiſſet, ſi de *parte* cogitaſſet. Ad *Nazarii* mentem ſatis eſt adcommodata *Withovii* coniectura, ut indicet Conſtantinum rebus, in adoleſcentia geſtis, laudem quidem reportaſſe, ſed minus plenam, at vero auctam per bella deinde fortiter & feliciter confecta. Quid igitur? Potius legerim: *niſi cepiſſe* (eas laudes) *& patrem cogitaremus* ita enim in ducta a fonte metaphora pergit, quam indicant vocabula *uberes ſcatent*, & *plenae.* Expeditionem ſcilicet innuit, quam, anno hunc Panegyricum praecedente, contra Francos, & Alemannos in Galliis feliciter egerat Criſpus. Vid. *Baunius* Vit. Conſtantin. ſupr. p. 302. *Schoepflin.* Alſat. inluſtr. T. I. p. 395. Laudes ex ea reportatas fonti comparat, cuius uberes ſcatent aquae, quique plenus foret, niſi ab alio aquae inde iam eſſent captae. Ob laudes itaque in Galliis, ex Francis devictis, a Conſtantino patre praeceptas, eaedem a Criſpo reportatae non erant plenae; ita enim magis iam a patre domitos, & tantum rebellantes, Francos coercuiſſe, & in officium redegiſſe, quam novos hoſtes, & viribus integris, domuiſſe videbatur. *Capere laudes* itaque dixit, ut *Cicero* Philipp. II. 44. *eam gloriam conſecuti ſint, quae vix caelo capi poſſe videatur.* *Lael.* de Amic. 7 *maximam gloriam ceperit.*

4. *Nunc nobiliſſimus*] *Nunc* abeſt *Bertin.* Vitio LIVINEIVS. *Nunc* recte retinetur; domitis enim Francis, Criſpus e Galliis, praeſenti tempore, ad patrem in Pannoniam erat profectus, de quo *Gothofredus* Proleg. ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 21. De *nobiliſſimo* Caeſare vid. infr. 38. 2.

Fruendum] Conf. ad Incertum Conſtantin. 7. 5.

5. *Intractabile*] Similia exempla dedit *Wopkenſ.* Obſerv. Miſcell Nov. T. ult. p 220. Geminus huic locus eſt *Mamertini* Genethl. 9. 1.

Alacritatibus] Vet. *alacritati.* Sic legendum. PVTEANVS. Forte *alacritati eius nib.* LIVINEIVS. & BAVNE. Recte ſane: alioquin enim pronomen *qui* non habet, quo referatur. IAEGERVS. *Guelf.* etiam *alacritati*, quod primus recte reſtituit *Iaegerus*, qui tamen cum, ex *Livineii* coniectura, *eius* addiderit, in eo quidem non adſentio. Sequens *qui* refero ad *confecit*; hoc enim in quibusdam Edd. duobus punctis male eſt a ſequentibus ſeiunctum, cum tota uno ſit ſpiritu legenda periodus.

A ſuis] Suorum conſpectu. LIVINEIVS.

Inſtituerit voluntatem] Sic legendum: *qui ipſe, quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtiterit militiam.* PVTEANVS. Forte *inſtiterit voluptatem.* LIVINEIVS. Lege *inſtituerit voluptatem.* ACIDALIVS. Sic Edd. omnes, praeter *Stephan.* pro *inſtituerit* exhibentem *inſtruxerit.* Pro *ipſam Put.* legi iubet *ipſe*, & ſequentia hoc modo corrigit, *quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtiterit militiam* Sed τὸ *militiam* a *voluntatem* nimis longe recedit. Loco vocis *laborioſam Moerl.* vitioſe *glorioſam.* *Baunius* lectionem vulgatam ita interpretatur: *ut intelligamus, nihil vivido eius animo eſſe difficile, qui prior habuerit illam voluntatem adeo ſtrenuam, quam a ſuis militibus repoſcebat* Sed vellem, docuiſſet, quo modo haec cum ſuperioribus recte copulentur,

li celeritate confecit, ut intelligamus alacritati nihil aſperum, qui ipſam, quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtituerit voluntatem.

Cap. XXXVII. Quae tuum, Conſtantine maxime, mite pectus inunda-

tur, & qua Latinitatis ratione *laborioſam inſtituere voluntatem* idem ſignificet, quod *habere voluntatem ſtrenuam*. Si vulgata retinenda eſt malim hunc in modum explicare: *nihil difficile eſſe ei, qui laborioſam illam voluntatem*, i. e. laborum alacriter ferendorum ſtudium, & patientiam, *quam a ſuis poſcebat*, *ipſe inſtituerit*, ſc. animis eorum, eosque ſuo ipſius exemplo ad illam erudierit, & adduxerit. Sic certe tranſtulit *Pataroi: avendo egli auvezzato a ſtenti ſi grandi, come bramava, l'animo ancora de' ſuoi.* Sed haec quoque interpretatio nec vera, nec ſuperioribus ſatis accommodata videtur *Livineius a ſuis* optime exponit *a ſuorum conſpectu*, & pro *inſtituerit voluntatem* conicit *inſtiterit voluptatem*. *Voluptatem* vult quoque *Acidalius*; quae voces facillime miſcentur; & omnino ſatis eſt proba *Livineii* emendatio. Poteſt tamen etiam illud, quod ſupra memoravi, *inſtruxerit* explicari. *Inſtruere* dici pro ſtruere certiſſimum eſt. Sic e. g. *Nepos* Themiſtocl. 6 4. *Poſtquam autem audierunt, muros inſtrui. Tacit.* Hiſt. V. 12. 3. *Struxere muros in pace. Cicero* pro L. Murena c. 9. *Tu actionem inſtituis; ille aciem inſtruit. Tacitus* vero Hiſt. IV. 24. 3. *Civilem ſtare contra, ſtruere aciem. Livius* XXVI. 13. *Iis apud me hodie epulae inſtructae parataeque ſunt. Tacitus* Annal. XV. 55. 4. *Enimvero liberales ſemper epulas ſtruxiſſe.* Idem Hiſt. II. 22. 3. *Legionarius — inſtruit aggerem.* Contra vero Annal. II. 18. 2. *Miles in loco praelii Tiberium Imperatorem ſalutavit, ſtruxitque aggerem.* Idem Hiſt. IV. 69. 6. *Haud perinde inſtruendo bello intentus.* Atticus ad *Ciceron.* Epiſt. lib. IX. 10. *ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.* Verbum *inſtruere* itaque, non modo *ornare rebus neceſſariis & munire*, ſed etiam, ſicut ſimplex *ſtruere*, ſignificat *machinari, parare. Tacitus* Annal XIV. 11. 2. *Periculaque viris illuſtribus inſtruxiſſet. Iuſtinus* IX. 8. 9. de Macedoniae rege Philippo: *Gratiam fingere in odio, in gratia offenſam ſimulare, inſtruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quaerere, ſolennis illi conſuetudo Cicero* ad Att. V. 21. *Sed dices, me ipſum mihi ſollicitudinem ſtruere.* Quod ſi igitur licet *ſollicitudinem ſibi ſtruere*; quidni liceat etiam *inſtruere voluptatem?* Ad epitheton *laborioſam* quod adtinet, tenenda eſt obſervatio *Burmanni* ad *Phaedr.* II. 6. 13. *quotiescumque adhibentur adiectiva, ubi videtur requiri adverbium, aut adiectivum adverbii modo poſitum, vel contra; aliquando eumdem debere exire ſenſum, ſi illud adiectivum mutetur in adverbium, vel vice verſa adverbum in adiectivum; aliquando autem paullum diſcrepantem.* Convertamus nunc orationem, & pro *laborioſam* ſcribamus *laborioſe*, tunc exiſtet ſententia planiſſima, & commodiſſima. *Caeſar hic fruitur nunc adſpectu ſuorum, ſeque fruendum praebet. Iter difficillimum ad ſuos celerrime confecit. Poſſumus itaque intelligere, nihil alacritati eius aſperum eſſe, qui voluptatem, quam e ſuorum conſpectu petebat, tam laborioſe ſibi paraverit, & perferendis tot, tantisque moleſtiis redemerit.* Sed *Livineii* emendatio, ut iam dixi, optima mihi videtur. IAEGERVS. *Puteani* coniecturam *inſtiterit militiam* commendare poſſet *Graevii* opinio, illud verbum per *coepit* explicantis, ita ut Librariis cognita parum notio effecerit, ut *coepit* & *inſtituit* frequenter ſint permutata. Vid. ad *Ciceron.* Verr. V. 60. & *Sueton.* Vitell. 2. ſed, ut mittam, hanc interpretationem non eſſe veram, quia *inſtitit* magis ad eum pertinet, qui facere pergit, *inſtituit* qui incepit, ut ad *Suetonii* locum docet *Oudendorpius*, eadem ad h. l. non eſt adcommodata, quo non de coepta, ſed peracta militia agitur. Victis enim Francis hoc iter, ut ſupra dixi, in Pannoniam ſuſcepit Criſpus. Si *Livineium* in explicatione *a ſuis* ſequaris, haud dubie legendum eſt *voluptatem;* hanc enim, non *voluntatem*, ex ſuorum conſpectu petiiſſet; ſed dubito, utrum hoc *a ſuis petere voluptatem* indicare queat. In qua *Stephani* Ed. *inſtruxerit* invenerit *Iaegerus*, ignoro: utraque enim *Henr. Stephani*, quaeque eamdem repetiit *Chouetiana*, habent *inſtituerit*; neque aliter *Paull. Stephanus*, quare cum neque Codd. neque editi *inſtruxerit* tueantur, de eo quidem non valde laboro. Locum potius interpretor, qui illud propoſitum, & conſilium, quod a ſuis militibus & exercitu petebat, tantis incommodis obnoxium, ipſe in ſe ſuſcepit. *A ſuis* cum *Bauzio* explico a ſuis militibus, qui ſuarum erant partium, & ita dicuntur, ut *hoſtibus* opponantur, quam notionem inluſtravit *Drakenb.* ad *Livium* IV. 9. 5. & XXXIV. 16. 3. ab his eam petebat voluntatem, ut ipſa hieme iter, gelu intractabile, ingrederentur, ſi id ad hoſtes coercendos ne-

davit gratulatio, cui tanto intervallo videre filium licuit, & videre victo-
2 rem? Narravit utique exhauſta bella, & hoc ad ſuam gratiam, non ad ſui
oſtentationem; qualis excipiendo hoſte, quam reſiſtenti vehemens, quam faci-
3 lis ſupplicanti. Audivit haec frater intentus, & puerilem animum ſpes laeta,
& blanda gaudia titillarunt; cumque miraretur fratrem, etiam ſibi favit, quod
5 ex annis eius, quam proximus tantae gloriae eſſet, agnovit. Nunc te, Con-
ſtan-

neceſſarium videretur. Nunc vero ipſam illam, quam ab his petere ſolebat, *voluntatem inſtituit*, id eſt, difficillimi itineris propoſitum, conſilium ſuſcepit, ingreſſus eſt, ad id ſe compoſuit; hac notione *voluntas* eſt apud *Livium* XXIX. 5. 6. *ſummam ad id ſuam voluntatem eſſe.* & *Ciceron.* in Verr. IV. 11. *ſumma illorum voluntate devertit.* Porro *inſtituere* eſt incipere, quo ſenſu cum *inſtruere* paſſim confundi docet *Oudendorp.* ad *Caeſar.* B. G. II. 30. 3. inde orta eſt ingrediendi, ſuſcipiendi, & ſeſe ad aliquid componendi ſignificatio *Salluſtius* Iugurth. 14. 5 *amicitiam inſtituit*, de quo *Drakenb.* ad *Livium* VII. 31. 2. *Plautus* Epid. III. 2. 27.

Ego hanc aſtutiam inſtitui.

Tacitus Hiſt. IV. 25. *inſtituitque peſſimum facinus.* add. *Cortius* ad *Ciceron.* ad Diverſ. XVI. 20. haec autem *voluntas* erat *laborioſa*, id eſt, propter iter difficile variis incommodis obnoxia. *Velleius Pat.* II. 113. 3. *ſecutusque longo, & perquam laborioſo itinere.* cui proxime congruit *Mamertinus* Grat. act. 12. in fin. *laborioſiſſima negotiorum praeoptans ipſe agere, quam aliis imperare.* Forte etiam ex praecedenti *iter* eſt repetendum, tamquam ſcripſerit, *tam laborioſam itineris inſtituerit voluntatem*, ut ſupr. 5. 7. *maturiorem curſum inſtituiſtis, qui moram conſiderandi itineris non habetis.*

1. *Tanto intervallo*] Conſtantinus aliquanto temporis intervallo Criſpum filium non viderat, quia ipſe in Illyrico Sirmii, ac Serdicae multum agebat, & alibi; Criſpus vincebat in finibus Germaniae. CELLARIVS. Conf. *Gothofred.* Proleg. ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 21.

Videre victorem] Non *victoriam*, ut eſt in Ed. *Puteana.* Criſpus autem, de quo hic agitur, anno Chriſti CCCXX. vicit Alemannos. BAVNE. Sic *Cellarius*, aliique. Alii legunt *victoriam*, meo iudicio minus apte. PATAROL. *Victoriam* eſt in ſola *Pariſ.* quam *Puteanam* vulgo dicunt.

2 *Suam gratiam*] *Sui*, *Bertin.* Forte *tui* LIVINEIVS. Alii legunt *ſui*, alii *tui*, alii *tuam*, id eſt, ut tibi gratificetur. BAVNE. *Tuam* in nulla Ed. reperi; citat tamen ita *Sigonius* Opp. T. II. Part. II. p. 107.

Excipiendo hoſte] Edidit *Iaegerus hoſti*, quod in nullo inveni.

Quam facilis] Male *Guelf. tam.*

3. *Audivit frater*] Conſtantinum ſignificat, Conſtantini Magni ex Fauſta filium. RHENANVS. *Audivit hoc frater* Vet. PVTEANVS. *Audivit haec* Vet. *Bertin.* *Frater* Conſtantinus. LIVINEIVS. Conſtantinus iunior, adhuc puer, etiam Caeſaris honore ornatus. CELLARIVS. & PATAROL. Τὸ *haec* deeſt in *Cuſpin.* *Rhenan.* *Stephan.* IAEGERVS. *Haec* etiam *Guelf.* quod primum recte inſeruit *Gruterus*, iterum in pr. omiſit *Rivinus.*

Sibi favit] Etiam aliquid inde laetitiae in ſe derivavit, quod ex annis Criſpi, cui proximus erat aetate, ſenſit, quam propinquus eſſet tantae laudi. BAVNE. Bene. *Favere alicui* eſt illo delectari. Ita *Cicero* ad Diverſ. III. 6. 1. *Cum meum factum cum tuo comparo, etſi non magis mihi faveo in noſtra amicitia tuenda, quam tibi, tamen multo magis meo facto delector, quam tuo.* i. e. etſi me, meisque in amicitia tuenda factis non magis delector, etc. etſi communis illa φιλαυτία me non decipit. *Plinius* Pan. 94. 1. *te praecipue, Capitoline Iupiter, precor, ut beneficiis tuis faveas*, (i. e. εὐδοκῇς, eaque conſerves) *tantisque muneribus addas perpetuitatem. Tibull.* V. 5. 110.

Et faveo morbo, tam iuvat ipſe dolor.

Ovid. Met. III. 386. ſqq.

Huc coeamus, ait: nullique libentius umquam
Reſponſura ſono, Coeamus, retulit Echo,
Et verbis favet ipſa ſuis.

IAEGERVS. Non diſſimiliter de hoc Conſtantino Incertus Conſtantin. 3. 5. *ſi quid intactum aut parens, aut frater reſervet, declarat mox victo-*

ſtantine maxime, omnes rogamus, cum praeſentem laudaveris, cum iam reipublicae flagitanti, cum Gallis deſiderantibus reddes, iterum atque iterum moneas revertentem (neque enim perſuaderi facile poteſt) ut, ſi quando armis veſtris contuſa barbaria aliquid tamen moverit, ſit ille animo, ſit conſilio tui ſimilis: temperet modo dextrae, manui parcat, & ſit aliquid, quaeſumus, in quo te iterum nolit imitari. Te vero, Conſtantine Caeſar, in-

victorem futurum, qui animo iam vincit aetatem. ubi Not.

4. *Gallis*] An *Galliis.* ACIDALIVS.

Revertentem] *Cuſpin.* & *Gud* vitioſe *reverentem.* IAEGERVS. *Iterum iterumque* exemplis confirmavit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 79. 1.

Neque enim] Nectenda haec ſuperioribus, & ita locus totus diſtinguendus, & ſcribendus: *Nunc te, Conſtantine maxime, omnes rogamus, quum praeſentem laudaveris, quum iam Reip. flagitanti, quum Gallis deſiderantibus reddes, iterum atque iterum moneas revertentem (neque enim perſuaderi facile poteſt) ut ſi quando armis veſtris contuſa barbaria aliquid tamen moverit, ſit ille animo, ſit conſilio tui ſimilis: temperet modo dextrae, manui parcat, & ſit aliquid, quaeſumus, in quo te interim nolit imitari.* ACIDALIVS. In Edd. *Rhenan.* & *Stephan.* verba, *neque enim* etc. puncto, quod vocant, a ſuperioribus ſunt ſeparata. IAEGERVS.

Et ſi quando] Vet. *ut, ſi.* PVTEANVS. *Vt, ſi* Vet. *Bertin.* & abeſt *Langii* Schedis, *Cuſpin.* Vitioſe LIVINEIVS. In Edd. *Rhenan. Stephan.* & *Livin.* pro *ut* legitur &. Sed veram interpunctionem, ac lectionem iam reſtituit *Acidalius*, adſtipulantibus Codd. *Livin. Bert. Put. Moerl.* & Edd. reliquis. *Lang* & *Cuſp.* cum *Schonhov.* particulam ante *ſi quando* plane omittunt IAEGERVS. '*Vt* etiam *Guelf.* quod primus recte dedit *Gruterus*, alterum in pr. adhuc retinuit *Rivinus.*

Contuſa barbaria] Grave verbum eſt *contundere*, cuius vim explicat *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* III. 6. 13. 14. & *Schwarz.* ad *Plin.* Pan. 44. 6 IAEGERVS.

Dextrae] Vet. *dexterae.* PVTEANVS. Sit omnia tui ſimilis, modo inſtar militis manum cum hoſte non conferat, qua in re optamus, ut deinceps te iterum nolit imitari.' BAVNE. *Guelf.* etiam *dexterae.*

Manui parcat] *Manu*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Eam cohibeat. *Florus* II. 6. 17. *Itaque duo maximi exercitus caeſi ad hoſtium ſatietatem, donec Hannibal diceret militi ſuo: Parce ferro.* *Seneca* Med. vs. 174. ſq.

> *Compeſce verba; parce iam demens minis,*
> *Animoſque minue.*

Idem Herc. Oet. 1013. ſq.

> *Parce verberibus, precor,*
> *Megaera, parce; ſuſtine Stygias faces.*

In Cod. *Bert.* & Ed. *Cuſp.* legitur *manu*, per apocopen, ut *Virgil.* Aen. I. 261.

> *Parce metu, Cytherea.*

Vid. *Voſſ* de Analog. II. 13. IAEGERVS. Haec ταυτολογεῖν nemo non videt. Bibliotheca Philologica verba *manui parcat*, tamquam adventicia, atque a Gloſſatoris ingenio profecta excludit. Si quis forte nec hoc remedium probare, nec tautologiam ferre poſſet, putem, pro *manui* ſubſtitui poſſe *ferro.* Vtrumque certe iungit *Lucan.* VII. 728—30.

> *Caeſar ut Heſperio vidit ſatis arva natare*
> *Sanguine, parcendum ferro manibusque ſuorum*
> *Iam ratus.*

Sed multo ſatius eſt abiicere additamentum ſupervacaneum. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. veter. p. 37. Quid ſi interpungamus? *temperet modo, dextrae manui parcat.* De notione τȣ̃ *parcere* vid. *Burman.* ad *Claudian.* Rapt. Proſ. I. 67. & *Burman. Secundum* ad Anthol. Lat. T. I. p. 96. Apocopen illam in *manu* adtigi ad *Mamertin.* Maxim. 6. 5.

Et ſit aliquid] Vet. & *ſi tale quid* PVTEANVS. Ita etiam *Guelf.* Vulgatum tuetur praecedens *ſit*, & oppoſitio in *ſit tui ſimilis*, & *ſit aliquid, in quo nolit imitari.*

Te iterum] Audaciam tuam, καὶ τὸ φιλοκίνδυνον. LIVINEIVS. Scribe *te interim noluit.* Tamen *iterum* forte poſſit retineri, ut ſit amplius, poſthac. ACIDALIVS. Recte *iterum*; prima enim vice in vincendis Francis, & Alemannis, brevi ante hoc iter, Conſtantinum erat imitatus.

Noluit imitari] Vet. *nolit.* PVTEANVS. *Nolit*

incrementum maximum boni publici, quibus votis ampleɛtitur Romana felicitas? quae de te tantum exſpeɛtat, quantum nomine polliceris: &, licet aetas adhuc revocet ab imitatione virtutis paternae, iam tamen ad pietatem eius natura deducit; iam maturato ſtudio litteris habilis, iam felix dextera fructuoſa
6 ſubſcriptione laetatur. Delegat multa indulgentiſſimus parens; &, quae per te concedit, referri ad gratiam tuam mavult.

Cap. XXXVIII. Quid igitur his temporibus fortunatius, cum, bene-

lit etiam *Guelf. Noluit* eſt in *Rhenan. H. Stephani*, & *Rivini* Edd.

5. *Incrementum*] Conf. *Iuret.* ad *Symmach.* Epiſt. I. 43. & *Cerda* ad *Virgil.* Eclog. IV. 49. *Bonum publicum* eodem modo eſt infra apud *Mamertinum* Grat. act. 30. 4. & *Salluſt.* Iugurth. 25. 3.

Quibus modis] Vet. *votis.* PVTEANVS. *Votis* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Votis* libri tres, quod malim, quam retro vulgatum *quibus modis.* GRVTERVS. *Votis* magno conſenſu ſcripti, & Edd. meliores pro *quibus modis*, ut *Rhenan. Stephan. Livin.* exhibent. IAEGERVS. Adſtipulatur *Guelf.* quod recte reſtituit *Gruterus*; retinuit tamen *modis Rivinus.*

Romana felicitas] *Sigonius* Opp. T. I. Part. II. p. 107. citat *humana felicitas*, quod in meis non inveni. Similis permutatio eſt apud *Eumenium* Conſtantio 15. 4.

Polliceris] Alludit ad *Conſtantini* nomen, quod ductum videtur a *conſtantia.* BAVNE. Paterno, quo gaudes. PATAROL.

Evocet] Aliis *revocet.* RHENANVS. *Revocet* Langii Schedae. LIVINEIVS *Langianum* authenticum exemplar *revocet.* Fortaſſe *ſevocet.* GRVTERVS. *Revocet* in margine *Rhenan. Stephan.* & *Lang.* cum accuratioribus. *Cuſpin. Schonhov. Rhenan* & *Stephan.* in textu, itemque *Livin. evocet.* IAEGERVS. *Evocet* omnes Codd etiam *Guelf. Revocet* forte in *Langii* Schedis eſt ex coniectura, quam primus in textum admiſit *Gruterus*, eumque ſecuti ſunt reliqui praeter *Rivinum*, & ipſe ſupra ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 1. 2. Ex conſtanti Codd. ſcriptura mallem *avocet*; iam video ita citaſſe *Sigonium* Opp. T. II. Part. II. p. 107. quod unde habuerit, non liquet. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 13. 3.

Deducit] Forte *te ducit.* LIVINEIVS. *Patarol*, *reducit*, neſcio unde. IAEGERVS. *Cicero* de Orat. I. 30 *quo intendas, ferat, deducatque.* II. 45. *ut ad fletum, miſericordiamque deducatur.* ubi tamen in Cod. *Traiect* eſt *ducatur.*

Maturato ſtudio] *Moerl.* cum *Gud. maturus ſt.* ut, ſubaudito *es*, ad Caeſarem referatur; ſed minus recte. IAEGERVS.

Fructuoſa ſubſcriptione] Iam beata manus tua ad utiles ſubſcriptiones adhibetur. BAVNE.

6. *Per te*] Videtur requirere ſenſus, *& quae per ſe concedit.* GRVTERVS. Vtrumvis elige. BAVNE. *Grutero* auctore *per ſe*; ita ſenſu poſtulante: vulgo *per te.* CELLARIVS. Emendationem *Gruteri* in contextum recepit *Cellarius*: mihi vero illa minus neceſſaria videtur, quamquam haud ineptam eſſe facile largiar: nam *per ſe* pro ipſe, vel ſua ſponte uſurpatur. Vid. *Cort.* ad *Salluſt* Cat. 39 6. & Iug. 96. 2. Sed & vulgata ſenſum ſatis commodum habet: *quae per te*, i. e. te loco, & nomine ipſius ſubſcribente, *concedit*, atque indulget, *ad tuam gratiam referri*, i. e. tibi, quam ſibi accepto referri, *mavult.* IAEGERVS.

1. *Quam beneficia*] Vet. *cum beneficio.* PVTEANVS *Cum beneficio* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *fortunatius beneficio Conſt.* ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan quam beneficia*; *Livineius*, *quam beneficio*; *Cuſpin. cum beneficia*; vitioſe omnes. Rectius cum Cod. *Moerl.* editiones reliquae *cum beneficio*, etc. IAEGERVS. Etiam *Guelf. cum beneficio. Rhenani* ſcriptura eſt ex *Puteol.* antiquiſſima, eamque retinuit *Rivinus. Livineium* ſecutus eſt *Paull. Stephanus*; meliorem lectionem primus dedit *Gruterus.*

Tam mature] Cum Conſtantinus quintum, Criſpus vero XV. annum ageret. BAVNE.

Vt utamur] *Vt* deleam. LIVINEIVS Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan Livin.* cum *Gud.* Sed melius, deleta, ex *Livineii* ſententia, particula *ut* Editores ceteri. IAEGERVS. *Vt utamur* Codd. & *Puteol Livineio* adhaerens primum *ut* ex textu eiecit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti. Non dubito, quin legendum ſit *& utamur*, ut duo ſignificet, primum, praeſenti iam tempore ex Caeſaribus Reip. obvenire commoda, deinde, alia futuro tempore per integram aetatem ſupereſſe. *Et* cum *ut* permutatum quoque in *Guelf.* offendes apud *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 3. Conſtantio 17. 1. & centies aliis horum Panegyricorum locis.

Com-

neficio Conſtantini maximi, qui tam mature nobis Caeſares dedit, utamur maximis eorum commodis, & integra aetas ſuperſit? Nihil imminuitur, & plurimum ſumitur: ut, cum res largiter ſuppetat, ſpes tamen illibata permaneat Quinquenniis igitur feliciter inchoatis, decennia Caeſarum nobiliſſi- 2
morum, ultra poſteros noſtros extendenda, quam impenſe rogare & orare nos conveniat, ipſis bonis temporum, & reipublicae utilitatibus admonemur. Iacet in latere Galliarum, aut in ſinu tuo fuſa barbaria: 3
Per-

Commodis] Quae nunc veluti praecoces fructus in anteceſſum percipimus, & cum maturam aetatem attigerint, ſuperſint nobis commoda, quae ab illa aetate ſolent percipi omnino integra, quaſi ſi nihil ante acceperimus. BAVNE. Cum prima iam aetate Criſpus per victos Alemannos talia commoda dediſſet, qualia in provectiori demum alii conferre ſoleant, fortunatum ducit, quod integra in ipſo, & praeſertim fratre Conſtantino adhuc ſupererat humana aetas, qua plura conferre, & inpenſe iuvare imperium poſſent. Obſcurior eſt *Baunii* interpretatio, neque *Nazarii* mentem exprimit.

Nihil imminuitur] Iungam praecedentibus, &, ut iungam, ſic conformem: *ut utamur maximis eorum commodis, & integra aetas ſuperſit, ut nihil imminuatur, & plurimum ſumatur, ut quum res larg.* etc. ACIDALIVS. Hoc vero minus placet. IAEGERVS.

Res largiter] Quum multa iam bona per Caeſares habeamus, maiora tamen ab iisdem ſperemus. CELLARIVS. In Cod. *Moerl.* vox *res* male omittitur. IAEGERVS.

Illibata] Haud imminuta. Ita apud *Vell. Paterc.* II. 48. 2. Pompeius *quam apud ſuperos habuerat magnitudinem, illibatam detuliſſet ad inferos.* IDEM.

Quinquenniis] Primum per Quinquennia honores Caeſarum numerabantur; mox per plura Decennia, quae in poſteros ſeſe proferrent, ſperabatur. CELLARIVS.

Caeſarum nobiliſſimorum] Alio ſenſu hic ſumi, quam quo *Nobiliſſimatus* dignitatem ſanguine proximis conferre dicuntur Impp., docet *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. V. p. 23. Conf. *Trevorium* in Obſ. Apol. cap. 10. Theſaur. *Otton.* T. I. p 228.

Poſteros noſtros] *Guelf neſtrorum.*

Extendenda] *Moerl. extendentia.* IAEGERVS.

Rogare & orare] Moerl. *orare & rogare.* IDEM. Etiam *Guelf.*

Bonis temporum] Commodis & felicitatibus. *Tacit.* Hiſt. III. 81. 1. *Coeptabat permixtus manipulis, bona pacis, ac belli diſcrimina differens, armatos monere. Claudian.* de IV. Conſ. Honor. vs. 491. ſqq.

> *Fruimurque quietis*
> *Militiaeque bonis; ceu bellatore Quirino,*
> *Ceu placido moderante Numa.*

IAEGERVS.

Reip utilitatibus] *Reip. rationibus* citat *Sigonius* Opp. T. II Part. II. p. 107. quod tamen in nullo inveni, quamvis locutio ſatis ſit elegans, neque a dicendi ratione, qua utitur *Nazarius*, abhorreat, ut patet ex iis, quae dixi ſupr. cap. 10. 4.

3. *Latere Galliarum*] Id eſt, ad Rhenum. BAVNE. In finibus, & communi limite Germanorum, Gallorumque. CELLARIVS.

Aut in ſinu tuo] Emendem *ſuo*, id eſt, ſuis ipſius ſedibus, & ſolo, atque intimo receſſu. LIVINEIVS. Lege *at in ſinu.* ACIDALIVS. *In ſinu tuo*, id eſt, in media Germania. BAVNE. Vltra fines, in interiore Germania. CELLARIVS. Sic omnes fere. Pro *aut Schonhov.* adfert *ac*, *Acidalius at*, quod minus probum eſt. *Livineius* reſcribit *ſinu ſuo*, i. e. ſuis ipſius ſedibus, & ſolo atque intimo receſſu, in interiore Germania. Hanc emendationem, a *Cellario*, & *Patarolo* iam receptam, merito & nos in textum admittimus. *Sinum* pro intimo receſſu poni docet *Gronov.* ad *Senec.* Troad vs. 172. IAEGERVS. *Sinum* per extremam imperii partem, ſive limitem, & quidem Rheni, explicat *Schoepflin.* Alſat. inluſtr. T. I. p. 395. mihi potius de interiore parte capiendum videtur, ut *interiorem imperii ſinum* dixit *Mamertin* Genethl. 14. 1. ubi vide; alter *Mamertin.* Iulian. 6. 2. *in medio Illyrici ſinu. Livineii* coniecturam *ſuo* probavit etiam *Sigonius* Opp T. I. Part. II. p. 107. locum ita excitans: tantum tamen illi tribuere non audeo, ut contra Codd., omnesque ante *Cellarium* Edd., in textum admittam, cum *tuo* ſit fortius. Conſtantinum nimirum adloquitur; *in ſinu tuo* itaque dixit eadem elegantia, qua *Eumenius* Conſtantio 6. 1. *Statim itaque Gallias tuas, Caeſar, venien-*

Perſae ipſi, potens natio, & poſt Romanam magnitudinem in terris ſecunda, amicitiam tuam, Conſtantine maxime, non minus trepide, quam amabiliter petiverunt. Nulla in terris tam ferox natio eſt, quae
4 te non metuat, aut diligat. Omnia foris placida, domi proſpera. Anno

niendo feciſti Ceteroquin legi quoque poſſet *in ſinu tuto*, ut haec permutantur apud Incert. Conſtantin. 2. 6. *Rhenum —— tutum reliquiſti.* & infr. hoc cap. n. 5. Sed *tuo* praeſtat

Per ſe ipſa] De ingenio ſic reſcripſeram: *fuſa Barbaria. Perſae ipſi, potens nat.* etc. *in terr. ſecunda, amicitiam,* & quae ſequuntur Quo nihil verius, & ecce liquido *Bertin.* confirmat, in quo idem poſt repperi. LIVINEIVS. Perſae legatos ad Conſtantinum miſerunt de petenda eius amicitia. BAVNE. Haec miſere depravata ſunt in Edd. *Cuſpin. Rhenan. Stephan Livin. per ſe ipſe pot natio. & poſt R. m. i. t. ſecunda. Amicitiam* etc. Haec *Livineius* primum ex ingenio correxit, deinde *Bert.* ſcriptura correctionem ſuam reperit confirmatam, cui etiam exempla emendatiora reliqua accedunt. *Perſae*, i e. Parthi, quo nomine ante inſtauratum ab Artaxerxe Perſarum imperium proprie appellati, & Romanis non parum formidati fuerunt. Pompeius in *Lucan.* Pharſal. VIII. 298. ſqq.

Primi Pellaeas arcu fregere fariſſas,
Bactraque, Medorum ſedem, murisque ſuperbam,
Aſſyrias, Babylona, domos. Nec pila timentur
Noſtra nimis Parthis, audentque in bella venire
Experti Scythicas, Craſſo pereunte, pharetras.

— — — — —

O utinam non tanta mihi fiducia ſaevis
Eſſet in Arſacidis! fatis nimis aemula noſtris
Fata movent Medos, multumque in gente Deorum eſt.

IAEGERVS. *Guelf. ipſa* Depravata lectio eſt ex *Puteol.* quam ſecundum *Bertin.* emendavit *Gruterus*, neque retinere in pr. debuiſſet *Rivinus*; ſimili ratione apud *Eumen.* Conſtantin 10. 7. pro *Perſes* olim legebatur *pro ſe.* Parthos & Perſas eosdem eſſe dictum eſt ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 5. 4. *Eumenium* Conſtantio 3. 3. & 10. 2.

Romanam magnitudinem] *Guelf. Romanae*, ut ex praecedentibus repetatur *nationis.*

Tam ferox] Male *Guelf. fera.*

4. *Foris placita*] Sic *Livin. Gruter.* utraque *Pariſ. Patar.* & *Cellar* Revocavi veram *Gud. Cuſpin Rhenan. Stephan.* lectionem *placida.* IAEGERVS. *Placida* etiam *Puteol.* & in pr. *Rivinus.* Male illud in *placita* mutavit *Livineius*, quem etiam ſecuti ſunt *Paull. Stephanus*, & *Baunius.* Haec enim vox notat ea, de quibus convenerint, quae placuere, ut *placita pax*, de qua *Drakenb.* ad *Sil.* I. 11. ubi tamen ex *Leid* etiam *placidam* notatum habeo. Male. *Placida* hic confirmat Noſter ſupr. 35. 3. *Placidam quippe rerum quietem — gentes perdomitae condiderunt.* Paſſim haec confuſa, de quo *Heinſ* ad *Ovid.* Heroid. XIX. 208. Metam I. 704 ad *Valer. Flacc.* I. 265. Not. ad *Virgil.* Georg. II. 425. Aen. IV. 35. IX. 445. *Cort.* ad *Salluſt.* Iug. 81. 1. *Grang.* ad *Iuven.* I. 21 Not ad *Caton.* Diſt. IV. 32. et *Klotz* Miſcell. crit. p. 86.

An non ubertate] Vet. *annonae ubertas* PVTEANVS. *Annonae Langii* Schedae. Egregie. Sed ne ſic quidem omnia purgata. Iuvem ego, & diſtinguam: *proſpera annonae ubert. fruct. copia. Exornatae* etc. Nec dubito, quin vere. LIVINEIVS. Lege *annonae ubertate*, *fructuum cop.* ACIDALIVS. Admodum corrupta haec ſunt in Edd. antiquioribus, nimirum: *proſpera. An non ubertate; fructuum copia exornatae*, etc. Veram lectionem, & interpunctionem *Livineius*, & *Acidalius* reſtituerunt, uterque ingenio, ille Schedis etiam *Lang.* adiutus. Accedit auctoritas MSS. *Moerl.* & *Put.* quorum tamen hic, ſicut & *Gud.*, pro *ubertate* ſatis bene praefert *ubertas.* IAEGERVS Nondum locus *Livineii* cura erat ſanatus, quem ſecundum Codd. dedi; haec enim eodem modo conciſe dicuntur, atque mox: *Pudor tutus; munita coniugia.* Depravata lectio, quae ex *Puteol.* manavit, retenta eſt ad *Gruterum*, & poſtea a *Rivino* in pr.

Mirandum in modum] Refert *Euſebius* Vit. Conſtantin. praecipue lib. III. quam magnifico ille ingenio fuerit, & quanta conſtruxerit. Civitates etiam ab eodem ſcimus de integro paene reſtitutas, Conſtantinopolim, & Helenopolim. PATAROL. *Guelf. mirandum in nomen*, quod notaret honorem, dignitatem: vid. ad Incert. Conſtantin. 22 6. niſi forte Conſtantini, & Helenae nomina cogitaverit, ex quibus quaedam urbes

nonae ubertas; fructuum copia. Exornatae mirandum in modum, ac prope de integro conditae civitates. Novae leges regendis moribus, & frangendis vitiis conſtitutae. Veterum calumnioſae ambages reciſae captandae ſimplicitatis laqueos perdiderunt. Pudor tutus; munita coniugia. Se-

bes ſunt adpellatae, ſed eorum nomen non ideo eſt *mirandum*; praeſtat igitur vulgata.

Gerendis moribus] Vet. *regendis*. Ita legunt *Pith* & *Fabr.* PVTEANVS. Litteris inverſis legerem potius *regendis*. Poteſt etiam legi *ferendis*. Sic *Marc. Tullius* lib. I. de Legib. *Serendi ſunt mores, nec ſcriptis omnia ſancienda* IVRETVS. *Regendis* legendum. *Suetonius* Octav. c. 27. *Recepit & morum legumque regimen.* PETR. FABER. *Regendis* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *erigendis*. ACIDALIVS. Vide, ſis, apud *Euſeb.* Vit. Conſtant. lib. II. c. 30. etc. PATAROL. Ita *Cuſpin Rhenan Stephan. Livin* Verius ex ſuo Cod. & Ed. *Puteolani Puteanus*, itemque ex ſuo, & *Bert. Livineius regendis.* Hos reliqui Edd. cum *Moerl.* ſtipant. IAEGERVS. *Regendis* etiam *Guelf.* Male illud ex Ed. *Puteolani* hauſiſſe *Puteanum* tradit *Iaegerus*, in qua eſt *gerendis*, quod uſque ad *Gruterum* fuit lectum. & poſt eum retinuit *Rivinus.* Ita haec paſſim confundi dixi ad *Arator.* I. 796. apud *Boethium* Conſ. Phil. IV. p. 220. in Cod. inveni, *bonis ſumma rerum regenda deferatur*, non male pro vulgato *gerenda.* De illo Conſtantini in legibus ferendis conſilio, praeſertim anno CCCXIX. & CCCXX. latis, vid. *Gothofredus* Chronol. Cod. *Theodoſ.* p. 17. & 19. Clariſſ. *de Rhoer* de Effect. relig. Chriſtian. in Iuriſprud. Diſſ. II. p. 63. Praeter ea, quae mox memorat *Nazarius*, ſunt quoque aliae de aliis cauſſis latae, quas adcurate indicat idem *Gothofredus* Comment. ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 291. 404. 413. 466. T. III. p. 89. 181. 261. 410. *Reland* Faſt. Conſul. p. 302. ſqq.

Et frangendis] *Guelf* ac

Calumnioſae ambages] *Aurel. Victor* de Conſtantino: *Commodiſſimus multis rebus fuit, calumnias ſedare legibus ſeveriſſimis*, etc. Vide *Euſeb.* lib. IV. de Vit. Conſtantini. Vide L. 15. C. de Teſtam. L. 1. C. de Formul. & impetr. act. ſubl. ſupra Paneg. VIII. c. 4. *te abolitarum calumniarum*, etc. PVTEANVS. Adnotavi Paneg. VIII. cap. 4. PATAROL. Male huc *Puteanus* refert L. 15. C. de Teſtam. qua, abrogata verborum in herede inſtituendo ſollemnitate, id quibuscumque fieri poſſe conſtituit Conſtantinus: de hac enim, lata demum anno CCCXXXIX., adeoque octavo & decimo poſt hunc Panegyricum, ne cogitavit quidem *Nazarius*. Neque huc facit L. 1. C. de Formul., quia, lata demum eſt anno CCCXLII. quo mortuus iam erat Conſtantinus, adeoque potiori iure ipſius filiis tribuitur, de quo pluribus *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. V. p. 230. Potius huc binas leges referam, A. CCCXIX datas, quarum altera conſtituit, ut, ſi quis ſe fundo deiectum diceret, neque probare poſſet, tamquam calumniae reus eadem poena adficeretur, qua, facto probato, adficiendus fuiſſet adverſarius, L. 3. C. *Theodoſ.* ad Leg. Iul. de de vi publ. L. 7. C. *Iuſtin.* eod. altera, qua poenas in reorum delatores conſtituit, voluitque, *ne iudices calumniam, nec vocem deferentis admitterent*, L. 2. C. *Theodoſ.* de Petition. Add *Balduinus* de Legib. Conſtantin. p. 220. *Gothofred.* ad Cod *Theodoſ.* T. V. p. 230. & quae dixi ad Incert. Conſtantin. 4. 4. *Nazarii* quoque dicti probari per L. 3. C. *Theodoſ.* de Fid. teſt. L. 9. C. *Iuſtin.* de Teſt. qua conſtituit, ut teſtes iurare deberent, & honeſtioribus ſola fides haberetur, tradit *van de Water* Obſerv. iur. III. 7. in quo tamen eumdem, quem *Puteanus*, errorem committit; lata enim demum illa lex eſt poſt hunc Panegyricum, anno CCCXXXIV.

5. *Pudore tuo*] Vet. *pudor tutus.* Forte *pudore tuto.* Vide L. Quamvis 30. Cod. de Adulter. PVTEANVS. *Pudor tutus, mun.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Pudor tutus*; ita Codd. veterum triga, & aurum eſt atque argentum prae olim vulgato, *pudore tuo munita coniugia.* GRVTERVS. *Rhenan Stephan. Livin. Pudore tuo mun. con.* Protulit *Livin.* ex Cod. ſuo *Bert.* & *Cuſp.* noſtram lectionem, quam *Schonhov.* & *Moerl.* cum Edd. ceteris confirmant. *Puteanus* coniicit *pudore tuto*, quod minus neceſſarium. IAEGERVS. *Pudor tutus* etiam *Guelf. Pudore tuo* eſt ex *Puteol.* in omnibus ante *Gruterum*, poſtea in pr. adhuc retinuit *Rivinus*, qui in ſec. *pudor tuus* expreſſit. Frequens eſt haec vocum permutatio. Conſ. ad Incert. Conſtantin. 2. 6. Iterum male L. 30. C. ad Leg. Iul. de adulter. huc refert *Puteanus*, latam demum poſtea, anno CCCXXVI. Potius huc pertinet L. 1. C. *Theodoſ.* de Rapt. virgin. qua puellam, ſive volentem, ſive invitam, cum raptore puniendam iuſſit; adde, quae A. CCCXX., hunc Panegyricum praecedente, lata eſt, L. 1. C. de Concubin. qua, du-

Securae facultates ambitione ſui gaudent, nec aliquis habendi quam plurimum metus; ſed in tanta bonorum adfluentia magna verecundia non habendi. Hic denique ſtatus rerum eſt, ut obtinendae potius felicitatis votum
6 geramus, quam augendae cupiditatis. Vnum modo eſt, quo fieri poſſit Roma

durante matrimonio, concubinam habere vetuit; extra matrimonium itaque concubinatum non ſuſtulit, in quo Conſtantinum ex temporum conditione excuſat *Balduinus* de Legib. Conſtantin. II. p. 151. Add. *Gothofred.* Chronol. Cod. *Theodoſ.* p. 18. *Ritter.* ad eumd. Cod T. III. p. 78. Male *Gothofredus* huc quoque refert L. 1. C. *Theodoſ.* de Mulier. quae ſe ſerv. hanc enim demum A. CCCXXVI. eſſe latam oſtendit *Ritterus* in Not. ad illam legem, T. I. Cod. *Theodoſ.* p. 78. alias Conſtantini de nuptiis leges, ſed quae ſequentibus ſunt annis latae, tangit Cl. *de Rhoer* de Effect. relig. Chriſt. in Iuriſpr. Diſſ. II. §. 14. in fin.

Securae facultates] Sublatis delatoribus. Vid. ſupr. Paneg. Incerti Conſtantin. c 4. ibi *prohibitarum delationum.* PVTEANVS. Leges de coercendis delatoribus magis retulerim ad *calumnioſas ambages*, modo memoratas. Ad *ſecuras facultates* praecipue pertinet L. 2. C. *Theod.* de Sponſal. ex qua formavit *Tribonianus* L 15. C. *Iuſtin.* de Donat. ante nupt., lata A. CCCXIX qua noluit donationem ſponſalitiam, nuptiis non ſecutis. apud donatarium retineri: praeterea lex, qua in pignore pactum commiſſorium vetuit, L. 1. C. *Theod.* de Commiſſ. reſcind. L. ult. C. *Iuſtin.* de Pact. pign. denique qua Advocatorum pactiones prohibuit, qui, ſalarii loco, fundos, pecora, & mancipia in ſe transſcribere clientes cogebant, eosque ita *ſpoliabant*, *& denudabant*, L. 1. C. *Theodoſ.* de Poſtul. quam ad A. CCCXX. pertinere in Notis oſtendit *Gothofredus.*

Ambitione ſui] I. e. gaudent ſe ambiri, & quaeri Vid. *Graev.* ad *Iuſtin.* XII. 15. 11. In *Moerl.* mendoſe ſcriptum eſt *amb. ſua.* IAEGERVS. *Sua* etiam *Guelf.* Vulgatum tuentur notata ad *Eumen.* Conſtantin. 6. 2.

Magna verecundia] Id eſt, pudor. LIVINEIVS. Nec timet, qui opibus abundat, ſed potius in tanta bonorum copia pudor eſt iis carere. BAVNE. *Magna* ignorat *Guelf.*

Obtinendae] Hoc eſt, ſervandae, & fortiter tenendae: quo in ſignificatu verbum *obtinere* uſurpari non novum puris etiam Latinis. PATAROL. H. e. conſervandae, ac tuendae, retinendae. *Terent* Andr. IV. 5. 22.

Antiquum obtines.

& Hecyr. V. 4. 17.

Antiquam tuam venuſtatem obtines.

& mox vs. 19.

Morem antiquum, atque ingenium obtines.

Livius IX. 38. *Quum — legati gratias agerent, obſtinatum ſilentium obtinuit, ac ſine reſponſo — legatos dimiſit. Cicero* de Orat. III. 60. *Ad vocem obtinendam nihil eſt utilius, quam crebra mutatio; nihil pernicioſius, quam effuſa ſine intermiſſione contentio.* IAEGERVS. *Cicero* IV. ad Diverſ. 7. *nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas omnes obtinendas.* & Epiſt 13. *Obtinemus ipſius Caeſaris ſummam erga nos humanitatem.*

Votum geramus] I. e. habeamus, ut ſaepe. *Phaedrus* I. 13. 7.

Quantum decoris corpore, & vultu geris!

ubi vid. *Burman.* IAEGERVS.

Augendae cupiditatis] Non dubito, quin verum ſit *cupiditatem. Obtinere felicitatem*, & *augere* eamdem recte opponuntur. At *votum augendae cupiditatis* inepte dicitur. RITTERSHVSIVS. Lege *cupiditates.* ACIDALIVS. *Ritterſhuſii* coniecturam tacite in textum admiſit *Iaegerus.* Melius tamen opponuntur *obtinendae felicitatis*, & *augendae cupiditatis.* Referenda eſt *cupiditas* ad praecedens *habendi*; ita *habendi cupiditatem* inluſtravit *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* p. 78. *plus habendi cupiditatem* dixit *Ammian.* XIV. 11. *aviditatem plus habendi* idem XIX. 11. *Ritterſhuſii* Notam, in Ed. *Pariſin.* neglectam, ex ipſius Obſerv. ad Panegyricos, poſt *Goldaſti* Paraeneticos, huc revocavi.

6. *Fieri poſſet*] Sic *Livin. Gruter.* & utraque *Pariſin.* cum *Patar.* & *Cellar.* Melius *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* cum *Moerl. quo fieri poſſit.* IAEGERVS. *Poſſit* quoque *Guelf.* antiquiſſima *Puteol.* & in pr. *Rivinus*, quod mutare non debuiſſet *Livineius*; alterum enim poſtulat praecedens *eſt.*

Roma felicior] Ex his apparet, hanc *Nazarii* Orationem non in Gallia, ſed Romae fuiſſe habitam,

ma felicior, maximum quidem, ſed tamen ſolum, ut Conſtantinum, conſervatorem ſuum, ut beatiſſimos Caeſares videat, ut fruendi copiam pro deſiderii modo capiat, & vos alacris excipiat, &, cum reipublicae ratio digredi fecerit, receptura dimittat.

tam, quia pro Romanis orat, ut praeſentia Conſtantini, & filiorum frui liceat. CELLARIVS.

Conſervatorem] Vid. ad Incertum Conſtantin. 4. 4.

Fruendi] Vid. ad Incert. Conſtantin. 7. 5. huic voto, ſequenti anno CCCXXII. ſatis feciſſe videtur Conſtantinus, miſſo Romam Criſpo cum Helena, & data criminum venia propter illius itineris adparatum, ut pro *partum* in L. 1. C. *Theod.* de Indulgent. crim. legit *Gothofredus*, quam ad hoc iter pertinere ſuſpicatur.

Et nos alacres] Aliis *&* *vos.* RHENANVS. Vet. *vos.* PVTEANVS. *Vt vos*, *Bertin.* *&* *vos* Vet. *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Alii *vos.* Recte. ACIDALIVS. Vitioſe *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* *& nos*, etc. Meliorem ſcripturam ſummo conſenſu libri MSS. & Edd. ceteri obtinent. IAEGERVS. *Et vos Guelf. Et nos* omnes ante *Gruterum*, qui dedit *ut vos. Rhenanum* tamen adhuc ſecutus eſt *Rivinus*. *Vt* eſt ex ſolo *Bertin*; quare ex reliquis Codd. *&* recepi. In ſuo etiam vidit *Puteanus*, quia ad Ed. *Rhenani* diverſam lectionem non notavit.

Et cum] Cum Reip. utilitas vos compulerit inde diſcedere. BAVNE. *Gud. ut.* IAEGERVS.

IACO-

IACOBI DE LA BAVNE
VITA
FL. CLAVDII IVLIANI.

Anno V. C. 1084. *Chriſti* 331. *Conſtantini Magni imp.* 26.

FLAVIVS CLAVDIVS IVLIANVS, cognomento Apoſtata, quod a Chriſtiana religione, quam adoleſcens profeſſus erat, rerum potitus foediſſime defeciſſet, patre Conſtantio, Conſtantini Magni fratre, matre Baſilina, nobiliſſima foemina Chriſtiana, ſecunda Conſtantii uxore, VIII. Idus Novemb. naſcitur Conſtantinopoli. Mater paucis poſt menſibus exceſſit e vita. *Iulianus* in Miſopogone.

An. V. C. 1090. *Chriſti* 337. *Conſtantini*, *Conſtantii*, & *Conſtantis Augg. imp.* I.

Conſtantius, eiuſque frater Annibalianus, ac Dalmatii, eorum fratris, filius Dalmatius Caeſar, quos Conſtantinus Magnus purpurea, aureaque veſte, & Nobiliſſimatus titulo donaverat, in ſeditione militari opprimuntur, vel inſtigante, vel diſſimulante certe Conſtantio Auguſto: ſive ut tutius imperaret: ſive ut Conſtantino patri porrectum, uti ſuſpicabatur, ab iis venenum vindicaret. Vix Iulianus, & Gallus, eius unicus frater tum duodennis, parem ſortem effugere. Hic quidem, quod propter incertam, ac pene affectam valetudinem haud diu victurus crederetur: ille vero, quod adhuc puer: nam, ut ex tempore eius obitus apparet, quinquennium haud multum exceſſerat.

An. V. C. 1092. *Chriſti* 339. *Conſtantini*, *Conſtantii*, & *Conſtantis Augg. imp.* 3.

Altero poſt anno, cum nonnulli ad excitandas ſeditiones Iuliani, & Galli no-

nomine abuterentur, uterque abductus in Cappadociam, in Macello (locus erat ad Argeum montem non longe a Caeſarea plane regius) ad liberales artes, & ſacrarum literarum cognitionem inſtituitur: quo in ſeceſſu totos ſex annos arctiſſime cuſtoditi, quomodo refert *Iulian.* Ep. ad S. P. Q. Athen. (neque enim ad eos cuiquam erat aditus) tantum profecere, ut facti Clerici libros eccleſiaſticos populo praelegerent. Hic vero cum ambo S. Mammae Martyri Baſilicam ſuis ſumptibus excitarent; Gallus quidem, ut ſuam pietatem oſtentaret; Iulianus vero, ut impietatem, id eſt, ut eiuratam iam animo Chriſtianam religionem diſſimularet apud Conſtantium; factum eſt, ut, Galli opere procedente, Iuliani opus terrae motu diſiiceretur. Quod ubi ad Conſtantium allatum eſt, ſiniſtrum illorum pietatis omen ratus, vehementer utrique ſuccenſuit. *Gregor. Nazianz in* Orat. *Sozomen. Zonar. Cedrenus*, &c.

An. V. C. 1098. *Chriſti* 345. *Conſtantii & Conſtantis Augg. imp.* 9.

Poſtquam Conſtantii, qui in expeditione Pontica parum feliciter erat occupatus, ira tantiſper deferbuiſſet, Gallus Epheſum mittitur, qua in urbe permagnae res ipſi erant a maioribus relictae, Iulianus ad publicas ſcholas Conſtantinopolim evocatur. In hac totius terrarum orbis luce Nicoclis, Lacedaemonii Grammatici, & Ecebolii Sophiſtae opera, trium circiter annorum ſpatio, adeo profecit, ut idoneus regendo imperio palam diceretur. Qua re conturbatus Conſtantius, ne quid turbarum eius occaſione in urbe imperii primaria excitaretur, Iulianum ocyus commigrare iubet.

An. V. C. 1101. *Chriſti* 348. *Conſtantii & Conſtantis Augg. imp.* 12.

Conſtantio Aug. adverſus Perſas occupato, Iulianus Nicomediae Euſebio, huius civitatis epiſcopo, Ariano, affini ſuo, inſtituendus traditur. Prohibitus vero, ne ad Libanium Sophiſtam, Gentilitiae ſuperſtitionis defenſorem acerrimum, ſe applicaret, primum in eius lectitandis libris clam totus eſt: tum factus hac lectione audacior, & ſuperſtitionis cupidior ad eum ſe confert palam. Veniunt illico ad eum Iamblicus, & Maximus, inſignes magi, qui iam eo plus aequo propenſum Iuliani animum ita ſuis praeſtigiis deliniunt, ut ab eorum latere non diſcederet. In primis Maximo delectatus, quod ſpem ei inieciſſet imperii. Id relatum eſt ad Conſtantium: quod ubi ſenſit Iulianus, inter metum & ſpem poſitus, capite tonſo, ut alienum ab imperio animum ſignificaret, vitam monaſticam ſimulavit, & in eccleſia Nicomedienſi lector deſignatus eſt.

An. V. C. 1104. *Chriſti* 351. *Conſtantii Aug.* 15.

Gallus, Iuliani frater, Caeſar fit idibus Martiis, & Conſtantius Gallus appellatur. Huic, cum tota Orientis praefectura, Conſtantia, Conſtantii ſoror, in coniugem datur. Interim cum Iulianus evocandis daemonibus, & ſpectris, ac belluarum viſceribus perſcrutandis, aliiſque hariolorum myſteriis in dies magis

ac magis doceretur, relicta Nicomedia, Aſiae reliquas partes luſtravit, magicae profeſſionis homines, quos ibi rumor erat eſſe plurimos, quaeſiturus. Ac primum Ioniam, tum bis intra menſes duos Phrygiam, quamvis ex morbo ob itinerum laborem contracto plane imbecillus, ac demum Graeciam circumcurſat, ut ipſe ait in Ep. ad Themiſt.

An. V. C. 1106. *Chriſti* 353. *Conſtantii Aug.* 17.

Hoc anno Gallus, ſeu propter ſuſpicionem ambiti imperii, ſeu propter patratas Antiochiae caedes, a Conſtantio in Italiam per Domitianum quemdam evocatus, ipſoque Domitiano, quod Gallum ſuperbius compellaſſet, ab eius militibus occiſo, Gallus in Italiam venit. At Conſtantius, Iulianum quoque imperii cupiditate adhuc flagrare ſuſpicatus, ſeu quod Gallus in Orientem proficiſcens Iuliani clam viſendi gratia, ut ait *Socrates*, Nicomediam diverterat, ſeu quod Iulianus in Aſiam demigrans Conſtantinopoli tranſierat, quo fratrem Gallum ibi videret, ut inquit *Ammianus*. Vt ut eſt, cuſtodiri ibi illum iubet. At ille, cum poſſe ſe e cuſtodum manibus aufugere videret, locum ſubinde commutans evaſit. Ita refert *Socrates*.

An. V. C. 1107. *Chriſti* 354. *Conſtantii Aug.* 18.

Poſt Conſtantiam, Galli uxorem, in Bithynia febri extinctam, ac Gallum in Illyrico, in inſula Flanona, peremptum, ut ait *Ammianus*, Iulianus parem fortem veritus Mediolanum, ubi Conſtantius, inito cum Alamannis foedere, e Germania reverſus verſabatur, contendit. Hic in ſuburbio, vel, ut alii volunt, Novocomi dum lateret, impetrata ſibi per Euſebiam Auguſtam apud Imperatorem dicendi licentia, plane ſe purgat. Quare domum redibat victor, & quidem ab Euſebia deductus honorifice, cum itinere illo, neſcio quo caſu, impedito rurſum in Graeciam mittitur, quam quidem relegationem omnes interpretabantur, *Iulian.* Ep. ad Themiſt. & Ep. ad S. P. Q. Athen. ipſe vero beneficii loco id ipſum Euſebiae referebat acceptum: ſive, ut ipſe aiebat, ſtudiorum cauſa, ſeu potius, quod averet cum regionis illius ſacrificulis, & impoſtoribus de rebus ſuis communicare. *Nazianz.* Orat. I. in Iul. *Sozom. Gregorius Nazianzenus* Iulianum Athenis intuitus, *Quale*, inquit, *malum Romanorum terra nutrit?* nec vanus coniector fuit.

An. V. C. 1108. *Chriſti* 355. *Conſtantii Aug.* 19. *Iuliani aetat.* 24.

Cum Barbari adverſus Magnentium, & Britannionem a Conſtantio evocati, ut refert *Sozomenus*, popularentur Gallias, atque adeo plus XLV. oppida, *Ammiano* teſte, occupaſſent, Conſtantius, haud ſatis tutum ratus, ex Italia ſecedere, Iulianum Athenis, ubi Philoſophum agebat, revocatum Caeſarem facit, VIII. id. Novemb. ſimul, ad firmandam fidem, ſua ei ſorore Helena paucis poſt

poſt diebus in coniugem data, ipſum Tranſalpinis praefectum, in Gallias vel Imperatoris imaginem laturum, ut ait Iulianus ipſe, vel potius adverſus Barbaros dimicaturum mittit. Igitur cum CCCLX. tantum militibus, ut ipſe ait Ep. ad S. P. Q. Athen., quibus ita praeerat, ut nihil ſine ducum conſilio agere poſſet, Kal. Decemb. *egreſſus, deductuſque ab Auguſto ad uſque locum duabus columnis inſignem, qui Laumellum interiacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinos pervenit*, ubi audito nuncio, *Coloniam Agrippinam pertinaci Barbarorum obſidione reſeratam, & magnis viribus deletam*, agnovit, quantum accepta hac provincia ſeſe in discrimen conieciſſet. Ipſeque dictitabat *nihil ſe amplius aſſecutum, quam ut occupatior interiret*, & illud *Homericum*, de die, quo purpuram ſumpſerat, Ἔλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή, *cepit purpurea mors, & Parca violenta.* Viennam inde ad Rhodanum progreſſus magno omnium populorum concurſu, & acclamatione exceptus eſt. *Tunc anus quaedam orbata luminibus, cum percunctando, quinam eſſet ingreſſus, Iulianum Caeſarem comperiſſet, exclamavit, hunc Deorum templa reparaturum. Ammianus.* Cuius praeſagii fidem rei eventus non multo poſt confirmavit, cum factus Imperator, non iam de nocte & clanculum, ſed palam, eiurata Chriſtiana religione gentilitatem profeſſus eſt.

An. V. C. 1109. *Chriſti* 356. *Conſtantii Aug.* 20. *Iuliani aetat.* 25.

Conſtantius in urbem triumphanti ſimilis regreditur; Iulianus vero, hoc anno Conſul, hieme Viennae exacta, in Barbaros movet: ac primum VIII. *Kal. Iulias Auguſtodunum pervenit cum cataphractariis ſolis, & Baliſtariis, Autoſiodorum, & Tricaſſas derepente occupat.* Inde per Remos, ubi ab Vrſicini ſucceſſore, Marcello, atque adeo Vrſicino ipſo cum toto exercitu expectabatur, ad Decempagos Rhenumque properat, *ubi Brotomagum* (Alſatiae urbem, hodie *Brumt*) *Tabernas, Aliſonem, Nemetas*, ſive Spiram, *Vangionas*, hodie Vormatiam, *& Moguntiam recipit.* Nullo itaque poſt hac repugnante occupatam, ut aiunt *Ammianus*, & *Iulianus* Ep. ad S. P. Q. Athen. ante menſes X. a Barbaris Agrippinam circa Septembris finem recuperat, territos Francos ad pacem petendam adigit. *Quibus vincendi principiis laetus Iulianus, per Treviros tranſit, hiematurus apud Senonas, oppidum tunc opportunum. Ammianus.* Hic potentiſſimum, ut ipſe ait Ep. ad S. P. Q. Athen., exercitum ipſe cum paucis militibus, cum nihil auxilii ſibi a Marcello, Magiſtro equitum, mitteretur, poſt menſtruam obſidionem diſſipat. At Marcellus Mediolanum, ubi Conſtantius verſabatur, ut facti ſui redderet rationem evocatus, abdicatur imperio, & Sardicam, quae patria eius erat, ablegatur, eadem Epiſt. ad S. P. Q. Athen.

An. V. C. 1110. *Chriſti* 357. *Conſtantii Aug.* 21. *Iuliani aetat.* 26.

Dum Iulianus II. Conſul ſeſe contra Germanos accingit, Lugdunum ab iis invaditur; unde tamen haud multo poſt expelluntur. Idem tres Tabernas, munimentum Argentorato proximum, ad Vogeſi radices non ita pridem ſubverſum inſtaurat; ſeptem totius Germaniae potentiſſimos reges, Chonodomarium,

Veſtralpum, Vrium, Vrſicinum, Serapionem, Suomarium, & Hortarium una ingenti difficillimoque praelio profligat in campis Argentoratenſibus. *Ammian.* Iulianus captivos bene multos ad Conſtantium mittit, qui eorum ſpecie, & magnitudine perculſus eſt. *Ex Alamannis ſex*, non LX. ut male ait *Zoſimus*, *milia corporum numerata ſunt in campo proſtrata*, *& inaeſtimabiles mortuorum acervi per undas fluminis ferebantur.* Ex parte Iuliani CCXLVII. deſiderati ſunt. Francorum rex Chodonomarius in pugna, ut ait *Victor*, vel ut *Ammianus*, in convivio per dolum captus, *Iuliano oblatus*, *humique fuſus*, *veniam rogans*, *diebus poſtea paucis ad comitatum Imperatoris*, Conſtantii, *cum ille e Quadis*, *Sarmatiſque*, *Iſtri accolis*, *commode rediret*, *ſtatim ſubmiſſus eſt Romam*, &, ut addit *Iulianus* Ep. ad Athen., *in caſtris montis Coelii Peregrinis morbo veterni conſumptus eſt.* Victor Iulianus iterum ad Tabernas, ac Moguntiam venit, Tranſrhenanos vaſtat, aequinoctio Autumnali eos ad pacem petendam adigit, Francos a Moſa repellit, ac tandem Pariſiis hiemat.

An. V. C. 1111. *Chriſti* 358. *Conſtantii Aug.* 22. *Iuliani aetat.* 27.

Iulianus ſub menſem Iulium Salios, Friſios, Hattuarios, Chamavos, & Bructeros, qui ſedem ſibi in Romano ſolo fixerant, ibique graſſabantur, terret, & in deditionem accipit: iis agros aſſignat: caſtella ad Moſam everſa reſtituit. *Ammianus.*

An. V. C. 1112. *Chriſti* 359. *Conſtantii Aug.* 23. *Iuliani aetat.* 28.

Iulianus iterum in Alamannos proficiſcitur, traiecto ad Moguntiam Rheno, hoſtibus nequicquam tranſitum cuſtodientibus, & Macrianum, Hariobaudum, & Vadomarium reges ad pacis conditiones petendas compellit. Hic varia cuſtodibus Rheni militibus alendis horrea conſtituta.

An. V. C. 1113. *Chriſti* 360. *Conſtantii Aug.* 24. *Iuliani aetat.* 29.

Iulianus tertium Conſulatum gerebat, cum Conſtantius, eius gloriae invidens, per Decentium tribunum & Notarium Herulos, Batavos, Celtas, aliaſque auxiliares copias ad ſe revocavit, quibus adverſus Perſas uteretur. At illae, ſeu Conſtantii odio, aut Iuliani amore, aut arte, ſeu quod tranſmarinam militiam detrectarent, Iulianum invitum, ut ipſe ait, Auguſtum acclamant Pariſiis. Is ſtatim legatos Conſtantinopolim ad Conſtantium cum literis mittit, quibus facti ſui rationem redderet. Hi apud Caeſaream Cappadociae ſuperbe accipiuntur a Conſtantio. Quare Iulianus Traiectum ad Moſam abit, deinde Hattuarios, Galliarum extrema vaſtantes, & ſecuros, quod ſe locorum aditu difficilium praeſidio munitos crederent, opprimit, & ad pacem petendam adigit. Tum Viennae hiemat, & Quinquennalia celebrat. Ibi eius uxor Helena obit, eiuſque corpus Romam mittitur. Interim Iulianus diffidens, futurum unquam, ut Conſtantius placaretur, ſtatuit aperto Marte imperium totum occu-

cu-

cupare. Itaque ſcriptis ad diverſas civitates literis, quibus, ut ſibi fideles eſſent, commoneret, in Pannoniam venit contra Conſtantium dimicaturus.

An. V. C. 1114. *Chriſti* 361. *Conſtantii Aug.* 25. *Iuliani aetat.* 30.

Conſtantio Auguſto in expeditione Perſica prope Tarſum III. nonas Oct. mortuo, Iulianus Conſtantinopolim, Alamannis iterum victis, ordinatiſque Galliis recta contendit: ex imperii primariis, amicíſve Conſtantii alios nece, alios mulctat exilio. Epiſcopos exules revocat, atque, ut mutuis diſſidiis ſeſe affligerent, quam quiſque vellet ſectam, ſequi permittit. Chriſtianam religionem palam eiurat; nec minus crudeliter quam callide inſectatur; gentilium templa reſerat, reficitque, & ipſe in Pontificem Maximum profanis ritibus conſecratur.

An. V. C. 1115. *Chriſti* 362. *Iuliani imp.* 1. *aetat.* 31.

Ad Iulianum variae undique legationes adveniunt. Ipſe, contra Perſas proficiſcens Nicomediam & tranſgreſſus, Antiochiae hiemat. Hic irriſus ab Antiochenſibus, in primiſque iactis in eius barbam, quae plus aequo prolixior erat, dicteriis iratus primum eſt; tum ſatyrico, &, iocorum pleno libello, quem *Miſopogonem*, id eſt oſorem barbae inſcripſit, eos perſtrinxit; in quo perpetua ironia videtur non eorum luxum, & mollitiem, ſed ſe ipſum accuſare, quod eos imitari non poſſet. Mamertinus Conſul gratiarum actionem agit Imperatori pro Conſulatu, quem hoc anno geſſit cum Nevita. Iulianus Athanaſium in exilium mittit, Arianis ita deprecantibus. Chriſtianos liberalium artium doctores ita inſectatur, ut Prohaereſius, quamvis in edicto nominatim exceptus, Muſonius, & Marius Victorinus Scholam deſeruerint. Themiſtium vero Philoſophum, Libanium Sophiſtam, Oribaſium, Pergamenum quendam Medicum, Maximum Cynicum, Ecebolium Sophiſtam, alioſque impiae gentilitatis profeſſores ſummis honoribus inſignit.

An. V. C. 1116. *Chriſti* 363. *Iuliani imp.* 2. *aetat.* 32.

Iulianus IV. Conſul, adſcito in collegam Salluſtio, idolorum cultu ſibi conjunctiſſimo, poſt hiemem Antiochiae tranſactam, pridie nonas Martias inde digreſſus, Euphratem trajicit VII. idus Aprilis, & urbibus aliquot in itinere expugnatis, Cteſiphontem pervenit: ubi cum pugna commiſſa eſſet, ipſe in promiſcua turba ſagitta transfoditur VI. Kal. Iul. A quo vero vulneratus fuerit, in dubio eſt. Vtrum a Perſa transfuga, ut eſt in Epitome *Victoris*, an ab uno e ſuis, ut ait *Ammianus*, an a Chriſtiano, ut habet *Libanius*, an a Daemone ipſo, ut tradit *Calliſtus*, Iuliani ſatelles, qui eius res geſtas carmine heroico conſcripſit, an ab Angelis, ut refert *Gregorius Nazianzenus*, an demum a Mercurio Martyre, ut *Damaſcenus* aſſerit ex Helladio, cui ſocium Artemium martyrem addit *Nicephorus*. Certe, inquit *Gregorius Nazianzenus*, vulnus univerſo orbi ſalutare Iulianus accepit; hacque morte iis omnibus, quos per ſummam

crudelitatem interfecerat, litavit. Simul ac mortifero vulnere fauciatum ſe ſenſit, exceptum plena manu ſanguinem in coelum proiiciens, *Viciſti*, inquit, *Galilaee:* ſic Chriſtum per ludibrium appellabat. Ita *Theodoretus*. Et, *Saturare*, *Nazarene*. Ita *Nicephorus*. Statim *relatus in caſtra*, *hiante latius ſuffoſſi lateris vulnere*, *& ſpiritum tumore cohibente venarum*, *epota gelida aqua*, *quam petiit*, *medio noctis defecit anno aetatis* XXXII. cum annum unum, & menſes circiter ſeptem ab extincto Conſtantio imperaſſet. Haec *Ammianus*. Ceterum huius corpus, Tarſum Ciliciae delatum, magna populorum mortuo illudentium cavillatione, ibique conditum eſt, ſi *Ammiano* credimus: ſi vero *Gregorio Nazianzeno* fides eſt, a terra ipſa, quam Iulianus ſceleribus ſuis inquinarat, excuſſum in mare proiectum eſt.

Fuit excellenti, & amoeno, ſed levi, vafro, vana Deorum ſuperſtitione, & magicis artibus depravato ingenio, Philoſophicam quandam gravitatem affectans, ac Sophiſtarum grege ſemper ſtipatus. Homo loquax, & ſcurrili dicacitate, ac populari aurae praeter modum ſerviens. Ita ſuperſtitioſus, ut etiam Iamblico Philoſopho, quem Mercurium appellabat, tanquam Nicomediae tutelari Deo, faceret. Ceterum omni literarum genere excultiſſimus, ac linguae in primis Graecae peritiſſimus, liberalis, opum, luxus, & voluptatum contemptor, belli & pacis artibus praeſtans, laboris & inediae patiens, felix, iuſtus, praeterquam in Chriſtianos, quos omni genere crudelitatis vexabat, literarum literatorumque amantiſſimus, niſi ſi Chriſtiani forent.

CLAV-

CLAVDII MAMERTINI

PRO CONSVLATV

GRATIARVM ACTIO

IVLIANO AVGVSTO.

CAP. I. Etſi ſcio, te, Imperator, & cunctos, qui conſilium tuum par-

MAMERTINI] *Mamertinus*, a Iuliano Auguſto Conſul factus, hac Oratione Principi gratias agit. Pronunciata eſt anno Chriſti CCCLXII., cum, ut ex Faſtis apparet, Conſulatum gereret Nevita collega. Quis porro *Mamertinus* ille fuerit, ex qua patria oriundus, nullibi, quod ſciam, proditum eſt. Ego facile putem, húnc Meſſana oriundum fuiſſe; ſic enim Meſſanenſes, propter Mamertinos hoſpitio exceptos, dicti ſunt *Mamertini*. Eius mentio fit in variis locis apud *Ammianum* lib. VI. lib. XXI. lib. XXIII Atque etiam ipſe de ſe non ſemel loquitur hoc in Panegyrico; ex quibus omnibus locis conſtat, *Mamertinum* Praefectum aerario fuiſſe, tum Praefectum Praetorio per Illyricum, in cuius provinciae adminiſtratione peculatus reus abſolutus eſt, & tandem a Iuliano Conſul factus. An vero *Mamertinus* hic idem fuerit, atque ille, cui Panegyrici I. & III., Maximiano dicti, attribuuntur, neque velim affirmare, ut ad hos Panegyricos obſervavi, propter ſpatium ſeptuaginta annorum inter illorum, & huius Panegyrici tempora: neque auſim prorſus negare; nam tum, cum hanc Orationem dixit, admodum ſenex fuisſe videtur, ut conſtat ex Panegyrico cap. 17. *Sed a teneris annis ab aetate puerili ad hanc uſque canitiem Conſulatus amore flagravi.* BAVNE. *Mamertinus* hic, quamquam ſenex dixit, cap. 17. videtur alius eſſe ab illo, cuius ſupra ad Maximianum Herculeum duas Orationes habemus, quia ſexaginta circiter anni intercedunt. Hic Conſul Iuliano gratias agit, aliis quoque honoribus, aerarii, aut Praetorii Praefecturis, ab eodem ornatus, cap. 1. & 22. Priore parte eius victorias laudat, earumque cauſſam, virtutes ſingulares: poſteriore gratias agit, & iterum virtutem, qua bonas litteras fovebat. cap. 23. praedicat: etiam modeſtiam, clementiam, humanitatem. CELLARIVS. Vide adnotata initio Panegyrici I. PATAROL. In inſcriptione male omiſſum eſt praenomen *Claudii*, quod Oratori huic fuiſſe diſcimus ex ipſius Orationis cap. 17. ſect. 5. IAEGERVS. Adpend. Obſerv. in Paneg. vet. p. 38. Titulum ex ſuo Cod. ita profert *Schwar-*

participant, poſſe mirari, quod nunc demum gratias agere exorſus ſim, qua-

Schwarzius Diſſert. ante *Mamertini* Paneg. Maximian. §. 2. *Mamertini Conſulis gratiarum actio de ſuo Conſulatu dicta Divo Iuliano ſemper Auguſto.* Brevior eſt in Cod. *Puteanei* penes me excerptis; *Mamertini gratiarum actio dicta Iuliano.* Secutus *Patarolum* addidi *Claudii. Flavium* adpellat *Livineius* infr. 2. 4. *Meurſius* Auctar Philol. 27. *Almeloveen* in Faſt. Conſul. ad A. 362. qua auctoritate mihi non liquet, neque etiam, quare eum *Mamertinum Promertinum* dixerit *Iunius* Animadv. IV. 9. Meſſana oriundus fuerit, quod ſuſpicatur *Baunius*, aliunde non liquet, quamvis Meſſanenſes dictos fuiſſe Mamertinos probaverint Eruditi ad *Eumen.* Grat. act. 3. 1. Datum vero ipſi a Iuliano A. CCCLXI. Largitionum curandarum munus teſtatur *Ammianus Marcell.* XXI. 8. quare ſe *aërarium publicum curaſſe* dicit infr. 1. 4. & *theſaurorum omnium cuſtodiam*, *& largiendi diſpenſationem* habuiſſe, cap. 22. 3 inde factus eſt Praefectus Praetorio per Illyricum. *Ammianus* XXI. 12. & ipſe infr. 1. 5. ad quem varias dedit leges Iulianus, enumeratas a *Gothofredo* Proſopogr. Cod. *Theodoſ.* p. 65. in Not ad L. 13. C. *Theod* de Curſ. publ. & in Comment. ad L 12. eod. Porro A. CCCLXII. creatus eſt Coſ cum Nevitta, natione Gotho, quod feciſſe dicitur Iulianus, ut trepidis rebus ſecuritatem adferret, & obedientium nutriret fiduciam, apud *Ammianum Marcell.* XXI. 10. adde *Gothofred* Chronol. Cod. *Theodoſ.* p. 62. Denique a Iuliano poſt Conſulatum Praefecturam Praetorio Italiae, Africae, & Illyrici nactus eſt, eadem dignitate ſub Ioviano, & Valentiniano functus, fere per quinquennium, quo ad ipſum variae ſunt leges datae, ex *Theodoſiano* Cod. collectae a *Gothofredo* Proſopogr. Cod. *Theod.* p. 65. in Not. ad L. 12. de Curſ. publ. ad L. 1. Quib. equor. uſus, & in Comment. ad L. 2. de Conſtit. Princip. quibus addi poſſunt ex *Theodoſiano*, L. 11. Cod. *Theod.* de Erogat. milit annon. L. 2. de Bon. vacant. L. 57. de Decurion. & ex *Iuſtinianeo*, L. 2. de Ponderat. L. 3. de Suſceptor. L. unic. de Equeſtr dign. L. 1. de Adparit. adde *Ammianum Marc.* XXVI. 5. ſed in eo Magiſtratu ipſum peculatus adcuſavit Avitianus, qui Africae vicarius fuerat, quare in ipſius locum ſucceſſit Rufinus. *Ammianus* XXVII. 7. *Gothofred.* Chronol. Cod. *Theod.* p. 82. neque video, quo modo hic iam A. CCCLXV. Praefectus Praetorio dicatur in inſcriptione L. 3. C. *Theod.* Quib. equor. uſ. ubi *Gothofred* hinc etiam vitioſa eſt inſcriptio L. 8. C. *Iuſtin.* de Profeſſ., ad *Mamertinum* P. P. datae A CCCLXIX. in qua *Probum* melius praefert Cod. *Theodoſianus*, quem pro *Mamertino* etiam ſubſtituendum eſſe in inſcriptione L. 3. C. *Theod* Ne quid publ. laetit., eodem anno datae, non male ſuſpicatur *Gothofredus* in Not. & ad L. 4. C. *Theod* de Annon. civic. —— Inopem vero fuiſſe Noſtrum ex cap. 17. 3. colligit *Iaegerus* infr. 15. 5. ubi tamen hoc tantum indicare videtur, eas ſibi facultates non fuiſſe, quibus Conſulatum ambire, ſibique comparare poſſet —— Porro, cum pro accepto Conſulatu gratias agat, recte A. CCCLXII. dictus creditur hic Panegyricus, quo Coſſ. in Faſtis ordinarii memorantur *Mamertinus* noſter, & Nevitta. Vid. *Reland.* Faſt. Conſul. p 395. Hunc annum recte ponunt cum *Baunio Fabricius* Bibl. Lat. T. II. p 771. *Reland.* d. l. p. 398. *Walchius* Parerg. Acad. p 892. *Saxe* Onomaſt. T. I. p. 416. humanique quid paſſus eſt *Vinetus* ad *Auſonii* Grat. act. init. cum A. CCCLXV. huic Conſulatui tribuat. adde *Patarol.* infr. 2. 1. —— Idemne fuerit, atque ille, qui Panegyricum I. & II. Maximiano dixerit, quaeri video; in utroque tamen, praeter idem *Claudii Mamertini* nomen, nihil, in quo conveniant, reperiri arbitror, *Pataroli* iudicium ſecutus ſupr. ad *Mamertin.* Maximian. init. Vtrumque etiam diſtinxerunt, quos modo citavi, quod veriſimilius iudicat Vir. Cl. in Bibl Critic. Vol. II. Part. I. p. 31. unde Cl. *Saxe* d. l. hunc *minorem*, alterum *maiorem* adpellat. At ſuſpicatur *Baunius*, quia ſenex hanc Gratiarum actionem dixit, cap. 17 2. eundem illum *Mamertinum*, qui ſub Maximiano vixit, Iulianum quoque imperantem videre potuiſſe. Sed ductum illud ex ſenectute argumentum mihi parum firmum videtur: inter annum enim CCLXXXIX., quo primus Maximiano habitus eſt Panegyricus, & *Mamertini* Conſulatum, intercedunt ſeptuaginta tres anni; iam vero ſi Panegyriſtam, cum Maximianum laudaret, viginti tantum annorum fuiſſe hominem fingamus, exeunt nonaginta tres anni, quos attigerit, cum Iuliano gratias ageret. Id vero utrum homini convenire dicas, qui *meliorem ſeſe aevi partem tranſegiſſe* tradit cap. 18. 5. eſtne id potius illius, qui ſenectuti proximus, quam qui, ſummum humanae vitae terminum fere egreſſus, non meliorem, ſed omnem fere aevi partem tranſegerit? Porro noſter hic *Mamertinus* ita loquitur,

quaſi beneficia in me tua coeperint a Conſulatu: fatebor tamen, quod in-

tur, ut numquam ſeſe antea dixiſſe indicet; quod adfirmare non potuiſſet idem ille, qui bis Diocletianum & Maximianum pro concione laudaſſet? ita cap. 1. 1. *ingenii, cuius me poenitet, conſcius etiam nunc tacere voluiſſem.* itaque antea tacuit, qui *etiam nunc* tacere vellet. Similiter ibid. n. 2. *beneficia vicerunt, atque in id redegerunt neceſſitatis ambiguum, ut mihi aut indiſerti, aut ingrati eſſet fama ſubeunda.* Tacendo indiſerti famam ſubire non poterat, qui binis Panegyricis ſuam dicendi facultatem iam probaſſet. Denique ſi unus idemque fuiſſet, veriſimilius eſt, Iulianum Galliae magis, quam Illyrici, Praefecturam in eum fuiſſe collaturum, qui natione erat Gallus, & quare Treveris Maximianum laudaverat, *noſtrumque fluvium* Moſellam adpellat, Paneg. Maxim 12. 6. —— Hanc Gratiarum actionem Romae dictam fuiſſe Kal. Ianuar. ſcribunt *Fabricius*, & *Walchius* dd. ll. De die non diſſentio; at quidem de loco; habita enim eſt Conſtantinopoli, quod aperte probant verba cap. 2. 3. *ipſa haec urbs —— officium huius Orationis efflagitat. Haec tibi, —— civitas patria eſt.* (ea autem erat Conſtantinopolis) *Hi cives & populares tui ſilere me non ſinunt.* Praeterea hoc ipſa rerum geſtarum probat ſeries. Dicta enim eſt praeſente Iuliano, infr. cap. 2. 4. *apud te, ac de te loquendi munus.* & 17. 1. *apud te omnia animi operta reſerabo.* Nimirum exeunte anno CCCLXI. Conſtantinopolim venit Iulianus, illic III. Id. Decembr. a Senatu honorifice exceptus. *Ammianus* XXII 4 hac in urbe, prioribus ſaltem ſequentis anni menſibus, adhuc eſt moratus, quod indicant variae Leges, eo tempore Conſtantinopoli datae, & in primis confirmat L. 5. C. *Theodoſ.* de Fid. inſtrum. *Pars actorum habitorum apud Imperatorem Iulianum Auguſtum, Mamertino & Nevitta Coſſ. X. Kal. April. Conſtantinop. in Conſiſtorio,* etc Vix Conſtantinopolim venerat, quin *Mamertinum*, qui Praefectus Praetorio in Illyrico degebat, & Nevittam deſignavit Coſſ., & mox Secundo Salluſtio P. P. quaeſtiones agitandas commiſit, adiunctis eidem *Mamertino*, Arbetione, Agilone, & Nevitta, qui omnes ad eas peragendas Chalcedona ſunt profecti. *Ammian. Marc.* XXI. 12. in fin. & XXII. 3. unde etiam ad ea finienda, de quibus conquerebantur, Chalcedona proficiſci iuſſi fuerunt Aegyptii, ibid. cap 6. illic ad *Mamertinum*, his in quaeſtionibus occupatum, delatus videtur de Conſulatu collato nuncius, quem me-moratur infr. cap 15. 5. quo accepto Conſtantinopolim videtur profectus, ubi Kal. Ianuar ipſius, & Nevittae nomina ſuſceperunt paginae Conſulares, ut ſcribit *Ammian* XXII. 7. eoque ipſo die hoc Panegyrico gratias egit, infr. cap 27. 1. *Hic ipſe, hic, inquam, ipſe dies praebuit civilis animi ſatis clara documenta*, per quae ſingularem illam humanitatem intelligit, qua a Iuliano erat exceptus, & ab ipſo, pedibus procedente, in Curiam deductus, quae cuncta enarrat cap. 29. 4. & 5. cap. 30. 2. quare in eadem illa Curia dictum eſſe Panegyricum arbitror. —— Ordinem habent varium Edd. *Plinio* non connumerato, *tertius* eſt in *Guelf.* & *Schwarzii* Cod. teſte eodem Diſſert. ante Paneg. I. §. 2. *quintus* in Ed. *Rhenan. Stephanorum*, & *Rivini*, *undecimus* in Cod. *Puteaneo*, Ed. *Livin. Baunii*, & *Patar.* quibuscum conveniunt, qui, *Plinio* omiſſo, *decimum* habent, *Gruterus*, *Pariſienſes*, *Cellarius*, & *Iaegerus.*

1. *Imperator*] *Imperator Auguſte*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Participant] Qui tibi ſunt a conſiliis. BAVNE. Vid. Paneg *Pacati* cap. 1. 1. IAEGERVS. Et illic Not.

Nunc demum] Cum tamen & antea beneficiis a te fuerim ornatus. PATAROL. Quae illa beneficia fuerint, dixi pag. praeced. Non autem haec indicant, poſtea demum pro Conſulatu gratias egiſſe; id enim ipſo die, ſive Kal. Ianuar., fecit; ſed quod nunc primum gratias agat, cum antea iam ab Imperatore beneficia accepiſſet, pro quibus aeque easdem agi debuiſſe videri poſſet.

Exorſus ſum] *Cuſpin ſim*, quod praeſtabilius eſt altero illo. IAEGERVS. In quo *Iaegerum* ſequor.

A Conſulatu] De Conſulatu *Mamertini Ammian. Marcell.* lib. XXI. *brevi poſtea Mamertinum ad Conſulatum evexit, nec vita, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horum cuiusquam ſimilem.* & lib XXII. *Allapſo itaque Calendarum Ianuariarum die, cum Mamertini & Nevitae nomina ſuſcepiſſent paginae Conſulares.* PVTEANVS. Iam *Mamertinus* aerarii Praefecturam a Iuliano Auguſto acceperat, iam Praetorio per Illyricum Praefectus fuerat, cum Conſulatus, veluti tot honorum cumulus, acceſſit. Quare infra cap. 21. *Cum me propter tantillum innocentiae meritum uno in anno ter videat honoratum.* BAVNE. Priori *Ammiani* loco lib. XXI. 10., adhuc corrupto, uſus eſt *Puteanus*, ut etiam n. 4. *Li-*

ingenii, cuius me poenitet, conſcius etiam nunc tacere voluiſſem, &
prorumpens licet huius muneris gaudium intra arcanae laetitiae conſcien-
2 tiam coercere. Sed ſive errorem noſtrum, ſive conſilium congeſta, &
coacervata in unum beneficia vicerunt, atque in id redegerunt neceſſita-
tis ambiguum, ut mihi aut indiſerti, aut ingrati eſſet fama ſubeunda, ma-
lui eloquentiam potius, quam pietatem erga te, officiumque meum deſide-
ra-

Livineius, quae enim de vita, ſplendore, etc. memorat, ad Nevittam, natione Gothum, pertinent, quare ex MS. recte eum ita emendavit *Lindenbrogius: Mamertino in Conſulatu iunxit Nevittam, nec vita*, etc. Conf. etiam *Gothofred.* ad L. 7. C. *Theodoſ.* de Suſceptor.

Cuius me poenitet] Idem ſignificat, quod *Eumenius* Conſtantin. I. 3. *ex ingenio meo, quod mediocre eſt.* ubi ſimilem *Ciceronis* pro Arch. I. adtuli.

In tam arcanae] Vet. *intra arcanae.* PVTEANVS. *Intra arc.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *intra.* ACIDALIVS Sic *Rhenan. Stephan. Livin.*, *in ira arc. Cuſpin* propius verum. Denique *intra arc. Schonhov. Moerl.* cum Edd. poſterioribus. IAEGERVS. *In tam* ex *Puteol.* antiquiſſima fuit editum, donec *intra*, quod etiam habet *Guelf.*, recte receperit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

2. *Sed ſive*] Forte *ſed cum ſive.* LIVINEIVS.

Vicerunt] Forte *vicerint.* IDEM. Si Codd. addicerent, non negligenda haec videretur coniectura.

Redegerunt] Forte *redegerint.* LIVINEIVS.

Indiſerti] Loquendo. PATAROL.

Ingrati] Tacendo. IDEM.

Officiumque] *Que* ignorat *Guelf.* itaque legi poſſet *pietatis erga te officium.*

3. *Sane*] *Guelf. fame.*

Honeſtaris] Vet. *honeſtaras.* PVTEANVS. *Honeſtaras*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *honeſtaras* ACIDALIVS. *Honeſtaras* recte *Moerl.* & Edd. accuratiores. *Cuſpin.* cum *Rhenan. Stephan.* & *Livin. honeſtaris.* IAEGERVS. *Honeſtaris* ex *Puteol.* habent Edd. ad *Gruterum*, & poſtea etiam *Rivinus:* vulgatum *Guelf.*

4. *Nam tum*] Melius *nam cum*, ut cohaereat cum eo, quod in fine ſequitur, *quoquo modo.* RHENANVS. *Nam quod tum me* Vet. PVTEANVS. Emendant *quum me*, ut cohaereat cum eo, quod in fine ſequitur *quoquo modo.* At quomodo, quaeſo, filum orationis ita duci poteſt, ut, quo nunc ordine verba legimus, ſtructura conveniat. Non convenit vero, niſi retractis illis, quae ad finem reiecta ſunt, & vocula una etiam deleta. Sic ſcribendum omnino: *Nam quum me aerarium publicum curare voluiſti, quoquo modo videbar honorem onere penſare. quum quaereres virum animi magni adverſus pecuniam, liberi adverſus offenſas, conſtantis adverſus invidiam, me, qui tibi viderer eiusmodi, delegiſti: idque eo tempore, quo partim exhauſtae provinciae non minus exitiabilibus, quam pudendis praeſidentium rapinis, ultro opem Imperatoris expoſcerent, partim, milites, ſaepe ante actis temporibus ludo habiti*, (*quum* hic plane delendum) *praeſens ſtipendium flagitarent. At quum me Praetoriis*, etc. ACIDALIVS. Et turbata ſeries orationis, & ſcripturae varietas corruptionem h. l. arguit. Pro *tum*, ſecundum emendationem *Rhenani*, habent *cum Livin.* cum omnibus poſterioribus Edd. Σοφὸν φάρμακον adhibuit *Acidalius*, reponendis in locum ſuum, quae luxata videntur: melius vero oratio cohaerebit, ſi pro *At cum me* legamus cum Cod. *Put. Et cum me.* IAEGERVS. Lege *nam cum me.* SCHENKIVS. Praefat. T. II. Ed *Iaeger. Nam cum* recepit *Livineius*, poſt quem tamen *Paull. Stephanus*, & *Rivinus nam tum* retinuerunt. Scripturam Cod. *Putean.* habet etiam *Guelf. Nam quod tum*, quae tantum eſt vera, modo mox pro *me qui* legatur *meque, qui*, quod ex *Langii* Schedis in textum admiſi, *Schenkii* iudicio infra etiam probatum. Apte ita omnia cohaerent.

Aerarium] *Ammian. Marcell.* lib. XXI. *Itidemque Nevitae magiſterium commiſit armorum, Iovio quaeſturam, & Mamertino largitiones curandas dedit.* Sic infr. hoc Panegyrico: *primum theſaurorum omnium mandata eſt cuſtodia, & diſpenſatio largiendi.* PVTEANVS. Magnae, & eximiae laudes, quas de ſe praedicat, ſi ex fide. Sed de *Ammiano* obſervo, cum is videri, haberique vellet, ſequiores in ſe hominum voces commoviſſe. Verba eius e XXI. haec ſunt: *Tunc & memoriam Conſtantini, ut novatoris, turbatorisque priſcarum legum, vexavit, eum aperte incuſans, quod Barbaros omnium primus aduſque faſces auxerat, & trabeas Conſulares, inſulſe nimirum* (forte *nimium*) *& leviter, qui cum vitare deberet id, quod infeſtius obiurgavit,* *bre-*

rari. Et ſane in his honoribus, quibus me prius honeſtaras, minor eſſe 3
cauſſa ad agendas gratias videbatur. Nam quod tum me aerarium publi- 4
cum curare voluiſti, cum quaereres virum animi magni adverſus pecu-
niam, liberi adverſus offenſas, conſtantis adverſus invidiam, meque, qui
tibi viderer eiusmodi, delegiſti, idque eo tempore, quo exhauſtae provin-
ciae, partim depraedatione barbarica, partim non minus exitialibus, quam
pu-

brevi poſtea Mamertinum ad Conſulatum evexit, nec vita, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horum cuiusquam ſimilem, quibus magiſtratum detulerat ampliſſimum Conſtantinus, contra inconſummatum, & ſubagreſtem, &, quod minus erat ferendum, celſa in poteſtate crudelem. Iterum: *Mamertinum, Praefectum Praetorio per Illyricum, deſignavit Conſulem, & Nevitam. qui nuper, ut primum augendae Barbaricae vilitatis autorem, immoderate notaverat Conſtantinum.* LIVINEIVS. Id eſt, publicam pecuniam, quam non ſine cauſa in Saturni templo repoſitam eſſe obſervavimus in *Plinii* Panegyrico cap. 36. Aerarii Praefectos ab Auguſto primum inſtitutos addunt *Suetonius* in Auguſt. cap. 49. & *Dio* lib. LV. BAVNE. Refert & *Ammian. Marcell.* lib. XXII. cap. 8. *Iovio Quaeſturam* etc. *Mamertino largitiones curandas*, etc. Curator autem aerarii, qui & *illuſtris Comes Sacrarum Largitionum* dicebatur, totam pecuniam publicam adminiſtrabat, ſub ipſoque erant caeteri pecuniae diſpenſatores, ut tradit Notit. Imp. & ſuſius explicat *Pancirolus* in eandem cap. 73. PATAROL. Aerarium publicum, ſive Sacras Largitiones, a privato diverſum intelligi, docet *Valeſ.* ad *Ammian. Marcell.* XX. 11. quem etiam confer ad lib. XXI. 8. Quae autem hic contra *Mamertinum* ex *Ammiano* profert *Livineius*, ex loco corrupto ſunt hauſta, & ad Nevittam pertinent; vide, quae modo dixi n. 1.

Adverſus pecuniam] Tamen poſtea Avitianus, ex Vicario, eum peculatus reum detulit. Vide *Ammian.* XXVII. 15. qui & alia in eo vitia notavit lib. XXI. 18. CELLARIVS. Poſterior, quem *Cellarius* laudat, locus in *Ammiano* fruſtra a me eſt quaeſitus; ſi vero intellexerit libr. XXI. cap. 10 prava lectione in errorem eſt ductus, *Livineium* forte ſecutus, de quo modo notavi.

Me, qui] *Meque, qui* Schedae *Langii*. LIVINEIVS. Leg. *Nam cum me —— invidiam, meque. qui tibi - delegiſti ad id eo tempore, cum exhauſtae prov.* etc SCHENKIVS. Praefat. T. II. Ed. *Iaeger*. Ex *Langianis* hoc recepi; in *Guelf.* reliquisque Codd. *que* facile potuit a ſeq. *qui* eſſe abſorptum.

Eiusmodi] Vere, an iniuria? haud ſcio. Mamertinum peculatus reum ab Avitiano delatum tradit *Ammianus* lib. XXVII. BAVNE. Iactanter de ſe; contra quod ſtat *Ammian.* lib XXVII cap. 7. referens eundem ab Avitiano Ex-Vicario peculatus reum delatum fuiſſe. PATAROL.

Delegiſti] Alii *dilegiſti*; ſed hoc diſcrimen nullius fere momenti eſt. Vid. *Gruner.* ad *Sedul.* V. 393. IAEGERVS. *Dilegiſti* primus expreſſit *Livineius*, quem reliqui ſunt ſecuti; Codd. *delegiſti*, quod, cum parum interſit, ſequi praeſtat cum Edd. antiquioribus, & *Rivino*, *Baunio*, & *Iaegero*. Vid. ad *Nazar.* Paneg. 29. 2.

Provinciae partim non minus] Vet. *provinciae partim depraedatione barbarica; partim non minus.* PVTEANVS. Deeſt alterum membrum, quod exp'eo, *partim depraedatione Barbarica, partim non minus* etc ex *Bertin. Langii* Schedis, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Mutilus locus, redintegrandus e MSS. duobus, *partim depraedatione Barbarica, partim non minus.* nam & ſic quoque *Viennenſis* impreſſio, niſi quod illa ſyllaba minus, *partim praedatione barbarica.* GRVTERVS. Tunc temporis enim Gallias univerſas fere infeſtarunt Barbari, adverſus quos pugnavit Iulianus, etiam dum adhuc Caeſar eſſet, ab Imperatore Conſtantio contra ipſos miſſus cum exercitu. PATAROL. Voces *partim depraedatione barbarica* deſunt in *Rhenan. Stephan. Livin.* In exemplo *Cuſpin.* & *Schonhov.* legitur, *part. praedatione barb.* Noſtram lectionem cum *Moerl.* exhibent *Gruter. Pariſ. Patar. Cellarius.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* niſi quod priori loco *partem* habet. Primus ita textum emaculavit cum *Cuſpin. Gruterus*, ſed *Puteol.* & *Rhenan.* poſtea adhuc ſecutus eſt *Rivinus*. Non opus fuit, ut *praedatione* praeferret *Cuſpinianus*; uſum enim vocis *depraedatio* confirmavit *Buneman.* ad *Lactant.* Epit. 71. 3. De voce *barbaricus* egi ad *Eumen.* Conſtantin 6. 2. *Ammianus* XX. 8. *barbarici ſint inpetus.* & XV. 5. *barbaricae ſe fidei committere.*

Exitiabilibus] *Exitialibus* Vet. LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* Incertus Conſtantin 23. 1. *exitiales vobis movete conatus.* Hoc duorum Codd., cui-

pudendis praeſidentium rapinis, ultro opem Imperatoris expoſcerent, milites, ſaepe anteactis temporibus ludo habiti, praeſens ſtipendium flagitarent, quoquo modo videbar honorem onere penſare. At cum me Praetoriis praefeciſti, & provincias de te egregie meritas meae fidei tutelaeque mandaſti; ingens iudicii tui fuit munus; ſed in eo non mihi ſolum, quem tanta poteſtate ſuccinxeras, verum etiam negotiis tuis commodaſſe aliquatenus videbare.

CAP.

quibus multum tribuo, auctoritate dedi, quae lectionem confirment in voce, quae utraque eſt recta. Ita *Velleius* II. 72. 5. dixit *exitialem tempeſtatem*, & cap 112. 3. & 4. *exitiabilem cladem*. *Cicero* ad Attic. X. 4. *bellum exitiabile*. Ita etiam variatur apud *Sueton.* in Calig. 50. & *Livium* XXVII. 23. 4.

Praeſidentium rapinis] *Salvianus* Gub. Dei IV. p. 60. *quid aliud quorumdam, quos taceo, Praefectura, quam praeda.* ubi *Weitzius*. Rapinam hanc deſcripſit *Ammianus Marcell.* XVI. 8. *eos medullis provinciarum ſaginavit Conſtantius*, & quae illic ſequuntur, quare in Iuliani gratiam haec praeſertim de Conſtantio *Mamertinum* memoraſſe ſuſpicor.

Partim milites] *Partim* Vet. delet. PVTEANVS. *Partim* abeſt Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Partim Rhenan Stephan. Livin.*, omittitur vero in *Moerl. Schonhov.* & *Cuſpin* ceteriſque Edd. IAEGERVS. Omittitur etiam in *Guelf.* Hanc ex *Cuſpin.* lectionem in textum revocavit *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* reliqui ſunt ſecuti. In eo certe Codd. fuit obtemperandum, qui ſi faverent, facile *partim* retinerem. Vulgata, omiſſo *&*, exemplis non caret; quod tamen in praecedentis verbi ultima etiam ſyllaba latere potuit, quam, addita lineola, forte exaraverit Librarius *ret*, ut legendum ſit, *expoſcerent, & milites.*

Ludo habiti] *Ludibrio habitus* eſt apud *Sal Iuſt.* Iug. 38. ubi *Waſſe*.

Cum praeſens] *Cum* abeſt Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Quum* hic plane delendum. ACIDALIVS. Vocula *cum* vel *quum*, quam habet *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Baun*, abeſt etiam *Moerl.* & Edd. *Gruter. Pariſ.* priore, *Patar.* & *Cellar. Praeſens ſtipendium* ſtatim numerandum, ac perſolvendum IAEGERVS. Abeſt *cum* etiam a *Guelf.* & recte primus eiecit *Gruterus*, quamvis adhuc retinuerit *Rivinus*, & *Iaegerus*, qui *praeſens ſtipendium* recte explicuit. L. 8. § 9. D. de Tranſact. *cauſſa aliqua urgeat praeſentis pecuniae.* L. 41. § 1. D. de Manum. teſt. *niſi praeſentem eam pecuniam ſolvat.* *Cicero* ad Attic. II. 4. *Drakenb.* ad *Livium* XXXVIII. 9. 9. hinc *repraeſentare* ante diem, & praeſenti pecunia ſolvere. *Sueton.* Claud. 18. *Cicero* ad Attic. XII. 21. adde Not. ad *Mamertin.* Maximian. 1. 1.

Flagitarent] Non officioſe, ſed cum quadam vehementia, & pertinacia, quam verbi vim confirmavit *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 18. 5. & de Opif. Dei c. 3. 20.

Videbar] Male *Guelf.* *videbatur*.

5. *At cum me*] Vet. *Et cum*. PVTEANVS. Cod. huius ſcripturam ſupra probat *Iaegerus* n. 4. *Guelf.* tamen *at*, quod ſequor, ut fiat oppoſitio. In priori enim munere honor onere penſabatur, at vero in Praefectura Praetorio maior erat honor, neque tam ingrata in provinciis, egregie de Imperatore meritis, ſubeunda negotia.

Praetoriis] *Ammian Marcell* lib. XXI. *Mamertinum Praefectum Praetorio per Illyricum*, etc. PVTEANVS. Ante Conſtantini tempora *Praefectus Praetorio* dicebatur, qui militibus iis praeerat, quos Imperator in ſui cuſtodiam allegerat. Poſtquam vero Praetoriae cohortes pro Maxentio turbas excitaſſent, poſt caeſum tyrannum, haec dignitas penitus a Conſtantino ſublata eſt, &, orbe Romano in quatuor partes, ſeu dioeceſes, diviſo, quatuor Praefecti Praetorio creati, qui ſingulis praeeſſent: quorum unus Praetorio Galliarum, alter Praetorio Italiae, tertius Praetorio Illyrici, quartus Praetorio Orientis Praefectus dicebatur. *Mamertinum* Praefectum Praetorio per Illyricum fuiſſe ait *Ammianus* lib XXII. BAVNE. Praefectum Praetorio per Italiam, Africam, & Illyricum *Mamertinum* a Iuliano factum refert *Ammian. Marcell.* lib. XXI. cap. 5. De Praefecto Illyrici, qui ferme & Italiae erat, vide *Pancirol.* in Not. imp cap. 23. PATAROL. Conf *Guther.* de Offic. Dom. Aug. lib. II. cap. 6. p. m. 281. ſqq. IAEGERVS Ex voce *Praetoriis* dubitat *Bynckershoekius* ad L. Lecta cap. 2. utrum quatuor illis Conſtantini partibus praefuerit *Mamertinus*, ſed illud hiſtoriae contrarium, quae Illyrici tantum Praefecturam ipſi ante hoc tempus fuiſſe datam teſtatur. Contra eamdem committit *Patarolus*, haec de Praefecturis per Italiam, Africam, & Illyricum exponens; has enim,

Cap. II. Porro in decernendo Conſulatu, remotis utilitatibus tuis,
rationem meae ſolum dignitatis habuiſti. Nam in adminiſtrationibus labor 2
honori adiungitur, in Conſulatu honos ſine labore ſuſcipitur. In illis
ſi laeteris, cupidae ambitionis eſſe videaris; in hoc niſi aperte & pro-
palam laeteris, ingratus ſis. Huc accedit, quod ipſa haec Vrbs, at- 3
que hoc auguſtiſſimum conſilii publici templum officium huius orationis
ef-

enim, poſt habitum Panegyricum, demum accepit Vid. ad init. *Praetoriis* poteſt eſſe militibus, ſive cohortibus, de quo *Perizon.* de Praetor. Diſſ. II. §. 40.

Iudicii] I. e. adprobationis tuae, de qua ſignificatione adi *Schulting.* ad *Senecae* Controv. III. p. 212 *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 553.

Commendaſſe] Non *commendaſſe*, ſed *commodaſſe* legerim. RHENANVS. *Commodaſſe* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. *Commodaſſe* libuit cum uno quidem MS. ſed ſententia volente antea erat *commendaſſe.* GRVTERVS. Ita Edd. antiquiores. Verum recte monuit iam *Rhenanus* legendum eſſe *commodaſſe;* & ſic *Lang.* cum Edd. reliquis. IAEGERVS. Codd., etiam *Guelf.*, *commendaſſe*, quod in ſuis quoque invenit *Puteanus*, quia ad oram *Rhen.* nihil notavit. *Commodaſſe* eſt ex ſola *Rhenani* coniectura, quam in *Langii* Schedis eſſe adſcriptam ſuſpicor; neque MS., quod fecit *Gruterus*, tribuere auſim. Habet illa multum, quo commendetur, a *Grutero* primum in textum admiſſa, quod reliqui, praeter *Rivinum*, ſunt ſecuti. *Cicero* ad Diverſ XIII. 54 *ut eo libentius his commodes.* & ſaepe alibi. *Livius* XXIII. 48. 10. *ut Reip. ad tempus commodarent.* *Nazarius* Conſtant. 33. 5. *proclivior laedendi, quam commodandi ſemper eſt via.* *Pacatus* Paneg. 12. 5. *facultate & copia commodandi.* Hanc itaque retinui, quia egregie convenit ſequentibus, *remotis utilitatibus tuis rationem meae ſolum dignitatis habuiſti;* & facile *commodare* in *commendare* abire potuit, quae permutata eſſe notat *Burman.* ad *Phaedr.* I. Fab. 17. 3. Eſt tamen, ne quid diſſitear, quo Codd. lectio *commendaſſe* ſuſtineatur, ſi ex praecedenti repetas *provincias;* has cum *Mamertini* tutelae mandaret Iulianus, eas non ſolum ipſi commendaſſe videbatur, ſed etiam ſuis negotiis, id eſt, in eorum commodum, quem Dativi uſum adtigi ad *Mamertin* Maxim. 12. 8. Genethl. 1. 1.

1. *Conſulatu*] Factus eſt Conſul *Mamertinus* una cum Nevita, natione Gotho, anno C. CCCLXI. ipſo ſtatim primo ſcilicet imperii eiusdem Iuliani anno, ut colligitur ex Faſtis *Siculis*, & *Capitolinis.* Ab hiſce diſſentit D. *le Clerc*, qui ponit Mamertini Conſulatum ſub anno CCCLXII. PATAROL. Conf ſupr. ad init.

Remotis utilitatibus] Videtur aliter ſentire *Marcell.* lib. XXI. cap. 13. cuius verba: *Tunc, ut ſecuritatem trepidis rebus afferret, & obedientium nutriret fiduciam, Mamertinum Praef. Praet. per Illyricum deſignavit Conſulem*, etc. PATAROL. Verba a *remotis* ad *honos* deſunt in *Guelf.* quod factum ex repetita voce *conſulatu*, propter quam intermedia paſſim omittunt Librarii, de quo dixi ad *Nazar.* Paneg. 16. 5.

Solum utilitatis] Vet. *dignitatis.* PVTEANVS. *Dignitatis* Vet. *Bertin Cuſpin.* LIVINEIVS. *Dignitatis* ſcripti, & Edd. meliores. *Rhenan. Stephan. Livin. utilitatis.* IAEGERVS. *Vtilitatis* eſt ex *Puteol.* uſque ad *Gruterum*, & retinuit poſtea *Rivinus.* Vulgatum quoque habent *Schonhov* excerpta.

2. *Labor*] *Labos Bertin.* LIVINEIVS.

Sine labore] Si compares Conſulatum cum aerarii Praefectura, aut Praetorii, quaſi otioſus eſt, & honoris tantum cauſſa multis datus, ut pueris Caeſaribus. Vid. Paneg ſuperiorem c. 3. n. 5. CELLARIVS. Cum Conſulatum iniverit *Mamertinus* Kal. Ianuar, & per id ordinarius fuerit, mihi haec verba id potius indicare videntur, Conſulum poteſtatem, hoc praeſertim tempore, parum fuiſſe moleſtam, propter creatos ab Impp. novos Magiſtratus, dataque iis peragenda plurima, quae antea Conſulum fuiſſent, quamvis ſolos voluntariae iurisdictionis actus, quod quibusdam viſum fuit, iis fuiſſe relictos non arbitrer. Vid. *Schulting.* ad D. de Offic. Conſ. §. 4. & *Noodtius* in Comment eod.

3. *Vrbs*] Conſtantinopolis. LIVINEIVS CELLARIVS. & PATAROL. In *Guelf.* deeſt *haec.* Ex his adparet, Panegyricum Conſtantinopoli, non, quod alii putavere, Romae eſſe dictum, de quo ſupr. p. 655.

Templum] Quem locum Noſter *templum* appellat, *Sacrarii ſedem* dixit *Auſonius* Paneg. cap. 29. locum nempe, in quo, ut puto, auditiones publicae, & alia huiusmodi habebantur, qui & *Conſiſtorium* dicebatur, unde & *Conſiſtoriani* dicti, qui Principi conſultanti, aut iudicanti in

 Con-

eſſlagitat. Haec tibi, nominis novi, ſed antiquiſſimae nobilitatis, civitas patria eſt: hic primum editus: hic quaſi quoddam ſalutare humano generi ſidus
4 exortus. Hi cives, & populares tui ſilere me non ſinunt, nec patiuntur, ut quisquam alius auſpicatiſſimo die apud te, ac de te loquendi munus uſurpet,
5 quam is, qui ampliſſimo ſit praeditus magiſtratu. Putant, aliquid adiicere ad

Conſiſtorio adſtabant, quales erant ferme Praefectus Praet., Magiſter Palatii, Magiſter Officiorum, Comites, etc. ut adnotavit *Valeſius* ad lib. XV. *Amm. Marcell.* PATAROL. Curia *Cicer.* pro Milon. c. 33. 7. *Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici*, etc. IAEGERVS. Recte; & eam quidem Curiam intelligit, in quam ipſe a Iuliano erat deductus novus Coſ., infr. 29. 4. quamque Iulianum frequentaſſe tradit *Ammian. Marcell.* XXII. 7. in qua de rebus publicis agebatur; parum itaque hic locus facit ad probandum, habita fuiſſe in templis iudicia, quod fecit *Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 84.

Efflagitant] Ita omnes; ſolus *Guelf. efflagitat*, quod reſtitui, quia *urbs* & *templum* duo ſunt ſubſtantiva diverſa, in quibus verbum ſolet eſſe ſingulare, de quo *Bentleius* ad *Horat.* I. Od. 13. 6. adde ad *Mamertin.* Genethl. 7. 4. & 15. 4.

Nominis novi] Nam *Byzantium* prius dicta eſt a conditore Byzante. *Claudianus* in Eutropium II.

Hoc Byzas, Conſtantinusque videbunt?

Sibylla Erythraea (ſeu Phaello Epirotis eſt) oraculo, quod Hiſtoriar. II. refert *Zoſimus*:

Ἰσχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀρχὴ
Ἀνδράσιν, οἳ Βύζαντος ἕδος καταναιετάουσι.

Tum regna ingentia quondam
Debentur terris, poſuit qua moenia Byzas.

Adi *Euſtathium* in *Dionyſii* Alexandrini Περιήγησιν. *Atticorum coloniam* Byzantium *Ammianus* vocat XXII. LIVINEIVS. *Conſtantinopolis* novo nomine appellata, quae olim *Byzantium* dicebatur. BAVNE. & CELLARIVS. Vrbs enim illa *Conſtantinopolis* dicta fuit A.C. tantum circiter CCCL., quo ipſam Conſtantinus M. reſtitutam dedicavit, ſedemque Orientalium Imperatorum conſtituit. Antea *Ligos*, mox *Byzantium* dicta a Byza, antiquiſſimo ex Heroibus. Vide *Barthium* ad lib. II. *Claudiani* in Eutrop. PATAROL. Male annum CCCL. ponit *Patarolus*, quo mortuus iam erat Conſtantinus: ad annum CCCXXX. retulit *Baune* ſupr. Vit. Conſtantin. p. 304.

Eſt patria] *Patria eſt* Vet. PVTEANVS. *Patria eſt* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Iulianus Auguſtus Conſtantinopoli natus eſt anno Chriſti CCCXXXI. octavo Idus Novembres. BAVNE. Adde infr. c. 14. n. 7. CELLARIVS. Memorat inter caeteros *Marcellinus* lib. XXII. cap. 9. *Natus enim illic diligebat eam, ut genitalem patriam, & colebat.* PATAROL. Etiam *Guelf. patria eſt*, quod reddidi.

Sidus] *Ammianus* de Iuliano: *urbi* (Antiochiae) *propinquans in ſpeciem alicuius Numinis votis excipitur, publicas miratus voces multitudinis magnae, ſalutare ſidus illuxiſſe Eois partibus acclamantis.* Cleopatra ad Iulium Caeſarem apud *Lucanum* X.

Tu gentibus aequum
Sidus ades noſtris.

LIVINEIVS. *Valer. Maxim.* VI. 9. 15. de Caeſare, *clariſſimum mundi ſidus*, & *ſidus paternum & avitum*, idem in Praefat. ubi *Torren.* apud *Claudian.* in Prob. 148.

Et magnos proferrent ſidera partus.

Burmannus id tamquam adpoſitum *magnos partus* habebat, de quo dubito. adde *Freinsh.* ad *Curtium* X. 9. 3. Not. ad *Plinium* Paneg. 19. 1. de Iuliano *Ammian. Marcell.* XXI. 10. *per alias quoque civitates ut ſidus ſalutare ſuſciperetur.*

Exortus] Forte *exortus es.* LIVINEIVS. Sed vide, quae de ellipſi huius verbi dicta ſunt Paneg. IX c 9. 5. IAEGERVS.

4. *Quisquam alius*] *Puteolana quiſque*; quod ferri poſſet. Vid. ad *Plinii* Paneg. 68. 3. & 69. 3.

Auſpicatiſſimo die] Intellexerit, opinor, Cal. Ianuarias, quibus Magiſtratum inierint Fl. Claudius

ad ſplendorem laudum tuarum Conſulis nomen; & recte putant Adiicitur enim laudum dignitati honore laudantis. Ac licet maxime, Imperator, publi- 6
co iudicio, & nomine agere tibi gratias debeam, tamen illa, quae pro ſumma re domi, foriſque geſſiſti, nunc ex parte maxima praetermittam, ut quam ocius ad ea, quae propria ſunt, perveniat oratio.

Cap.

dius Mamertinus noſter, & Fl. Nevita, A. V. C. MCXIII. Vt ordinarii Conſules fuerint, nullis in eum annum ſuffectis, quod quidem in Faſtis annotetur. Firmant haec *Ammiani*, quae aſſcripſi: *Allapſo itaque Calendarum Ianuarium die, cum Mamertini & Nevitae nomina ſuſcepiſſent paginae Conſulares, humilior Princeps viſus eſt in officio, pedibus gradiendo cum honoratis.* LIVINEIVS. & BAVNE. *Auſon.* Gratiar. act. 4. 3. *Nunc autem, quod diei huius proprium, de Conſulatu gratias agam.* ubi Nor. *Conſulatus auſpicalem diem* dixit alter *Mamertin.* Maxim. 7. 2.

Quam is] Conveniunt haec aliqualiter cum illis *Plinii* Paneg. cap. 1. *Qui mos cui potius, quam Conſuli*, etc. PATAROL.

5. *Adiicitur*] Neſcio, qui alii legunt, *adiicit enim l. d. honor laudantis.* Non male. Sed cur hoc mutemus? ACIDALIVS. *Patarol* legit: *adiicitur enim l. d. honor laudantis*; nec ſic quidem male. IAEGERVS. Vulgatum tuentur notata a *Iureto* ad *Symmach.* Epiſt. IX 101.

6. *Maxime, Imperator*] *Baunius*, deleto commate, *maxime* cum *Imperator* coniunxit, ut infr. 14. 6. & 17. 1. & 23. 4 ſed tantum *Imperator* eſt c. 1. 1. c. 16. 4. & 27. 5. & 29. 3. & 31. 6.

Pro ſumma re] Pro ſalute, & conſervatione imperii, ad quam omnia referuntur. Sic *Tullius* Philipp. II. 15. *Quod quidem erat magnum, de ſumma re diſſentientes in eadem conſuetudine amicitiae permanere. Virgil.* Aen. II. 322.

Quo res ſumma loco, Panthu? quam prendimus arcem?

Plurali numero *Nepos* Eumen. c. 9. 2. *omnibus titubantibus, & de rebus ſummis deſperantibus.* & c. 10. 3. *Imminebant enim Seleucus, Lyſimachus, Ptolemaeus, opibus iam valentes: cum quibus ei de ſummis rebus erat dimicandum.* IAEGERVS. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 13. 2. & ad *Eumen.* Conſtantin. 8. 2.

Ex parte] *Guelf. & parte.*

Quanto totius] Vet. *quam ocius.* PVTEANVS. *Quanto ocius* Vet. *Cuſpin.* Arbitror verum *quantocius*, etſi id haud recordor in claſſico Scriptore legere. Sed uſus & *Sulpicius Severus* Dial. III. cap. 5. *Nihil loqui te neceſſe eſt; ſcio, quid deſideres; video, quid requiras. Diſcede quantocius, ne me ob iniuriam tuam caeleſtis ira conſumat.* LIVINEIVS. *Quantocyus*, citiſſime. BAVNE. Sic *Livin.*; *Rhenan.* & *Stephan.* cum reliquis *quantocius*, quod merito verum arbitratur *Livineius.* IAEGERVS. Hoc adverbium etiam in litteris Conſtantini & Licinii apud *Lactantium* de M. P. c. 48. ſect. 8. reperitur. Vid. ibi *Bunemann.* IDEM. Adpend. Obſerv. in Paneg. vet. p. 38. *Quam ocius* etiam *Guelf. Quanto totius* ex *Puteol.* dedit *Livineius. Quanto ocius* ex *Cuſpin. Paull. Stephanus*; *Livineii quantocius* reliqui receperunt, & ita legendum iuſſit *Bauldri* ad *Lactant.* M. P. 48. p. 290. hanc vocem auctoritate carere adfirmavit *Voſſius* de Vit. ſerm. IV. 35. cui tamen *Sulpicii Severi* locum oppoſuit *Vorſtius* Lat. merit. ſuſp. c. 2. & *Cellarius* Antibarb. p. 88. in Cur. poſter. p. 317. ex aliis quoque eam ad prolapſam Latinitatem referens, quibus quaedam loca ad *Lactantium* d. l. addidit *Bunemannus.* Ex his quidem *Mamertini* aevo non indignum habeatur hoc vocabulum, ſed ex ſola *Livineii* coniectura obtrudere nolim, contra meliorem Codd. *Put* & *Guelf.* ſcripturam, in qua *quam ocius* notat *quanto ocius*, ut eſt in Vet. *Livineii* ex Gloſſa. ita pro quanto comparativis iungi patet ex *Curtio* IV. 11. 9. *quam hercule expeditius manus noſtrae rapiunt, quam continent.*

Propria ſunt] Quae alii non participant, quae tibi cum aliis non ſunt communia. IAEGERVS. Potius, quae mihi ſunt propria, ad ea beneficia, quae in me contuliſti. Publico pro iis nomine gratias agere debebat, quae in Remp. contulerat Iulianus, ſed quae maxima ex parte eſt praetermiſſurus, ut ad ſua potius perveniat, quare res ab Imperatore geſtas tantum adtingit a cap. ſeq. ad c. 15. a quo reliqua ſibi propria enarrat. Geminus eſt locus *Eumenii* Conſtantio 5. 4. *Illa vero, Caeſar invicte, quae ductu atque auſpicio Numinis tui geſta ſunt, —— ſine dilatione dicenda ſunt: eo magis, quod, quamvis in commu-

Cap. III. An ego nunc receptas virtute tua Gallias, barbariam omnem ſubactam pergam quaſi nova, & inaudita, memorare, quae, in hac Romani imperii parte, glorioſiſſima ſunt famae laude celebrata, in tantum, ut fratris Imperatoris mereretur invidiam? quid enim a te aliud conſortis Imperatoris alienavit animum, ni-

munibus Reip. bonis, neceſſe eſt, quae propria nobis ſunt, maxime gratulari. ubi Not

1. *Nunc receptas*] Ereptas ex Barbaris, qui Conſtantio Auguſto contra Magnentium evocati, cum nulli uſui ad eam rem eſſe ſe viderent, Gallias populabantur. *Sozomen.* lib. V. cap. 2. iamque oppida ferme XLV. ceperant, inquit Iulianus. BAVNE Has Iulianus, a Conſtantio Imp. miſſus cum exercitu, ut ſupra adnotatum, recuperavit, Barbaris omnibus profligatis. Teſtes *Aurel. Vict. Eutropius* lib X. *Marcellinus* non uno loco. PATAROL. Conf. cap. ſeq. init. Guelf. *receptas nunc*, in quo etiam poſt *virtute* deeſt *tua*.

Barbariam] Francos in primis, ac Germanos omnes BAVNE. *Barbaros* in his Panegyricis praeſertim eſſe Francos notavit *Livin.* ad *Mamertin.* Maximian. 11. 4. & *Eumen.* Conſtantio 9. 1. & 21. 1.

Pergam] Adgrediar. *Tacitus* Hiſt. I. 40. 3. de militibus Galbam trucidaturis: *Igitur milites Romani, quaſi Vologeſen, aut Pacorum avito Arſacidarum ſolio depulſuri, ac non imperatorem ſuum inermem, & ſenem trucidare pergerent, disiecta plebe, proculcato Senatu, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt.* IAEGERVS.

Quaſi inaudita] *Quaſi nova & inaud.* Vet PVTEANVS *Nova & inaud.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Nova* deeſt in Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* In reliquis excuſis, ac ſcriptis legitur. IAEGERVS. *Nova &* etiam *Guelf* & *Schonhovii* excerpta, quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.* altera lectio fluxit ex antiquiſſima *Puteolana Cicero* de Orator. I. 31. *nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum* pro Caecin. 13. *novum eſt, non dico inuſitatum, verum omnino inauditum.* de hac vocis *novus* notione late *Gothofredus* in Differt. ad L. 8. C. de Teſtam § 4.


Romani imperii] *Romani* abeſt Vet. LIVINEIVS.

Sint famae] Vet. *ſunt.* PVTEANVS. *Moerl. ſunt f* quod recipere non dubito. IAEGERVS. Etiam *Guelf.*

Fratris Imperatoris] Frater Conſtantii Iulianus: nam ſororem eius uxorem duxerat. PVTEANVS. *Imperatoris fratris Bertin.* Vere *fratris,* Nam Iulianus, & Conſtantius Auguſtus inter ſe fratres patrueles: ille Conſtantio, quem *poſt fratris Conſtantini exceſſum* (verba ſunt *Ammiani* e XXV.) *inter complures alios turba conſumpſit, imperii ſucceſſorem:* hic Conſtantino Magno, germanis, non una matre, editi. *Valer. Flaccus* Argonautic. I.

Prior huic tunc regia proles
Advolat, amplexus fraternaque pectora iungens.

Acaſtus enim, & Iaſon patrueles ab Aeſone & Pelia, fratribus. Aliter Diocletiano A. Herculius *frater*, ut me alibi notare memini. LIVINEIVS. Conſtantii Auguſti, quem Iuliani *fratrem* vocat, ſeu quod patrueles eſſent, id eſt, eundem haberent avum Conſtantium, ſeu quod Iulianus Helenam Conſtantii ſororem duxiſſet. BAVNE. Conſtantii, qui frater patruelis erat Iuliani. CELLARIVS. Conſtantii nempe. *Fratrem* vere ideo dici quidam interpretantur, quod patrueles eſſent Conſtantius, & Iulianus, utpote duorum fratrum filii, hic Conſtantii, ille Conſtantini M. Alii, quod Iulianus Helenam, Conſtantii ſororem, in uxorem duxerit. Ego potius *fratres* dici crediderim, quod Collegae eſſent in imperio; quod dicendi genus toties ſuperiorum Orationum auctoribus familiare adnotavi. Quod etiam ut ſerio affirmem, movent me, quae ſequuntur verba *conſortis Imperatoris.* Adde nummum Iuliani:



ubi legis VICTORIAE D D N N, hoc eſt, *Do-*

niſi gloriae tuae ſplendor? Teſtor immortalem Deum, teſtor ad vicem Numinis 2
mihi ſanctam conſcientiam meam, me multa conſtanter in hac Vrbe fuiſſe dicturum de his, quae adverſus optimum Imperatorem inclementer, & impie cogitata, atque ſuſcepta ſunt, ſi etiam nunc hominum coetus Divus Conſtantius frequen-

Dominorum noſtrorum, Conſtantii ſcilicet & Iuliani, quos vides pari poteſtatis vocabulo vocari. PATAROL. Non nego, *fratrem* pro patrueli recte dici; ipſe Conſtantius, cum Iulianum faceret Caeſarem, *fratrem* adpellat apud *Ammian.* XV. 8. quem paullo ante *patruelem fratrem* dixerat *Ammianus* ita *Torrentius* accepit apud *Sueton.* Cal. 15. De hac voce, & Graeca ἀδελφὸς vid. *Freinshem.* ad *Curtium* VI. 9. 17. & cap. 10. 24. *Drakenb.* ad *Livium* XXXV. 10. 9. Verior tamen eſt *Pararoli* explicatio de imperii collega, quod ſequens *conſortis Imperatoris* confirmat, neque aliter *Spanhem.* ad *Iulian* Orat. I. p. 49 de quo vocis uſu pluribus dictum ad *Mamertin.* Maximian. 1 p. 11. & c. 9. 1. Genethl. 7. 5. *Eumen.* Conſtantio 1. 3. Incertum Maximian. 8. 5. & 9. 2. & 11. 4. *Eumen.* Conſtantin. 15. 6.

Mereretur] Lege *mererentur.* ACIDALIVS. *Guelf. mereatur. Puteol.* vero, *Rhenan. H. Stephan.* & *Rivin. mereretur*, quod in ſuis quoque habuit *Puteanus*, quia ad oram *Rhenan.* nihil notavit. Tacite *Livineius* edidit *mererentur*, quod reliqui ſunt ſecuti, quia retulerunt ad praecedens plurale *nova & inaudita.* Reſtitui priſcam lectionem, in qua ſingularis ad *laude* pertinet. Turpiter depravatus eſt *Guelf.* cum legat, *mereatur invidiam? alienavit animum, niſi gloriae, quid enim —— Imperatoris animum, niſi* etc.

Conſortis Imperatoris] *Imperatoris* deleam, ut gloſſema. LIVINEIVS. Conſtantii. BAVNE. Conf. *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat I. p. 290. *Livineii* exemplo *Imperatoris* uncis incluſit *Iaegerus.* Mihi gloſſema non videtur; eſt enim eodem modo dictum, ut *fratris Imperatoris*, quod praeceſſit. *Alienavit* abeſt *Guelf.* ſed alio habet loco poſitum, ut modo exhibui.

Gloriae tuae] Haec in Iuliani gratiam omnino praetendi dicerem, niſi & *Zoſimus* ferme conſentire videretur, quem vide lib. III. Ex reliquis enim Auctoribus Conſtantio quinimmo plerique favent. Sic *Amm. Marcell.* lib. XXI. cap. 13. Sic *Eutrop.* lib. X. qui Iulianum gloriae avidiſſimum fuiſſe ſcribit, ex eoque nonnumquam animi immodici. PATAROL.

2. *Et ad vicem*] *Teſtor ad vicem*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Fortius fuerit repetito verbo, *immortalem teſtor ad vicem:* quemadmodum exhibet ſcriptus unus Codex, & alter typis editus Viennae. GRVTERVS. *Teſtor ad vicem* meliores. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent *& ad vicem.* Conf. infr. c. 23. 1. IAEGERVS. Non abs re fuerat, iudice Bibliotheca Critica, excitari locum *Ciceronis* Off. III. 10. *Cum vero iurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe adhibere teſtem, id eſt, ut arbitror, mentem ſuam; qua nil homini dedit Deus ipſe divinius.* IDEM. Adpend. Obſerv. in Paneg. vet. p. 38. *Deum ad vicem*, *Guelf. Teſtor*, deleto &, primum repetiit *Paull. Stephanus* ex *Cuſpin.*, quem reliqui ſequuntur praeter *Rivinum. Ad vicem Numinis* eſt Dei loco, cuiusmodi exempla dedit *Wopkens* Obſ. Miſcell. Nov. T. II. p. 46.

In hac Vrbe] *Hac potiſſimum urbe*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Bertin.* parum probabiliter. IAEGERVS.

De his] *De iis*, *Guelf.* ut in hoc Cod. plerumque.

Optimum Imperatorem] Id eſt, te. LIVINEIVS.

Si etiam nunc] Prius hoc membrum cum praecedentibus potius nectendum: *Teſtor immortalem Deum*, etc. *me multa conſtanter*, etc. *atque ſuſcepta ſunt, ſi etiam nunc hominum coetus Divus Aug. frequentaret. Nunquam profecto liberi civ.* etc. ACIDALIVS. Si viveret adhuc Conſtantius. Is autem ante annum obierat III. Nonas Octobr. prope Tarſum, cum adverſus Perſas proficiſceretur. BAVNE. *Acidalii* ad id pertinet obſervatio, quod in *Rhenan.* a *ſi etiam* nova inchoatur periodus.

Divus Aug.] Vet. *Divus Conſtantius.* Vtrumque poteſt ferri PVTEANVS. *Divus Conſtantius* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Divus Conſtantius* ſcripti, & excuſi curatiores. *Rhenan. Stephan. Livin. Divus Auguſtus.* IAEGERVS. *Auguſtus* eſt in *Puteol.* & omnibus usque ad *Paull. Stephanum*, qui ex *Cuſpin.* revocavit *Conſtantius*, quod etiam eſt in *Guelf.* & *Schonhovii* excerptis, idque reliqui ſecuti praeter *Rivinum. Schoepflinus* Alſat. inluſtr. T. I. p. 406. haec *Mamertini* verba eo refert, quod egregia Iuliani facta ſibi adſcripſit Conſtantius, tamquam ipſe geſſiſſet, idque pluribus teſtatur *Ammian. Marcell.* XVI. 12.

3 quentaret. Numquam profecto liberi civis, & boni Senatoris officio defuiſſem, quominus redarguerem, & convincerem, eas illi in te odii fuiſſe cauſſas, quae amoris inflammatrices, & fidei obſides eſſe debuerint.

Cap. IV. Florentiſſimas quondam, antiquiſſimasque urbes Barbari poſſidebant; Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addi-
2 cta dominis ſerviebat. Porro aliae, quas a vaſtitate barbarica terrarum intervalla diſtulerant, iudicum nomine a nefariis latronibus obtinebantur; ingenua ſuberant indignis cruciatibus corpora; nemo ab iniuria liber, nemo intactus a contumelia, ni-

3. *Et boni*] *Et* abeſt *Bertin* LIVINEIVS. Non bene. IAEGERVS.

Et convincerem] *Atque conv. Guelf.*

Fidei obſides] Vid. Paneg. ſuperiorem c. 16. 5. IAEGERVS. Et *Schulting.* ad *Senecae* Controv. l. p. 65.

Debuerunt] Vet. *debuerint.* PVTEANVS. Recte. IAEGERVS.

1. *Vrbes*] XLV., ſi Iuliano credimus, atque adeo Burgis, & caſtellis minoribus omiſſis. Reliqua vero Gallia Barbarorum populationibus, & excurſionibus vaſtata erat, & inculta. BAVNE. Rem enarravit *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 234. & 235. ad Francos Salios, quos contra Quados tutatus eſt Iulianus, ne Batavorum inſula pellerentur, hunc locum refert Ampliſſ. *in de Betouw* Annal Noviom. p. 21.

Addicta] *Guelf. addita.*

2. *Iudicum nomine*] Conf. *Lindenbrog.* ad *Ammian.* XXVII. 5. Quae Noſter tradit, forte ad Aquileiam pertinent, de qua *Ammian.* XV. 3. — Sequens *obtinebantur* explicitum eſt ſupr. ad *Nazarium* 38. 5.

Ingenua indignis] *Ingenua ſuberant indignis* Vet. PVTEANVS. Excidit vox a capite, quam inſeram de ingenio: *Lacerabantur ingenua*, etc. LIVINEIVS. Verbum aliquod, ſeu participium, quod vocant, deeſt: niſi mutandum, *ingenui indignis cruciatibus correpti*, aut *torti.* ACIDALIVS. Adde *ſuberant*, vel *lacerabantur*, quam ultimam vocem excidiſſe ſuſpicatur *Livineius.* Aut lege cum *Acidalio*: *ingenui indignis cruciatibus correpti.* BAVNE. Niſi quid excidit, ellipſis eſt, & ſubaudiendum *lacerabantur*, aut ſimile. CELLARIVS. *Gud.* & *Moerl.* inſerunt *ſuberant*, quos ſequimur. IAEGERVS. Pro *ſuberant* forte *urebantur.* Lege *ingenua indignis cruciatibus uſta corpora.* SCHENCKIVS. Praefat. T. II. Ed. *Iaeger.* Hunc locum, monente Bibliotheca Critica, attigit *D'Orville* ad *Chariton.* lib. IV. cap. 4. p. 397. ubi, magna vi exemplorum allata, docet, poſt duo ſubſtantiva unum non numquam ſubiungi verbum, iisdem reſpondens, quod tamen alterutri per ſe poſito applicari non, vel vix, poſſit. Addit porro, aliquando unum verbum reſpondere, & ſufficere duobus effatis ita, ut non vicinam, verum plane contrariam ſignificationem habeat in hac, quam in illa pericope; ex. gr. ut in prima *iubere*, in ſecunda *vetare* notet. „ Ita explica locum „ *Mamertini* ad Iul. c. 4. *Ingenua indignis cruciatibus corpora; nemo ab iniuria liber: nemo intactus a contumelia.* In priore parte intellige contrariae ſignificationis τοῦ *liber* & *intactus* vocabulum, *ſubacta*, *attrectata*, *non* „ *libera.* Alii intelligunt *lacerabantur*, *ſuberant*, quod quodammodo procedat. At quis „ ferat *Acidalii* petulantiam, reponentis *ingenui* „ *indignis cruciatibus correpti*, vel *torti*?" Parerem utique tanti Viri auctoritati, ſi locus hic ſimilis eſſet eorum, quibus uſus eſt. Verum in omnibus, qui & ab ipſo, & ab aliis adnotati ſunt, membra, ſive pericopae, quibus unum verbum duabus, iisque contrariis ſignificationibus reſpondet, una complexione devinciuntur; in hoc *Mamertini* loco verba *ingenua* — *corpora* membrum, ſeu pericopen efficiunt diſparatam. Si quid mutandum eſſet, pro *ſuberant* mallem *ſubigebantur cruciatibus*, ſicut *Zoſim.* lib. I. c. 56. extr. habet ὑπάγεσθαι κολάσεσιν. Sed lectio, quam recepi, non videtur ſollicitanda. *Aur. Victor* de Caeſ. c. 38. 2. (Carus) *in Meſopotamiam pergit protinus; quod ea Perſarum quaſi ſolemni bello ſubeſt.* Quemadmodum hic *ſubeſt* idem ſignificat, ac expoſita eſt, ſeu vexatur, laceratur: ita *corpora ſuberant cruciatibus* dicitur pro corpora expoſita erant, vexabantur, lacerabantur cruc. IAEGERVS. Adpend. Obſerv. in Paneg. vet. p. 38. In *Schonhovii* excerptis eſt, *obtinebantur*, *ingenua indignis cruciantibus corpora.* Vera lectio eſt *ſuberant*, trium Codd. auctoritate confirmata.

Pretio mitigaſſet] *Ammian. Marcell.* XV. 2. *abſolutionem pretiis mercarentur inmenſis: tenues vero, quibus exiguae vires erant ad redimendam ſalutem, aut nullae, damnabantur abrupte. Bar-*

niſi qui crudelitatem praedonis pretio mitigaſſet: ut iam Barbari deſiderarentur, ut praeoptaretur a miſeris fortuna captorum. In hoc ſtatu Imperator noſter 3
Gallias nactus minimum habuit adverſus hoſtem laboris, atque diſcriminis: una acie Germania univerſa deleta eſt, uno praelio debellatum: ſed emendatio morum, iudiciorumque correctio & difficile luctamen, & periculi plenum negotium fuit. Nam ut quiſque improbiſſimus erat, ita maxime, Caeſaris rebus 4
inimicus, vitandis legum poenis de novo ſcelere remedia quaerebat, &, quia defendere admiſſa flagitia non poterat, in ultorem iuris invidiam congerebat. Et

Barbaris deſiderarentur] Legendum *Barbari.* RHENANVS. Vet. *Barbari.* PVTEANVS. Data pecunia leniiſſet, ita ut optarent ſe in Barbarorum ſervitute eſſe, & miſeriae ſuae praeponerent captivorum ſortem BAVNE. *Barbaris*, non *Barbari.* Dativus Graece pro *a Barbaris*, ut mox n. 7. *illi diviſa ſunt*, pro ab illo. ANONYMVS. apud *Strodtmann.* Europ. Nov. Erudit. Part. VII. p. 585. *Barbari Guelf.* & *Schonhovii* excerpta. *Barbaris* eſt in *Puteol. Rhen. Henr. Stephani*, & *Rivini.* *Livineius* iam alterum dedit, quod recte explicuit in Interpretatione *Baunius;* illa iudicum crudelitas, & inpotentia erat tanta, ut Barbaros ſuas eſſe terras invaſuros potius optarent, quia eorum, quos in captivitatem duxiſſent Barbari, longe melior habebatur conditio. ita *Ammian. Marcell.* XV. 2. *Ducem domi foriſque deſiderari.*

Praeoptaretur] *Guelf.* male *praecipitaretur.* Pro *ut Iaegerus* dedit *&*, quod in nullo inveni.

3. *Nimium habuit*] Repoſueram *minimum habuit*, ſententia fideiubente, atque id demum in *Bertin.* repperi. LIVINEIVS. Subſequa deſiderant, reſcribamus *minimum;* & mirum, tale nihil notatum ab eo, qui tot excuſſit Membranas, qui toties lineas has perlegit. GRVTERVS. Quae ſequuntur, negationem hic immittendam clamant. Lege *non nimium hab.* ACIDALIVS. Emendatam lectionem *minimum* tuetur *Schonhov. Gruter.* cum recentioribus Edd. Quis vero ille ſit, quem nihil tale notaſſe miratur *Gruterus*, divinare equidem nequeo. *Livineius* certe, qui plurimas excuſſit Membranas, iam emendationem hanc protulit, & MS. *Bertin.* firmavit. IAEGERVS. *Guelf. nimium*, quod in ſuis quoque habuiſſe videtur *Puteanus*, quia ad *Rhenani nimium* variantem non notavit. Hoc lectum fuit uſque ad *Gruterum*, a quo *minimum* ad reliquos, praeter *Rivinum*, fluxit. Recte; ſequentia enim lectioni *nimium* adverſantur. Sunt haec quoque permutata ſupr. in *Eumenio* Conſtantin. 23. 3. ubi vide.

Debellatum] *Debellatum eſt* Vet. *Eutropius* X. *Cum multa oppida Barbari expugnaſſent, alia obſiderent, ubique foeda vaſtitas eſſet, Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret, ab hoc* (Iuliano) *modicis copiis apud Argentoratum ingentes Alamanorum copiae extinctae ſunt, rex nobiliſſimus* (regis filius Vadomarius, *Zoſimus) captus*, *Galliae reſtitutae.* *Zoſimus* Hiſtoriar. III. LX. millia in eo conflictu cecidiſſe ait, totidem in Rhenum fluvium acta, & extincta. Adi locum. LIVINEIVS. In campis Argentoratenſibus dato, ubi Iulianus cum paucis militibus ſeptem totius Germaniae potentiſſimos reges cum numeroſiſſimo eorum exercitu plane profligavit. Ex Barbaris caeſa ſunt VI., ut vulgo aiunt, aut, ut aſſerit *Zoſimus*, LX. millia; captus Francorum rex Chodonomarius, & cum innumera captivorum manu ad Conſtantium abductus eſt. BAVNE. Proelio ad Argentoratum. Vid. *Ammian.* XVI. ſub fin. & *Eutrop.* X. 7. CELLARIVS. Non unum quidem geſſit Iulianus cum Barbaris bellum, ut vides apud *Ammian.* lib. XVI. XVII. & XVIII. ſed memorabile illud, quod apud Argentoratum commiſit, quo innumeras Alamannorum copias fudit, capto etiam eorundem Rege. Referunt praeter *Ammianum* citatum *Eutrop.* lib. X. *Zoſim.* lib. III. PATAROL. Hinc *Argentoratus barbaricis cladibus nota* dicitur apud *Ammian.* XV. 11. De hoc praelio, & *Zoſimi* loco Hiſtor. III 3., vide *Gruner.* ad *Aurel. Victor.* Epit. 42. 13.

Emendatio morum] Conf. *Spanhem.* de Vſu Numiſm. T. II. p. 478. & 481.

4 *De novo ſcelere*] Id eſt, ab, vel ex novo ſcelere, ut recte explicuit *Schulting.* ad *Senecae* Controv. II. p. 148.

Et quia] *Et* deeſt in *Guelf.*

Vltorem iuris] Id eſt, vindicem, & inſtauratorem. Infra mox: *ut aut Barbaros domitet, aut civibus iura reſtituat.* Sed *Divaeus* noſter *in auctorem* malebat. LIVINEIVS. *Auctorem* etiam adnotavit *Schonhov.* Sed nihil eſt mutandum. Iulianus dicitur *ultor iuris* ſc. neglecti, at-

Et cum ſancti Principis mores atque inſtituta falſarum vituperationum licentiam ſubmoverent, callido nocendi artificio accuſatoriam dirita-

atque adeo violati, quemadmodum e. g. Alexander Magnus *ultor publicae ſecuritatis*, *Iuſtin.* XVIII. 3. 18. IAEGERVS Male *Guelf. iure*, quod a Librario, Chriſtianis addicto, profectum arbitror in Iuliani invidiam.

5. *Principis merces*] Lege *mores atque inſtituta*, ſuadente ſententia LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. Vet. *mores*. PVTEANVS. *Mores* Vet. *Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Mores* repoſui e binis MSS. Idem iam olim coniecerant *Bongarſius*, ac *Daniel*, reiecto illo vulgari, *Principis merces*. Sic *Pacatus* Theodoſio c. 14. *Sed cum haec, & ad hunc modum cetera mores hominum & inſtituta formarint*, etc. GRVTERVS. *Lipſius* ad *Tacitum* recte *mores* ACIDALIVS. *Cuſpin Rhenan Stephan. Livin. Pr. merces*; *Schonhov. partes* Optime *Lipſius mores*, quam lectionem Cod. *Moerl.* cum Edd. recentioribus exhibent. IAEGERVS. *Mores* etiam *Guelf. Merces* lectum eſt uſque ad *Gruterum*, & retinuit adhuc *Rivinus*. Male. *Cicero* ad Attic. IV. 18. *oblitum conſuetudinis atque inſtituti*. de Offic. I. 41. *more aguntur, inſtitutiſque civilibus*. Pro Mureo. 1. *more inſtitutoque maiorum*. pro Caecin. 1. *more inſtitutoque omnium*. —— *Lipſii* apud *Acidalium* locus eſt Agricol. 41.

Falſarum opinionum] In *Viennenſi* libro deeſt *opinionum*. Recte. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. *Opinionum* deeſt *Bertin. Langii* Schedis, *Cuſpin.* Placet alterutrum abeſſe, niſi ſi coniunctionem & immittimus, quod non temere probem. Poſterius quidem meis auribus gloſſema ſapit, atque id potius tollam. *Suetonius* Auguſt. cap. 67. *Coſmum, ſervum, graviſſime de ſe opinantem, non ultra quam compedibus coercuit*. LIVINEIVS. *Lipſius* ad *Tacitum* omittit vocem *opinionum*, de induſtria, an caſu, neſcio. At ego delendam alteram aio *vituperationum*, quae alterius gloſſema. *Opinandi* verbo in hunc ſenſum utebantur pro criminando. *Sueton.* Aug. 51. *Cum Aemulio Aeliano Cordubenſi inter cetera crimina vel maxime obiiceretur, quod male opinari de Caeſare ſoleret*. & cap. 67. Et exempla in eodem plura Apud eundem *exiſtimari* quoque non aliter. Tiber. c. 58. *Dictum ullum factumve eius exiſtimatione aliqua laeſiſſe*. ACIDALIVS. De induſtria vocem *opinionum* omiſit *Lipſius*, quam ſcilicet deeſſe in Ed. *Cuſpin.* obſervaverat. Abeſt illa etiam *Bert. Lang.* itemque *Moerl.* & *Gud.* Lectionem parum probabilem affert *Schonhov. falſarum opinionum vituperationem, licentiam* etc. Mihi quidem omnino adridet ſententia *Livineii*, & *Acidalii*, & corruptio loci ab inſcitia, & temeritate profecta eſſe videtur Cum legeretur: *falſ. opinionum lic* adſcripſit aliquis margini explicationis cauſſa, *vituperationum*; quod poſtea Librarius tranſtulit in contextum. Corrector non ſatis doctus, alterutram vocem abeſſe debere iudicans, eiecta exquiſitiore, reliquit eam, cuius vim & poteſtatem ipſi facilius erat intelligere. Hoc fonte derivata clades in plures Codices fluxiſſe videtur. Certe mihi perſuaderi numquam poterit, *opinionum* eſſe inſitivum; vel Auctorem utramque vocem ἀσυνδέτως poſuiſſe. Attamen nihil contra librorum auctoritatem immuto. De verbo *opinari* pro iudicare, atque adeo male dicere, vid. *Caſaubon.* ad *Sueton.* Aug. c 51. IAEGERVS. De hoc loco Bibliotheca Philologica ita iudicat; „ Neſcimus, quid Viris doctiſſimis in varietate lectionum indicanda acciderit; hoc tamen plane videmus, ſi *opiniones* h. l. ſunt iudicia hominum criminoſa, ſeu criminationes, tum profecto vocem *falſarum* prorſus abiiciendam eſſe. *Male opinari* de aliquo eſt utique criminari, ſed *falſo opinari* eſt errare in iudicio: nec *licenter* omnino agit, qui *falſo opinatur*. Quare aut delenda ſunt verba *falſarum*, & *vituperationum*, aut adiungendum eſt verbis *falſarum opinionum* ſubſtantivum ſimile alteri, *licentiam vituperationum* cum inſerta particula &." Mihi de h. l. ſic videbatur. *Opiniones*, monente ipſo Viro doctiſſimo, ſunt criminationes. Hae aut verae ſunt, aut falſae. Veris criminationibus qui locum nullum relinquit, vitavit culpam, laudem non meruit. Ille demum egregia laude dignus eſt, cuius mores atque inſtituta omni non ſolum crimine, ſed etiam criminis ſuſpicione carent, ut nemo inveniatur, qui falſis eum criminationibus adſpergere audeat. Hanc laudem Principi tribuens Orator non dicit, moribus eius licentiam errandi in iudicio, ſed licentiam comminiſcendi flagitia, ſubmoveri. *Falſa opinari*, ex bona Latinitate, ſine controverſia idem eſt, ac errare in iudicio. Sed poſteriore aetate verbum *opinari* ſignificatum habuit prioribus incognitum, adhibitum ſcilicet eſt pro loqui, ſcribere de aliquo, & quidem criminoſe Putabam itaque voc. *opinionem* ſignificare pari ratione poſſe iudicium, vel ſermonem criminoſum, eumque

aut

tatem laudum titulis peragebant, in omnibus conventiculis, quaſi per benevolentiam, illa iactantes: *Iulianus Alamaniam domuit; Iulianus urbes Gal-*

aut verum, aut falſum. Attamen cum verbo *opinari*, illa ſignificatione uſurpato, plerumque addatur *male*, *graviter*, *dure*, etc. idque ſolum, ſine iſtius modi additamento, pro criminari, detrahere poſitum vix inveniatur: *opinio* quoque per ſe, ſine alius nominis adiectione ſignificare criminationem poſſe non videtur. Quare, mutata ſententia, voc. *opinionum*, quod *Cuſp. Bert. Lang. Gud. Moerl* omittunt, rectius abeſſe cenſeo. IDEM. Adperd Obſerv. in Paneg. vet. p. 40. In Edd legitur, *atque inſtituta falſarum opinionum, vituperationum lic.* nullo ſenſu idoneo. Trium itaque Codd.; *Bertin' Moerl.* & *Guelf*, auctoritate *opinionum* delevi, & *Cuſpiniani* lectionem revocavi. Quid? ſi *opinionum* inſertum ſit a Librario Chriſtiano, de Iuliani erga artes magicas ſtudio, & religionis Chriſtianae contemtu cogitante, ut ſignificare voluerit, inſtituta illa falſae religionis vituperandi Imperatoris licentiam apud eos refrenaſſe, qui ſuperſtitionibus illis eſſent addicti. Ipſius itaque menti ille *opinionis* uſus obverſabatur, quo rebus ad religionem pertinentibus vox illa eſt propria. *Cicero* de N. D. III. 4. *opinio de Diis inmortalibus.* Tuſcul. I. 13. *cuius mentem non inbuerit Deorum opinio.* *Arnobius* adverſ. Gent. VII p. 242. *opinionum tanta noſtrarum veſtrarumque diverſitas.* & mox ibid. *opinio religionem facit.* Quod ſi vocem retinendam putes, emendatione locus indigebit, ut forte legas: *opinionum vel vituperationum.* illud *vel* in ſequenti ſyllaba *vit* latere poſſet, praeſertim ſi maiuſculis litteris haec ſcripta cogites: aut, quod mallem, ex littera *e* notam ſyllabae *um* fecit Librarius, ut ſimile quid ſuſpicatus ſum ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 2. 3. Ita ſcripſiſſet Noſter: *falſarum opinione vituperationum*, id eſt, quae falſae erant, quantum hominum opinionem adtinet. *Cicero* de Orator II. 52. *illa excellens opinione fortuna.* *Symmach* Epiſt. III. 83. *iter, ut opinione metior, extendiſti.* Simpliciter ita de mala opinione potuit & falſo rumore dicere, ut infr. 17. 1 *propter opinionem deſidiae.* Conf. *Gronov.* ad *Senecae* Epiſt. 91.

Accuſatoriam diritatem] Sic infr. c. 26. *hilarem diritatem* dixit: *quis neſcit alterum Imperatorum hilarem diritatem, & cachinnantem ſaevitiam.* PVTEANVS. Notata haec Aulicorum ſcabies & *Polybio* Hiſtor. lib. IV. extremo: Ὁ δὲ Ἀπελλῆς, inquit, οὐδαμῶς ἀφίστατο τῆς προαιρέσεως, ἀλλὰ τὸν Ταυρίωνα, τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον, διέβαλλεν, οὐ ψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ φάσκων, ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν, βουλόμενος, ἕτερον ἐπισταθῆναι δι' αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. Εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια, καὶ βασκανία, καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας, καὶ πλεονεξίας. *At propoſito Apelles neutiquam abſiſtere, quin Taurionem calumniaretur, qui Peloponneſum procurabat, non inſimilans, ſed laudans, & idoneum praedicans, qui ſub dio cum rege una agitaret, volens Peloponneſi rebus alium ab ſe praefici. Nova haec enim calumniandi inventa ratio, non accuſatione, ſed laudibus noxam in ſocios comparare. Inventa eſt autem potiſſimum, ac primum haec malignitas, & invidia, atque fraus ab iis, qui in Palatiis degunt, eorumque inter ſe aemulatione, ſtudioque praeſtandi.* *Tacitus* de Iulio Agricola: *Crebro per eos dies apud Domitianum abſens accuſatus, abſens abſolutus eſt. Cauſa periculi non crimen ullum, aut querela laeſi cuiusquam, ſed infenſus virtutibus Princeps, & gloria viri, ac peſſimum inimicorum genus, laudantes.* LIVINEIVS. Quaſi amoris ſpecie laudabant Iulianum, ſed revera, ut bilem moverent Conſtantio, quo obtrectatorum genere nullum eſt malevolentius. BAVNE. Callido artificio, & Aulicis familiari, at immani, ac praviſſimo; unde dictum *Tacito* Agric. *peſſimum inimicorum genus, laudantes.* PATAROL. *Ammian. Marcell.* XV. 2. *Inpugnabat autem eum per fictae benignitatis inlecebras collega, & virum fortem propalam ſaepe appellans.* ubi *Lindenbrog.* & *Lipſius* ad *Tacit.* Agric. 41. *Tennul.* ad *Frontin.* Strateg. I. 8. 7. eamque artem adpellat Noſter *accuſandi genus, quod nullus refelleret*, infr. c. 5. 1.

Benevolentiam] *Guelf. benivolentiam.* Recte de ſimulata benevolentia additur *quaſi*, de quo vid. ad *Mamertin.* Genethl. 7. 7. & *Eumen.* Grat. act. 14. 4.

Alamaniam] Idem Cod. *Alemaniam*, & mox omittit *Iulianus urbes Galliae.* Conf. infr. c. 6. 2.

6 *Galliae ex favillis & cineribus excitavit. Illae provinciae obſeſſae, expugnatae, ferro igniqne vaſtatae beatiores ſunt his oppidis, quae habet ſine hoſte Conſtantius.*
7 *Aeſtates omnes in caſtris, hiemes in tribunalibus degit. Ita illi anni ſpatia diviſa ſunt, ut aut barbaros domitet, aut civibus iura reſtituat, perpetuum profeſſus aut contra hoſtem, aut contra vitia certamen.*

Cap. V. Hae voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. Si enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facile ipſo ſplendore laudis & gloriae refutarentur. Invenerunt accuſandi genus, quod nullus refelleret.
2 Sed quid, oro vos, Principem noſtrum facere debuiſſe cenſetis? Romanas urbes hoſtibus dederet, ne animum fratris offenderet? Provincias firmiſſimas utiliſſimasque reipublicae ſub obtutibus ſuis vexari, ac diripi ſineret, ne quid Auguſtus,

6. *Expugnatae*] *Oppugnatae*, *Cuſpin. Bertin.* Sequor *expugnatae.* Supra: *florentiſſimas quondam, antiquiſſimasque urbes Barbari poſſidebant.* Et alioquin oratio creſcit. LIVINEIVS. *Oppugnatae*, *Moerl.* Sed merito vulgatam probat *Livineius.* IAEGERVS. *Guelf.* etiam *oppugnatae*, quod ab *obſeſſae* vix differt, elegantius enim creſcit periodus in *obſeſſae, expugnatae, vaſtatae.*

Igniqne] *Guelf. igneque*, & mox *iis oppidis.*

7. *Aeſtates omnes*] *Ammian. Marcell.* XVIII. 1. *Iulianus, contextis ſucceſſibus clarus, apud hiberna, ſequeſtratis interim ſollicitudinibus bellicis, haud minore cura provinciarum fortunis multa conducentia diſponebat; diligenter obſervans, ne quem tributorum ſarcina praegravaret, neve potentia premeret aliena, vel iudicum quiſquam ab aequitate deviaret impune. Idque ea re levi labore correxit, quod ipſe iurgia dirimens, ubi cauſſarum cogebat magnitudo vel perſonarum, erat indeclinabilis iuſtorum, iniuſtorumque diſtinctor.* Vide, quae ſequuntur. IAEGERVS.

Illi anni] *Illi* Dativus eſt. RHENANVS.

Contra vitia certamen] *Nazarius* Paneg 31. 3. *ſubacta vitiorum agmina.* ubi vide. Conf. Obſerv. Miſcell. Nov. T. I. p. 144. his autem indicat, quid in iure reſtituendo pro tribunali egerit.

1. *Inflammanda odia*] In Conſtantii Auguſti animo, invidentis laudibus Caeſaris Iuliani. CELLARIVS. *Ammian. Marcell.* XV. 3. *ad ſuſpiciones ita acriter inflammavit.* *Cicero* pro Marcell. 10. *qui non fortuna inflammaret odium ſuum.*

2. *Dederet*] *Gud. dedere.* IAEGERVS. *Dedere* etiam eſt in *Puteol Rhen. Henr. Stephani*, & *Rivini*, quod ad praecedens *debuiſſet* retulerunt. Sequentia *offenderet*, *ſineret*, *laxaret* vulgatum ſequuntur.

Fratris offenderet] Conſtantii. Supra cap. 3. dictum. CELLARIVS. Male *Guelf. oſtenderet.*

Provincias firmiſſimas] Gallias ſignificat, opinor. Eaſque Divus Claudius *Romanae Reip. vires* appellat, Epiſtola ad Senatum, quam *Trebellius* recitat. LIVINEIVS.

Sub obtutibus] *Ammian. Marcell.* XVII. 7. *oculorum obtutu praeſtricto.* cap. 8. in fin. *humi proſtratus ſub obtutibus eius.* *Pacatus* Paneg. 6. 2. *an obtutibus vultus inſinuet.*

Accenderet] Ita tacite edidit *Baunius*, quem ſecuti ſunt *Cellarius* & *Patarolus*, neque Patri meo in Edit. ſuae margine diſplicuit. Vellem, Codd. addicerent, cum ita eleganter creſceret ſententia. Ita *Paullin. Petrocor.* de Vit. Martin. II. 40.

Stimulis miſerorum corda perurens.

ad quem locum ſimilia dedit *Wopkenſ.* Obſerv. Miſcell. Nov. T. VIII. p. 834. & facile haec permutari potuerunt, propter ea, quae dixi ad *Arator.* II. 543. Omnes tamen ante editi *accederet*, & ita Codd. ex quibus variantem ſcripturam non invenio notatam, & in contextum revocavit *Iaegerus*, quam propter hunc conſenſum ſequor.

Ne inter] *Guelf.* ignorat *ne.*

Diſcordiam] Conf. *Ritterſhuſ.* ad *Salvian.* de Gub. Dei VIII. p. 108.

3. *Etruriae adoleſcentem*] In Vet. aſſcriptum margini, *Spurina fuit.* Vere. Adi *Valerium Maximum* IV. cap. 5. LIVINEIVS. Is Spurina fuit, ut margini adſcriptum reperio in *Viennenſi* Edit. Quam hiſtoriam fuſe refert *Valer. Max.* lib.

ſtus, quod nollet, audiret? Flagitiis adminiſtrantium non modo frena laxaret,
ſed etiam ſtimulator accederet, ne inter Principes faceret morum diſſimilitudo
diſcordiam? Nobilem Etruriae adoleſcentem ferunt, cum propter eximiam 3
formae dignitatem multarum in ſe feminarum amores excitaret, faciem ſuam
ad oblitterandam pulcritudinem vulneribus ſauciaſſe. Sed facile fuit iuveni,
dignitati corporis decorem animi praeponenti, & candorem decolorare, &
oris nitorem, alte impreſſis cicatricibus, devenuſtare. Num aliquid huius- 4
modi adverſus amorem civium facere debuit Iulianus? Ac ne potuit qui-
dem; niſi forte exiſtimamus, patientes vulnerum formas eſſe virtutum. Sci-
licet & candorem aequitatis potuit obumbrare, & a temperantia purpuram
ſancti ruboris abolere, vicem fortitudinis indignis confodere vulneribus,
erue-

lib. IV. c. 5. ext. 1. BAVNE. CELLARIVS. & PATAROL.

Oblitterandam] Id eſt delendam, & exſtinguendam. *Offenſionem oblitterare* dixit *Cicero* poſt redit. in Senat. 8. & *colorem oblitterare Apuleius* Apol. quocum hunc locum contulit *Scipio Gentil.* Opp. T. VI. p. 29.

Decolorare] *Seneca* Nat. Quaeſt. II. 41. *Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur.* IAEGERVS.

Alte inpreſſis] *Salvian.* Gub. Dei VI. p. 124. *inpreſſa altius vulnera.* ubi *Weitzius*, & quae dixi ad *Arator.* I. 43.

Devenuſtare] Vox *A. Gellio* uſurpata, pro eo, quod eſt *deturpare.* BAVNE.

Adverſus huiusmodi] *Huiusmodi adverſus* Vet. PVTEANVS. *Huiusmodi adverſus*, *Bertin.* Recte. LIVINEIVS. Lege, *Num aliquid huiusmodi adverſus amorem.* ACIDALIVS Vitioſa verborum collocatione peccarunt *Cuſpin* *Rhenan. Stephan. Livin.* *Num aliquid adverſus huiusmodi*, etc. Sed meliorem cum Cod. *Moerl.* exhibent Edd. recentiores. IAEGERVS. *Eiusmodi adverſus*, *Guelf.* Meliorem verborum ordinem primum dedit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum.*

4 *Ac ne*] Forte *at ne.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Recte; & ſic exhibet *Patarol*, quem ſequor. IAEGERVS. Nulla eſt contra Codd. mutandi neceſſitas. *Cicero* de Orat. I. 2. *Ac mihi quidem.* cap. 4. *Ac ne illud quidem vere dici poteſt.*

A temperantia] *Lipſius* alicubi, credo, eiicit *a temperantia.* At mihi videntur retinenda, legoque, *& temperantiae purpuram ſancti* etc. Nam quod genitivi duo uni voci iunguntur, fieri ſcilicet alias quoque ſolet, & bis illa ſumenda. ACIDALIVS.

Sui ruboris] *Sancti ruboris* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livineius ſui ruboris.* IAEGERVS. Vnde *Livineius* hauſerit *ſui*, ignoro; forte ex *Bertin. Sancti* tantum probo. *Purpuram ſancti ruboris* poſuit pro pudore, qui temperantibus eſt proprius, & formae eximiae, qualem in Spurinna laudat Ita de Conſtantii forma *Eumenius* Conſtantio 19. 3. *in fronte gravitatis*, — *in rubore verecundiae.* & Conſtantin. 5. 4. Indicat itaque, Imperatoris non fuiſſe, ut ſine pudore temperantiam exſueret.

Vicem fortitudinis] Vitem Centurionum, aliorumque militiae Ducum, & Principum inſigne fuiſſe, eamque, caſtris inſertam, ſummam rerum imperiumque continuiſſe, nemo neſcit. Inde & *ſub vineam*, & *ſub vitem iacere* miles dicitur *Sex. Pompeio.* Inde & ego arbitror *vitem fortitudinis* a *Mamertino* tranſlatione quadam dictam. Vulgo tamen *vicem* ſcriptum eſt, nullo mihi ſatis commodo ſenſu. Idemque plane error eſt apud *Caſſiodorum* lib. VII. Variar. in formula Principis Dalmatiarum. Nam quo loco impreſſi libri habent: *Tu vicem tenes improbis minantem:* in veteribus ſcriptum eſt *vitam*, quod in *vitem* mutandum cenſeo. PITHOEVS. Adverſ. Subſeciv. I 15. Truncam vocem puto, & *cervicem fortitudinis* ſcribendum. Dixit enim antea, *niſi forte exiſtimamus, patientes vulnerum formas eſſe virtutum*; huc annectit de *cervice fortitudinis*, & *oculis prudentiae.* Cur autem ita? Quia in cervice vis ferendi, & nervorum conventus. *Apuleius* ita planiſſime de Philoſophia: *inde eſt, quod fortitudinem nervos animi, ipſasque cervices ait Plato.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. *Lipſii* lectio placet; *cervix* enim videtur fuisſe ſymbolum fortitudinis. Sic enim *Philippus* Presbyter in libr. *Iobi* cap. 16. *Tenuit cervicem meam, & confregit me: in cervice*, ait, *vel maxime virtus luctatorum ſignificatur. Hanc igitur ſibi Iob a diabolo tentam, velut a potentio-*

eruere oculos providentiae! Dein, niſi ille adoleſcens ſeveram manum propriis vultibus intuliſſet, dies & mora, ac non longa aetatis ſucceſſio omnem illum florem corporis peremiſſet. At in virtutibus Principis noſtri quan-

tiore, dicit, quem Iob rectum confregerit. IVRETVS. *Pithoeus vitem* emendabat: dure, & cui equidem non applaudam. Mihi cum doctiſſimo *Lipſio cervicem* placet. LIVINEIVS. Tetigit hunc locum *Lipſius*, credo, alicubi, & quantum memini, legit *cervicem*. Bene. ACIDALIVS. & BAVNE. Vox *vitem* Criticis ſuſpecta. Aptior videtur *Lipſii* lectio. PATAROL. *Vicem* per talionem explicat *Marcilius* ad XII. Tabb. T. IV. Theſ. *Otton.* p 287. ut indicet *Mamertinus* fortitudinis eſſe, *vicem*, ſive vindictam, ſive talionem expetere. Sed quid tum eſt *talionem confodere?* & quis umquam *vicem fortitudinis* de talione, qua vir fortis utitur, expoſuerit? Aeque minus placet *Lipſii vitem.* Vitiſne vulneribus confodi poteſt? Certa veritatis perſuaſione emendo, *faciem fortitudinis.* Tota enim eſt in iis comparatio, quae de Spurinna commemoravit, & iam ad Iulianum transfert. Repetamus ſingula ex num. 3. *candorem decolorare* hic eſt, *candorem aequitatis obumbrare*; porro *oris nitorem devenuſtare* hic, exprimit *purpuram ſancti ruboris abolere*; denique *faciem ſuam vulneribus ſauciaſſe* repetit in verbis, *faciem fortitudinis confodere vulneribus, eruere oculos.* Itaque *facies fortitudinis* eſt fortis facies; ut de ſimilibus dictum eſt ad Incertum Conſtantin 3. 6. ita *virus veneni*, *rupes ſaxi*, & ſimilia habet *Wopkenſ.* Obſerv. Miſcell. Nov. T. VIII. p. 830. & ipſe in Miſcell. p. 62.

Oculos providentiae] Forte *prudentiae.* LIVINEIVS. Bene habet locus, neque neceſſe mutare in *prudentiam* vocem ultimam; cum unum idemque complectatur & haec, & illa. GRVTERVS. Noluit nempe Iulianus providentiae Divinae repugnare. Nam, ut *Zoſimus* Hiſtor. III. 11. p. 206. habet, hanc εἶχε περὶ τὸ θεῖον προαίρεσιν, ὡς τοῖς Θεοῖς ἄμεινον, ἢ τοῖς Κωνσαντίου λόγοις ἑαυτόν τε καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐκδοῦναι. In Divina providentia animum, ac fidem reponens huius arbitrio ſe permittere maluit. ANONYMVS. in *Strodtmanni* Europ. Nov. Erud. Part. VII. p. 585.

5. *Deinde*] *Dein* Vet. *Cuſpin* LIVINEIVS. *Schonhov.* *dein.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* cuius ſcripturam probavit *Cortius* ad *Plinii* Epiſt. VI. 16. 6. & reſtitui.

Et mora, non longa] *Mora, ac non longa* Vet. PVTEANVS. *Ac non longa* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Non muto. Poterat tamen: *dies & mora non longa, aetatis ſucceſſione omnem ill.* ACIDALIVS. & BAVNE. Legit *ſucceſſione Acidalius.* Sed, cum librorum auctoritas deſit, nihil mutem. PATAROL. Poſt *mora* coniunctionem *ac* inſerunt Cod. *Liv. Bert. Put.* Inde, puto, effinxit lectionem ſuam *Patarol*: *nec longa aet. ſucc.* Pro *ſucceſſio Cuſpin.* habet *acceſſio.* Quid ſi voces *aetatis ſucceſſio*, vel *acceſſio* gloſſematis ſpeciem habere iudicemus? IAEGERVS. Verba *non longa aetatis ſucceſſio* pro gloſſemate habui. Hanc ſuſpicionem vanam eſſe iudicat Bibliotheca Philologica, fateturque, ſe ignorare, quid ſimile habeat *aetatis ſucceſſio* cum *die*, & *mora*, & putat, eſſe tres in tribus illis verbis, quae copula *ac* auctoritate Codd. *Livin. Bert. Put.* iungenda ſunt, gradus cauſſarum defloratae in adoleſcente pulcritudinis. Ex hac Viri docti ſententia primus gradus cauſſarum defloratae pulcritudinis eſt dies, alter eſt mora, tertius non longae aetatis ſucceſſio. Equidem id dicere Oratorem putabam; etiamſi ille adoleſcens manum propriis vultibus non intuliſſet, tamen futurum fuiſſe, ut ipſo temporis proceſſu flos formae periretur. *Ovidius* A. A. lib. II. vs. 113. ſq.

> *Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos,*
> *Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.*

Dies pro tempore procedenti dicitur; e. g. *Terent.* Heaut. III. 1. 13.

> *Vulgo audio*
> *Dici, diem adimere aegritudinem hominibus.*

Cicero Tuſc. Quaeſt. lib. III. c. 22. Quod *Terentius* hic diei, id *Ovidius* morae tribuit, Epp. ex Ponto lib. IV. Ep. 11. vs. 13. ſq.

> *Finitumque tuum, ſi non ratione, dolorem*
> *Ipſa iam pridem ſuſpicor eſſe mora.*

Quemadmodum dies, & mora adimit aegritudinem, ita & formae pulchritudinem delet. Cum tem-

quanto aetas prolixior, tanto pulcritudo praeſtantior.

CAP. VI. Mitto cunctam barbariam adverſus vindicem Romanae libertatis in arma commotam, gentesque recens victas, & adverſus iugum nuper im-

temporis proceſſu *ſucceſſio aetatis* coniuncta eſt. Dum tempus procedit, dies diei, menſis menſi, annus anno vitae vel aetatis ſuccedit. *Dies* & *mora* itaque ab Oratore noſtro παραλλήλως ponuntur, nec, quodnam ſit utriusque diſcrimen, exputare poſſum. Quod ſequitur *non longa aetatis ſucceſſio*, ſi quid addit ſententiae, indicat tantummodo, diem illam & moram non longam futuram fuiſſe. Eadem ſententia exſiſtit, ſi *dies & mora non longa*, omiſſo illo *aetatis ſucceſſio*, legatur. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Paneg. vet. p. 42. Etiam *Guelf. ac non longa*, quod reſtitui. *Dies* accipitur pro multis diebus, de quo *Burman.* ad *Claudian.* Epiſt. IV. 4. *mora ac non longa ſucceſſio* mihi videtur eſſe ἓν διὰ δυοῖν, quo forte uſus, ut duplicem genitivum evitaret in *mora non longae ſucceſſionis aetatis.* Ita *nomen ac terrorem*. ſimiliaque dedit *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. II. p. 73. & ipſe in Miſcell. p. 27. Quid ſi *ac* pro copula exegetica capiamus? de quo uſu dixi in Diſſert. ad L. 2. D. de In ius voc. p 263. Primum generaliter dicit diem florem corporis peremturum, deinde non longa quidem aetatis mora ad id opus fore addit. Poſteriora itaque praecedentium facerent interpretationem, quantam moram intelligat. Ceterum in *Guelf.* eſt *ac mora ac non.*

Omnem illum] *Rhenan* & *Rivinus omnium.*

In virtutibus] Hic quidem *in* deleam. Niſi potius mutandum *At enim*, quod magis ſane puto. ACIDALIVS.

1. *Vindicem*] Iulianum. BAVNE. & CELLARIVS.

Genteſque recenſuitas] Lego *genteſque recens victas.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. *Recens victas* Schedae *Langii. Recenſuitas* itidem & in Vet. & *Bertin.* eſt, in *Cuſpin. Rhen. recenſitas*, neutrum probe. Vera lectio, quae in *Lang.* Sched, *recens victas.* ſcilicet a Conſtantino Magno, & ante a Conſtantio patre. LIVINEIVS. Cum antea vulgatum *genteſque recenſuitas*, aut adeo aliorum *recenſitas*, nihil haberet in ſe loco huic tolerabile, paſſus ſum abripi me ab unico exemplari ſcripto, exturbavique ineptam lectionem, ac recepi planiſſimam *recens victas.* GRVTERVS. *Recens victas*, a Conſtantio, & Conſtantino Magno, eius filio, domitas, & a Francorum incurſionibus liberatas. BAVNE. Veram lectionem e *Lang.* protulit *Livineius*, eamque recepit *Gruterus* cum recentioribus. Adnotavit eam quoque *Schonhov. Rhenanus* cum *Stephan. recenſitas. Livineius recenſuitas.* Vtrumque mendoſe. IAEGERVS. Difficilis locus, & mira lectionum varietas. Monſtrum eſt in *Guelf receſencitas*, adſcripta tamen ſupra *n*, aut *c* poſterius littera *s*. Ex Edit. *Puteolan.* eſt *recenſuitas*; ex *Rhenan. recenſitas* dedit quoque *Paull. Stephanus*, & *Rivinus.* Cum *Grutero recens victas* MS. tribuere non audeo; eſt enim id in ſolis *Langii* Schedis, in quibus, quod in *Rhenani* coniecturis ſaepe deprehendi, hanc *Lipſii* adſcriptam eſſe ſuſpicor, de cuius tamen veritate non eſt, quod dubitemus, cum ita locus adcurate Hiſtoriae conveniat. Nimirum Alemanni, quos per *gentes* intelligit *Mamertinus*, ſuorum regum, Gundomadi, & Vadomarii, ductu contra Romanos inſurgunt, quibus A. CCCLIV. obviam tendit Conſtantius, ſed ſine praelio veniam pacemque dat, propter rationes, quas ipſe in oratione ad milites explanat apud *Ammian. Marcell.* XIV. 10. Hoc factum non intellexit Noſter, quamvis ita ſentiat *Livineius*, quia *victae* dici nequeunt *gentes*, quibuscum non fuit debellatum, ſed quae, ipſo fatente Conſtantio, iugum per pacem petitam ſubierant voluntariae. Mox tamen A. CCCLVIII. iterum res novas moliuntur Alemannorum reges Chodomarius, Veſtralpus, Vrius, & alii, quibus ſe quoque iunxerunt Vadomarii cives, quos celebri ad Argentoratum pugna vincit Iulianus, & denique A. CCCLIX. pacem dat. *Ammian. Marcell.* XVI. 12. XVII. 1. XVIII. 2. atque hae demum ſunt *gentes recens victae, & adverſus iugum nuper* (id eſt a Conſtantio) *inpoſitum contumaces.* At vero, mortuo Gundomado, pacem, duce Vadomario, iterum frangunt A. CCCLX. ſed eos profligat, & domat Iulianus. *Ammian.* XXI. 4. tunc autem erant *in redivivum furorem nefandis ſtimulis excitatae.* Si vero *adverſus iugum contumaces* de iugo, per Iulianum poſt pugnam Argentoratenſem demum inpoſito, accipias, non interceſſerim.

Adverſus iugum] *Adverſum* Vet. *Sed adverſum* legam, non *& adv.* LIVINEIVS. *Florus* IV. 12. 2. *Nova quippe pax: necdum adſuetae frenis ſervitutis tumidae gentium, inflataeque cervices ab impoſito nuper iugo reſiliebant.* IAEGERVS. *Adverſum* etiam *Guelf.* Intellige iugum a Conſtantio, aut Iuliano inpoſitum. Conf. praeced. obſerv.

 Ir-

impoſitum cervice dubia contumaces, in redivivum furorem nefandis ſtimulis excitatas. Quae omnia obſtinatam, & inmobilem Principis maximi tandem vicere pa-
2 tientiam. Itaque cum in ipſo molimine oppreſſiſſet Alamaniam rebellantem, qui paul-

Irredivivo furore] Lego *in redivivum furorem* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. Vet *in redivivum furorem.* PVTEANVS. *In redivivum furorem* Vet. *Langii* Schedae, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *in redivivum furorem.* ACIDALIVS. *In redivivum furorem* magno conſenſu meliores libri. *Rhenan. Stephan. Livin. irredivivo furore.* Ceterum legendum eſſe *recidivum*, patet ex iis, quae ſupra Paneg. VIII. 13. 4. & IX. 35. 4. adtulimus. IAEGERVS *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta, *in redivivum furorem.* Ex *Puteol. irredivivo furore* lectum eſt ad *Paull. Stephanum*, qui primus *Cuſpiniani* lectionem revocavit, iterum a *Rivino* neglectam. *Redivivo* ortum eſt ex ſcripturae in Codd. ratione, de qua dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 8. 1. In *recidivum Iaegero* non adſentior. Furor enim, aliique adfectus igni, & flammae comparantur, ut dixi ad *Sedul.* I. 196. hi per tempus ſopiti ſi rurſus exaeſtuent, potius dicentur *redivivi*, ut *vivus* de igne ardente Vid. notata ibid. vs. 247. Conf. ad Incert. Conſtantin. 13. 4.

Quae omnia] Detractorum voces exponam, quas ſpecie laudum accuſationem peregiſſe ante dixit. Nam, quae deinceps ſequuntur, meo animo, ad Iuliani apparatum pertinent, in Conſtantium moventis. LIVINEIVS. Vt *Livineii* explicatio probabilis videatur, Barbaros ab ipſis illis, quos *Marcellinus* adpellat, adulandi profeſſoribus in Palatio Conſtantii, clam commotos, & ad rebellandum excitatos fuiſſe credamus, & *gentes recens victas* intelligamus non, ut ſupra voluit *Livineius*, a Conſtantino M. & Conſtantio, ſed ab ipſo Iuliano ſuperatas. IAEGERVS. Dixi praeced. obſerv.

Obſtinata] Vet. *obſtinatam.* PVTEANVS. Idemque notant *Schonhovii* excerpta, quia in *Rhenan.* eſt *obſtinata.*

Principis tandem] *Principis maximi* Vet. Sic infr. cap. 9. & alibi. PVTEANVS. Ipſius Iuliani, qui aliquoties in Germanos rebellantes movit. CELLARIVS. *Princeps maximus*, cuius victa fuit patientia, eſt ipſe Iulianus, qui infra cap. 9. 4. *maximus Imperator* vocatur, & quem aliquoties in Germanos rebellantes moviſſe *Cellarius* adnotavit. IAEGERVS. *Maximi* deeſt in *Rhenan. Henr. Stephan.* & *Rivini.* Conf. ſupr 2. 6.

2. *Cum ipſo molimine*] *In ipſo*, *Bertin. Cuſpin* LIVINEIVS. Id eſt, tum, cum prope abeſſe crederet, ut Gallias invaderet. BAVNE. Particula *in* deeſt *Rhenan. Stephan Livin.* male. Non enim molimine ſuo, & apparatu, ſed cum Alamanni rebellionem molirentur, cum in apparando fere eſſent occupati, eos oppreſſit. IAEGERVS. *In* quoque *Schonhovii* excerpta, dedit que recte *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*; ignorat tamen *Guelf.* neque in ſuis invenit *Puteanus*, cum nihil ad Ed. *Rhenan*, in qua abeſt, notaverit. *Molimine* pluribus exemplis confirmavit *Marckland.* Epiſt. Crit. ad *F. Hare* p. 29.

Oppreſſiſſet Alamaniam] *Opprimere* ſubitum, & inopinatum indicat eventum, quam verbi vim egregie probat *Gothofredus* in Diſſert ad L 8. C. de Teſtam. § 4. — *Alamaniam* h. l. de Germanis gentibus interpretatur *Barthius* ad *Claudian.* Conſ. Honor. IV. 450. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 2. 1. *Nazar.* Paneg. 18. 1 intelligendae autem ſunt illae Alemannorum nationes, de quarum Regibus dixi hoc cap. n. 1.

Montium nomina] Pro regionibus, fluviis, montibus, per periphraſin, de qua vid. *Vechner.* Hellenolex. II. 8. p. m. 528. & ibi *Heuſinger.* IAEGERVS. Not. ad *Vell. Pat.* I. 12. 7. & II. 69. 3. *Burman.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 605.

Peragraverat] *Mamertin.* Genethl. 4. fin. *provinciae veſtrae, quas divina celeritate peragraſtis.* Vocem puto *Quinctiliano* reſtituendam Declam. I. 13. *non venire debes ad ſecretam domus partem, nec tota tibi Penatium ſacra peragenda ſunt:* lego *peragranda ſunt*, ut hae voces inveniuntur confuſae in Codd. apud *Livium* IX. 15. 2. qua ratione ſuam quoque *Ampelio* Memor. c. 7. lectionem reddidit *Dukerus.* Per *ultima gentium regna* regum Alemannorum ditiones intellexit, quas Conſtantinopoli dicens eo adpellare potuit modo, quo dixi ad *Mamertin.* Maximian. 5. 2. & *ultima barbariae littora. Eumen.* Conſtantio 6. 2. & *Thule ultima.* 7. 2.

Regum capita] De contumelia hac militari vid. *Brouckhuſ* ad *Propert.* I. 1. 4. IAEGERVS. Alemannorum Reges intelligo, Chodomarium, Veſtralpum, Vrium, Vadomarium, de quibus dixi hoc cap. n. 1. De victis pede calcatis vid. Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 36. 3. & 45. 4.

Illyrici ſinus] Melius *ſinu.* RITTERSHVSIVS. Quum

paullo ante inaudita regionum, fluviorum, montium nomina exercitu victore peragraverat, per ultima ferarum gentium regna, calcata regum capita ſupervolans, in medio Illyrici ſinu improviſus apparuit. Vidimus felices illius comites viae 3 ſtu-

Quum in Conſtantinum moveret. CELLARIVS. Forte *ſinu*, aut prius legendum *medios*. Iuliani iter per Illyricum refert *Ammian. Marcell.* lib. XXI. c. 9. etc. PATAROL. *Rhenan. Stephan. Livin.* & *Moerl. ſinus*; ſic etiam *Patarol*, addita tamen nota, forte *ſinu*, aut prius legendum *medios*. Hoc vero ſi admittas, deleta vocula *in* legendum eſt *aperuit*, uti *Cuſpin. Rhenan Stephan.* habent, pro *apparuit*, quod plerique, recte quidem, tuentur. IAEGERVS *Sinus* ex *Puteol.* antiquiſſima uſque ad *Bauninum* habent omnes, quem *Rittershuſii* coniecturam in textum tacite admittentem ſecuti ſunt *Cellarius*, & *Iaegerus*, ſimilibus etiam exemplis confirmavit *Waſſe* ad *Salluſt.* Catil. 56. quibus proximum eſt illud *Mamertini* Genethl. 4. 2. *in medio Italiae gremio apparuiſtis.* adde ad *Nazarium* Paneg 38. 3. Cum ex ſuis Codd. nihil notaverint *Puteanus*, & *Livineius*, in iis haud dubie *ſinus.* invenerunt, quod ſervat quoque *Moerl.* apud *Iaegerum*, & forte *Guelf.*, ex quo ad *Cellarii* Edit. nihil notatum habeo. De *Patароli* coniectura *medios* rectum eſt *Iaegeri* iudicium, quamvis pluralem defendere poſſet *Virgil.* Aen. I. init.

Illyricos penetrare ſinus.

De hoc vero poſt Alemannos victos in Illyricum itinere vid. *Ammian.* XXI. 9.

Inproviſus aperuit] Legendum opinor *apparuit.* RHENANVS. Vet. *apparuit.* PVTEANVS *Aperuit*, non *apparuit.* Refer ad antecedentia, *aperuit inaudita regionum.* ANONYMVS. apud *Strodtman.* Europ. nov. Erudit. Part. VII. p. 585. *Aperuit* eſt in *Puteol. Cuſpin. Rhenan. Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. *apparuit* iam edidit *Livineius*, quod melius tuentur Codd., etiam *Guelf. Aperire regionem* recte quidem dicitur. & ſaepe de eo, qui regionem ante intactam primus intrat. Sic *aperire limites Vell Pat.* II. 120. 2. *Florus* II. 6. 4. *Italiam ſibi rupto foedere aperiret* III. 5. 8. *Europam quoque regi aperiebat. Lucanus* I. 465.

Deſeritis ripas, & apertum gentibus orbem.

ubi *Burm.* & *Drakenb.* ad *Livium* XLII. 53. 14 Sed hic nihil additur, quid *aperuerit*; quomodo enim huc referat Anonymus *inaudita regionum nomina* non video, quae pendent a *peragraverat*, neque hic tacite repeti poſſunt. Praeterea *adparuit* confirmatur ab addito *inproviſus*, id eſt, non proviſus, non exſpectatus, ut vocem interpretatur *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 65. 3. adde Not. ad *Victor.* Inluſtr. 23. 9. *apparere* enim de iis dicitur, quae ſubito, & non exſpectata conſpiciuntur, & adſunt. *Mamertin.* Genethl. 4. 2. *repente in medio Italiae gremio adparuiſtis.* Denique noſtram lectionem tuetur *Auſonius*, hunc locum imitatus, Gratiar. act. 37. 2. *Tu, Gratiane, tot Romani imperii limites, tot flumina —— per totum, quam longum eſt, Illyrici latus — celeriore tranſcurſu, quam eſt properatio noſtri ſermonis evolvis, —— ut Gallias tuas inopinatus inluſtres.* Ibi enim *inluſtrare* idem eſt, quod hic *adparere.* Conf. Not. ad *Mamertini* locum.

3. *Comites viae*] *Viae comites*, *Bertin. Viae* eſt itineris, πορείας Infra: *Qui properationem illam contemplabitur: nihil egiſſe praeter viam Imperatorem putabit. Propertius*:

Et maris, & terrae caeca pericla viae.

Iterum:

Sit Galataea tuae non aliena viae.

Sophocles Trachiniis, de Deianira:

Ουποτ᾽ εὐνάζειν ἀδακρύ-
των βλεφάρων πόθον, ἀλ-
λ᾽ ἀείμναστον ἀνδρὸς
δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ,
ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνάν-.
δρώτοισι τρύχεσθαι κακὰν
δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.

Quae Latine totidem numeris mutabam:

Dulcibus nullam levare aegros
Lacrymis oculos, ſed,
Olim mariti dum timet uſque viae,
Saeva inquiem cura tori,
Frigentis angi, flebilis
Iam iamque ſperantem orſa
Fati

LIVINEIVS.

 Du-

4 ſtupentes, urbium populos dubitaſſe credere, quae videbant. Non aliter conſternatas arbitror gentes, quae primae lapſum caelo excepere Palladium. Virgines, pueri, feminae, tremulae anus, titubantes ſenes non ſine magno attoniti horrore cernebant Imperatorem, longam viam, ſub gravium armorum onere, currentem, properantis anhelitum ſine ſenſu laſſitudinis crebriorem, ſudorum rivos per fortia colla manantes, & inter illum pulveris, qui
5 barbam & capillum oneraret, horrorem micantia ſidereis ignibus lumina. Voces

Dubitaſſe credere] An? *dubitaſſe, crederent.* eſt ſane in duplici infinitivo quid parum ſuave. Comites viae, conſcii quam celeriter id iter perfeciſſet Iulianus, mirabantur illam civium in urbibus dubitationem.

4. *Prolapſum*] *Primo lapſum* Vet. *Prolapſum* non ſollicito, ſed nec damnes, quod in *Cuſpin.* offendi, *primae lapſum caelo*, etc. *Servius* ad illa Aeneid. II.

> *Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo*
> *Palladium*, etc.

Dicunt ſane alii, inquit, *unum ſimulacrum, caelo lapſum, apud Athenas tantum fuiſſe, alii duo volunt, hoc, de quo diximus*, (Troianum) & *illud Athenienſe.* LIVINEIVS. Editio, cui praefuit *Cuſpinianus*, *quae primae lapſum caelo.* quod & heic locum ſuum habere queat. GRVTERVS. Cod. *Gud. primum lapſum. Moerl. quae primo lapſum* etc. Ex compendio vocis *primo* ortum *pro*, & cum *lapſum* coniunctum fuiſſe videtur. *Prolabendi* verbum hic profecto ſatis apte adhiberi nequit. Quare lectionem vulgatam neceſſario mutandam puto, & quidem ad praeſcriptum *Cuſpin.* nam elegantius illud *primae*, vel *prime* in *primo*, opinor, abiit. IAEGERVS. Id ſecutus ſum, quia Codd. in *primo* & *primum* favent. *Prolapſum* hic duriuſcule poni iam monuit *Wopkenſ.* Obſ. Miſcell. Nov. T. II. p. 83. rectius enim foret *delapſum*, ut apud *Plutarch.* Num. p. 68. de ancilibus, πέλτην ἐξ οὐρανοῦ καταφερομένην.

Palladium] Palladis ſimulacrum fuit, quod eo tempore, quo ara & templum Minervae ſtruebatur, de coelo lapſum ſibi in templo legit. Quia autem erat in fatis, tandiu Troiam incolumem fore, quandiu intra eius moenia ſimulacrum illud ſervaretur, Diomedes & Vlyſſes fatale illud ſignum ſuſtulerunt. Nec multo poſt Graeci Troiam, poſt decem annorum obſidionem, tutelari hoc Numine ſpoliatam, ſubverterunt, Aeneid. II. 163. BAVNE. Palladis ſimulachrum, quod, dum Ilus Ilium conderet, & Deos precaretur, ut ſignum quodpiam darent, e coelo decidit. *Apollod.* lib. III. Vide plura apud *Natal. Com.* Mythol. lib. IV. cap. 5. PATAROL. *Ovid.* Faſt. VI. 421. ſqq.

> *Creditur armiferae ſignum caeleſte Minervae*
> *Vrbis in Iliacae deſiluiſſe iuga.*
> *Cura videre fuit: vidi templumque locumque.*
> *Hoc ſupereſt illi: Pallada Roma tenet.*

Conf. *Dionyſ. Halicarn.* lib. II. p. m. 127. IAEGERVS.

Sine magno attoniti] Forte inducenda haec poſtrema vox *attoniti.* BAVNE. Neceſſitatem non video; non enim iungenda ſunt *adtoniti horrore*, ſed *adtoniti cernebant.* Recte enim interpunctionem poſt *adtoniti*, quae eſt in Ed. *Cellarii*, deleverunt *Patarolus*, & *Iaegerus*, cum *adtoniti* non ad ſolos *ſenes*, ſed *virgines*, *pueros*, reliquosque quoque ſit referendum. Infr. 29. 2. *Vidimus adtonitos admirantium vultus.*

Properantis anhelitum] Lege, *properantes anhelitus ſine.* Ita ſtatim ſubditur: *crebriores ſudorum rivos per fortia colla manantes.* ACIDALIVS. Vulgatum ſervo; pertinet enim ad *Imperatorem*; & *Acidalium* decepit prava lectio *crebriores*, cui *anhelitus* erat convenientior, quam cum in *crebriorem* mutandam iubeant Codd., ſtat vulgata *anhelitum.*

Crebriores ſudorum rivos] *Crebriorem* Vet. PVTEANVS. *Crebriorem ſud.* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Crebriore.* Reponendum forte, pro corrupto *crebriore*, *crebriores*; & diſtinguendum hoc modo: *ſine ſenſu laſſitudinis, crebriores ſudorum rivos p. f. c. m.* Niſi tamen praeferas: *properantis anhelitum, ſine ſenſu laſſitudinis, crebriorem; ſudorum rivos p. f. c. m.* ita *Apulei.* Metam. VIII. in p. 214. *Inter haec unus ex illis bacchatur effuſius, ac de imis praecordiis anhelitus crebros referens*, caet. & IX. p. 228. *Producis hominem crebros anhelitus aegre reſlantem. Virgil.* Aen. V. 199.

Tum

ces gaudentium oppreſſerat miraculi magnitudo. Ceſſabant officia laudandi plus quam laudanda cernentibus.

Cap. VII. Sufficere quidem poterat ad expeditionem praeſentium negotiorum ſola properatio, ſed non ſufficit Principi noſtro, reipublicae una ratione conſulere. Multa pariter adgreditur pectus nullis umquam laboribus fatigatum. Vt uno eodemque tempore & componeret fidiſſimarum provinciarum ſtatum, & barbariam omnem, admoto propius terrore, percelleret, longiſſimo curſu Iſtrum pla-

Tum creber anhelitus artus,
Aridaque ora quatit: ſudor fluit undique rivis.

quem locum ſub oculis habuiſſe videtur *Mamertinus.* DE ROOY. Spicil. Critic. cap. 9 Sequor Codd. *Livin. Put. Moerl.* in quibus legitur *crebriorem*, ut ad *anhelitum* referatur. Nec abludit multum *Cuſpin. crebriore. Virgil.* Aen. V. 199.

Tum creber anhelitus artus,
Aridaque ora quatit.

Plin. Hiſt. Nat. XXXII. c. 10. ſect. 40. *Ignes ſacros reſtinguunt ranarum viventium ventres impoſiti: pedibus poſterioribus pronas adalligari iubent, ut crebriore anhelitu proſint. Quinctilian* Inſt. Or. II. 3. 55. *Sunt, qui crebro anhelitu — imitentur iumenta onere & iugo laborantia* IAEGERVS. *Guelf. celebriorem*, quod *crebriorem* confirmat: ita enim haec quoque ſunt confuſa apud *Eumen.* Conſtantin. 19. 4. *Crebriore* eſt in Ed. *Paull. Stephani*, qua uſus Erud. *de Rooy*, cuius felicem ex ingenio coniecturam *crebriorem* confirmant Codd., ſecundum quos, *Iaegerum* ſecutus, textum dedi, cum antea legeretur, *laſſitudinis, crebriores ſudorum rivos. Lucanus* IV. 622.

Quod creber anhelitus illi
Prodidit, & feſſo gelidus de corpore ſudor.

Valer. Max. IX. 12 ext. 6. *crebro anhelitu cachinnorum.* ita *crebri ſingultus* apud *Petron.* Sat. 91. *Valer. Flacc.* III. 333.

Onerarat] *Oneraret* Vet. PVTEANVS. Etiam *Guelf.* quod elegantius, ideoque reſtitui. Ad *barbam* pertinet *Ammian. Marcell.* XXV. 4. de Iuliano: *capillis, tamquam pexiſſet, mollibus, hirſuta barba in acutum deſinente veſtitus.*

Micantia] *Ovidius* Art. am. II. 721.

Adſpicies oculos tremulo fulgore micantes.

Metam. I. 498.

Videt igne micantes,
Sideribus ſimiles, oculos.

& XV. 674. *Pricaeus* ad *Apul.* Met. II. p. 70. III. p. 168. V. p. 291. qui p. 711. adtulit *Pollucis* locum II. 4. quo ſunt ὀφθαλμοὶ λάμποντες, φωσφόροι. De Iuliano ſimiliter *Ammianus Marcell.* XXV. 4. *venuſtate oculorum micantium flagrans, qui mentis eius anguſtias indicabant.* Quae ibi *mentis anguſtiae?* neque iuvat *Lindenbrogii argutias:* mihi in ultima ſyllaba *as* & ſequenti *in* latere videtur *aciem*, ut ſcripſerit *mentis eius auguſtae aciem ind.* ita *mentis acies* eſt apud *Ciceron.* Tuſc. Quaeſt. I. 30. II. de N. D. 17. ex *auguſtae* facile fieri potuit *anguſtias*, ut apud *Boeth.* Conſ. Phil. III. Proſ. 2. *velut in auguſtam ſuae mentis ſedem*, Cod. meus *anguſtam* cum aliis, & apud *Klotz.* Miſcell. crit. p. 78.

5. *Cernentibus*] Id eſt, apud eos, qui plus cernebant, quam laudandum eſſet, veluti Imperatoris anhelitum, & ſudores, ceſſabant officia, quibus eum laudare, & gaudium ſuum profiteri debuiſſent, quia ſumma admiratione ſtupentes ſilebant.

1. *Sufficeret quidem*] Vet. *Sufficere quidem poterat.* PVTEANVS. *Sufficere quidem poterat*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS Sic editi omnes, praeter *Cuſpin*, exhibentem *Sufficere quidem poterat*, uti etiam reperitur in Codd. *Moerl. Gud.* & *Schonhov.* IAEGERVS Sequi pleroſque Codd. malo, ex quibus textum dedi, propter vulgatam in *poſſe* periphraſin, ex qua hunc quoque locum emendavi ad *Amator.* Epiſt. ad Vigil. 15. adde ſupr ad *Mamertin.* Maxim. p. 10. *Pricaeum* ad *Apul* II. p. 129

Laboribus fatigatum] Iulianum laboris bellici patientiſſimum fuiſſe teſtantur eius vitae Scriptores, imprimisque *Ammianus.* BAVNE. Male poſt *fatigatum* comma poſuit *Cellarius*, quo ſequentium nexus turbatur.

Iſtrum] Qui & Danubius. Dictum de hoc ad Paneg. II. c. 16. PATAROL.

2. *San-*

2 placuit navigari. Pro ſancta Divinitas! quae navigationis illius fuit pompa, cum dexteriorem incliti fluminis ripam utriusque ſexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo praetexeret; deſpiceretur ad laevam in mi-
3 ſerabiles preces genu nixa barbaria? Omnes urbes, quae Danubium incolunt, aditae, omnium audita decreta, levati ſtatus, inſtaurataeque fortunae, innumera-

2. *Sancta Divinitas*] Infra: *Illic (pro ſancta Divinitas!) gaudentibus cunctis, quo ore, qua voce inquit, Ave Conſul ampliſſime?* Iterum: *quid ſecutus ſit, ipſe ſcit, & quaecunque conſilia eius gaudet formare Divinitas.* Rurſum: *Abſit, Auguſte, & illud ſancta Divinitas omen avertat, ut tu a quoquam mortalium expectes vicem beneficii.* LIVINEIVS. & BAVNE.

Deſpiceretur] *Deſpici* deorſum videri RHENANVS. Conf. ad *Mamertin.* Maxim. 3. 3.

In miſerabiles] *Guelf. immiſerabiles.*

Genu nixa] *Genu flexa* citat *Barthius* ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor. 444. quod tamen in nullo inveni. *Flectere poplitem* dixit *Pacat.* Paneg. 41. 5. Vid. ad *Arator.* I. 823. & 943. ſed vulgatum praeſtat. Conf. ad *Sedul.* Hymn. II. 54.

3. *Danubium incolunt*] Forte *colunt*, id eſt accolunt LIVINEIVS. Imo *accolunt.* ACIDALIVS. Nihil eſt mutandum. *Iuſtin.* XVIII. 3. 3. *Aſſyrium ſtagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt.* Idem XX. 1. 8. *Venetos, quos incolas ſuperi maris videmus.* *Claudian.* Epiſt. V. p. 633. *Geſn. Rubiconis incola.* Ponitur itaque hoc loco *incolere* pro accolere, & *urbes* pro incolis, ut ſaepius. IAEGERVS. *Iuſtino* & *Claudiano*, quos pro adferendo verbo *incolere* laudavi, adiungenda eſt antiquior auctorita *Livii* lib. XXII. c. 20. *omnium populorum, qui Iberum incolunt.* *Senecae* Nat. Quaeſt. lib. VI c. 7. *Adde — ineluctabiles navigio paludes, nec ipſis quidem inter ſe pervias, quibus incoluntur.* IDEM Adpend. Obſerv. in Panegyr. p. 43. *Accolunt* citat *Barthius* ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor. 444. quod tamen in nullo inveni, quamvis id tueantur, quae dicta ſunt ad *Mamertin* Genethl 7. 1. ad *Eumen.* Conſtantin. 11. 4. Vulgatam recte tuetur *Iaegerus;* ſaepe enim fluviorum nomina pro regionibus ponuntur, quas adluunt. *Gratius* Cyneg. 314.

Nardiferumque metunt Gangem.

& *vallis Hebri* apud eumd vs. 128. Conf. *Duker.* ad *Flor.* I. 18. 24.

Auditae] Vet. *aditae.* PVTEANVS. *Aditae* Vet. *Bertin.* *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Aditae* ſcripti, & Edd. meliores. *Rhenan.* *Stephan.* *Livin.* *auditae.* IAEGERVS. *Auditae* eſt ex antiquiſſima *Puteolan.* ex *Cuſpin.* *aditae* primus revocavit *Paull. Stephanus*, quem praeter *Rivinum* omnes ſecuti. Similis permutatio eſt apud *Eumen.* Conſtantio 13. 1.

Decreta] Vir doctus in Lexic. *Fabriano*, V. *Levatus*, malit legere *deſideria.* IAEGERVS. Bibliotheca Philologica bene monet, *decreta* urbium, aut hominum nullum hic locum habere poſſe; praeferendum igitur eſſe verbum *deſideria*, aut legendum: *audita vota.* IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. veter. p. 45. Nulla hic lectionum varietas; niſi quod *Barthius* ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor. 444. citat *ſecreta.* Imo vero rectum eſt *decreta.* Intelligendae enim ſunt civitatium querelae, ex Magiſtratuum *decreto* per legatos Iuliano expoſitae. Ita in L. 1. Cod. *Theodoſ.* de Legat. & decret. *decretis conditis, miſſisque legatis.* ubi *Gothofred.* huius quoque loci non immemor.

Levati ſtatus] Id eſt, fortunae, ut proxime, velut ſe ipſe exponens, καὶ ἐπεξηγούμενος ſubdit. *Seneca* de Benef. III. cap. 3. *Amavimus aliquem, & ſuſpeximus, & fundatum ab eo ſtatum noſtrum profeſſi ſumus.* *Levati* ſic dixit, ut infra: *levati equorum pretiis enormibus Dalmatae.* *Cicero* pro L. Corn. Balbo: *Teſtantur* (Gaditani) *& mortuos noſtros imperatores, quorum vivit immortalis memoria, & gloria, & hoc tempore ipſo Populum R., quem in* (malim abeſſe *in*) *caritate annonae, ut ſaepe ante fecerant, frumento ſuppeditato levaverunt.* *Lucanus* IV.

Tandem vulgata cruenti
Fama mali, terras monſtris aequorque levantem,
Magnanimum Alcidem Libycas excivit in oras.

LIVINEIVS. *Eumen.* Grat. act. 10. 1. *quibus nos opibus levaturus eſſes.* eodem ſenſu *relevare* apud *Savaron.* ad *Sidon.* Epiſt. VII. 12.

Inſtaurataeque] *Guelf. inſtaurata aeque.*

Bar-

rabilibus barbaris data venia, & munus pacis indultum. Qui properationem illam contemplabitur, nihil egiſſe, praeter viam, Imperatorem putabit; qui geſtarum rerum multitudinem conſiderabit, properaſſe non credet.

CAP. VIII. O facundia potens Graecia! omnium tuorum principum geſta in maius extollere ſola potuiſti; ſola factorum glorias ad verborum copiam tetendiſti. Tu

Barbaris] Capio de Quadis, & Saxonibus, quos Iulianus, Chariettonis cuiusdam transfugae ductu & inſidiis, caeſos pluries, intercepto regio filio, ad conditiones pacis admiſit, iuratos tamen, in Romanos nunquam arma capturos. *Zoſimus* Hiſtoriar. III. LIVINEIVS. & BAVNE.

Nihil legiſſe] Malim *nihil egiſſe*. An *legiſſe viam* dixit? RITTERSHVSIVS. *Egiſſe* habet MS. *Gud.* & textus *Pataroli*, quem ſequor. IAEGERVS. Recte; opponit enim *nihil agere*, & *geſtarum rerum multitudinem*. Littera *l* adhaeſit ex voce praecedenti. De locutione *nihil agere* vid. *Muncker*. ad *Hygin*. Poet. Aſtronom. I. 34.

1. *Facundia potens*] Quis mutet? Tamen mirum, ni Autor ſcripſit: *fandi potens*. Sic Panegyr. *Nazarii: Quis tam potens fandi*, etc. ACIDALIVS. *Acidalii* coniectura confirmari poſſet ex *Prudentio* Periſt. X. 21.

Sum mutus ipſe, ſed potens facundiae.

Hegeſippus Excid. Hieroſ. V. 10. *ſermonis daretur copia, cuius potens.* ut pro *qui potens* ex MS. emendavit *Gronov.* Obſerv. in Eccleſ. 21. *Tacitus* Hiſtor. III. 70. *neque iubendi, neque vetandi potens.* eadem ſubſtantivi conſtructio eſt apud *Valer. Maxim.* V. 3. 3. *Valer. Flacc.* VI. 650. *Claudian.* IV. Conſ. Honor. 5. ſed aeque rectum eſt *facundia*, & proinde nulla mutandi neceſſitas. Ita *potens fama*, *Salluſt.* Iugurth. 15. *armis*, *Virgil.* Aen. I. 531. *virtute*, *Arator* Act. Apoſt. II. 78. apud *Ovidium* Faſt. V. 447. in MS. eſt:

Lingua venerande potenti.

ubi *Burman.* *Lucas* in Euang. 24. 19. & Act. Apoſt. 7. 22 δυνατὸς ἐν ἔργῳ, καὶ λόγῳ; quod per δυνατὸς λέγειν expreſſit *Ariſtoph.* Piſc. 349. neque *potens* efficacia caret, quod facundiae & Oratoribus proprium, maxime facundum indicat, facundia ad commovendum & perſuadendum excellentem. Conf. *Salmaſ.* ad *Capitolin.* p. 516 *Taubman.* ad *Plaut* Trinum. V. 1. 1. *Burman.* ad *Petron.* Sat. 89. quare δυνατὸς λόγῳ magis per *eloquentem*, quod fortius eſt, quam *diſertum* vertendum recte cenſet *Krebſius* Obſerv. in N. T. ex *Ioſepho* p. 196. Ita, ad *Lucae* verba reſpiciens, de Moyſe *Ioan. Sareſber.* Policr. II. 27. *diſertus orator*, *potens in opere & ſermone.*

Omnium] Malim *Graecia*, *quae omnia* etc. IAEGERVS Neceſſitatem non video; eſt enim abrupta oratio; neque offendat duplex adiectivum *omnium tuorum;* vid. ſupr. ad Incert. Maxim. 11. 5. Locutionem *in maius extollere* explicuit *Cortius* ad *Plin.* III. Epiſt. 11. 1.

Sola factorum glorias] Forte legendum: *ſola ad factorum glorias verborum copiam tetendiſti.* PVTEANVS. Conſideretur, an debeat ferri. ACIDALIVS. Sola rerum geſtarum gloriam exaggeraſti, quantum ſatis eſt ad orationem amplificandam. BAVNE. Miſera eſt rerum geſtarum gloria, quae ad verborum copiam extendenda eſt ab Oratore; ſed plane puerilis, & abſurda laus eſt eloquentiae Graecae, *factorum gloriam ad verborum copiam tetendiſſe.* Maxima pars hominum verborum gloria abundat, factorum laude indiget. Manifeſtum igitur eſt, legendum cum *Puteano: ſola ad factorum gloriam verborum copiam tetendiſti:* quod interpretamur: ſola, verborum copia, cum factorum & rerum a magnis viris geſtarum gloria contendiſti. BIBLIOTHECA PHILOLOGICA: Ex univerſa orationis ſerie manifeſtum eſt, Graecos hic dici ingenio, & facundia effeciſſe, ut facta per ſe non mirabilia ſpecimen eximiae magnitudinis induerent, prodigii inſtar haberent. Hoc ſect. 2. probat exemplo Argus, in caelum ſublatae ideo, quia Iaſonem cum ſociis, ablato vellere, & rapta Medea, ex Colchide revexerat; exemplo Triptolemi, quem, propter ſationem inventam, curru a draconibus tracto volaviſſe finxerunt. Argumentatur deinde Orator a minori ad maius: Si Graeci res tenues ad miraculum uſque extulerunt, quid facient de rebus Iuliani, per ſe magnis & admiratione dignis, ſi ad celebrandas eas animum adiecerint? Lectio itaque *Puteani*, quam & ego vulgatae praefero, ita mihi explicanda videtur: ſola ad amplificandam factorum gloriam verborum copiam dirigere, adhibere, augere ſciviſti. *Tende-*

2 Tu navem unam, propter aurati velleris furtum, & virginis raptum, in caelum usque ſublatam ſideribus conſecraſti. Tu puerum, inventorem ſerendi, draconum ali-

dere copiam verborum inſolens locutio, quadamtenus a ſinis eſt illi *Horat.* Serm. lib. II. 1. 2. *tendere opus* pro intendere, augere, quo ſenſu ſe *tendere* legiſſe negat *Bentleius.* IAEGERVS. Adpend. Obſerv. ad Paneg. Vet. p 44. *Verborum copia* eſt illa vis, & ubertas, quam *dicendi copiam* dixit *Cicero* Topic. 18. pro Quinct. 2. Action. in Verr. 4. & alibi. Ex *Puteani* coniectura non alia poteſt eſſe ſententia, quam Graecos ad factorum glorias eloquentiam porrexiſſe, & ad haec extollenda adcommodaſſe. A manu, aliisve rebus per eam porrectis ea huic verbo tribuatur notio, ut apud *Ciceron.* de Orator. I. 40. *cunctis civibus lucem ingenii, & conſilii ſui porrigentem, atque tendentem.* Conf. *Mencken.* Obſerv. L.L. p. 963. & V. D. ad *Sil Ital.* XV. 640. Sed *ſolane* id fecit Graecia? fecerunt utique Romani, aliique, &, ſi hoc voluiſſet *Mamertinus*, forte ſcripſiſſet: *factorum gloriis ad verborum copiam tetendiſti.* id eſt, per extollendam factorum gloriam eloquentiae, & dicendi conſilium cepiſti, hac ope ad eloquentiam perrexiſti, fere ut *Valer. Maxim.* IV. 1. 3. *ad quem cultum tenderet inſoliti coetus pertinax ſtudium.* Igitur longe melior eſt *Iaegeri* interpretatio, ea eloquentiae arte ſolos praeſtitiſſe Graecos, ut minoris momenti facta, ultra eorum indolem & veritatem, ad miraculum uſque extulerint, quod *dicendo amplificare, atque ornare* dixit *Cicero* de Orator. I. 51. inde aliquando Graecia *mendax* dicitur, de quo *Fabricius* Comment. ad Poet. Chriſtian. p. 64. Neque tamen hanc patitur interpretationem vulgata lectio, nec *Puteani* coniectura, quare locum alio eſſe modo ſanandum arbitrer. Legerim nimirum, *factorum glorias ad verborum copiam intendiſti*, id eſt, facta ſecundum tuam eloquentiae copiam amplificaſti, auxiſti. *Tacitus* Hiſtor. I. 12. *biantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipſa Galbae facilitas intendebat.* & II 54 *Intendebat formidinem.* utroque loco augendi notionem recte huic verbo tribuit *Waſſeus* Ind. in *Salluſt.* V. *Intendo.* adde eumdem *Tacitum* Hiſtor. I. 24. *publicam largitionem Otho ſecretioribus apud ſingulos praemiis intendebat.* & propius ad h l. Annal. IV. 26. *huic negatus honor gloriam intendit.* *Aelianus* Var. Hiſt. X. 9. ἐπετείνετο ἡ ὄρεξις. apud *Propertium* I. 14. 5.

Et nemus omne ſatas intendat vertice ſilvas.

per augeat explicat *Burmannus Secundus.* quamvis forte melius illic tegendi, & operiendi tribuatur ſignificatio, de qua ipſius Patruus ad *Virgil.* Aeneid. IV. 506. Ab animalibus ducta eſſe poteſt illa amplificandi notio, ſi inflando cutem augeant, & diſtendant, ut occurrit apud *Phaedr.* I. Fab. 24. 6. ubi *Burmann.* prima tamen Metaphorae ſedes in fidibus, aut arcu ſecundum *Ciceronem* reponi poterit, de quo *Cortius* ad *Plin.* Epiſt. II. 11. 15. ex qua diſtendendi, & deinde amplificandi notiones. —— Porro *ad* pro ſecundum ſaepe occurrit. *Cicero* de Amicit. 25. *ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.* Parad. VI. c. 2. *eſt enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica.* atque ita comparationi ſaepe inſervire, ut πρὸς apud Graecos, monui ad *Eumen.* Conſtantio 18. 2. Facile autem in hoc loco aberraverit Librarius, tum, quia *tendere* & *intendere* aliquando permutantur, cuiusmodi exempla dedit *Burman.* ad *Virgil.* I. Aen. 18. tum vero praecipue, quia *in* a ſuo verbo abſorpſit praecedens *m* in *copiam*, Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 12. 4. & ad *Eumen.* Conſtantio 1. 2. ut itaque Mamertinum Latine loquentem exhiberet, pro *tendiſti* dedit *tetendiſti.* —— Denique *facta* ſunt egregia, & praedicatione digna, de quo ad *Mamertin.* Maximian 2. 3. —— Plurale *gloriae* adtigi ad *Eumen* Pro inſtaur. Schol. 6. 4. & Conſtantin. 15. 5.

2. *Navem unam*] Argo. LIVINEIVS. Cui *Argo* nomen, unde *Argonautae* dicti ſunt, qui in ea ad vellus aureum aſportandum Colchida navigarunt. *Virgilius* Eclog IV. 34.

Alter erit tum Tiphys, & altera, quae vehat Argo
Delectos heroas.

Piget referre, quaecumque de ea apud Poetas referuntur: ut fatidicam illam fuiſſe, coelo conſecratam, etc. BAVNE. Fabulam vide apud *Natal. Comit.* lib. I. cap. 8. PATAROL.

Aurati velleris] Conf. *Staveren.* ad *Hygin.* Fab 3. p. 23.

Virginis raptum] Medeae. LIVINEIVS. BAVNE. & CELLARIVS.

Sideribus conſecraſti] Nota fabula. *Valer. Flaccus:*

Pri-

alitum curru volantem, ſemina in terras ſparſiſſe iactaſti. Quid tu, ſi ad ſcribendas, 3
celebrandasque res Principis noſtri animum adieceris, de Iuliani lembis, liburnisque factu-

Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis,
Fatidicamque ratem, Scythici quae Phaſidos oras
Auſa ſequi, mediosque inter iuga conſita curſus
Rumpere. flammifero tandem concedit Olympo.

LIVINEIVS. Navem illam in coelum a Iove ſublatam, ſtellisque ornatam Poetis dictum. *Manilius* lib. I.

Tum nobilis Argo
In coelum ſubducta mari, quod prima cucurrit, etc.
Servando Dea facta Deos.

Aſtronomi nomen adhuc retinent, & congeriem quandam ſtellarum, ad navis modum diſpoſitarum, *Argon* vocant. PATAROL. *Hygin.* Poet. Aſtron. II. 37. ubi Not.

Puerum inventorem] *Virgilius* Georgic. I.

Vncique puer monſtrator aratri.

Triptolemum ſentit. Adi *Ovidium* Metamorph. V. extremo. Idem Triſt. III. Eleg. 8.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus,
Miſit in ignotam qui rude ſemen humum.

Et alibi paſſim. LIVINEIVS. & BAVNE. Triptolemum *Hygin.* Fab. 147. *Ovidius* Metam. V. vs. 645. CELLARIVS. Triptolemum, Celei, Eleuſiae regis, & Hyonae filium, quem Ceres, a ſe nutritum, ſeminandi artem docuiſſe dicitur, ac per totum orbem miſiſſe. *Virgil.* Georg. lib. I.

Vncique puer monſtrator aratri.

& *Rutilius* Itin. lib. I. vs. 74.

Et qui primus humo preſſit aratra Puer.

PATAROL. *Sidonius Apollin.* Carm. IX. 178.

Non cum Triptolemo verendam Eleuſin,
Qui primas populis dedere ariſtas,
Paſtas Chaonium per ilicetum.

Ampelius Memor. cap. 15. *Celeus cum Euboleo ſacerdote, filiabus virginibus miniſtris, Treptolemo frugum praefecto.* ubi legendum eſſe *Triptolemo* vix eſt, ut moneam; ſed pro *Euboleo* conicit *Dukerus Eumolpo*; tu ſcribe *Eubuleo*. *Pauſanias* Attic. cap. 14. Καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Εὐβούλεα, καὶ Τριπτόλεμον. vid. etiam *Clemens* Protrept. p. 13.

Draconum alitum] Curru etenim, a draconibus tracto, vehi ſolitum finxere. Quare *Claudian.* lib. I. de Rapt. Proſerp.

Angues Triptolemi ſtridunt, etc.

PATAROL. *Sidonius Apollin* VI. Epiſt. 12. *& ille quaſi in caelum relatus pro reperta ſpicarum novitate Triptolemus, quem Graecia ſua, caementariis, pictoribus, ſignificisque illuſtris, ſacravit templis, formavit ſtatuis, effigiavit imaginibus. Illum dubia fama conciliat per rudes adhuc, & Dodonigenas populos duabus vagum navibus, quibus Poetae deinceps formam draconum deputaverunt, ignotam circumtuliſſe ſementem.* ubi nec Noſtri inmemor *Savaro*.

3. *Lembis liburniſque*] Naviculae exiguae genus, mirae velocitatis; ſupra Paneg. I. 12. 6. BAVNE. & PATAROL. Forte de eo cogitavit, quod tradit *Ammian. Marcell.* XXI. 9. *Cumque ad locum veniſſet, unde navigari poſſe didicit flumen, lembis adſcenſis — per alveum — ferebatur occulte. Lembi* erant navigia parva, & breviora, *Liburnae* maiora, quare illis magis in flumine, his in mari fuerunt uſi. Conf. *Servius* ad *Virgil.* Georg. I. 201. *Barthius* ad *Claudian.* Laud. Stilic. I. 358. *Scheffer.* de Milit. naval. II. p. 71. & 77. *Salmaſ.* ad *Vopiſc.* p 382 & 475. *Rader.* ad *Curtium* IV. 5. 18. *Baune* ad *Mamertin.* Maxim. 12. 6. *Graev.* ad *Flor.* II. 6. 49. *Duker.* ad eumd III. 9. 3. Not. ad *Eutrop.* II. 20. de *liburnarum* magnitudine etiam quaedam habet *Torrent.* ad *Horat.* Epod. I. 1.

factura es? quae non modo nihil cuiquam adimunt, neque urbes hoſpitas populantur, ſed ultro omnibus populis immunitates, privilegia, pe-
4 cunias largiuntur. Qua dignitate deſcribes claſſem, per maximi fluminis tractum remis, ventisque volitantem; tum Principem noſtrum, alta puppe ſublimem, non per eiuscemodi agros frumenta ſpargentem, ſed Ro-

Adimunt] Vt Argo illa. LIVINEIVS.

Populant] Vet. *populantur.* PVTEANVS. *Populantur*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Schonhov. Moerl. Gud. populantur.* Vtrumque probum. IAEGERVS. *Virgilius* Aeneid. IV. 402.

Ac veluti ingentem formicae farris acervum
Cum populant.

ubi *Burman.* Aeneid. I. 527.

Aut ferro Libycos populare Penates.

unde paſſivum eſt in quibusdam apud *Lucan.* Pharſ. II. 444.

Nec tam patiente colono
Arva premi, quam ſi ferro populentur & igni.

vulgo *populetur*. Conf. *Burman. Drakenb.* ad *Livium* XXIV. 8. 14. V. D. ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. III. 58. *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 100. & Poet. Aſtron. IV. 19. ſupr. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 2. 4. Hic tamen ob Codd. conſenſum *populantur* praetuli.

4. *Deſcribes*] Male *Guelf. deſcribis.*

Remis ventisque] Coniecit Pater meus, *remis velisque*, ut apud *Ciceron.* Tuſcul. III. 11. *Omni contentione velis, ut ita dicam, remisque fugienda.* *Plautum* Aſinar. I. 3. 5.

Remigio veloque, quantum poteris, feſtina.

ſed neque exemplo caret vulgata. *Cicero* ad Diverſ. XII. 25. *inde ventis remis in patriam omni feſtinatione properavi.* *Virgilius* Aeneid. III 563.

Laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.

add. V. D. ad *Sil. Ital.* I. 566.

Alta puppe] Similiter *Virgilius* Aeneid. V. 12.

Ipſe gubernator puppi Palinurus ab alta.

ubi *Cerda.*

Cuiuscemodi agros] Vet. *eiuscemodi.* PVTEANVS. Suſpicabar verum *cuicuimodi*, hoc eſt, εἰς τὰ τυχόντα πεδία, fuiſſeque in principe ſcriptura *cuimodi*, cuite, Librario primorem ſyllabam geminare oblito, quo genere frequenter eſt peccatum. Sed *Franc. Modio* e *Bertin.* exſcriptum *cuiuscemodi*, proxime ad Noſtrum, & eodem ſenſu. Pro Noſtro quidem haec *Agellii* ſiant, IX. cap. 2. *Demus huic aliquid aeris, cuictimodi eſt*, ut exhibent Membranae. LIVINEIVS. Ad ſcripturam *Bertin.*, quam a *Grutero* inde omnes Editores receperunt, accedit proxime Cod. *Put. eiuscemodi.* *Moerl.*, deſerens hic comitem ſuum, exhibet *eiusmodi.* IAEGERVS. Etiam *Guelf. eiusmodi*; & *Puteol.* omnesque ante *Gruterum*; poſtea quoque in utraque *Rivinus*, hac ſententia, non per quoscumque ſine diſcrimine agros frumenta ſparſiſſe Iulianum, ſed Romanis fuiſſe beneficum. Mihi oppoſitio ponenda videtur inter *agros* & *oppida*, quare veterem lectionem praeſtare arbitror, Cod. tamen *Puteaneum* ſecutus.

Bonas ſpes] De hoc plurali vid. ad *Eumen.* Conſtantin. 15. 3.

Trepidationes] *Guelf. trepidantes fugas*, quod placet; *trepidationes* enim vix differunt a proximo *formidines*, & praeterea tribus praecedentibus, *ſpes*, *libertatem*, *divitias*, tria quoque oppoſuiſſe videtur, *terrorem bellicum*, *trepidantes fugas*, & *formidines.* *Ammianus Marcell.* XVII. 8. *alios praecipiti fuga trepidantes.* *Sidonius Apoll.* Carm. V. 426.

Et fortia quaevis
Fecit iners trepidante fuga.

Eſt autem *trepidantes* cum pavore quodam feſtinantes, & concurrentes, ut *trepidantia carpenta* apud *Florum* III. 10. 17. ubi *Duker.* & *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 67. 1. ita *trepidantia officia* etiam explicat *Burmannus* apud *Claudian.* VI. Conſ. Honor. 523.

Formidines obſerentem] *Plautus* Trinummo:

Poſt

Romanis oppidis bonas ſpes, libertatem, divitias dividentem; tum ex parte altera in barbaricum ſolum terrorem bellicum, trepidantes fugas, formidines obſerentem?

C a p. IX. Iam quale illud fuit, quod Iſtrum adhuc navigans beneficia tua usque ad Adriacum, Tyrrhenum, Epiroticum porrigebas?

Poſt id frumenti cum alibi meſſis maxima eſt.
Tribu' tantis illi minu' redit, quam obſeveris.

Addit Philto:

Hem: iſtic oportet obſeri mores malos,
Si in obſerendo poſſint interſieri.

LIVINEIVS. Male *Guelf. formidinem*; pluralem poſtulant praecedentia. *Obſerere* habet quoque *Cicero* de Legib. II. 25. *terra frugibus obſeritur. Campum obſerere*, *Columell.* II. 9. 1. *Taubman.* ad *Plaut.* Trinumm. II. 4. 129.

1 *Quale id*] *Quale illud* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS *Illud* recte, & ex more *Tullii* plurimi, & curatiſſimi. *Rhenan. Stephan. Livin. id.* IAEGERVS. *Id* eſt ex *Puteol.* Ex *Cuſpin. illud* reddidit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum*.

Iſtrum] De Iſtro, ſeu Danubio fluvio vide ad *Plinii* Paneg. cap. 12. BAVNE. *Navigare Iſtrum* dixit, ut *currere pelagus Sedulius* Epiſt. ad Macedon. p. 2. de quo *Heinſius* Add. ad *Prudent.* p. 155. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 11. 4. paria in *ire vias*, & ſimilibus notavit *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 38.

Ad Adriam] Id eſt, ad mare Adriaticum. BAVNE. Pro *Adriam Gud. Hadriacum. Moerl Adriacum*, quod non dubito reſcribere, ſcil. *mare*, quod nomen, perinde ac πέλαγος Graecorum, ſaepe deeſſe novimus. IAEGERVS Conf. *Duker* ad *Flor.* I. 18. 3. II. 5. 1.

Tyrrhenum] Id eſt, mare Tyrrhenum, quod & *Tuſcum*, & *Etruſcum* dicitur, *la mer de Toſcane.* BAVNE. Nota maria, quae Italiam alluunt; Adria quidem ſuperius, Tyrrhenum autem inferius. PATAROL. His forte populis anno praecedente beneficia eſt largitus Iulianus, cum in Sicilia degeret; tunc enim Syracuſis data eſt L. 12. C. *Theodoſ.* de Curſ. public.

Maeotidem] Vet. *Mareoticum.* PVTEANVS. *Meroticum* Vet., *Mereoticum Bertin*, *Mareoticum Cuſpin.* Non eſt de nihilo librorum in voce nota varietas. Eruebam e veſtigiis, non infeliciter opinor, *Tyrrhenum mare, Oricum porrig.* Oricos Epiri civitas, & de Iuliani beneficiis in Epirotas mox Auctor. LIVINEIVS. De Maeotide vide ſupra Paneg. II. cap. 16 4. BAVNE. De Maeotide vide dicta ad *Eumen.* Conſtantio 18. PATAROL. *Gud. Epyroticium*, *Moerl. Epiroticum.* Maeotidi certe, & Mareotidi locus hic non eſt. Sed nec *Livineii* ratio placet, Oricum, civitatem, maribus inſerentis. Quare veriſſimam duco ſcripturam *Moerl.*, confirmatam quoque *Gud.* & ceteris. Ex voce nimirum *Epiroticum*, praefixa antecedentis vocis littera extrema *m*, & omiſſis, ut fieri non numquam conſtat, primoribus litteris *pi*, factum eſſe videtur *meroticum*; (conf. tamen infra ad voc. *revexerunt* prodita) deinde ex hoc, ſive incuria Librarii, ſive conſilio correctoris, *mareoticum*, & hinc denique *Maeotidem.* Fateor tamen, me nondum obſervaſſe, illam maris Ionii partem, quae littora Epiri adluit, mare *Epiroticum* vocari. IAEGERVS. Vocatur tamen ita apud *Servium* ad *Virgil.* Aen. III. 211. *Huius* (Ionii ſinus) *partes eſſe Adriaticum*, *Achaicum*, & *Epiroticum*; a quo eadem deſcripſit *Iſidorus* Orig. XIII. 16. & quamvis illud nomen non occurreret, potuiſſet tamen ita dicere hoc mare *Mamertinus*, ut *Epirotica mala*, *Plinius* Hiſt. Nat. XV. 14. *Epiroticos canes*, *Varro* de R. R. II. 9. 5 *Epiroticos boves*, *Columell.* de R. R. VI. 1. *Epiroticas poſſeſſiones*, *Nepos* Attic. 14. 3. Ad hunc vero locum quod adtinet, ſi a *Cuſpin.* diſcedas, omnes Edd. in *Maeotidem* conſpirant, quod tamen alieno eſt loco poſitum. Fecit quidem duorum Codd., *Gud.* ſive *Guelf.* & *Moerl.*, auctoritas, ut *Iaegerum*, qui *Epiroticum* primus dedit, non deſeruerim, ſed, ne quid diſſimulem, de lectionis veritate diffido, quam forte propter ſequens *Epirotae*, tamquam ſibi magis cognitam, ſubſtituerit Librarius, reiecta minus nota, & tamen veriore, *Mareoticum*, quam *Puteani* Cod. & *Cuſpin.* Ed. tuentur. Beneficia nimirum, a Iuliano in Adriatici, & Tyrrheni maris accolas collata, Noſter praedicat; potuiſſetne igitur *Mareotici maris* adpellatione Aegyptios complecti, quibus, anno hunc Panegyricum praecedente, id beneficii praeſtitit Imperator, ut quorumdam delatas ad ſe querelas repreſſerit, ne

bas? ipſo enim tempore levati equorum pretiis enormibus Dalmatae; Epirotae ad incitas, intolerandi tributi mole, depreſſi providentia, Imperator, tua

ne in Aegypti detrimentum tenderent. Hiſtoriam narrat *Ammian. Marcell.* XXII. 6. ad quam referendi eſt L. 6. C. *Theodoſ.* Si cert. pet. ex ſuffrag. Eſt autem *Mareotis* non Epiri pars, quod aliquando cenſuit *Barthius* ad *Grat* Cyneg. 113. ipſe errorem ſuum confeſſus ad *Stat.* Silv. III. 2. 26. quamvis favere videatur *Columella* de R. R. III. 2. 24. ubi *vites Mareoticas* inter Graecanicas refert, ſed loco forte corrupto; eſt igitur *Mareotis* Aegypti palus, ut tradit *Curtius* IV. 7. 9. *Strabo* Geogr. XVII. p. 1137. *Appian.* Exped. Alex. p. III. 456 *Vibius Sequeſter* de Lacub. p 114. *Martianus Capella* VI. p 217 *Mareotis Maretonium*; de qua voce poſtrema dixi in Miſcell. p. 234. quare etiam pro Aegypto, eiusve parte ponitur apud *Servium* ad *Virgil.* Georg. II. 91. *Iſidor.* Orig. XVII. 5 hanc vero paludem *mare* adpellare potuit *Mamertinus*, *Strabonis* exemplo Geogr. XVII. p. 1142. de Aegypto: ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, —— ἀπὸ μεσημβρίας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. inde eſt *Mareoticum*, ut *uvae Mareoticae*, & *vinum*, *Horat.* I. Od. 37. 14. *Iſidor.* d. l. *ebenus Mareotica*, *Lucan.* Pharſ. X. 117. ubi tamen *Meroetica* placet *Salmaſio* Exerc. *Plin* p. 274. de quo conſule *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. II. p. 693. Ed. *Staver. Waddel.* Anim. p. 155. *claſſis Mareotica*, *Sidon Apoll.* Carm V. 462. *Apis Mareoticus*, apud eumd. Carm. IX. 181. ita apud *Martianum Capell.* VI. p. 219., ex variantibus penes me ex *Voſſii* Cod., emendandum, *Mareoticum lacum* pro vulgato *Maraeotim.* Adde *Caſaubon.* ad *Strabon.* d. l. p. 1151. *Taubm.* ad *Plaut.* Caſin III. 5. 15. Fateor equidem, nullam hoc cap. de Aegyptiis fieri mentionem, ad quos *Mareoticum* referatur, ſed neque de Tyrrheni adcolis quid occurrit, cuius tamen maris meminit; hos itaque omnes complecti iis verbis arbitror, quae n 4. ſequuntur: *univerſas urbes ope Imperatoris refotas enumerare longum eſt.*

Ipſo enim] Forte *eo ipſo en. temp.* vel *ipſo enim illo temp.* IAEGERVS. Valde haec ſe commendat coniectura, ut apud *Lactant.* inſtit. V. 2. 4 *eodem ipſo tempore*; niſi *ipſo* poſuerit pro eodem, nimirum cum Iſtrum adhuc navigaret, quem uſum probat *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. VIII. p 866. & ad *Sedul.* Carm. I. 48. De verbo *levare* vide ſupr. 7. 3.

Dalmatae] Populi Illyrici ad oram maris Adriatici. BAVNE. Legimus in *Ammiano* lib. XXV. cap. 4. multa vectigalia a Iuliano remiſſa civitatibus fuiſſe. Dalmatas equorum pretiis enormibus levatos laudat hic Noſter, quod beneficium, iisdem a Iuliano praeſtitum, ſimile illi puto, quod exhibet celebris ille Nervae Nummus cum epigraphe, VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA



Cum enim per Italiam, caeterasque provincias diſpoſita eſſent animalia, & vehicula in uſus publicos, & nonnumquam privatos, ſumptibus earundem provinciarum, Nerva onus hoc Italiae remiſit, quod & a Iuliano Dalmatiae remiſſum ex Noſtri verbis probabile eſt. Pluribus res eſſet illuſtranda; ſed, cum diſertiſſime materiam hanc Illuſtr. *Spanhemius* Differt. IX. de Praeſt. & uſu Numiſm. pertractarit, ad eiusdem praeclarum opus Lectorem remitto, cum nihil melius a me proferri poſſe certo ſciam. PATAROL. De quibusdam equorum pretio levatis exponit *Gothofred.* ad L. 1. C. *Theodoſ.* de Equor. collat. Equi enim in uſus militares erant praeſtandi, vel in eorum pretio fiebat exactio, ſi adaeraréntur, id eſt, ſolidi pro iis exigerentur. Conf eumdem T. II. p. 257.

Epirotae] Graeciae populi ad mare Ionium, quorum regio nunc *Albania* dicitur. BAVNE. Erat autem Epirus equorum ferax, ad quos tributum illud pertinet. Conf. *Servium* ad *Virgil.* Georg. I. 59. & III. 121. V. D. ad *Gratium* Cyneg. 530. *Gothofred.* ad L. 1. C. *Theod.* de Strator.

Intolerandi] Vet. *ad incitas intolerandi.* PVTEANVS. Palmare eſt, quod e duobus fidiſſimis Codd., Vet. & *Bertin.*, inſertum, *ad incitas*;

tua non modo miſerias exuerunt, ſed amplam etiam, atque opulentam revexere fortunam. Vrbs Nicopolis, quam Divus Auguſtus in monumentum 2 Acti-

tas: ſubaudi *lineas*, aut ψήφους. *Iſidorus* Origin. XVIII. *Calculi, qui moveri omnino non poſſunt, incitos dicunt. Vnde & egentes homines inciti vocantur, quibus ſpes ultra procedendi nulla reſtat* Bene eruditus Grammaticus. At *Nonio Marcello*, ſi DIs placet, *incitas* eſt egeſtas. *Plautus* Poenulo, Scena *Sati' ſpectatum eſt:*

> *Profecto ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit.*

Idem Trinummo, Scena *Minu' quindecim:*

> *Alii exulatum abierunt, alii emortui,*
> *Alii ſe ſuſpendere.* Ph. *Hem.* St. *Hic nunc cuius eſt,*
> *Vt ad incitas redactu' ſt!*

Pro eodem uſurpatum & *ad incita;* ſubintellige loca. *Lucilius* Satyrar. III.

> *Illud, ad incita cum redit, atque internecionem.*

Idem XV.

> *Villicum Ariſtocratem, mediaſtinum, atque bubulcum*
> *Commanducatus corrupit, ad incita adegit.*

Nam male, & contra carminis legem *incitas* utrobique eſt in *Nonio*. Plura doctiſſimus *Ioſ Scaliger*, Appendice ad Coniectanea in *Varronis* ſextum. LIVINEIVS. Metaphora ducta a ludo calculorum, in quo unus certus calculus, quem *Regillim* vocant, in ſua linea immotus aſſervatur, neque inde movetur, niſi in extremo diſcrimine. Cum ergo ſignificatur aliquis adductus in ſummas anguſtias, tunc dicitur *redactus ad incitas.* Nam *incitae* lineae ſunt, unde cieri calculi non poterant. Ita *Eraſmus.* Atque hoc proverbio ſaepe utitur *Plautus* BAVNE. & PATAROL. Verba *ad incitas*, petita ex Cod. *Livin.* & *Bertin.*, quibus etiam *Put.* cum *Moerl* ſe adiungunt, inde a *Grutero* praeferunt Edd. omnes. IAEGERVS. Praeterquam in utraque *Rivinus;* exſtant quoque in *Guelf.* De locutione *ad incitas* conf. *Salmaſ.* ad *Vopiſc.* p. 461. *Taubman.* ad *Plautum* Poenul. IV. 1. 85. Trinum II. 4. 136. *Gronov.* Lect. *Plautin.* p. 289.

Revexerunt] *Revexere* Vet. LIVINEIVS. Ita legitur in Edd. omnibus. *Moerl. reperere*, quod non poteſt non eſſe verum. Nam *revehere fortunam* qua ratione dici poſſit, nemo facile docebit: at *reperire*, i. e. quaerere, & conſequi *fortunam* ad exemplum optimi cuiusque dicitur. Sic *Virgil.* Aen. VI. 610. *divitias repertas* ponit pro partis, & adquiſitis. Litterae *x* & *r* facile permutantur: & cum hic etiam *p* & *v* miſceri videamus, fortaſſe ſupra pro *epiroticum* ſcriptum fuit *eviroticum*, & deinde pro hoc *meroticum.* IAEGERVS. Ex *Guelf.* notatum video *reppetere;* forte tamen ſcriptum fuit *repperere.* Edidit *Iaegerus repererunt*, ſed tunc adcuratius ex *Moerl.* foret *reperere*, cui terminationi favet quoque Cod. *Livineii*, & *Guelf.* Quamvis vero non negaverim, *reperire fortunam* dici poſſe ſecundum ea, quae notat *Popma* de Differ. verb. III. p. 143. tamen neſcio, qui illud langueat, nulliusque ſit efficaciae. Mihi *revexerunt*, aut potius *revexere* a *Mamertini* manu fuiſſe profectum eſt certiſſimum. Cum de equis, quorum feracem fuiſſe Epirum modo monui, agat, quamdam forte in hac voce elegantiam captavit; ut itaque *revehere equo* quis dicitur, de quo *Drakenb.* ad *Livium* VII. 41. 3. & XXXIV. 15. 3. ita tributo levati Epirotae per equos priſtinam velut fortunam *revexiſſe* dici poſſent Sed non opus, ut eo confugiamus. Equis enim per ſinum Ambracium, & mare Ionium ex Epiro in alias regiones tranſmiſſis, maiorem ex earum venditione, & permutatione fortunam quaerebant Epirotae tributo levati; maior itaque fortuna, ſive acceptum pro iis pretium, aliaeve res, in Epirum iisdem navibus tranſportatae, efficiebant, ut fortunam ſuam *reveherent.* Ita de navi redeunte hoc verbum eſt uſitatum. *Pacatus* Paneg. 7. 4. *etſi ad portum mutati in melius revexerint flatus.* ubi fruſtra, iudice etiam *Iureto*, *reduxerint* ſubſtituebat *Balduinus. Plinius* Paneg. 31. 3. *Refudimus Nilo ſuas copias, recepit frumenta, quae miſerat, deportataſque merces revexit.*

2. *Nicopolis*] Vide *Strabonem* lib. XVII. PVTEANVS. *Suetonium* lege Auguſt. cap. 18. obnoxiam terrae motui fuiſſe auctor *Seneca* Natural. Quaeſt. VI. cap. 26. LIVINEIVS. Apud

Actiacae victoriae, tropaei inſtar, exſtruxerat, in ruinas lacrimabiles prope tota conciderat; lacerae nobilium domus; ſine tectis fora; iam dudum aquarum ductibus
3 peſſumdatis plena cuncta ſqualoris, & pulveris. Certamen ludicrum, luſtris omnibus ſolitum frequentari, intermiſerat temporis moeſti deforme iuſtitium. Ipſae illae bonarum artium magiſtrae, & inventrices, Athenae, omnem cultum publice priva-
4 timque perdiderant. In miſerandam ruinam conciderat Eleuſina. Sed univerſas urbes,

Apud Actium condita eſt ab Auguſto, in Actiacae victoriae memoriam. BAVNE. Vrbs Epiri ad Ambracium ſinum, nunc *la Preveſa.* PATAROL. Conf. *Iſidor.* Orig. XV. 1. *Servium* ad *Virgil.* Aeneid III. 274. *Scaliger* Emend. temp. p. 458. *Demſter.* ad *Roſin.* Antiq. IV. 12. *Oudend.* ad *Sueton* Auguſt. 18.

Tropaei inſtar] Quemadmodum tropaea ornamentis, & armis hoſtilibus inſignia fuerunt: (vid. *Flor.* II. 17. 16. & III. 2. 6.) ita Nicopolin quoque ſpoliis & exuviis, κόσμῳ ἐκ τῶν λαφύρων, exornatam fuiſſe, loco mox citando, teſtatur *Strabo.* IAEGERVS. *Guelf.* male *trophaei.* Vid. ad *Eumen.* Conſtantio 5. 2.

Conciderat] Vet. *ceciderat.* PVTEANVS. Nimis ſubito eandem phraſin iterat: *In miſerandam ruinam conciderat Eleuſina.* ACIDALIVS. Nil opus, ut cum *Putean. ceciderat* legatur. *Concidere* ſaepe de urbium interitu occurrit *Velleius* I. 7. 4. & c. 13. 1. & de totius imperii ruina. *Concidit Ilia tellus*, *Virgil.* Aen. XI. 245. *Nepos* Pelop. 2. 4. *quorum imperii maieſtas* — *ab hoc initio perculſa concidit.* proprie enim de iis dicitur, quae in terram decidunt, de quo *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 144 ut Noſter *concidere in ruinam*, ita tranſlate dixit *Cicero* ad Attic. VIII. 24. *in optima concidit.*

Sine tectis fora] Fora Graecorum & Romanorum tectis & aedificiis cincta erant, atque ornata. *Vitruvius* V. 1. *Graeci in quadrato, ampliſſimis & duplicibus porticibus, fora conſtituunt, crebriſque columnis, & lapideis, aut marmoreis epiſtyliis adornant, & ſupra ambulationes in contignationibus faciunt*, etc. add. *Erneſti*, V. C., ad *Sueton.* Auguſt. c. 29. IAEGERVS.

3. *Certamen ludicrum*] *Strabo* lib. XVII. ubi de Nicopoli agit, meminit huius quinquennalis certaminis. PVTEANVS. Ab eodem Auguſto ibi inſtitutum, teſte *Sueton* cap. 18. cuius verba: *Ludoſque illic quinquennales conſtituit.* PATAROL. *Strabo* lib. VII. p. 225. *Caſaub.* Ἡ μὲν Νικόπολις εὐανδρεῖ, καὶ λαμβάνει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν χώραν τὲ ἔχουσα πολλὴν, καὶ τὸν ἐκ τῶν λαφύρων κόσμον, τό τε κατασκευασθὲν τέμενος ἐν τῷ προαστείῳ, τὸ μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πεντετηρικὸν, ἐν ἄλσει ἔχοντι γυμνάσιόν τε καὶ στάδιον. Conf. *Sueton.* Auguſt. c. 18. fin. IAEGERVS. Triplex illud certamen fuiſſe, Gymnicum, Muſicum, & Equeſtre docet *Lipſius* ad *Tacit.* Annal. XV. 23.

Iuſtitium] Quaſi iuris ſtatio, ſeu iuris dicundi in publico aliquo luctu intermiſſio. *Livius: Dictator iuſtitium edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, vetat quemquam privatae quicquam rei agere. Iuſtitium* etiam interdum ſumitur pro ceſſatione exigendi aeris XXX. dies. BAVNE. Luctus publicus, & ἀπραξία. *Sueton.* Calig. c. 5. in fin. *Regum etiam regem & exercitatione venandi, & convictu Magiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos iuſtitii inſtar eſt.* Vid de vi & uſu huius vocis *P. Fabr.* Semeſtr. lib. II. c. 10. IAEGERVS Et *Pricaeum* ad *Apul.* Metam. III. p 241. *Lucanus* Pharſal. II. 17.

Ferale per Vrbem
Iuſtitium: latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata eſt purpura faſces.

quae parum videntur ſana; in *ferale iuſtitium* quidam ſubaudiunt *fuit*, aut *indictum fuit*; emendat *Burmannus*, *iuſtitium placuit; ferale perurguent Clercquius* Obſerv. in *Lucan.* Specim. I. p 56. puto ſcriptum fuiſſe *per Vrbe e*, lineolis ſupra utrumque *e* poſitis; lege itaque *per Vrbem eſt*; poſterius *e* praecedens abſorpſit. At quis *omnis honos? Vonckio* in Ed. ſuae margine placebat *Summus honos*; malim *Primus*, id eſt Senatores, quibus *plebeius amictus* oportune opponitur.

Athenae] Vid. *Meurſ.* de Fort. Ath. p. 78. IAEGERVS. *Iuſtinus* II. 6. 6. *Litterae certe, ac facundia, & hic civilis ordo diſciplinae veluti templum Athenas habent.*

Conciderat Eleuſina] Forte *Eleuſin.* In *Bertin.* eſt *Eleuſina conciderant.* Inepte. LIVINEIVS *Eleuſis* etiam, & *Lepſina* aliis dicta, urbs Atticae ad oram maritimam, non longe ab Athenis, priſcis admodum celebrata, ob Cereris templum;

bes, ope Imperatoris refotas, enumerare perlongum eſt: ſcire ſatis eſt, cunctas Macedoniae, Illyrici, Peloponneſi civitates unis, aut binis epiſtolis maximi Imperatoris repentinam induiſſe, novatis moenibus, iuventutem; aquas omnibus locis ſcatere; quae paullo ante arida, & ſiti anhelantia viſebantur, ea nunc perlui, mundari, madere; fora, deambulacra, gymnaſia laetis, & gaudentibus populis frequentari, dies feſtos & celebrari veteres, & novos in honorem Principis conſecrari.

Cap.

plum, & ſacra. PATAROL. *Guelf. occiderat.* ſed ſupr. n. 2. *prope tota conciderat.* *Eleuſina* eo more dixit, quo Graecum tertiae declinationis accuſativum mutant in Latinum primae nominativum; ita in *Lovan.* apud *Livium* XXXI. 26. 3. *eſt caſtellum Eleuſinae.* alia exempla dedit *Davies.* ad *Ciceron.* Tuſc. Diſp. I. 46. *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. II. p. 98. *Gronov.* Obſerv in Eccleſ. 9. p. 96. *Heuſinger.* ad *Veckner.* Hellenol. lib. I Part. I. cap 3. & ipſe ad *Arator.* I. 693.

4. *Vrbes ope*] *Guelf. urbis opere.*

Epiſtolis] *Gud.* habet *litteris.* a correctore, puto. Numero plurali pro ſingulari utitur, quemadmodum *Iuſtinus* ſolet. Vid. Index *Freinshem.* Sic & *Thucydides* lib. I. p. m 43. *H. Steph.* litteras Argilio a Pauſania datas vocat ἐπιϛολὰς; *Nepos* autem Pauſan. 4. 1. *epiſtolam.* Pluralem nominis *unus* ſubſtantivis pluralis numeri tantum iungi docent Grammatici. Attamen & *Cicero* pro L. Flacco, c. 29. dixit: *tibi invideo, quod unis veſtimentis tamdiu lautus ès.* Vid. etiam eiusd. Orationis c. 26. & *Cort.* ad *Salluſt.* Catil 6. 2. IAEGERVS. *Epiſtolas* Iuliani mandata interpretor, de quo uſu *Taubman* ad *Plaut.* Perſ. IV. 6. 11. L. 1. §. 1. D. de Conſtit. Princip. *Quodcumque igitur Imperator per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit.* & *Iuſtinianus* § 6. I. de Iur. Nat. ἐπιϛολὰς ita etiam explicuit *Krebſius* Obſerv. in N. T. ex *Ioſephi* p. 226. Vere *Iaegerus* pluralem nominis *unus* eiusdem numeri ſubſtantivis iungi ſcribit ut *unis aedibus*, apud *Terent* Eunuch. II. 3. 75. *unae litterae*, de quibus *Cortius* ad *Ciceron.* ad Diverſ. XIII. 25. ſed illud in his tantum fieri Grammaticis haud largior, neque etiam plurali *epiſtolae* pro ſingulari uſum fuiſſe *Mamertinum* puto, ut de una fecit epiſtola *Iuſtinus*, & alii, quamvis de *Cicerone* neget *Graevius* ad eumd. ad Attic. IX. 2. Nimirum Noſter cum de pluribus ageret epiſtolis non aliter ſcribere potuit; ſanequam Grammaticorum legi praevalet illa *Cortii*, a *Iaegero* citati, pluralem in voce *unus* tunc locum habere, ſi de pluribus, rebusve inter ſe coniunctis ſit ſermo, quamvis ſingulari non careat ſubſtantivum. De pluribus neceſſariis ſcribens *Cicero* ad Diverſ. XIII. 7. *pro his*, inquit, *unis.* de pluribus ſcalis *Salluſt.* Iugurth. 60. 7. *unae atque altera ſcalae*; ſimiliter in coniunctis: de omnis ſexus & aetatis conſenſu *Lactantius* Inſtit. V. 13. 5. *unis ac paribus animis*; pariter *molas unas Cato* de R. R. c. 13. 1. huc refer *unas quadrigas* apud *Varron* de R. R. II. 5. 14. eſt enim *quadriga* quoque ſingularis numeri, de quo *Gellius* N. A. XIX. 8. ubi *Gronov.* hac forma eo, quem protulit *Iaegerus*, loco plurali in voce, cui non deeſt ſingularis. uti debuit *Cicero* ex coniunctorum natura, de homine, quem uno tantum veſtimento fuiſſe indutum non crediderim.

Moenibus iuventutem] I. e. tectis & aedificiis. Vid. *Gronov.* ad *Iuſtin.* II 12. 14. & *Salmaſ.* ad *Flor.* I. 4. 2. IAEGERVS Adde *Salmaſ.* ad *Capitol.* p. 122. *Vrſin.* ad *Vell. Pat.* II. 48. 2. *Gothofred.* ad Cod. *Theod.* T. V. p. 209. & 310. *Schulting.* ad *Senec.* Controv. I. p. 111. *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 625. & quae dixi ad *Sedulium* IV. 40. Eleganter illis aedificiis *iuventutem* tribuit, ut de vetuſtate collabentibus dicitur *ſenectus.* Conf. *Iuret.* ad *Symmach*, Epiſt. I. 4.

Siti anhelantia] *Schonhov. ſitim.* IAEGERVS.

Mundari] Forte *inundari.* LIVINEIVS. Admodum veriſimiliter *Livineius*, quamquam ſupra, aquarum penuria, omnia plena ſqualoris fuiſſe dicuntur, quo deinde, novatis aquaeductibus, abluto, loca ipſa ſunt mundata. IAEGERVS. Quod ſupra dixit n. 2. *plena cuncta ſqualoris & pulveris*, hic poſtulat *mundari.* Conſtantinus in L. 1. C. de Aquaeduct. *ut eorum opera aquarum ductus ſordibus oppleti mundentur.* Conf. ad *Arator.* Act. Apoſt. II. 538. & Specim. Obſ. 9 non diſſimiliter *Hygin.* Fab. 30. p. 85. Ed. *Staver.* *flumine ammiſſo totum ſtercus abluit*; quam lectionem quamvis tueatur *Munckerus*, cum *Micyllo* tamen maluerim *immiſſo*; de hoc loco *Voſſii* coniecturas dedi ad *Sedul.* V. 420.

Madere, fora] Diſtingue: *madere; fora*, etc. ACIDALIVS.

Celebrari, veteres] Diſtingue: *& celebrari veteres, & novos*, etc. IDEM.

Cap. X. Si quis mortalium, in aliquam caeleſtem ſpeculam nube ſublatus, paullo ante vidiſſet moeſta omnia, ſemiruta oppida, deſolata moenia, ab indigenis ſolitudinem, exſulum turbam; is ſi nunc in illud idem editum reponatur, ac deſpiciat cuncta laetantia, agros conſitos, urbes frequentes, aquas oppidis influentes, magnifico cultu non privatas aedes, ſed publica tecta ſurgen-

1. *Speculam*] Peſſime *Guelf. ſpeluncam.*

Semiruta] Etiam male idem Cod. *ſimirupta*.

Moenia ab indigenis,] Diſtingue: *deſolata moenia, ab indigenis ſolitudinem, exulum turbam.* ACIDALIVS Pro *moenia Guelf. omnia.*

Is nunc] *Is ſi nunc* Vet. PVTEANVS. *Si* abeſt male *Rhenan. Stephan.* IAEGERVS. Recte iam revocavit *Livineius*; probantibus *Guelf.* & *Schonhovii* excerptis; in utraque *Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus.*

Idem editum] Conf. *de Rooy* Spicil. Crit. p. 37.

Ac deſpiciat] Similis eſt *Mamertini* locus Maximian. 3. 3. *in tam arduo humanarum rerum ſtare faſtigio, ex quo veluti terras omnes, & maria deſpicias, viciſſimque oculis ac mente colluſtres, ubi ſit certa ſerenitas.* Conf. Not. *Sidonius Apoll.* Carm. VII. 17.

Forte Pater Superum proſpexit ab aethere terras,
Ecce viget, quodcumque videt.

Agros conſitos] *Cicero* de Senect. 17. *agrum diligenter conſitum oſtendiſſe.* plura *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 48. 4.

Vrbes frequentes] *Moerl. frequentari.* IAEGERVS. *Vrbs frequens* incolis eſt, ut *murus turribus frequens* apud *Eumen.* Conſtantin. 19. 1. Male *Guelf. orbes.*

Oppidis fluentes] *Influentes* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Optimum hoc urbibus ſemper reputatum, unde *Virgilius* Georg. lib. II. Italiae laudes recenſens cecinit:

Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros.

PATAROL. *Rhenan. Stephan. Livin.* a. o. *fluentes*; minus bene. IAEGERVS. *Influentes* etiam *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta, quod poſt *Cuſpinianum* recte primus reſtituit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum. Frontin.* de Aquaeduct. art. 1. *aquarum, quae in urbem Romam influunt.* art. 4. *in Vrbem influunt aquae.* L. 9. D. Quemadm. ſervit. amitt. *aqua, ſi in partem aquagii influxit.* ut recte editur, probantibus *Hotomanno* Obſerv. VII. 16. & *Dempſter.* ad *Roſin* I. 14. quem more ſuo deſcripſit *Keuchen.* ad *Frontin.* de Aquaeduct. p. 372 in Cod. *Florent.* & quibusdam Edd. eſt *in partem agri*, quod unde ſit ortum, docet *Brenckmannus.*

Privatas aedes ſed magnifica] Sic Vet. *non privata, ſed publica tecta.* Recte. Sequor tamen lectionem Cod. *Pulm. non privatas aedes, ſed publica tecta. Non privatas* non modo privatas. ut infr. *nec viros quidem, ſed mulierculas*, id eſt, non viros modo. PVTEANVS. *Sed publica tecta* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *magnifica* Vet. *Bertin.* legunt *publica*, quod rectum. RITTERSHVSIVS. Diſplicet eiusdem vocis *magnifica* repetitio. An poſteriori loco ſcribimus *regifica*? quae Poetica vox non male huic uſurpanda ACIDALIVS. Pro non privatas modo aedes, ſed etiam etc. Sic *Plinii* Paneg. cap. 8. alia eiusmodi exempla obſervavi. BAVNE. Lectio, cui coniectura mederi vult *Acidalius*, reperitur in Ed. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Lectionem Codd. *Livin.* & *Bertin.*, receptam reliquis Editoribus, roborat quoque *Moerl.* Duplex hic eſt ellipſis. Deeſt primum *modo*, vel *tantum*, *ſolum*, more Graecorum Latinis etiam uſitato. Vid *Schwebel.* ad *Bos* Ellipſ. p. 559. & *Onoſand* c. 7. p. 40. Sic *Eumenius* Pro reſtaur. Schol. c. 19. 4. *ſi non potentia, ſed etiam eloquentia Romana revireſcat.* Conf. ibi adnotata. Deinde poſt *ſed* omittitur *etiam*, vel *adeo*, non ſine elegantia, & vi quadam ſententiae augendae. Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 18. 7. & Iugurth. 14. 23. *Heuſinger.* ad *Nepot.* Cimon. 4. 1. IAEGERVS. *Privatas aedes, ſed publica* etiam *Guelf.* Illud *ſed magnifica* Ed. *Puteolanae* debetur, ex qua in reliquas pervenit uſque ad *Gruterum*, qui recte *privatas aedes, ſed publica* primus dedit, quamvis *magnifica* retinuerit *Rivinus.* De ellipſi *modo* poſt *non* dixi ad *Mamertin.* Genethl. 16. 4. *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 17. 4. *Baune* ad eumd. 19. 4. ſed ſi hanc admittamus, id mihi dicere videtur *Mamertinus*, quod non adeo foret rarum. Quid enim? utrum id ſingulare, publica tecta magnifico cultu ſurgere? imo vero id illis eſt pro-

gentia, dites, pro terrarum ingeniis, meſſibus ſegetes, vincentes agricolarum vota vindemias, arduos colles, profundaſque valles, & lata camporum balatu, hinnitu, mugitibus perſona, profecto mirabitur tam brevi cuncta mutata, deſiliet e nubibus, & viciniam caeli cupide derelinquet, ut tuis, Imperator, terris fruatur. Illud vero cuius miraculi eſt, neminem ullum in tanto rerum paratu 2
ſen-

proprium; aut itaque cape inverſo ordine, non publica tantum tecta, ſed etiam privatas aedes, aut, quod malim ſine ellipſi, aedes non ſurgere privatas, ſed publica tecta, id eſt, privatorum aedes ſplendore publicis nihil cedere.

Terrarum ingeniis] Natura & vi inſita. Sic *Plinius* H. N. lib. XIV. c. 1. ſect. 3. *ad caeli mores, ſolique ingenia.* Conf. *Freinshem.* Ind. in *Flor.* V. *Ingenium.* IAEGERVS. *Columella* III. 1. 2. *ſui cuiusque ingenii poma, vel ſemina gerunt.* ita *ingenioſum agrum* explicuit *Gronov.* Obſerv IV. 15. adde *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. V. p. 141. *Taubman.* ad *Plaut.* Poen. V. 4. 12. *Heinſ.* ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor 494. ad *Velleium* II. 115. 4. *Duker.* ad *Flor.* II. 16. 16. *Drakenb* ad *Livium* II. 30. 4. & quae dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 16.

Vincentes] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 15. 4.

Lata camporum] Pro latos campos, ut apud *Virgilium*, *anguſta viarum*, etc. Vide Paneg. *Plinii* cap 58. BAVNE. Sic mox c. 12. 1. *laborum aſperrima*, & 3. *laborioſiſſima negotiorum.* Conf. *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 30. 4. & quae adnotavimus ſupra ad Paneg. VIII. 24. 1. IAEGERVS. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 16. 4. ad *Eumen.* Pro Inſtaur. Schol. 3. 3. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol. I. p. 208. Maxime mihi blandiretur Patris mei coniectura, *laeta camporum*, cum totus in deſcribenda ſit agrorum fertilitate *Mamertinus*, niſi *lata* magis loca plana, collibus vallibusque oppoſita, indicaret, quo ſenſu accepiſſe videtur *Nazarius* Paneg. 22. 3. *campum late iacentem.* *Silius Ital.* X. 363.

Et lati fumabant ſulfure campi.

Virgilius Aeneid. VII. 486.

Lati cuſtodia credita campi.

ubi tamen in pluribus Codd. eſt *late*, quod probat *Burman.* & *Heynius*, *Drakenb.* ad *Livium* XI. 55. 5.

Perſona] *Moerl.* exhibet *perſonare.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* Alterum propter Poeticam deſcriptionem praetulerim. *Petron.* Sat. 120.

Non verno perſona cantu.

Statius Theb. I. 208.

Et littora perſona ludo.

ubi *Barthius.*

Tam brevi] *Guelf. cum brevi.*

Vicinam caeli] Aliis *viciniam.* RHENANVS. Vet. *viciniam.* PVTEANVS. *Viciniam* recte. ACIDALIVS. *Vicinam* nempe regionem. Alii *viciniam.* Parum intereſt. ANONYMVS. in *Strodtmanni* Europ. nov. Erudit. Part. VII. p. 585. *Vicinam Guelf.* Ed. *Rhenan.* *H. Stephan.* & *Rivini.* Alterum probo, ut enim *regionem* ſubaudiamus, vix probabitur.

Derelinquet] Melius forte *relinquet.* ACIDALIVS. Fortaſſe, ut viſum eſt *Acidalio*, legendum *relinquet.* Vltimae vocum antecedentium litterae ſequentibus facile adhaereſcunt. IAEGERVS. Mihi fortior videtur vulgata, ut animum non redeundi indicet. Ita *derelinquere* & *deponere* iunxit *Cicero* pro Caecin. 35. & *deſerere*, III. in Verr. 51.

Tuis] Id eſt, terris, quas beneficiis tibi devinxiſti. *Eumenius* Conſtantio 6. 1. *Gallias tuas, Caeſar, veniendo feciſti.* *Auſonius* Grat. act. 37. 2. *Gallias tuas inopinatus inluſtres.*

2. *Cuius miraculi eſt*] *Guelf. cuius eſt miraculum eſt.*

Rerum paratu] Laus vera Iuliani. *Eutropius* X. 8. de ipſo: *In provinciales iuſtiſſimus, & tributorum, quatenus fieri poſſet, repreſſor: civilis in cunctos, mediocrem habens aerarii curam.* *Ambroſius* in obitum Valentiniani, T. V. p. 108. quum dixiſſet, nihil novum provincialibus indici paſſum, addit: *ex hoc laudant provinciae Iulianum.* CELLARIVS. *Moerl.* & *Gud.* cum *Patarol. apparatu.* Sed illud non minus probum. IAEGERVS. Vulgatam tuentur notata a *Gothofredo* ad L. 1. Cod *Theodoſ.* de Indulgent. crimin.

Il-

ſenſiſſe diſpendium, in omnia pecuniam ab Imperatore depromi, & quoddam verſa vice provinciis pendi tributum, illinc ad univerſos fluere divitias, quo prius undique confluebant? Vt in maxima quaeſtione ſit, a quo acci-
3 pias, Imperator, qui ſic omnibus largiaris. Sed, qui vitae tuae inſtituta, rationemque cognoverit, facile fontem copiae huius inveniet. Maximum tibi praebet parſimonia tua, Auguſte, vectigal: quidquid enim alii in cupidi-

Illinc] Id eſt, ab aerario Principis ad populos, unde affluxerat, confluere. BAVNE. *Guelf. illuc; Schonhov.* excerpta *illic.*

In maxima quaeſtione] Id eſt, maxime quaeratur. Conf. *Schulting.* ad *Senec.* Controv. II. p. 147.

3. *Vitae tuae*] *Pacat.* Paneg. 12. 3. *Sed qui vitae tuae ſectam, rationeſque cognoverit.* ubi Not.

Maximum] Pulchre tranſit ad laudandam Iuliani frugalitatem, quam deſcribit etiam *Ammian. Marcell.* lib. XXV. cap. 4. PATAROL. *Cicero* Parad. VI. 3. *O Dii immortales! non intelligunt homines, quam magnum vectigal ſit parſimonia.* IAEGERVS.

Tua] *Guelf. tuo.* In *Schonhov.* excerptis eſt *parcimonia tua;* melior altera ſcriptura a *parſi.* Conf. *Dausquium* Orthogr. Part. II. p. 232.

Prodigas cupiditates] Lege *profundas.* FABER. *Proprias* Vet. *Bertin. cupiditates proprias Cuſpin.* LIVINEIVS. Idem verbi bis poni vides. An ex induſtria Auctoris? Paene iam illuc labor, ut credam. Probare non tamen poſſum βαττολογίαν. ACIDALIVS. Vocabulum *propria* adeo frequens eſt his Oratoribus, ut fortaſſe revocandum, atque ſcribendum ſit, *quidquid enim alii in cupiditates proprias prodigebant.* Ita ſane legitur in MS. *Gudiano*, cum Edd. ingerant: *quidquid enim alii in prodigas cupiditates prodigebant.* quam βαττολογίαν, mirum eſt, quod Editores concoquere potuerint, cum noſtra iſta ex MS. deſumta ſcriptura dudum etiam ab *Antonio Schonhovio* pro diſcrepante lectione adnotata ſit. ACTA LIPSIENSIA. A. 1726. p. 469. Satis ſpecioſe pro *prodigas P. Faber* legi iubet *profundas*, i. e. inſatiabiles. Sed certiorem medicinam petimus ex Codd. *Moerl. Gud Schonh.*, qui *proprias* habent, quae *uſibus publicis* ſcite opponuntur. IAEGERVS. De emendationis veritate nulla dubitatio, probatae quoque a Viro Clariſſ. Bibl. Crit. Vol. II. Part. I. p. 31. & a *Cortio* in margine Ed. ſuae, forte eorum quoque auctore, quae ex Act. *Lipſienſ.* adſcripſi, quod ex Cod. *Gud.* mentione, cuius variantes poſſedit, ſuſpicari licet. Ordo verborum inverſus *cupiditates proprias* eſt quoque in *Gud.* ſive *Guelf.* eumque reſtitui, quia cauſſam dediſſe videtur, ut *prodigas* propter proximum *prodigebant* ſcripſerit Librarius, ut nonnulli Codd. apud *Virgilium* Aeneid. III. 627.

Trepidi tremerent ſub dentibus artus.

ubi tamen *tepidi* praetulerim. —— *Cupiditates* ea eſt notione capiendum, de qua dixi ad *Nazar.* Paneg. 38. 5.

Prodigebant] De hac voce, & *prodigus* elegantia habet *Marckland.* Epiſt. Crit. ad *F. Hare* p. 83.

1. *Hic fructus*] *Is fructus* Vet. LIVINEIVS. Et *Guelf.*

Vt Imperator] *Guelf. aut Imp.*

A ceteris civibus] Vox *ceteris* abeſt *Moerl.* & *Gud.* omiſſa fortaſſe ideo, quia Imperator in civium numero haberi non poſſe emendatori videbatur. Verum & ipſos Caeſares ac Principes, quamvis cuſtodes, vindicesque ſalutis publicae haberi volebant, *cives* appellatos eſſe conſtat. Vid. *Schwarz.* ad *Plin.* 83. 4. IAEGERVS.

Splendore, ſed] *Splendore gloriae Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Τὸ *gloriae* deeſt in Cod. *Gud.* & in Edd. *Rhenan. Stephan. Livin.* IAEGERVS. Deeſt iam in *Puteolan.* Ed, ſed *Cuſpinianum* ſecutus primus dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum:* me quidem iudice, recte, ut gloriam ex fortibus factis indicet.

Separaretur] *Guelf. ſeparetur.* Digniſſimus eſt, qui hic, & ad ſequentia adſcribatur, *Salluſtii* locus Orat. ad Caeſar. 42. *Neque aliter quiſquam extollere ſeſe, & divina mortalis adtingere poteſt, niſi, omiſſis pecuniae & corporis gaudiis, animo indulgens, non adſentando, neque concupita praebendo perverſam gratiam gratificans, ſed in labore, patientia, boniſque praeceptis, & factis fortibus exercitando. Nam domum, aut villam exſtruere, eamque ſignis, aulaeis, aliisque operibus exornare, & omnia potius, quam ſemet viſendum, efficere, id eſt, non divitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe.*

2. *Sub-*

ditates proprias prodigebant, id omne nunc in uſus publicos reſervatur.

Cap. XI. Hucuſque ſolus hic fructus imperii putabatur, ut Impera-
tor a ceteris civibus non fortibus-factis, nec ſplendore gloriae, ſed ma-
gnitudine ſumtuum ſepararetur. Inde nihil neceſſariae ſubſtructionum in 2
aedibus moles, ingentes aulicorum catervae legionum ſumtum facile vin-
cebant. Quin etiam prandiorum, & coenarum elaboratas magnitudines 3
Res-

2. *Subſtructionum*] Ingentium aedificiorum. *Tullius* pro Milon. c. 20. *Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum verſabantur.* & c. 31. *arae, quas ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat.* BAVNE. & CELLARIVS. Aedificiorum internorum, puta porticuum, balinearum, coenaculorum, etc. quales refert *Sueton.* in Neron. cap. 31. De eiusdem aurea domo, deque altera Caii Imp. *Plinius* lib. XXXVI. c. 15. PATAROL. De ſubſtructionibus proprie dictis vid. *Vitruvius* III. 3. ibique *Philand.* IAEGERVS. In illo *Vegetii* loco cap. princ. vox *ſubſtructionum* abeſt a Cod. *Franequerano.* Sunt autem proprie, quae in aedificando ſub terrae ſuperficie ſtruuntur. Idem VI. 11. *maxima autem eſſe debet cura ſubſtructionum.* *Livius* XXXVII. 28. 3. *ſubſtructionem ſuper Aequimaelium — locaverunt.* cum *fulturis* iunxit *Plinius* Epiſt. X. 48. 2. eo ſenſu *ſubſtruere* dixit *Plautus* Moſtell. I. 2. 40. *Drakenb.* ad *Livium* VI. 4. 12. de aliis *ſubſtructionum* ſignificationibus vid. *Polenus* ad *Frontin.* de Aquaed. art. 3.

Moles ingentes,] An potius diſtinguendum: *moles, ingentes auxil.* ACIDALIVS. Eam diſtinctionem *Livineius*, & meliores habent Edd. Mihi autem ſcripſiſſe videtur, *moles, & ingentes*; praecedens ſyllaba *&* abſorpſit. Niſi forte in primis ſyllabis vocis *ingentis* lateat repetitio τῦ *inde.*

Auxiliorum catervas] *Vienneuſis* liber, *aulicorum catervae legionum.* LIPSIVS. Epiſt Quaeſt. III. 24. Vet. *aulicorum catervae.* PVTEANVS. *Aulicorum catervae Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Codd. ſcripti, & antiquitus impreſſi, *aulicorum catervae.* Veniebat quidem in mentem *aucupum*, ſed non etiam placebat. Magis arrideret *eunuchorum*, niſi nimium abiret a characteribus alterius vocis. GRVTERVS. Ita *Rhenan. Stephan.* itemque *Livin.*, niſi quod hic *catervae* habet, non *catervas* & poſt *moles* incidit, adeoque *ingentes* ad *catervae* recte transfert, conſentientibus libris reliquis. Pro corrupta voce *auxiliorum* Cod. *Moerl.* & *Schonbov.* & Edd. ceteri *aulicorum.* Mihi coniectura *Gruteri* emendatrice non opus eſſe videtur. IAEGERVS. *Auxiliorum catervas* eſt ex *Puteolan.* ſed *aulicorum catervae*, quod etiam eſt in *Guelf.*, primus poſt *Cuſpinianum* recte dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes, praeter *Rivinum.* Vere ita emendatum eſſe confirmant, quae de tonſoris, a Iuliano interrogati, lucro narrat *Ammianus Marcell.* XXII. 4.

3. *Et coenarum*] *Atque coenarum* Vet. LIVINEIVS. De luxu Romanorum Aſiatico omnia, etiam annum, pervertente, locus eſt huic pæne geminus, & uberior quidem in *Latin. Pacati Drepanii* Paneg. cap. 13. & 14. RITTERSHVSIVS. Imperatorum luxus in menſis notiſſimus omnibus. De Nerone *Sueton.* cap. 27. de Domitiano *Iuvenal.* Sat. IV. Immane Lucii Veri convivium pete e *Capitolino.* PATAROL. Etiam *atque coenarum Guelf. Pacati* locum cum noſtro egregie contulit *Iunius* Animadv. IV. 9.

Coenarum magnitudines] *Elaboratas magnitudines* Vet. PVTEANVS. *Laboratas magnitudines* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Poſt *coenarum* Cod. *Livin. Bertin. Cuſpin.* inſerunt *laboratas*, quod Edd. inde a *Grutero* omnes admiſerunt; in Cod. *Gud.* & *Moerl.* legitur *elaboratas*, ἰσοῤῥόπως. IAEGERVS. In *Puteol. Rhenan. Stephan. Livin.* & *Rivin.* legitur *coenarum magnitudines.* Inſeruit cum *Cuſpin. laboratas Paull. Stephanus*, & inde *Gruterus* cum reliquis. *Elaboratas* tamen ex *Putean. Moerl.* & *Guelf.* auctoritate dedi. Vulgata in Codd. praecedentis ſyllabae *um* nota, facile *e* abſorpſit. Coenas enim ſummo labore paratas, cibisque raris inſtructas, & exornatas indicat, quales deſcribit *Sedulius* Prolog. Paſchal. Carm. 9.

Nobilium nitidis doctorum veſcere coenis,
Quorum multiplices nec numerantur opes:
Illic invenies, quidquid mare nutrit edendum,
Quidquid terra creat, quidquid ad aſtra volat.

his autem *elaborare* eximie convenit, quod per ma-

Reſpublica ſentiebat; cum quaeſitiſſimae dapes non guſtu, ſed difficultatibus aeſtimarentur, miracula avium, longinqui maris piſces, alieni temporis poma, aeſtivae nives,

magna contentione efficere recte explicat *Baunius* ſupr. ad Incert. Conſtant. 1. 2. quare cum *efficere* iunxit *Cicero* ad Diverſ. IX. 16. & Noſter infr. 32. in ſin. Auctor ad Herenn. IV. 22. *non haec videntur reperiri poſſe ſine elaboratione, & conſumtione operae. Cicero* pro Coel. 19. *ratio cura & vigiliis elaborata.*

Romanus Populus ſanciebat] *Viennenſis* liber: *R. P. ſentiebat.* LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. Vet. *ſentiebat.* PVTEANVS. *R. P. ſentiebat* Vet. *Bertin. Cuſpin. R. P.* eſt *reſpublica*, non *Populus Romanus*, ut opinor. LIVINEIVS Quod hic ait de *ſanctionibus* Pop. Romani, intelligit leges ſumptuarias, quae ex *Macrobii* Saturnalibus, & aliunde notiſſimae ſunt; utinam & moribus noſtris uſurpatae! RITTERSHVSIVS. Ineptum. Lege *Imperatorem faciebant* pro *R. P. ſanciebat.* Si praecedentia relegis, vere. ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin. Acidalius* legit admodum ingenioſe *Imperatorem faciebant*. Sed inſpiciamus libros. Pro *ſanciebat* Cod. *Livin. Bertin. Put. Moerl.* cum *Schonbov. Cuſpin.* & Edd. reliquis *ſentiebat.* Litteras *R. P.* hic ſignificare non *Romanus Populus*, ſed *res publica*, cenſet *Livineius*; non ſine veri ſpecie, quem adeo ſequor. Sic in eodem argumento *Pacatus* c. 14. 1. *Nam delicati illi, ac fluentes, & quales tulit ſaepe res publica, parum ſe lautos putabant, niſi luxuria vertiſſet annum*, etc. Accedit Cod. *Gud.* qui diſerte *res puca* habet. IAEGERVS. *Sanciebat* eſt in *Puteol.* Rectius ex *Cuſpin.* dedit *ſentiebat Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum.* Adſtipulatur quoque *Guelf.* Eſt enim *ſentire* in damnum ſuum experiri, quod pluribus probavit Pater meus ad *Plinii* Paneg 16. 5. *Burman.* ad *Claudian.* Rapt. Proſ. III. 60. ad *Valer. Flacc.* IV. 745. ad *Virgil.* Aen. IV. 542. plena locutio *damnum ſentire* eſt in L. 203. D. de R. I. Damnum autem illud in eo erat, ſive quod ingentes illi Principum ſumtus aerarium imminuebant, ſive quod illum ſplendorem luxuriemque ſecuti cives ſuas ipſi facultates perdebant; hinc de Iuliani tempore *Ammianus Marcell.* XXII. 4. *fatendum eſt, pleramque eorum* (Palatinorum) *partem vitiorum omnium ſeminarium effuſius aluiſſe, ita ut Rempubl. inficerent cupiditatibus pravis, plusque exemplis, quam peccandi licentia laederent multos.* adde *Pacat.* Paneg. 14. 4. *Sancire* nullius hic eſt efficaciae; quae enim de ſumtuariis legibus habet *Rittershuſius*, ſententiae adverſantur; illae nimirum iſtam coenarum magnitudinem coercebant, quam itaque *ſanxiſſe* dici nequeunt, neque, admiſſa hac lectione, ſequentia ſatis apte cohaerent. Eadem utriusque verbi permutatio eſt apud *Nazar.* Paneg. 2. 2. ——— In *Res publica Iaegerum* ſecutus ſum, quod cum *Pop. Rom.* confundi dictum eſt ad Incertum Maximian. 8. 7.

Quaeſitiſſimae dapes] *Moerl.* & *Gud. conquiſitiſſimae. Cicero* Tuſc. V. 21. *Menſae conquiſitiſſimis epulis exſtruebantur.* Sed illud alterum aeque probatum. *Salluſt.* Hiſtor. Fragm. lib. II. ex *Macrob.* Saturn. III. 13. p. 961. *Cort. Epulae quaeſitiſſumae; neque per omnem modo provinciam, ſed trans maria, ex Mauretania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera.* De iſtiusmodi ciborum terra marique exquiſitis deliciis vid. *Gellium* Noct. Attic. VII. 16. IAEGERVS. *Quaeſitiſſimae* probatum eſſe non diffiteor, in id laudaſſe ſufficit *Waſſeum* ad *Salluſt.* Fragm. p. 57. Ed. *Haverc.* propter ſequentia tamen magis placet Codd. ſcriptura *conquiſitiſſimae*, id eſt, dapes omnibus ex locis, etiam ex aere, & mari petitae; ſaltem fortius eſt, quam *exquiſitiſſimae*, quod placuiſſe videtur *Torrentio* ad *Horat.* I. Od. 38. 3.

Non geſtu] Opinor legendum *guſtu.* RHENANVS. Vet. *guſtu.* PVTEANVS. *Pacatus* in Theodoſium: *nam appoſitas dapes non ſapore, ſed ſumptu aeſtimantes illis demum cibis acquieſcebant, quos extremus Oriens, aut poſitus extra Romanum Colchus imperium, aut famoſa naufragiis maria miſiſſent, quos invitae quodammodo, reluctantique Naturae pericula rapuiſſent.* LIVINEIVS. Similem locum habet *Pacatus* cap. 13. & 14. ubi plura videri poſſunt de Romanorum luxu in conviviis. BAVNE. Cave, *geſtu* mutes in *guſtu. Geſtus* eſt *die auftracht der ſchusſeln.* Caeterum integra hac oratione Chriſtianorum molliciem, & luxuriam perſtringere videtur, quam ipſe Iulianus iis obiicit. Vid. Miſopog p. 353. & quam ipſe *Gregor. Nazianzenus* ſuis exprobrat, Orat. III. p. 62. Conſ. *Zoſim.* III. 11. p. 274. ANONYMVS. in *Strodmann.* Europ. Nov. Erudit. Part. VII. p. 585. *Geſtu* habet *Puteol. Rhenan. H. Stephan.* & *Rivin.* ut etiam haec permutata monet *Keuchen.* ad *Sammonic.* de Medic. 506. Recte iam *guſtu* dedit *Livineius*, Cod. *Guelf.* & *Schonbov.* ſuffragio pro-

ves, hibernae roſae. Haec cuncta animus, voluptatum omnium victor, abiecit. Neque enim ei parandae ſunt picturatae marmorum cruſtae, & ſolido auro tecta laque- 4

probatum. Confirmat etiam *Pacatus* Paneg. 14. 2. hunc locum imitatus; quod enim hic dixit *dapes non ſapore, ſed ſumtu aeſtimantes*, apud Noſtrum eſt, *dapes non guſtu, ſed difficultatibus aeſtimarentur.* Quam vocabulo *geſtus* notionem tribuit *Anonymus*, vellem, veterum auctoritate probaſſet, qui eodem conſtanter de corporis motu utuntur; de menſa autem *fercula* dixerunt, ut *Pacatus* 14. 3. aut *miſſus.* Conf. *Savaron.* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. II. 9.

Miracula avium] Conf. ad *Mamertin.* Maximian. c. 7. hoc expreſſit *Pacatus* Paneg. 13. 4. per *peregrini aeris volucrem.*

Piſces] Haec imitatus *Pacat.* Paneg. 13. 4. dixit *remotorum littorum piſcem.*

Poma] Idem *Pacatus* d. l *alieni temporis florem.* Conf. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. II. p 191.

Aeſtivae nives] Idem *Pacatus*: *parum ſe lautos putabant, niſi luxuria vertiſſet annum, niſi hibernae poculis innataſſent roſae, niſi aeſtiva in gemmis capacibus glacie Falerna fregiſſent.* In infami quidem L. Veri Imperatoris convivio coronas datas, lemniſcis aureis interpoſitis, & alieni temporis floribus *Capitolinus* refert. Nigrinus quoque apud *Lucianum* reprehendere ſolitus τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ παρὰ καιρὸν ἀγαπῶντας, τὸ δὲ ἐν καίρῳ, καὶ κατὰ φύσιν ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας· *qui media ſe hieme roſis implerent, rarum illud, & intempeſtivum in iis amantes, ſui temporis & naturale ſuperbe, ut vile, ac nihili, deſpicati.* LIVINEIVS. & BAVNE.

Hibernae roſae] Quam *ſeram roſam* dixit *Horatius* I. Od. 38. 3 ubi commode *Torrentius* adfert *Senecae* locum Epiſt. 33. *Non vivunt contra naturam, qui hieme concupiſcunt roſam, — bruma lilium, florem vernum exprimunt.* *Sidon. Apoll.* Carm. II. 110.

Hibernae rubuere roſae, ſpretoque rigore
Lilia permixtis inſultavere pruinis.

hunc *alieni temporis florem* dixit *Pacatus* Paneg. 13. 4. adde *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. I. 3. 1. *Duker.* ad *Flor.* II. 8. 9.

4. *Comparandae ſunt*] Bene eſt, nec controvertam. In *Bertin.* tamen exerte eſt *eparandae*, in Vet. *epandae*, quod tantundem eſt, ut obſervamus ad *Plinii* Paneg. 30. 3. ſed nimirum *par.* fuerit in autographo. Animadverſum autem mihi, ſemicirculum inverſum Librariis *con* vel *com* valere. LIVINEIVS. In *Gud.* & *Moerl.* legitur *ei parandae*, quod non multum recedit a coniectura *Livineii*, τὸ *ei* poſt *laquearia*, & rurſus poſt *miniſtrorum* interponentis. IAEGERVS. Lectionem ex *Moerl.* & *Guelf.* reſtitui, quam ſequens *qui* poſtulat, & quo etiam tendunt *Bertin.* & Ver. *Livineii.*

Picturatae] *Gud. Rhenan.* & *Stephan.* minus bene, *picturae, mar. cr.* etc. IAEGERVS. *Picturae* eſt ex *Puteol.* quod retinuit quoque *Rivinus.* *Picturatae* confirmant *Schonhov.* excerpta, & cum *Livineio* ſequentes praeter *Rivinum* expreſſerunt.

Tecta laquearia] Ita omnes. Nec male, *Virgilius* Aeneid. I. 726.

Dependent lychni laquearibus aureis.

& quae notarunt *Torrent* ad *Horat.* II. Od. 18. 2. *Elmenhorst.* ad *Arnob.* adv. Gent. VI. p. 174. Praevalet tamen apud me *Guelf.* ſcriptura *tecta laqueata*, quam reddidi. *Cicero* in Verr. I. 51. *vidit undique tectum pulcerrime laqueatum.* de Legib. II. 1. *pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno*, ubi *Scheffer.* Illud *laquearia* ex eo fluxit, quia non videbant, unde *ſolido auro* penderet; hoc itaque ad *tecta* referre voluerunt, ut intelligerentur laquearia, quae auro eſſent tecta. Sed *ſolido auro* eſt ex auro. Ita ſaepe Scriptores. *Virgil.* Aeneid. V. 663.

Et pictas abiete puppes.

Prudentius Periſt. V. 74.

Hic ſumtuoſa ſplendido
Delubra creſcunt marmore.

Conf. *Cannegiet.* Reſcript. *Boxhorn.* de *Caton.* cap. 30. *de Rooy* Spicil. Crit. p. 140. & quae dixi ad *Arator.* I. 673. Ad hunc locum pertinet *Horatius* II. Od. 18. 1.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

ubi *Torrentius* *Plinium* adſcripſit, Hiſt. Nat. XXXIII. 3. *Laquearia, quae nunc & in privatis*

queata, qui maiorem anni partem in nuda humo cubet, & caelo tantum tegatur: neque turbae inſtitutorum ad delicias miniſtrorum, cui tam pauca ſint miniſtranda; neque tempus epularum ei, qui ſaepius ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat, gaudens caſtrenſi cibo, miniſtro

tis domibus auro teguntur, poſt Carthaginem everſam primo inaurata ſunt in Capitolio. Horatii locum bis adhibuit *Iſidorus* Orig. XIV. 8. & XIX. 12. utroque Cod. *Groning.* habet *renitet*, ſed contra metri legem.

Qui maiorem] Forte *ei qui.* LIVINEIVS. Non neceſſe, cum ex Codd. *ei* ante *parandae* inſeruerim. Morem, quo cubaverit Iulianus, ita deſcribit *Ammian. Marcell.* XVI. 5. *aenea concha ſuppoſita brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam, ut cum nervorum vigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum.* ubi plura *Valeſ.*

Caelo tantum] *Sidonius Apoll.* Carm. V. 531.

Aprica
Vel ſub ſelle iacet.

Ioan. Sarisber. Policr VI. 2. *interdum ſub divo, interdum ſub papilionibus commorantur, tunc demum ad uſum erudiantur armorum.*

Miniſtrorum] Conf. de hac voce infr. hoc cap. in fin. Coquos, ſimileſque intelligit. Ita enim de Iuliano *Ammianus Marcell* XXII. 4. *omnes huiusmodi cum coquis, ſimilibusque aliis eadem accipere bene conſuetos, ut parum ſibi neceſſarios, data, quo velint, eundi poteſtate, proiecit. Ioann. Saresber.* Policr. VIII. 21. de Iuliano: *palatio expulit — coquos, quia, more Philoſophi, cibis ſimplicibus utebatur.*

Cui tam] Forte *ei cui.* LIVINEIVS. Non neceſſe, poſtquam ſupra ante *parandae* ex Codd. *ei* ſit inſertum.

Pauca ſint] Vet. *ſunt.* PVTEANVS. *Sunt* quoque *Guelf.*

Statarium prandium] Eſt, quod milites ſtantes, non decumbentes more veterum, ſumerent. *Ammianus Marcell.* de eodem Iuliano: *per varios autem procinctus, ſtans interdum more militiae cibum brevem vilemque ſumere viſebatur Livius* lib. XXXV. *citatosque ſingulos iureiurando adegit, niſi quibus morbus cauſa erit, non aliter quam ſtantes cibum potumque, quoad ſtipendia facerent, capturos eſſe. Marcus Florus,* ſive *Poſthumius* iunior Decl. III. *Cum alii excubent armati, alii clauſtra portarum tueantur, alii vallum foſſasque ſcutis innixi cingant, cibum ipſum ſtantes capiant, Tribunus inter ſcorta volutabitur.* Frequens mentio apud *Ammianum Marcellinum* de *ſtatariis pugnis;* ego aliquando mediocres interpretabar, ut *Ennius ſtatariam* mediocrem formam. Malo *ſtatarias pugnas* intelligi, a quibus equitatus abeſſet. Sic enim *acies ſtataria* accipitur. Vide *Turnebum*, quid ſint *ſtatariae Comoediae*, quid *ſtatarii actores.* DVRANTIVS. Variar. II. 19. Quod ſtando capitur, adeoque breve eſt, ac tenue CELLARIVS. Plura *Valeſ.* ad *Ammian.* XXV. 4. in univerſum enim *ſtatarium* eſt, quod ſtat, aut ſtando peragitur. ita hiſtriones, qui loco non moventur, *ſtatariam agere* dicuntur apud *Terent.* Heaut. Prol. 36. *Pacatus* Paneg. 31. 1. *menſularum ſervilium ſtatarius lixa*, de quo *Gronov.* Obſerv. IV. 7. qualem *ſtatarium* ad menſam miniſtrum exhibet depictum marmor apud *Cannegieter.* de Mutat. nom. ration. p. 284. *ſtataria retia*, aliaque contulit *Savaro* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. II. 2.

Capiat] Vet. *capit.* PVTEANVS.

Caſtrenſi cibo] *Cibi caſtrenſes* ſunt laridum, caſeus, poſca. *Aelius Spartianus* in Hadriano: *Cibis*, inquit, *etiam caſtrenſibus in propatulo libenter utens, hoc eſt, larido, caſeo, poſca, exemplo Scipionis Aemiliani, & adoptatoris ſui Traiani.* Sic enim lego, non *auctoris;* forte haec verba in textum irrepſere, ut pleraque alia. Addo ex ICtorum libris ſalgama, & buccellatum. DVRANTIVS. Variar. II. 19. Militari, adeoque vili. De Iuliano *Ammian. Marcellin.* lib. XXV. cap. 4. *Hoc temperantiae genus creſcebat in maius, iuvante parcimonia ciborum, & ſomni, quibus domi, foriſque tenacius utebatur. Namque in pace eius menſarum tenuitas erat recte noſcentibus admiranda, velut ad pallium mox reverſuri. Per varios autem procinctus, ſtans interdum more militari, cibum brevem vilemque ſumere viſebatur.* Similiter de Peſcennio Nigro *Spartian.* c. 11. *Iam in omni expeditione ante omnes militarem cibum ſumſit ante papilionem: nec ſibi umquam vel contra ſolem, vel contra imbres quaeſivit tecti ſuffragium,* (forte *ſuffugium*) *ſi miles, non habuit.* Conf. In-

ſtro obvio, & poculo fortuito.

CAP. XII. Sed inter haec mirari ſatis nequeo, quod tam ſevere parcus in ſemet, in cives ſuos tam liberalis eſt, ac remiſſus; laborum aſperrima ſibi ſumens, ut nos quietis rebus agi-

Interprett ad *Pacat.* c 13. 3. IAEGERVS Noſtrum imitatus videtur *Pacatus* Paneg. 13. 3. *cum videret Imperatorem — parce contenteque viventem, modico et caſtrenſi cibo ieiunia longa ſolantem.* Iulianum, Philoſophi more, cibis fuiſſe ſimplicibus uſum teſtatur *Saresber.* Policr. VIII. 21. de Auguſto *Sueton.* c. 76. quem locum ex eodem *Saresberienſi* emendavi in Miſcell cap. 6. adde *Schwarzium* ad *Plinii* Paneg. 20. 3. ſimilia ex Hiſtoricis exempla contulit *Ioann. Saresber.* V. 7. *parvum victum, & ruſticum* in tironibus commendat *Vegetius* de R. M. l. 3. cuius verbis uſus eſt idem *Saresber.* VI. 2. —— Felix *Iaegeri* in *Spartiano* coniectura ante in mentem quoque venerat Viro Clariſſ. in Obſerv. Miſcell. Vol. IV. p. 223. ut apud *Ammian. Marcell.* XVII. 13. pro *ad ſuffragia locorum paluſtrium* egregie *ſuffugia* reſtituit *Lindenbrogius*, quam opem quoque fero *Ioann. Saresber.* Policr. I. 4. *ſociis quaeſivit ſuffragium vitae*; lege *ſuffugium*, & confer *Lipſ.* ad *Senec.* de Ira I. 11. *Gruter.* ad *Tacit.* Annal. XIV. 7.

Miniſtro obvio] Recte *obvio.* Nam delicatis ſordebat vulgus; electum quid, & rarum requirebant. Itaque nihil heic mutandum, ut pluribus oſtendo in Suſpicionum libellis, producto non uno *Senecae* loco. Nimirum reſpicit Orator ad illa proxime praecedentia: *Neque enim comparandae ſunt picturatae marmorum cruſtae, & ſolido auro tecta laquearia, qui maiorem anni partem in nuda humo cubet, & caelo tegatur: neque turba inſtitutorum ad delitias miniſtrorum, cui tam pauca ſunt adminiſtranda; obviusque* opponitur inſtituto ad delitias. GRVTERVS. Credo, non hic locum habet vox *miniſtro.* Quid ſi legas? *caniſtro*, vel *catino.* Vaſculi alicuius cibarii nomen fuit, quod *obvium* vult fuiſſe, ut & poculum, de quo ſtatim addit. ACIDALIVS. Neſcio, undenam in mentem venerit *Acidalio* legendi potius *caniſtro*, ſeu *catino.* PATAROL. Recte vulgatum tuetur *Gruterus.* Eſt igitur *obvius miniſter* qualiscumque, qui ſine cibi diſcrimine occurreret, quam vocem hoc loco ſatis tuetur frequens illius, ut etiam in *miniſtrare*, & *miniſteria* de huiusmodi hominibus uſus. *Auſonius* Grat. act. 34. 2. *praebes miniſtros, inſtruis cibos.* adde Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 49. 8.

Poculo fortuito] *Horatius:*

> *Nec fortuitum ſpernere ceſpitem*
> *Leges ſinebant.*

Neque aliter *fortuito coenare Suetonius* dixit, & *per fortuita animalia vehi Lampridius* Elagabalo. LIVINEIVS. Id eſt, obvio. Iuliani abſtinentiam, & temperantiam mirifice laudant etiam, qui cetera eius vitia acerrime carpunt. BAVNE. *Poculum* hic non proprie cum *Acidalio* intelligo; ſed μετωνυμικῶς, pro latice, qui poculo continetur, ac bibitur. *Fortuitum* idem eſſe, ac τὸ τυχὸν, *quod fors offert*, probat *Livineius*, auctoritate *Horatii*, *Suetonii*, & *Lampridii.* Eadem profert, una cum hoc noſtro loco, *Torrentius* ad l. c. *Horat.* Carmin. II. 15. 17. Sic & *Ammian. Marcellin.* lib. XXV. c. 4. de Iuliano: *munificis militis vili, & fortuito cibo contentus.* IAEGERVS. *Poculum* pro eo, quod continetur, eſt quoque apud *Virgilium* Georg. II. 128.

> *Pocula ſi quando ſaevae infecere novercae.*

Aeneid. III. 354.

> *Libabant pocula Baccho.*

& *noxium poculum*, de quo *Pricaeus* ad *Apul.* II. Met. p. 126. adde *Salmaſ.* ad *Lamprid.* p. 185. id *fortuitum* dixit, ut *Tacit.* Hiſt. II. 5. *cibo fortuito, veſte, habituque vix a gregario milite diſcrepans.* ubi *Wopkenſius* in Comment. penes me MS. addidit locum *Ambroſii* Hexaem. V. 14. *aliae diverſo & fortuito cibo*; ita enim dicitur, in quod fortuito incidimus, ut *fortuitum auxilium*, *Valer. Maxim.* VIII. 1. abſ. 6. *dimicatio*, *Hirtius* B. Alexandr. 48. 1. ubi *Oudend. lutum*, *Petron.* Satyr. 135.

1. *Parcus ſibimet*] Vet. *in ſemet.* PVTEANVS. *Sev. parc. in ſemet in civ.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *In ſemet* ſcripti, & editi meliores. *Rhenan. Stephan. Livin. ſibimet* pro *in*

agitemus, cum illud uſu venire animadvertamus, ut, qui remotam a voluptati-
bus vitam ſequantur, difficiles, & moroſi ſint, ſibi parum laeti, ſed aliis triſtio-
2 res, moeſtas atque ſollicitas, etiam privatas, domos faciant. At ſanctiſſimus
Imperator impenſe ſtudet, ut nos pro dignitate habitemus, ut commodis ad-
fluamus, ut caſtam quidem, ſed hilarem, ducamus aetatem; cum alios Prin-
cipes labor truces, remiſſos deſidia reddiderit, ſemperque ſeriis Imperatoribus
gra-

in ſemet praeferunt. IAEGERVS. *In ſemet* etiam *Guelf.* & excerpta *Schonhov.* Ex *Puteolana ſibimet* ediderunt, donec *Paull. Stephanus* ex *Cuſpin.* vulgatam revocaverit, ab omnibus, praeter *Rivinum*, retentam; in excerptis Cod. *Puteanei*, quae habeo, coniiciebat *Voſſius*, *ipſemet.* Mutato ordine *Livineius*, *parcus ſevere.*

Agitemus] Scil. vitam vivamus *Salluſt.* Iugurth. 18. 9. *Medis autem. ac Armenis acceſſere Libycs; nam hi propius more Africum agitabant.* Idem plene Catil. 2. 1. *Et iam tum vita hominum ſine cupiditate agitabatur; ſua cuique ſatis placebant.* Pari modo Graeci, v. c. *Aelian.* V. H. III. 18. ἐν εἰρήνῃ διάγειν, ſcil. τὸν βίον. IAEGERVS. *Pacatus* Paneg. 32. 2. *quo foris ſecurus agitares. Salluſtius* Fragm. Hiſt. I. 6. *agitandi inops.* & III 4. *& nunc malis fructibus ipſa vix agitat.* Conf. *Taubm.* ad *Plaut.* Epid. II. 2. 59. plena locutio *aevum*, *aetatem agere* eſt apud alios. *Virgilius* Aeneid. X. 235. V. D. ad *Plin.* Paneg. 44. 5. *Mencken.* Obſ. L. L. p. 40. de Graeco διάγειν *Bos* Ellipſ. p. 30. *Leiſner.*

Id uſu] *Illud uſu* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Moerl. illud*, quod probo, & recipio, ob rationem in ſuperioribus iam redditam. IAEGERVS. Etiam *Guelf. illud. Vſu venire* eſt evenire, contingere, *Nepos* Alcib. 4. 5. *id quod uſu venerat.* Ageſ. 8. 2. *quod ei uſu venit. Petron* Satyr. 61. *quod tibi uſu venit.* Conf. *Salmaſ.* ad *Lamprid.* p. 229. *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. p. 615. V. D. ad *Livium* IX. 12. 1. alii etiam *uſus venit. Terentius* Heaut. III. 2. 45.

Et nec ego te, ſi uſus veniat, magnifice, Chreme,
Tractare poſſim.

Cato de R. R. 4. in fin. *ſi quid uſus venerit.* ubi tamen in Codd. etiam *uſu.* parum differt *venire in conſuetudinem*, de quo V. D. ad *Plinii* Paneg. 90. 2.

Animadvertamus] Male *Puteolan. animadvertemus.*

Difficiles] *Nepos* Attic. 5. 1. *divitem, difficillima natura. Herald.* ad *Arnob.* adv. Gent. I. p. 16. Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg 19. 1.

Aliis triſtiores] Acerbiores, iniquiores. Sic *Tullius* de Finib. IV. 28. Stoicorum *triſtitiam*, *atque aſperitatem* dixit. Nero apud *Sueton.* c. 23. iudicibus certaminum muſicorum *triſtitiam ac malignitatem* ineſſe ſuſpicatur. IAEGERVS. *Tacitus* Annal. IV. 31. *triſtiora malle.* & 71. *triſtibus dictis atrocia facta coniungere.* V. 4. *nihil triſte eo die patratum*, Hiſtor. I. 14. *deterius interpretantibus triſtior habebatur.* & c. 38. *quem triſtitia & avaritia ſui ſimillimum iudicabat. Ammian.* XXV. 5. *praeteritorum recordatio erat acerba, & exſpectatio triſtior inpendentium. Sedulius* V. 83.

Continuo ad triſtes Caiphae deducitur aedes.

Drakenb. ad *Silium* II. 2. *Cort.* ad *Porc. Latron.* Declam. 7. ad *Plinium* I. Epiſt. 10. 7. *Triſtem vitam* hoc ſenſu egregia coniectura *Ciceroni* de Legib. II. 17. reddidit elegantiſſimus *Koehler.* Interpr. iur. II. 2. adde Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 6. 2. & quae dixi ad *Arator.* II. 110.

Et privatas] *Etiam priv.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Aut & delendum, aut ipſum *privatas* non ſincerum. ACIDALIVS. Pro &, quod Edd. antiquiores praeferunt, & Cod. *Moerlianus*, ex Cod. *Livin.* & *Bertin.* *etiam* a *Grutero* inde omnes exhibent; recte, puto: nam & compendium τῆς *etiam* eſt. Senſus mihi planus videtur, & ſincerus, ſcil. Homines, non modo Principes, ſed etiam privati, a voluptatibus alieni, difficiles & moroſi maeſtitia, ſollicitudine, taedio, moleſtia domos, ac familias ſuas adficiunt. IAEGERVS. *Guelf.* quoque &, quod poſt *Gruterum* retinuit *Rivinus.*

2. *At ſanctiſſimus*] Male *Guelf.* & *ſanctiſſimus.* De *ſanctiſſimi* titulo conf. Not. Patern. ad *Plinii* Paneg 1. 3.

Imperator ſtudet] Vet. *Imperator impenſe ſtud.* PVTEANVS. *Impenſe ſtudet* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Τὸ *impenſe* abeſt Ed. *Rhenan.*

gratia, communibus defuerit induſtria. Neque quiſquam ſibi moleſtus ita ſe
facilem ceteris praebuit, ut non ad ſuum exemplum alios coerceret. Noſter 3
Imperator nihil ſibi veniae, nihil ceteris moleſtiae, ac laboris impartiens ſuo
negotio omnibus otium praeſtat, divitiarum largitor, curarum avarus, labo-
rioſiſſima negotiorum praeoptans ipſe agere, quam aliis imperare.

CAP. XIII. Multi poſt exactos reges imperium univerſae reipublicae ſolitarium
cu-

nan. Stephan. Livin. Ceteris excuſis, & ſcriptis ineſt. IAEGERVS. Etiam *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta *imperſe*, quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Paull. Stephanus*; omiſit iterum *Rivinus.* Hoc *inpenſius laborare* dixit *Quinctil.* Decl. IX. 7. *inpenſius ſtudio prodeſſe*, *Pacatus* Paneg. 15. 1. & *maiori diligentia ſtudere*, *Palladius* de R. R. I. 20. 2.

Communibus] *Comibus Bertin.*, *coibus* Vet. Erratum a compendiis. Nam *coibus* & *communibus* eſt, & *comibus*, ut in *Bertin* eſt explicate. Infra: *Tum aliud quoddam hominum genus eſt in amicitia Principis noſtri, rude, ut urbanis iſtis videtur, parum come, ſubruſticum.* LIVINEIVS. Introducunt alii *comibus*, non neceſſario. Nam *communis* opponitur ei, qui paucis ſe largitur; ut non uno exemplo firmavimus in Suſpicionibus. GRVTERVS Lege *comibus def.* ACIDALIVS. Vtrumvis elige. BAVNE. *Livineio* placet *comibus*, quod non aeque probo. PATAROL. *Communes* Latinis dici comes, civiles, ad *Ciceron.* Epiſt. ad Diverſ. IV. 9. p. 208. docet etiam *Graevius*; ibi ſimili ratione pro *communem* non nulli *comem* probabunt. Sic quoque in *Eutrop.* VIII. 2. 15. & *Nepot.* Milt. 8. 4. IAEGERVS. Vulgata eſt illa *comis* & *communis* permutatio, de qua *Drakenb.* ad *Livium* XXV. 12. 9. *Oudend.* ad *Sueton.* Claud. 21. hic tamen praevalet *communibus*; quamvis enim hanc vocem generaliter per beneficum explicet *Servius* ad *Virgil.* Aeneid. VIII. 275. idque tam comi, quam communi aeque conveniat, tamen diſtinguendum cenſent nonnulli, qui *comem* dicunt erga quosdam, non omnes, facilem & adfabilem, *communem* vero erga quosvis. *Eutropius* VIII. 5. *nimis circa omnes communis eſſet.* ubi *Verheyk.* de quo loco dixi in Miſcell. p. 59. *Victor* Epit. 12. 5. *communem ſe adfatu, convivio, inceſſu praebebat.* male illic inquibusdam *comem.* Conf. *Savaro* ad *Sidonii Apoll.* Concion p. 452. *Boſii* Index in *Nepot.* V. *Communis*, *Heinſius* ad *Ovid.* Triſt. IV. 4. 13. V. D. ad *Sueton.* Claud. 21. *Drakenb.* ad *Livium* IV. 10. 8. *Bunemann.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 22. 9.

3. *Otium praeſtat*] Hunc locum Vir Clariſſ. in Obſerv. Miſc. Nov. T. I. p. 144. cum illo *Ovidii* contulit, Triſt. II. 233.

> *Nec tibi contingunt, quae gentibus otia praeſtas.*

Curarum avarus] Eas ſibi ſoli ſervans. IAEGERVS. *Horatius* Art. Poet. 324.

> *Praeter laudem nullius avaris.*

Caſſiodor. Var. I. 4. *avarus pecuniae ambitum diſſuadet.* plura *Heuſinger* ad *Vechner.* Hellenol. lib. I. Part. II. c. 18. p. 280.

Laborioſiſſima] *Moerl.* *laborioſiſſimus negotiorum*, ſatis ſpecioſe. IAEGERVS. Nihil mutandum; ita enim ſolet Noſter; ſupr. n. 1. *laborum aſperrima ſibi ſumens.* infr. 13. in fin. *laborum aſpera non videbant.* Conf. ſupr. 10. 1. & *Weitz.* ad *Valer. Flacc.* I. 730.

1. *Solitarium*] Vox illi propria, qui ſolus agit, ab aliorum conſortio remotus. *Cicero* de Offic. II. 11. *ſolitario homini, atque in agro vitam agenti.* de Amicit. 23. *natura ſolitarium nihil amat.* *Varro* de R. R. III. 16. 4. *apes non ſunt ſolitaria natura.* & *ſolitaria vita* apud *Quinctil.* I. O. I. 2. adde *Stephan.* ad *Saxon. Grammat.* Hiſt. Dan. II. p. 63. hinc *ſolitarium imperium* habet, qui in eo, ſine aliorum conſortio, ſolus eſt, cui opponitur *commune*, de quo *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 224. & *ſocii regni* & *conſortes* apud *Lucan.* Pharſ. I. 92. de quo loco vid. *Koehler.* Interpret. iur. II. 9. hoc modo *ſolitariam coenam*, quam quis remotis aliis capit, dixit *Plinius* Paneg. 39. 6. *ſolitarium hominem*, *Apuleius* Metam. III. p. 78. *ſolitarium certamen*, *Dict. Cretenſ.* de Bell. Troian. III. 8. eoque ſenſu Chriſtianis obieciſſe Romanos puto, quod Deum *ſolitarium* colerent, qui ſolus omnia gubernabat. cum ipſi Deorum concilium Iovi tribuerent, apud *Minuc. Fel.* Octav. 10. *Lactant.* Inſtit. I. 7. 4. ubi tamen magis pro deſerto accipit *Buneman.*

cupierunt. Nota ſunt recordantibus nomina, eorum videlicet, qui, in propria fu-

Recordantibus] Mihi ſuſpecta ſunt *recordantibus*, *videlicet*, & *in propria furentes*. IAEGERVS. Non video, quare *recordantibus* Viro acutiſſimo ſuſpectum videatur, niſi forte propter praecedens *nota*. Mihi hoc verbum ſtudioſe videtur adhibitum in rebus, & exemplis, ex priſca Romanorum hiſtoria petitis. Ita *Cicero* de Provinc. Conſul. 18. *ultimi temporis recordatione*, *& proximi memoria*. de Orator. I. 2. *repetenda eſt veteris cuiusdam memoriae non ſane ſatis explicata recordatio*.

Nomina eorum] *Guelf. nomina rerum*, ſicut in eodem Cod. haec permutata ſunt apud *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 16. 1. forte ſcripſit *reorum*, quae confuſa docet *Drakenb.* ad *Livium* XXI. 10. 6. quo modo in L. 1. pr. D. de Pact. pro *inter eos* emendat *inter reos Bynckersh* Obſerv. iur. VIII. 9. quamvis vulgata illic lectio ſervanda ſit ex iis, quae habet *Marckart.* Interpr. II. 6. Hic potius a coniecturis abſtinendum.

Videlicet] Proxime *Iaegero* haec fuit vox ſuſpecta, ex prava, ut arbitror, interpunctione. In antiquioribus nempe Edd. legitur; *nomina eorum videlicet*, *qui*. in quibusdam uno tenore ſine diſtinctione eſt, *recordantibus nomina eorum videlicet qui*. Dedit vero *Patarolus*, *Cellarius*, & *Iaegerus*, *nomina eorum*, *videlicet qui*. Solus *Henr. Stephanus*, *recordantibus nomina*, *eorum videlicet qui*. ita recte, ſi modo poſt *videlicet* etiam interpungas. Neque hic aliquid eſt ſuſpectum. *Cicero* pro Cluent. 54. *Qui eorum. quorum? videlicet*, *qui ſupra ſcripti ſunt.* de Finib. V. 24. *hac videlicet ratione*, *quod.* de Invent. II. 4. *cum illum alterum*, *videlicet*, *qui numos haberet.* Similem uſum in *ſcilicet* notavi in Miſcell. p. 168. praeſertim autem *videlicet* ſatis praeſidii habet, ſi huic particulae cum *Laur. Valla* amaritudinem quamdam irriſu permixtam tribuas, de quo *Polenus* ad *Frontin.* de Aquaeduct. art. 17.

Non propria ferentes] Vet. & *Vatican. in propria furentes* PVTEANVS. *Qui in propria furentes*, Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *In propria furentes;* corruptus locus. Forte legendum *improbe fur.* MARKLAND. Epiſt. Crit. ad *F. Hare* p. 17. Alii vulgatam lectionem *in propria furentes* longe graviorem, & correctionem *Markiandi* frigidiusculam eſſe exiſtimabunt Notum enim eſt, quod ii, qui cum civibus bella geſſerunt, ſaepiſſime *in ſua*, *in viſcera ſua*. *in propria furere* dicantur, ut patet ex *Iuſtini* lib. III. cap. 2. *Flori* lib. II. cap. 19. *Lucani* lib. I. vs. 3. atque aliis. ACTA LIPSIENSIA. A. 1726 p. 469. *In propria furentes* magno conſenſu ſcripti, & excuſi meliores. Sed *Rhenan. Stephan. Livin. non propria ferentes.* IAEGERVS. Commemorat Bibliotheca Critica coniecturam *Ier. Marklandi* Epiſt. Crit. p. 17. ſed eam veriſimilem eſſe recte negat. IDEM. Adpend. Obſerv. in Paneg. vet. p. 45 Bibliothecae Criticae locus eſt Vol. II. Part. I. p. 33. *In propria furentes* habent quoque *Guelf.* & excerpta *Schonhov.* & primus ex *Cuſpin.* hanc lectionem iure revocavit *Paull. Stephanus*, quam ſequentes praeter *Rivinum* retinuerunt. Viſa quidem haec eſt ſuſpecta *Iaegero*, ad princ. huius cap. ſed inmerito. *Lucanus* I. 155.

In ſua regna furit.

Iuſtinus XIII. 6. 17. *in ſua viſcera armatur*, *ferrumque ab hoſtili bello in civilem ſanguinem vertit*, *exemplo furentium. Mamertin.* Genethl. 17. 1. *Furit in viſcera ſua gens effrena Maurorum.* a quo nihil diſtat *Hegeſippus* V. 2. *furentibus tuis inter ſe viſceribus*, quamvis in aliis ſit *ferventibus*. *In propria* autem notat in patriam; *ſedes proprias* alii dixerunt, de quibus *Heinſius* ad *Claudian.* VI. Conſ. Honor. 23. & ipſe ad *Sedul.* I. 329. adde *Muncker.* ad *Lactant. Placid.* Narrat. Fab. 20. *Marklandi* coniecturam ex *Lucano* I. 3. in margine Edit. ſuae damnaverat *Cortius*, quam eorum videtur Auctor, quae ex Act. *Lipſiens.* dedi.

Adſectati regni] Alludit ad id, quod de Manlio Capitolino refert *Livius* lib. VI. cap. 20., qui affectati imperii damnatus de ſaxo Tarpeio in praeceps deiectus eſt. Inſuper everſa eius domus, addita lege, ut ne quis patritius deinceps in arce, aut in Capitolio habitaret. Item gentis Manliae decreto cautum eſt, ne quis deinde *Marcus* Manlius vocaretur. BAVNE. *Adſectare* eſt pronum animum ad faciendum habere, quo ſenſu *regnum adſectare* ſimiliter eſt apud *Curtium* IV. 6. 4. *Aurel. Victor.* Inluſtr. 15. 2. & 17. 5. *adfectionem tyrannidis* explicuit *Salmaſ.* ad *Vulcat. Gallican.* p. 109. Conf. *Pricaeus* ad *Apul.* Met. I. p. 6. *Cioſan.* ad *Ovidium* Metam. I. 152. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 20. 2. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 66. 1. *Waſſe* Ind. V. *Adfectabant Markland.* Epiſt. Critic. p. 17. & ſupra ad *Mamertin.* Genethl. 7. 7. 2. *Saxo*

furentes, adfectati regni ſupplicia pependerunt. Mitto veteres, qui Saxo 2
praeceps dati, quorum bona publicata, domus erutae, interdicta poſteris no-

2. *Saxo praecipites*] *Rupe Tarpeia praeceps dati* Vet. Mira lectio *praeceps dati*, & *in praeceps* emendaram. Sed ecce & *Sext. Victor: Senatus*, inquit, *ſatellites, propinquosque per Scalas Gemonias praeceps agendos decrevit.* LI-VINEIVS. Reſpicit ad exemplum M. Manlii Capitolini, in quo haec omnia convenerunt. Lege *Livium* VI. 20. CELLARIVS. M. Manlium innuit, quem Populus Rom. *altius ſe, & incivilius efferentem ab illa, quam defenderat, arce deiecit*, ut ait *Florus* lib. I. c. ult. PATAROL. *Rupe Tarpeia* non male *Livin.* Cod. *de Saxo Tarpeio* eſt in hac hiſtoria apud *Livium* VI. 20. 12. ſed vulgatum, quod etiam *Guelf.* habet, praefero; haec enim rupes per excellentiam *Saxum* dicitur, *Cicero* ad Attic. XIV. 15. *de Saxo, in crucem columnam tollere. Senec.* Controv. I. 3. *Inceſta de Saxo deiiciatur.* L. 25. §. 1. D. de Poen. *ut de Saxo praecipitetur.* Fuit haec ordinaria eorum poena, qui regnum adfectarant, aut Remp. prodiderant, de qua *Faber* Semeſtr. I. 18. *Gronov.* ad *Senec* de Ira I. p. 31. *Rycquius* de Capitol. c. 4. V. D. ad *Tacit.* Annal. II. 32. & ipſe pluribus in Specim. Obſerv. c. 1. Porro in omnibus eſt *praecipites;* ſed ex Vet. *Livineii*, & *Guelf.* dedi *praeceps;* ita etiam citavit *Barthius* ad *Claudian.* Rapt Proſ. Praefat. 9. *Tacitus* Annal. VI. 17. *dignitatem, ac famam praeceps dabat.* ubi male nonnulli *in praeceps. Aurel. Vict.* Caeſ. 5. 12. *ſed eo praeceps dati. Dictys Cretenſ.* B. Troian. IV. 19. *in flumen praeceps dati.* alii dixerunt *praeceps agi. Victor* Caeſ. 12. 3. Conf. *Wopkenſ.* Obſerv. Miſcell. Nov. T. II. p. 74. & ad *Tacit.* VI. Annal. 17. in Act. Societ. *Traiectin.* T. II. p. 119. in his *praeceps* ponitur pro praecipitio, de quo V. D. ad *Silium Ital.* VII. 232. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol. I. p. 196. plena locutione alii utuntur, ut *in praeceps dare, Prudent.* Periſt. VII. 22. *in praeceps ferri*, *Lactant.* Inſtit. I. 11. 7. *Ioann. Saresb.* I. 1. & III. 6.

Bona publicata] Quae poena, liberae Reip. tempore, ſola eorum erat, qui regnum adfectasſent. *Livius* II. 8. 2. hinc *Cicero* pro Dom. 17. *tam moderata iudicia populi ſint a maioribus conſtituta, ut ne poena capitis cum pecunia coniungatur.* Caeſar ad parricidii crimen extendit, dimidiam vero in aliis criminibus publicari voluit. *Sueton.* Caeſ. 42. a Tiberii vero tempore in quibuscumque delictis omnium bonorum publicatio invaluiſſe videtur, propter *Dion. Caſſ.* LVII. p. 618.

Domus erutae] Forte rectius *dirutae.* IVRETVS. & BAVNE. Alludit, puto, ad Val. Poplicolam, qui in ſuſpicionem affectati regni venit, quod domum in arcis modum haberet in ſumma Velia; ideo *eminentes aedes ſuas in plana ſubmiſit. Florus* lib. I. cap. 9. *Iuretus* legit *dirutae*, ſed melior ſane vulgata lectio. PATAROL. *Eruere* pro diruere alii quoque poſuerunt. *Seneca* Phoeniſſ. Act. IV. vs. 555. ſqq.

> *Ne, precor, ferro erue*
> *Patriam, ac Penates; neve, quas regere expetis,*
> *Everte Thebas.*

Tacit. Hiſtor. IV. 72. 1. *Avido milite eruendae civitatis.* IAEGERVS. *Dirutam domum* in Manlii hiſtoria habet *Aurel. Victor* Inluſtr. 24. 7. *Erutae* tamen pluribus locis, & hoc quoque *Mamertini*, tuetur ipſe *Iuretus* ad *Symmach.* VIII. Epiſt. 109. quam lectionem praetulerim, quia exprimit τὴν οἰκίαν κατασκάψαντες, quo de Manlii domo, ad quem potuit reſpicere, utitur *Plutarch.* Camill. p. 148. & fortior eſt, quam *dirutae;* eius enim loco aedem, atque officinam Monetae fecerunt, ideoque magis fundamenta *eruiſſe*, quam domum tantum *diruiſſe* videntur; quamvis *eruere* pro diruere quoque ſit apud *Tacitum* Annal. IV. 72. *avido milite eruendae civitatis*, id eſt, funditus delendae; ubi *Erneſti. Ammian. Marcell.* XVI. 12. *civitates erutas vaſtavit.* XIX. 1. *eruendae urbis adparatu. Dict. Cretens.* Bell. Troian. I. 15. *regnum, atque omne Ilium eruiſſent.* II. 22. *ſinguli ad eruendam civitatem veſtram ſatis idonei ſunt.* cap. 25. *erutis amiciſſimis Troiae civitatibus.* inde per deiicere interpretatur *Serv.* ad *Virgil.* II. Aen. 628. — Hanc quoque adfectati fuiſſe regni poenam, addita lege, ne umquam aedes inſtaurarentur, oſtendit *Forner.* Rer. Quotid. II. 17.

Interdicta poſteris nomina] Praenomina certe. *Livius* VI. de Manlio Capitolino: *Adiectae mortuo notae ſunt, publica una, quod cum domus eius fuiſſet, ubi nunc aedes, atque officina Monetae eſt, latum ad populum eſt, ne quis Patricius in arce, aut Capitolio habitaret; gentilitia altera, quod gentis Manliae decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur.* LIVINE-

nomina; non paucos, huiusmodi furore vecordes, etiam noſtra aetas tulit,
3 qui propter caecam imperandi cupidinem in ferrum ruerunt. Si hos Deus
paulliſper vitae redditos adloquatur; *Heus*, verbi gratia, *Nepotiane*, *atque*
Silvane, *per infeſtos gladios*, *praeſenteſque mortes imperium petiviſtis.*
At nunc ultro vobis poteſtas regnandi datur, *ut ea*, *qua Iulianus*, *con-*
di-

NEIVS. Potius praenomina. Nam ab eo tempore extitere, qui *Manlii* dicerentur, nemo plane, qui *M. Manlius.* BAVNE. & PATAROL. Non intercedo, ut de praenomine capiatur. Sed quid ſi in univerſum cogitaverit de more, quo ſequenti tempore iſtiusmodi damnatorum nomina ex Faſtis, & monumentis publicis eraderentur? ut apud poſteritatem eorum exſtingueretur memoria, quo ſenſu *poſteris interdicta* dici poſſent De utroque more *Forner.* Rer. Quotid. II. 17. & 18. *Interdicti poſteris* in utraque habet *Rivinus.*

Non paucos] *Guelf. non paucis.*

Et noſtra] *Etiam noſtra*, *Bertin.* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Etiam* quoque *Guelf.* & *Paull. Stephanus*, in quo trium Codd. auctoritati obtemperandum duxi.

Cupidinem] *Guelf. cupiditatem.* De *caeca cupidine* vid. *Markland.* ad *Statii* Silv. II. 1. 214.

In ferrum ruerunt] *Pacatus* Paneg. 30. 4. *ut ruere in ferrum*, *& obviam morti venire.* ubi plura Pater meus. *Virgilius* Aeneid. XI. 886.

Inque arma ruentum.

apud *Lucan.* Pharſ. I. 68.

Quid in arma furentem
Inpulerit populum.

emendabat *ruentem Corn Val. Vonck.* Obſ. Miſcell p. 128. ſed *in arma* conſtrui poteſt cum *inpulerit*, quamvis ceteroquin facilis foret emendatio, cum in margine Edit. ſuae ſe in MS. apud *Lucan.* I. 254. inveniſſe teſtetur. *Vonckius Cimbrum furentem*, non *ruentem*; apud *Saxon. Grammat.* Hiſt. Danic. II p. 35. legendum puto, *tam praeceps in bella ruit*, non *fuit.*

3 *Nepotiane*] Ambo imperium invaſerunt. Flavius Popillius Nepotianus, (*Sext. Victori* eſt *Potentianus*, falſo, & errore, ut opinor) *materna ſtirpe Flavio* (id eſt, Conſtantino, ut alias ſemper *Victori* poſitum; nam matrem Eutropiam habebat, Divi Conſtantii, patris Conſtantini, filiam) *propinquis*, (verba ſunt eiusdem *Victoris*, *caeſo Vrbi Praefecto*, *armataque gladiatorum manu.* LIVINEIVS. Is ex *Triſtani* Numismate *Flavius Nepotianus Conſtantinus.* Ex *Goltzio* vero, & *Occone Flavius Popilius Nepotianus.* Ex Eutropia, Conſtantini Magni ſorore, & Popilio Nepotiano, Viro Conſulari, natus, qui cum, caeſo Magnentii exercitu, Vrbem ſimul & imperium invaſiſſet, ipſe viciſſim a Magnentio deletus, caeſuſque eſt. BAVNE. Vterque invaſor imperii: ille Conſtantini ſorore genitus; hic Magiſter militum, Francus genere. Vide. *Eutrop.* X. 6. & *Aurelium Victorem* cap. 63. 64. ille a Magnentio oppreſſus. hic a Conſtantio Auguſto CELLARIVS Nepotianus, Conſtantini M. ex Eutropia ſorore nepos, occiſo Conſtantio, Romae ſe dixit Auguſtum; at poſt dies XXVIII. obtruncatus eſt ab Heraclida, Magnentii tyranni aſſecla. Teſtes *Victor*, *Eutrop.* lib. X. *Oroſius* lib. VII. cap. 29. PATAROL.

Silvane] De *Silvano*, & eius morte vide *Ammian. Marcell.* lib. XV. PVTEANVS. *Flavius Silvanus*, in Gallia ortus barbaris parentibus, ſed ordine militiae, &, quod olim a Magnentio transfugerat ad Conſtantium, pedeſtri Magiſterio donatus. Vterque intra octavum & viceſimum diem oppreſſus eſt, ille a Magnentianis, hic Agrippinae a Conſtantianis. LIVINEIVS. *Sylvanus* in Galliis ortus, Boniti cuiusdam, natione Franci, hominis bello clariſſimi, filius; qui cum a rebelli Magnentio transfugiſſet ad Conſtantium, ideoque pedeſtri Magiſterio donatus fuiſſet, tandem purpuram ſumpſit Coloniae Agrippinae. Quod fecit ex neceſſitate potius, quam ex tyrannidis cupiditate: affectati enim imperii ſuſpectus morti a Conſtantio deſtinabatur; quam tamen non effugit, nam in eadem urbe a Conſtantianis oppreſſus eſt. *Ammian.* lib XV. *A. Victor.* BAVNE. Bonicio natus, Francus genere, a Conſtantio contra Germanos miſſus, Coloniae tyrannidem arripuit; menſe autem imperii primo a ſuis militibus occiſus eſt. Auctores cit. & *Ammian. Marcell.* lib. XV. cap. 5. PATAROL. Conf. *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 304. & 305. In *Schonhov.* excerptis notatur *atque Silvane*, quia in *Rhenan* eſt *Silvanae.*

Ponenteſque mortes] *Praeſenteſque* Vet. *Bertin.*

ditione regnetis; ut pro omnium otio, die noctuque, vigiletis; ut, cum domini vocemini, libertati civium ſerviatis; ſaepius praelium, quam prandium, capeſſatis; nihil cuiquam auferatis, & ultro omnibus largiamini; nulli gratificemini; in neminem ſaeviatis; toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur; ſit lectulus, etiam ſine conceſſis, ſed legitimis voluptati-

tin. *pntesque Cuſpin.* LIVINEIVS. *Praeſentes*, inſtantes. *Iuſtin.* XIII. 1 *Exſtincto, in ipſo aetatis ac victoriarum flore, Alexandro Magno, triſte apud omnes tota Babylone ſilentium fuit. Sed nec devictae gentes fidem nuntio habuerunt, quod, ut invictum regem, ita immortalem eſſe crediderant; recordantes, quoties praeſenti morte ereptus eſſet. Livineius* in textu habet *ponenteſque*. errore compendio ſcripturae orto IAEGERVS. *Curtius* IX. 1. 12. *morſum praeſens mors ſequebatur. Valer. Flacc.* VII. 453.

Aut tua praeſenti virtus educere leto.

Plurale *mortes* eſt quoque apud Incert. Conſtantin. 23 fin. *ſeſeque letalibus vulneribus, & mortibus offerunt. Pacatus* Paneg. 29. 1. *de virorum mortibus loquor.* & *mortes receptas*, ibid. 36. 2. adde ad *Arator.* I. 303.

Qua Iulianus] *Guelf. qui Iulianus.*

Et cum] Ita omnes. *Guelf ut cum*, quod in textum admiſi, tum propter repetitionem, tum quia in ſequentibus *ut* repetitur, quare minus apta videtur copula. *Plinius* Paneg. 88. 1. *Plerique Principes, cum eſſent civium domini*, ubi *Schwarz.*

Vltro omnibus] Arbitror verum: & (*ultra*) *omn.* etc. Lege. quae notamus ad *Plin.* Paneg. 6. 5. LIVINEIVS. Sed vide ibi *Schwarz.* IAEGERVS. Emendatione non opus eſſe, docent notata ad *Eumen.* Grat. act. 9. 4.

Gratificemini] Nihil gratiae detis, in nullius gratiam a norma iuſtitiae, & officii recedatis. *Salluſtius* Iugurth. 3. 4. *Niſi forte quem inhoneſta, & perniciosa lubido tenet, potentiae paucorum decus, atque libertatem ſuam gratificari.* *Tacit.* Annal. IV. 19. 1. *Varro Conſul, qui —— odiis Seiani per dedecus ſuum gratificabatur.* Simili modo, & ſignificatu etiam Graeci utuntur τῷ χαρίζεσθαι. *Aelian.* V. H. XIV. 8. Δύο εἰκόνας εἰργάσατο Πολύκλειτος κατὰ τὸ αὐτὸ, τὴν μὲν, τοῖς ὄχλοις χαριζόμενος, τὴν δὲ, κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης. Act. Apoſt. c. 25. vs 16. Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαι τινὰ ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. IAEGERVS. *Waſſe*, & *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 3. 4. & de χαρίζεσθαι *Krebſius* Obſerv. in N. T. ex *Ioſepho* p. 172.

Saeviatis] Male *Guelf. ſerviatis.*

Inconceſſis ſed legitimis] Vet. & *Vatican.* delet *in.* Forte recte, ſi ſtatim pro *ſed* legatur &. PVTEANVS Legendum *conceſſis* Similis locus in Panegyr. Maximian. & Conſtantino: *Vt primo ingreſſu adoleſcentiae formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de conceſſis aetati voluptatibus, in hoc ſacrum pectus admitteres.* IDEM. Scribo, *ſit lectulus etiam ſine conceſſis, & legitimis voluptatibus*, etc. Talis enim fuerit neceſſe eſt, ut comparationem lectuli Veſtalis meruerit, niſi forte ſcripſerat *Mamertinus*, quod tamen longius a libris recedit: *ſit lectulus non tantum ſine inconceſſis, ſed etiam legitimis voluptatibus, Veſtalium thoris purior.* MODIVS. Novant. Lection Epiſt. 25. *Conceſſis* Vet. *Bertin.* Forte & *legitimis.* LIVINEIVS. Non male *Bongarſius*, *ſine conceſſis & legitimis.* & vero illud *conceſſis* viditur in duobus MSS. coniecitque etiam & *Livineius*: nam alias editi *ſine inconceſſis.* GRVTERVS. Lege, *etiam ſine conceſſis & legitimis vol.* ACIDALIVS. *Sine conceſſis &* emendavi auctoritate *Franciſci Modii* Novant. Lect. Epiſt. 25. cum legeretur antea. *ſine inconceſſis, ſed legitimis.* PATAROL. Ita *Cuſpin.* *Rhenan. Stephan. Livin.* In Cod. *Moerl.* legitur *conceſſis*, & ſic exhibent *Francof.* & utraque *Pariſin.* accedente auctoritate *Bongarſii*, *Puteani*, *Acidalii.* Pro *ſed* legendum eſſe & monuerunt, & probaverunt *Puteanus*, *Livineius*, *Acidalius*, *Gruterus*; eamque emendationem in contextum recepit *Cellarius*, itemque *Patarol.* Particulas *ſed*, atque & ſaepe numero permutari & in his Panegyricis vidimus, & ad *Cornel. Nep.* docet *Heuſingerus.* *Legitimae & conceſſae voluptates* ſunt hic ſtricte voluptates coniugiales. Helena Iuliani coniux, eo tempore, quo hic Panegyricus dicebatur, iam erat defuncta. Vid. *Ammian. Marcellin.* lib. XXI. c. 1. Sententia verborum itaque haec eſt: *Sitis caſtiſſimi, & continentiſſimi, ſevere cohibeatis libidinem, etiamſi uxoribus careatis.* IAEGERVS. *Modii* coniecturam *conceſſis &* probat *Dempſter.* ad *Roſin.* Antiq. II. 12. Etiam *Pa-*

tibus, *Veſtalium toris purior*; *aeſtate Alamanicum pulverem*, *hieme pruinam Thraciae*, *intectis verticibus*, *perferatis:* Profecto verborum ipſorum moleſtiam delicatae aures non poterunt ſuſtinere. Tantis negotiis territi, non modo imperium, ſed etiam vitam peroſi, ad inferiores aliquos inferos redire properabunt. Videbunt enim iuſtum Principatum laboribus, curis, vigiliis inquietum, cuius illi faciem amoenam, & amabilem contemplantes labo-

Perizonius ad *Valer. Max* II. 1. 4. hunc locum ita citat, *lectulus & ſine conceſſis & legitimis voluptatibus.* Ex *Puteol.* editum eſt *inconceſſis*, quod ex Codd. primus in *conceſſis* mutavit *Gruterus*, & recte probarunt ſequentes praeter *Rivinum* in pr.; in ſec. enim *Grutero* adhaeſit. Deinde *Modii* coniecturam *&* primus tacite in textum admiſit *Cellarius*, quem ſecuti *Patarolus*, & *Iaegerus;* haec tamen minus eſt certa, renitentibus Codd., etiam *Guelf.* ex quibus *ſed* revocandum duxi. *Legitimas & conceſſas voluptates* eſſe voluptates coniugiales, adeoque easdem, *Iaegero* non largior. Vtraque mihi differt. *Conceſſam voluptatem* ad concubinatum refero, Iuliani adhuc tempore permiſſum; neque enim a Conſtantino fuit abrogatus, ut dixi ad *Nazarium* Paneg. 38. 5. quamvis eidem coercendo hoc quaeſiverit remedium, ut, ducta concubina, liberos facerent legitimos, cuius legis, iam deperditae, memoriam, &, ni fallor, veſtigia ſervavit Imp. *Zeno* in L. 5. C. de Natur. liber. hunc ſicuti *conceſſam voluptatem* dixit *Mamertinus*, ita *licitam conſuetudinem Iuſtinianus*, in L. 5. C. Ad SCtum Orſit. & *per leges nomen adſumſiſſe*, & *extra legis poenam eſſe* traditur in L. 3. §. 1. D. de Concubin. id eſt, per legem Papiam, ut dixi in Miſcell. p. 14. At vero *legitimae voluptates* ſunt ex iuſtis nuptiis, id eſt, quibus *ſecundum praecepta legum coeunt*, ut ſcribit Imp. pr. I. de Nupt. quod non opus eſt, ut de ſola lege Iulia interpretemur cum *Schrodero* Obſerv. iur. l. 3. *praecepta* enim illa ius civile notant, quare paſſim *uxor legitima*, *liberi legitimi* occurrunt. Simillimus huic, & qui meam interpretationem confirmat, eſt locus Incerti Maximian. 4. 1. *primo ingreſſu adoleſcentiae formares animum maritalem*, *nihil de vagis cupiditatibus*, *nihil de conceſſis aetati voluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteres.* ubi nuptias legitimas indicat *adfectus maritalis*, meretricios amores *vagae cupiditates*, concubinatum denique *conceſſae aetati voluptates.* adde *Cannegiet.* Reſcript. *Boxhorn.* cap. 20. Eſt itaque *Mamertini* ſententia, ſit lectulus ſine voluptatibus cum concubina, ſed in ipſo etiam matrimonio puriſſimus: concubinatui non indulgeas, neque ipſum quoque matrimonium inlegitimo amplexu polluas. *Legitimis voluptatibus* non pendet a *ſine*, ſed eſt ablativus per ſe poſitus; *ſed* vero eſt ſed etiam, ut apud *Lactant.* Inſtit. I. 22. 6. *religiones non eas modo*, *quas ipſe inſtituerat*, *ſed omnes praeterea diſſolvit.* Conf. *Manut.* ad *Ciceron.* ad Diverſ. I. 6. & quae adhibuerunt Patruus meus ad *Caton* Diſtich. IV. 30. *Iaeger.* ad *Nazar.* Paneg. 21. 2. & ſupr. 10. 1. quaedam quoque dedi in Miſcell p. 161.

Veſtalium toris] *Ovid.* Triſtium lib. IV. Eleg. 2.

Caſtos
Perpetua ſervant virginitate toros.

BAVNE. Noſtrum imitatus eſt *Auſonius* Grat. act. 26. 2. de Gratiano: *Operto conclavis tui non ſanctior ara Veſtalis*, *non Pontificis cubile caſtius.*

Alamanicum] *Guelf. Alemanicum.*

Intectis verticibus] Id eſt, aperto, non tecto contra frigus capite. *Tacitus* Hiſtor. IV. 46. *prope intecto corpore.* & cap. 77. *Victor* Caeſar. 21. 3. *ſemet dediſſet intecto corpore. Intectos pedes* dixit *Tacitus* Annal. II 59. & *Apul.* Metam. IX. p. m. 289. *intectas domus*, *Salluſtius* Fragm. Hiſtor. VI. 18. *Longol.* ad *Plin.* Epiſt. X. 100. Eſt tamen vox media, quae tectum quoque ſignificat. *Columella* de R. R. XI. 3. 52. *ſpecularibus integi debebunt. Oudend.* ad *Caeſar.* B. G. VII. 73. 7. B. C. III. 19. 6. *Drakenb.* ad *Livium* VII. 23. 6. & XXVI. 17. 12. utrumque uſum notavit *Salmaſ.* ad *Vopiſc.* p. 368. & *Reitzius* in Ambig. p. 315.

Tantis negotiis] Forte *& tantis.* LIVINEIVS. Facilis emendatio propter ultimam vocis praecedentis litteram; ſed minus neceſſaria, ob novam periodum, in pleriſque Edd. minori tantum interpunctione male ſeparatam.

Aliquos inferos] Multum mihi placet *Gronovii* coniectura ad *Senec.* de Clement. I. 5. forte legendum eſſe *inferiores aliquos inferis*, cui favent *Ciceronis* citata ab ipſo loca. In Edit. tamen *Gronovii* minori haec non exſtat coniectura.

Cu-

borum aſpera non videbant.

CAP. XIV. Cum igitur, inter egregia negotia itinere confecto, uſque ad Thraciae fines perventum foret, curſim diſpoſito exercitus commeatu, ad Romanam urbem, annonae vacuam, mentem reflexit. Quemlibet alium a ſubveniendi conatibus graviſſima 2
fames, triſtiſſimum reipublicae periculum, deterruiſſet. Sed ſti-

Curis, vigiliis] Abſunt *Bertin.* LIVINEIVS.

Laborum aſpera] Eſt imitatio *Ciceroniana* Epiſt. ad Diverſ. I. 9. *Hic meae vitae curſus offendit eos fortaſſe, qui ſplendorem & ſpeciem huius vitae intuentur, ſollicitudinem & laborem perſpicere non poſſunt.* BIBLIOTHECA CRITICA. Vol. II. Part. I. p. 33. *Aſpera laborum*, ut ſupr. 12. 1. *laborum aſperrima.* & n. 3. *laborioſiſſima negotiorum.* ubi vide.

1. *Curſum*] Puto legendum *curſim.* RHENANVS. Vet. *curſim.* PVTEANVS. *Curſim*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Coniiciunt *curſim.* Simpliciſſimum verum *rurſum.* ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.* vitioſe *curſum.* IAEGERVS. *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta *curſim.* quod iam exſtitit in *Puteol.* & recte ex *Cuſpin.* revocavit *Paull. Stephanus*, & apud ſequentes locum ſuum vindicavit, praeterquam *Rivinum. Ammian. Marcell.* XV. 5. *curſim nos properantes.* Incertus Maximian. 10. 4. *Quod ego curſim tranſeo. Mamertinus* Maximian. 4. 3. *quod ego curſim praetereo.*

Depoſito exercitus] Vet. *diſpoſito.* PVTEANVS. *Diſpoſito* Vet. *Bertin.* Infra mox: *Cum Romani Populi victus, & exercitus commeatus eſſet in navibus*, etc. LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. depoſito.* Pro noſtra lectione ſtant libri ſcripti, & excuſi recentiores. IAEGERVS. Nimirum *diſpoſito* dedit primum *Gruterus*, quem omnes recte, *Rivino* excepto, ſunt ſecuti. *Frontin.* Strateg. III. 18. 3. *diſpoſito quibusdam locis cibo. Columella* de R. R. VI. 16. 7. *ſarculo, & ſegetibus, atque etiam pratis fundus eſt diſpoſitus. Nemeſian.* Cyneg. 321.

His ita diſpoſitis.

unde *diſpoſitiones* pro adminiſtrationibus. *Savar.* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. VII. 12. eadem, quae hunc locum, corrupit permutatio *Ioannem Saresber.* Policr. II. 21. p. 100. *depoſitio faciendorum*; lege *diſpoſitio.*

Romanam urbem] *Cuſpin.* & *Schonhov. Romam urbem.* Non nego, *Romanam urbem* poſſe dici pro Roma, ſicut *Virgil.* Aeneid. I. 340. *urbs Tyria* eſt Tyrus. Suſpicor tamen, ſcriptum fuiſſe ab Auctore ſimpliciter *urbem*, & deinde adiectum ab interprete aliquo *Romam*, vel *Romanam*, idque in textum poſtea admiſſum. IAEGERVS. Nihil muto, cum *Romana urbs* occurrat apud *Livium* VII. 18. 1. *Caſſiodor.* Var. I. 1. & exemplis abundant Notae *Cortii* ad *Salluſt.* Catil. 18. 8. *Drakenborchii* ad *Livium* XXIX. 4. 6. & Patris mei ad *Victor.* Inluſtr. 6. 8.

Annonae vacuam] Dixit, ut alibi *opum vacuo*, & *Eumenius* in Conſtantinum *vacuum commodorum.* Vſurpatum & *Plauto*, ut Bacchidibus:

Valens affligat me vacuum virium.

& alibi ſaepe. LIVINEIVS. *Tacitus* Hiſt. II. 71. *vacuos honoris menſes aperiret.* Annal. XV. 8. *litteras* —— *rerum vacuas. Valer. Max.* VIII. 11. ext. 4. *vacua rationis animalia. Salluſt.* Iugurth. 95. *frugum vacuus. Vacuas caedis manus* dixit *Ovid.* Art. I. 642. *vacuum ponderis aethera*, *Rhemn. Palaem.* de Ponder. 4. *Eumenii* apud *Livineium* locus eſt Conſtantin. 15. 3. quem ſeſe reperire non potuiſſe fatetur *Heuſinger* ad *Vechner.* Hellenol. I. p. 247. adde *Taubman.* ad *Plaut.* Bacchid. I. 2. 47. & quae dixi ad *Arator.* Act Apoſt. II. 949.

Reflexit, quemlibet] Diſtingue *reflexit. Quemlibet.* ACIDALIVS. In diſtinctione emendanda *Acidalio* cauſſam dedit *Rhenani*, & *H. Stephan.* Edit.

2. *Fames triſtiſſimum*] *Et triſtiſſimum*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Cuſpinianam* lectionem & revocavit *Paull Stephanus*, & ſequentes. Eſt quoque copula in *Schonhov.* excerptis, ſed in *Guelf.* deeſt, etiam in *Putean.* cum ad Ed. *Rhenani* nihil pro varia lectione ſit notatum; itaque deeſt quoque in Edd. *Puteol. Rhenan. Stephan. Livin.* & *Rivini.* Hos, propter tres Codd., Vet *Livineii*, *Put.* & *Guelf.*, ſum ſecu-

ſtipendiis provinciarum, & patrimonii ſui fructibus, tum undique frumentis coemtis uſque ad opulentiam abundantiamque, eſurientem iam
3 Vrbem referſit. Dicet aliquis: Quomodo tam multa tam brevi tempore? Et recte. Sed Imperator noſter addit ad tempus, quod otio ſuo detrahit. Nihil ſomno, nihil epulis, nihil otio tribuit; ipſa ſe naturalium, ne-

cutus, ut ſit *periculum* adpoſitum τοῦ *fames*. Hoc modo cepit *Rhenanus*, cum ad Ed. ſuae marginem adſcripſerit, *fames triſte Reip. periculum*. Confirmat noſtram lectionem *Ammian. Marc.* XIX. 10. *famem, ultimum malorum omnium, exſpectantis*. & XVII. 9. *fame, ignaviſſimo mortis genere, tabeſcentes*.

Stipendiis provinciarum] *Stipendia provinciarum* ſunt certa pecuniae ſumma, & tributum quotannis ſolvendum. Hic vero non proprie, ſed de decumis frugum hanc vocem eſſe intelligendam arbitror: ſicuti apud *Ciceronem ſtipendiarii* cum *vectigalibus* confundi videntur. Vid. *Erneſti*, V. C. Clav. *Ciceron.* V. *Stipendiarius*. IAEGERVS De provinciis vectigalibus quaedam habet *Valeſ.* ad *Ammian Marcell.* XIV. 8. hic vero *ſtipendium* ad annonam recte refert *Iaegerus*, de quo aliquid dixi ad *Eumen.* Grat. act. 7. 3.

Vndique comptis] Opinor legendum *coemptis*, niſi mavis *comportatis*. RHENANVS. Vet. *frumentis coemptis*. PVTEANVS. *Coemptis frumentis*, *Bertin.* LIVINEIVS. Coniiciunt *coemptis*, aut *comparatis*. Illud malo. Sed vox *fructibus* repetenda. ACIDALIVS. *Coemtis* recte *Bertin. Put. Moerl. Schonhov. Cuſpin.* cum Edd. omnibus, praeter *Rhenan.* & *Stephan.* in quibus corrupte legitur *comptis*. IAEGERVS. *Comptis* quoque, omiſſo *frumentis*, *Rivinus*. Vox omiſſa cauſſam dedit *Acidalio*, ut *fructibus* vellet repeti, ad quod ſuum *coemtis*, aut *comportatis* etiam retulit *Rhenanus*. Vulgatam lectionem iam exhibuit *Livineius*, a *Guelf.* quoque confirmatam.

Ad opulentiam] *Opulentam abundantiam eſur.*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Pro *opulentiam abundantiamque* (quae voces una cum *eſurient. iam* vitioſe in *Stephan.* deſunt) *Cuſpin.* *iisque ad opulentam abundantiam*; & ſic etiam *Schonhov.* omiſſo tamen τῷ *usque*. Sed praeſtat vulgata. Omnis enim abundantia opulenta eſt; abundantia vero addita opulentiae maximam indicat copiarum adfluentiam. IAEGERVS. *Cuſpinianum* ſecutus eſt *Paull. Stephanus*. In meis *Henr. Stephani* Edd. duabus, & *Chouetiana*, verba *opulentiam abundantiamque eſur.* iam conſpiciuntur.

Refecit] *Referſit* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Infra: *An populus eſt timendus procuratori alimentorum ſuorum*, etc. LIVINEIVS. Pro *refercit Livineius* in contextu *refecit*. IAEGERVS. Et ita quidem ſolus *Livineius*; in *Guelf.* peſſime eſt *refert*. *Livius* XXXVII. 33. 2. *Refertaque urbs omnium rerum commeatibus*. *Curtius* V. 6. 2. *urbes refertas opulentia regia*. de horreis *Plinius* Paneg. 31. 6. *ſtupebant agricolae plena horrea, quae non ipſi referſiſſent*. *Ammian. Marcell.* XIX. 2. *frumentis horrea referſerunt*. hoc *intercedere inopiae* dixit *Pacatus* Paneg. 27. 3. de quo *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 25. 5.

3. *Ad tempus*] *Tollius* ad *Auſon.* Epitaph. 32. excidiſſe putat *imperii*, legendumque *ad tempus imperii*, quod minus neceſſe indicat praecedens *tam brevi tempore*; neque aliud ſignificat *Mamertinus*, quam Iulianum tempus, quo poſſet eſſe otioſus, illi tempori addidiſſe, quo negotia tractaret. Huc pertinet, quod de eo teſtatur *Ammian. Marcell.* XVI. 5. *ut noctes ad officia divideret tripertita, quietis, & publicae rei, & Muſarum*.

Nihil epulis] Imitatus *Ciceronem* videtur Noſter, pro Arch. 6. *ut ab nullius umquam me tempore, aut commodo, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit*. & mox: *quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec ſtudia recolenda ſumſero*. Similiter de Gratiano *Auſonius* Grat. act 37. 2. *nulla requie otii, ne ſomni quidem, aut cibi munere liberali*.

Ipſa ſe] *Schonhov.* *ipſe*. IAEGERVS. Vulgatum recte habent Codd.

Defraudat] *Defrudat* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Neque male. *Cato* de R. R. 4. 5. *ſegetem ne defrudet*. ubi tamen dubia eſt lectio; conf. Not & *Geſneri* Lexic. Ruſtic. in V. *Paullinus* ad Cytherium p. 842. Ed. *Fabric*.

Qui defrudati lubricis mundi bonis.

auctoritate Codd. in his eſt lectio conſtituenda, cum utrumque ſit uſitatum, de quo *Taubman.* ad *Plautum* Aſinar. I. 2. 81. *Savaro* ad *Sidon.* Epiſt.

neceſſariarumque rerum uſurpatione defraudat; totus commodis publicis
vacat. Itaque grandaevum iam imperium videbitur his, qui non ratio- 4
ne dierum, aut menſium, ſed operum multitudine, & effectarum re-
rum modo Iuliani tempora metientur. Cum Romani Populi victus, 5
& exercitus commeatus eſſet in manibus, in media expediendae annonae
tre-

Epiſt. II. 2. hic plures in *defraudat* conſentiunt, ut etiam *Guelf.* *Auſon.* Grat. act. 11. 3. *te ſaepius hoc honore defraudas.* *Ioann. Saresb.* I. 4. *benedictione paterna meruit defraudari.* ita etiam *fraudare* pro privare. *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 89. *Burman.* ad *Phaedr.* Fab. III. 15. 8.

Commodis publicis] *Publicis commodis*, *Bertin* LIVINEIVS.

4. *Aut menſium*] Habita eſt enim haec Oratio altero, poſtquam Imperator acclamatus eſſet, anno BAVNE.

Metientur] Peſſime *Guelf.* *mentientur.* Simili artificio iunioribus tribuitur, quod aetate provectiores agerent. *Ammian.* XVI. 12. *adultae lanuginis iuvenis*, *efficacia praecurrens aetatem.* *Sidon.* *Apoll.* Carm. VII. 218.

Vel in ore precantis ephebi
Verba ſenis.

Auſonius Epitaph. 32.

Meritis anus eſt, *aetate puella.*

ubi *Tollius*, nec huius loci immemor. *Auſonii* loco ſimillimum eſt, quod legitur in inſcriptione apud *Gorium* Inſcript. Florent. Part. I. p. 464.

Ἐξ ἐτέων ἀρχῆς: ὀλίγον δέμας, ἀλλὰ τέλειον.

& quae dedi ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 3. *Savar.* ad *Sidon.* Epiſt. II. 10.

5. *Commeatus*] Male abeſt *Guelf.*

Navibus] *Manibus*, *Bertin.* *Cuſpin.* Inepte. Contra *Plinii* Panegyrico *manibus* pro *navibus* non ſemel corruptum. Vide cap. 3. & 81. LIVINEIVS. *In manibus* Cod. *Gud.* *Moerl.* *Schonhov.* *Cuſpin.* *Baun.* At *Rhenan.* *Stephan.* *Livin.* *Gruter.* *Pariſ.* prior, *Cellar.* *Patar.* *navibus.* Recte. Voces *manibus* & *navibus* in *Plinii* quoque Panegyrico permiſceri docet *Schwarz.* in Obſerv. p. 535. IAEGERVS. *Navibus* ex antiquiſſima *Puteolani* plures receperunt, etiam *Rivinus*; & ipſe *Paull. Stephanus*, in quo contra morem ſuum *Cuſpinian.* deſeruit. Hanc quoque lectionem probavit *Schwarzius* ad *Plin.* Paneg. Obſerv. 35. in fin. qui Librarios aliquando ita peccaſſe notat ad eumd. cap. 31. 2. & 81. 4. In *manibus* tamen omnes conſpirant Codd., quod ineptum pronunciat *Livincius*; vide tamen, utrumne *navibus* ſit ineptius, ſaltem ſupervacaneum. Qui *naves Africano* fuiſſe *tritico graves* adfirmavit, iſne eadem periodo neceſſe habet praemittere frumentum *in navibus* fuiſſe? an vero id ſatis docet ipſa rei narratio? Vt paucis dicam, *in manibus* a *Mamertino* videtur profectum, id eſt, cum in propinquo eſſet frumentum, idque per naves brevi in portum delatum iri ſperarent. *Caeſar* B. G. II. 19. 7. *iam in manibus noſtris hoſtes viderentur*, id eſt, interprete *Davieſio*, ita in propinquo, ut pene manibus tangi poſſent. *Q. Cicero* de Petit. Conſ. 12. *caſu fieri*, *ut agantur ea*, *quae non putaris*, *illa*, *quae crediderìs in manibus eſſe*, *non agantur.* *Apollonius Rhodius* Argon. I. 1112.

Καὶ πᾶσα περαίη
Θρηϊκίης ἐνὶ χερσὶν ἑῆς προὔφαινετ' ἰδέσθαι·

cui loco ſimilis eſt hic *Virgilii* Georg. II. 44.

Primi lege littoris oram,
In manibus terrae.

ubi *Burmann.* & ad Aeneid. IX. 132. adde *Gronov.* ad *Senec.* Epiſt. 94. *Barth.* ad *Stat.* Theb. X. 29. *Heinſ.* ad *Sil. Ital.* XI. 163. *Waſſe* ad *Salluſt.* Catil. 20. V. D. ad *Livium* II. 46. 3. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol. II. 12. Fames illa, de qua loquitur *Mamertinus*, triennio fere ante hunc Panegyricum Romam oppreſſit, de qua *Ammian.* XIX. 10. *Nec enim per eum* (Tertullum Praefectum) *ſteterat*, *quo minus tempore congruo alimenta navibus veherentur*, *quas maris caſus*, *aſperiores ſolitis*, *ventorumque procellae reſtantium*, *delatas in proximos ſinus*, *introire portum Auguſti diſcriminum magnitudine perterrebant.* Prope igitur portum fuerunt illae naves, frumentumque erat *in manibus.* Alia vero eſt in *Plinii* Pane-

gy-

trepidatione, nuntius venit, plurimas naves, Africano tritico graves, littus Achaicum praetervectas, Conſtantinopolim pervolaſſe. Permoti omnes, & adverſus eos, qui oram maritimam tuebantur irati, venimus ad Principem; deſidia iudicum tantum periſſe frumenti certatim pro
ſe

gyrico ratio, quo uſus eſt *Livineius*, ubi *navibus* recte eſt emendatum, quia cum *flumine* iungitur, *in ſuo flumine*, *in ſuis navibus*.

Trepidatione] Sollicita feſtinatione, & ſtudio Vid *I. F. Gronov.* ad *Liv.* XXVII. 1. IAEGERVS. Ita *trepidus equus* pro feſtinante apud *Silium Ital.* XIII. 146. add. *Serv.* ad *Virgil* Aen. IV 121. IX. 114. *Taubm.* ad *Plaut.* Poenul. III. 1. 41. *Torrent.* ad *Horat.* II. Od. 3. 12. *Burman.* ad *Valer. Flacc* VI. 342. *Duker.* ad *Flor.* III. 10. 17. *Schoetgen* ad *Varron.* de R. R. III. 16. 32.

Africano tritico] Ex Aegypto. Dictum ad *Plinii* Paneg. 31. PATAROL. Vid. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. c. 31. & in Obſerv. p. 533. ſq. IAEGERVS. Ex Aegypto certe Romam advehi ſolebat frumentum. *Tacitus* Annal. II. 59. *cura provinciae* (Aegypti) *praetendebatur*, *levavitque apertis horreis pretia frugum.* adde *Schwarz.* ad *Plinii* Pan. 30. 1. & quae dixi in Miſcell. 17. in fin. Sed utrum h. l. intelligi queat, dubiae eſt interpretationis. Quae ex Aegypto frumentum illud advehebant naves, non video, quomodo littus Achaicum praetervectae fuerint, ut Conſtantinopolin pervenirent. Si enim, ut mox *Patarolus*, *Achaiam* de tota Graecia capias, adeoque etiam de oppoſita Aſiae parte, magis Aſiae, quam illius Graeciae littora legiſſent, ut per mare Aegeum, & Helleſpontum Conſtantinopolin irent: ſin vero proprie *Achaiam* ſumas, illius littora praetervehere potuerunt, ut in ſinum Adriacum, non autem Conſtantinopolin navigarent. Aut itaque Africanum illud frumentum miſſum fuit ex Illyrico, vel Epiro per Ambracium ſinum, naviumque gubernatores Romam miſſi, & Conſtantio faventes, mutato curſu, Achaiae littora praetervecti, & Graeciam circumnavigantes Aegeum mare petierunt; *frumentum* enim, quod n. 2. dicitur a Iuliano *undique coemtum*, cum in mora eſſet periculum, magis in illis regionibus, quibus tunc verſabatur, coëmiſſe, & inde Romam miſiſſe videtur Iulianus, quam in Aegypto. Si vero naves fuiſſe Aegyptias, aut Alexandrinas malles, ita res erit conſtituenda; easdem mare Tyrrhenum adpropinquaſſe, quo *in manibus* eſſe frumentum videretur, ſed adverſo vento, & procellis in proximos ſinus fuiſſe delatas, ut tradit *Ammian.* XIX. 10. qui ventus itaque, Romam navigantibus adverſus, eas in mare Ionium, & ad Achaiae littora deducere potuit, quae flatu proſpero praeternavigarunt; addit quidem *Ammianus*, mutato in Auſtrum vento, Romam perveniſſe frumentum, ſed id de quibusdam intelligi navibus poterit, cum aliae alium curſum tenuerint, per Auſtrum illum occaſionem commodam nactae, ut, Graeciam ab altera parte praeternavigantes, Conſtantinopolin pervenerint.

Achaicum] Graeciae; nec enim puto *Achaiae* nomen ſtricte ſumi pro Achaia regione, ſed pro tota Graecia, quae etiam *Achaia* dicta. PATAROL.

Pervolaſſe] *Guelf. provolaſſe.* Vulgatum tuentur notata ad *Mamertin* Genethl. 8. 1. ubi eadem permutatio. Eſt in hoc verbo celeritatis indicium, de quo *Weitz.* ad *Valer. Flacc.* II. 72. Not. ad *Pacat.* 37. 1. & *volare* ſimiliaque de navigantibus dici late docet *Staver.* ad *Hygin.* Fab. 57.

Oram maritimam] Cum ex Aegypto Romam frumenta advehebantur, ut dictum iam ad *Plin.* Paneg. 31., quo citius pervenirent, nec tempeſtatibus retardarentur, Imperator Commodus, teſte *Lampridio*, claſſem inſtituit *Commodianam Herculeam* dictam, quae annonam transferret. Ab aliis mox etiam Imperatoribus huius transvectionis ſecuritati proviſum, diſpoſitis navigiis. Facile nunc intelligis, qui fuerint ii, *qui oram maritimam tuebantur.* PATAROL.

Deſidia indicum] *Deſidia indicum*, qui non indicarunt. RHENANVS. *Rhenanus* hanc probat lectionem, et illum unica littera fefellit. Rectius enim habet Vet. Cod. *iudicium.* Ne quis autem de veritate huius emendationis dubitet, conferat hunc locum *Symmachi* lib. IV. Epiſt. 54. ubi etiam mentio Africani tritici, de quo hic agit *Mamertinus*: *Sed quid mihi inſuſurras frugis Africanae tenues commeatus? abſit, ut praeſens annus imitetur fortunam ſuperiorum. Intercludet, ut ſpero, providentia triſtes caſuum vias ſacris auribus edocendis, & caſtigatione iudicum, quos alimentaria ſpectat invectio.* Idem lib. X. Epiſt. 33. *ut iudices Africanos, & Notarium, cui aeternitas Veſtra mandavit frumentarios commeatus, ſeveriora ſcripta deſtimulent*, etc. ac quidem puto ad hos *iudices* pertinere, quod eſt in L. 6. C. de Navicular.
ubi

ſe quiſque conquerimur. At maximus Imperator ſerenum renidens: 6
nihil eſſe peccatum, non ſibi periſſe, quae ad hanc urbem fru-
menta veniſſent. Nos vocem illam noti amoris in patriam puta- 7
bamus, cum proditionem futuri verborum ambago celaret: iam tum
enim

ubi ſcribitur; *iudices, qui in partibus* (malim legere, ut eſt in Codice *Theodoſiano*, unde illa lex deprompta eſt) *in portibus ſuae*, etc. IVRETVS. Vet. *indicium*. PVTEANVS. *Indicum* Vet. *indigum Cuſpin.* Vtrumque mendoſe. LIVINEIVS Qui nempe annonam non Romam, ſed Conſtantinopolim transmiſerint. *Iudicum* autem nomine ſignificantur miniſtri, ſeu adiutores Praefecti Africae, ſeu Aegypti annonae procurandae, ut habet Notitia Imperii. PATAROL. *Iudicum* praefert quoque *Put.* & *Moerl.* cum Edd. pleriſque. IAEGERVS. *Iudicum* Cod. *Putean.* tribuit *Iaegerus*. Ed. *Pariſ.* auctoritate, ſed in meis ex illo Cod. excerptis MSS. eſt *iudicium*, quae lectio eſſe poteſt vera ex duplici genitivi huius terminatione, de qua dixi ad *Eumen.* Conſtantin. 12. 2. & in *iudicium* exempla alia dedi in Miſcell. p. 207. *Guelf.* tamen *iudicum*, quod primus dedit *Livineius*, & recte etiam tuetur *Gothofred.* ad L. 34. C. *Theod.* de Navicul. ubi plura ad h. l. Male *Puteol. Rhenan. H. Stephan.* & *Rivinus*, *indicum*, vulgata permutatione, de qua ſupr. ad *Nazarium* Paneg. 1. 2. &. 3. 5.

Pro ſe] *Guelf. per ſe:* neque hoc male. Vid. ad *Mamertin.* Maximian. 7. 2.

6. *At maximus Imperator*] Ignorat haec *Guelf.*

Serenum renidens] *Moerl.* falſo *ſerenus: Nazarius* c. 34. 4. *venerandum quiddam, & amabile renidentem. Tacitus Annal* IV. 60. 3. *Enim vero Tiberius torvus, aut falſum renidens vultu.* De adiectivis adverbialiter poſitis vid. *Vechner* Hellenol. I. 2. 9. p. m. 209. IAEGERVS. Conf. ad *Nazar.* 34. 4. & *Torrent.* ad *Horat.* II. Od. 18. 2. ut hic *ſerenum*, ita contra *exitiabile renidens*, & ſimilia dedit *Pricaeus* ad *Apul.* Met VI. p. 310. de adiectivorum uſu ad *Mamertin.* Genethl. 3. 5. ad *Eumen.* Grat. act. 13. 3. *Iaeger.* ad *Nazarium* Paneg. 36. 5.

Nihil eſſe] De ellipſi verbi *dixit*, vel *inquit*, vid. *Schwebel.* ad *Bos* Ellipſ. p. 442. & p. 460. IAEGERVS. Non opus itaque, ut cum *Guelf.* legatur, *nihil inquit eſſe*. Conf. *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 14.

Sibi periſſe] Quia Conſtantii debellandi conſilia iam agitabat, & Conſtantinopolin pergendi, ubi hoc quoque frumento utendi foret facultas. Ad ea itaque praeſagia hoc eſt referendum, quibus de Conſtantio utebatur Iulianus, divinandi, ut credebatur, peritus; ita enim *Ammian. Marcell.* XXI. 1. *incendebatque eius* (Iuliani) *cupiditatem, pacatis iam Galliis, inceſſere ultro Conſtantium, coniiciens eum per vaticinandi praeſagia multa, quae callebat, & ſomnia, e vita protinus exceſſurum.*

7. *In patriam*] Conſtantinopolim. Supra: *haec tibi, nominis novi, ſed antiquiſſimae nobilitatis, civitas patria eſt.* LIVINEIVS. *Guelf. in ſe patriam.* De patria illa conf. ſupr. 2. 3.

Proditorem futuri] Vet. *proditionem;* ἴσως *praedictionem.* PVTEANVS. Rectius in *Pulm.* & *Fabr. proditionem.* Sic infr c. 18. *habes*, inquit, *Imp. Aug.*, *proditionem ſilentii mei.* IDEM. *Proditionem* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* At *Schonhov.* cum Edd. ceteris *proditionem;* accedit etiam *Moerl.* exhibens *proditione.* IAEGERVS. *Proditionem Guelf.* & Ed. *Puteol.* idemque ex *Cuſpin Paull. Stephanus*, & ſequentes. *Rhenanum* tamen ſecutus eſt *Rivinus.* Male. *Ioann. Sareſb.* Policr. III. 5. fin. *omnis adulatio arcani conſilii comites habet dolum, & fraudem, proditionemque & notam mendacii.* quamvis *prodere* generaliter deſignet edere, & proferre, de quo *Cortius* ad *Plin.* IV. Epiſt. 14. 1. tamen recte addit *futuri*, cum non ineleganter indicet occulta detegere, ut explicat *Serv.* ad *Virgil.* Aen. IV. 23. Ita *Lucanus* VII. 151.

Non tamen abſtinuit venturos prodere caſus.

Sedulius Carm. V. 32.

Sceleriſque futuri
Prodidit auctorem.

ubi *Gruner.*

Verborum ambago] Forte legendum *verborum ambiguo celaret*, ſicuti *Virgil.* Aeneid. IX. 425. *celare tenebris.* Non caret tamen *ambago* auctoritate, v. g. *Manilii* lib. IV. vs. 304. SCHENCKIVS. Praef. T. II. Ed. *Iaeger.* Vulgatum ex Codd. ſervo. Deſignat enim *ambago*, quod in obſcuro eſt, adeoque ambiguum ſermonem, du-

enim venturae felicitatis eventum conſcius divini animus praevidebat.

CAP. XV. Cis pauculos dies in novum, ac florentem ſtatum republica re-
2 ſtituta, ſacra mens ad honorum, & magiſtratuum ornamenta reſpexit. Ver-
ſa-

ducta a viis Metaphora: ut apud *Prudent.* contr. Symmach II. 846.

Nam multa ambago viarum
Anfractus dubios habet, & perplexius
errat.

ubi tamen edidit *Heinſius*, *multa ambage.* eadem notione eſt in Gloſſis apud *Barthium* ad *Stat.* Theb. V. 520. frequentius tamen hac ſignificatione eſt *ambages.* *Ovidius* Metam. XIV. 57.

Et obſcurum verborum ambage novorum
Ter novies carmen magico demurmurat ore.

& Ib. 379.

Vt quos obſcuri luſos ambagibus oris
Legimus infandae Sphinga dediſſe neci.

ita ambiguis Oraculorum reſponſis *multas ambages* tribuit *Ioann. Saresber.* Policr. II. 27. & de dubiis reſponſis vocem explicat *Barthius* ad *Statium* Theb. III. 614. hoc *obtegere velo verborum* dixit *Ioan. Saresb.* I. 6.

Venturae] Conf. ad *Eumen.* Grat. act. 8. 3. & 10. 4.

Felicitatis conſcius] *Felicitatis eventum conſcius*, *Bertin. Cuſpin.* *Futurae felicitatis eventum* equidem deceſſus Conſtantii Imperatoris nuncium iam iam imminens exponam. Quo ſucceſſu potiturum ſe rerum Iulianus divinabat. Infra: *cui non vel illud tempus ſedatae praebuit mentis indicium, quo, horrendi belli metu Rep. liberata, elati ſumus cuncti geſtiente laetitia?* LIVINEIVS. Exceſſum Conſtantii Auguſti, quo totius imperii dominus Iulianus factus eſt. CELLARIVS. *Eventum* abeſt Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* itemque MS. *Moerl.* & *Gud.* Ex Cod. vero *Bertin. Schonhov. Cuſpin.* illud receptum eſt Edd. reliquis. *Venturam felicitatem Livineius* cum *Cellario* recte de exceſſu Conſtantii Aug. interpretatur, quo totius imperii dominus Iulianus factus eſt; cuius rei praeſagio is negavit, naves σιτοφόρους, quae pervolaverant Conſtantinopolin, (ea adhuc ſub Conſtantii poteſtate eſſe credebatur) ſibi, ſuiſque periiſſe, & in manus alienas veniſſe; quia nimirum & Conſtantinopolitani una cum toto imperio mox ipſi parituri erant. Illuſtrat haec *Ammian. Marc.* lib. XXII. cap. 1. *Dum haec in diverſa parte terrarum fortunae ſtruunt nobiles caſus, Iulianus, inter multa, quae per Illyricum agitabat, exta rimabatur adſidue, aveſque ſuſpiciens praeſcire feſtinabat accidentium finem: ſed reſponſis ambiguis, & obſcuris haerebat futurorum incertus. Eique tandem aruſpicinae peritus Aprunculus, Gallus orator, promotus Rector poſtea Narbonenſis, nuntiavit eventus, inſpectu iecoris (ut aiebat ipſe) praedoctus, quod operimento duplici viderat tectum. Quumque ille timeret, ne cupiditati ſuae congruentia fingerentur, atque ideo maeſtus, omen multo praeſentius ipſe conſpexit, quod exceſſum Conſtantii clare monſtrabat. Eodem enim puncto, quo idem obierat in Cilicia, lapſo milite, qui ſe, inſeſſurum equo, dextra manu erexit, humique proſtrato, exclamavit illico, audientibus multis:* Cecidiſſe, qui eum ad culmen evexit. *Fixa tamen firmitate conſiſtens intra terminos Daciae ſe continebat, ſic quoque plurima pertimeſcens. Nec enim cautum ducebat, coniecturis credere, forſitan in contrarium erupturis. Inter quae tam ſuſpenſa advenere, ſubito miſſi ad eum, legati, Theolaiphus & Aliguldus, defunctum Conſtantium nuntiantes, addenteſque, quod eum voce ſuprema ſucceſſorem ſuae fecerit poteſtatis. Qua re cognita, poſt exemtos periculorum aeſtus, & bellicarum ſollicitudinum turbas, in immenſum elatus, iamque vaticiniis credens, & celeritatem negotiis ſuis aliquoties profuiſſe expertus, edixit iter in Thracias; motiſque propere ſignis, emenſa declivitate Succorum, Philippopolin petiit, Eumolpiada veterem, alacri gradu ſequentibus, quos duxerat, cunctis. Advertebant enim, imperium, quod ereptum ibant cum ultimorum metu diſcriminum, praeter ſpem, ordinario iure conceſſum.* IAEGERVS. *Eventum* ex *Cuſpin.* primus repetiit *Paull. Stephanus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſecuti. Poſſet omitti, ſi mox cum *Livineio* legatur *divinus*; ſed *conſcius divinus* auribus eſt parum ſuave; neque addicunt Codd. Huc pertinet *Ioann. Saresber.* teſtimonium de Iuliano, Policr. VIII. 21. *exercebatur in Philoſophia, invaleſcente ſemper ambitione imperii. Vnde & amicis dicebat, felicia fore tempora, quibus ipſe rerum potiretur imperio.*

quo

ſari coepit in ſacri pectoris comitio Conſulatus. Quid ſecutus ſit, ipſe ſcit, & quaecumque conſilia eius gaudet formare Divinitas. De omnibus Romani imperii viris primus electus ſum, cum honorem meum adoreis milita-

quo augurio, propter ſuum in Philoſophiam ſtudium, mihi reſpexiſſe videtur ad Antonini dictum, *florere civitates, ſi aut Philoſophi imperarent, aut Imperatores philoſopharentur*, quod Platoni tribuit *Capitolin.* Anton. Philoſ. 27. Socrati autem *Ioann. Sareſber.* Policr. IV. 6.

Conſcius divinus] *Divini* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Non placet. LIVINEIVS. *Livineius* in textu *divinus* exhibet, ac lectionem reliquorum omnium ſibi non placere indicat. Sed recte, ni fallor, habet vulgata, hoc ſenſu: *iam tum animus Imperatoris, tamquam divini ac vatis, futuram felicitatem praevidebat.* IAEGERVS. *Divinus* nec Codd. neque, praeter *Livineium*, Edd. agnoſcunt, idque auribus parum ſuave. *Divini conſcius* poteſt eſſe, eorum conſcius, quae a Diis erant decreta, ut *conſcius caeleſtis arcani* apud *Pacat.* Paneg. 19. 2. apud *Ioann. Saresb.* Policr. II. 19. in fin. *caeleſtium conſcii ſecretorum.* & cap. 28. p. 132. *conſcius divini conſilii.* Sed cum Magis operam dederit Iulianus, forte ad eorum ſcientiam, qua futura praedicerent, pertinet, ut *divinus* de futurorum praeſcio explicuit *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 118. & *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 290. hos *praeſcios futurorum*, *arcani conſilii conſcios* dixit *Ioann. Saresb.* II. 28. p. 133. & *futurorum conſcios*, V. 27.

1. *Cis pauculos dies*] *Sex. Victor: Eum* (Vetranionem) *Conſtantius cis menſem decimum, facundiae vi deiectum imperio, in privatum otium removit.* Vſus & *Plautus* Moſtellaria:

Cis hercle paucas tempeſtates Tranio
Augebis ruri numerum, genu ferratile.

ubi quod *Muretus* Variar. V. cap. 9. *numero* reſcripſit, meo animo, fruſtra eſt, hoc quidem loci. LIVINEIVS. Addi poteſt ex *Plaut.* Mercat. I. 2. 41.

Liberum
Caput tibi faciam, paucos cis menſes.

& Truculent. II. 3. 26. ſq.

Ita ego illam aedepol ſervem, itaque parce victitem,
Vt nulla faxim cis dies paucos ſiet.

IAEGERVS. Vid *Taubman.* ad *Plaut.* Moſtell. I. 1. 17. & Mercat. I. 2. 42. *Gronov.* Lection. *Plautin.* p. 188.

Reſpublica reſtituta] Lege *Republ. reſtituta.* ACIDALIVS. *Reſp. Guelf.* ita etiam *Rhenan, Henr. Stephan.* & *Rivinus*, ſine ſenſu idoneo.

Et magiſtratuum] *Guelf. ac magiſtr.*

2. *Pectoris comitio*] Sic enim, qui ſecum ipſe de aliqua re deliberat, & rationum in utramque partem momenta expendit, quaſi comitia habet apud ſe, & in animo ſuo. Sic *Plautus* Epid. Scen. 2. Act. I.

Iam Senatum convocabo in corde conſiliorum.

Idem in Moſtell.

Dum mihi Senatum conſilii in corde convoco, etc.

BAVNE. *Apuleius* Apolog. p. 277. lin. 28. *Elmenhorst.* *Dares nunc aliquem ſimiliter grandiloquum: diceret ſuo more, cum primis cui ulla fandi cura ſit, impenſius cetero corpore os colendum; quod eſſet animi veſtibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium.* IAEGERVS. Conf. *Taubman.* ad *Plaut.* Moſtell. III. 1. 157. *Scipion. Gentil.* Opp. T. VI. p. 37.

Electus ſum] Sollemne Conſulatus verbum eſſe docet *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 62. 5. Seſe vero primum eſſe lectum dicit, quia id habebatur honorificentiſſimum, de quo *Langlaeus* Semeſt. VII. p. 379.

Adoreis militaribus] Laudibus, & meritis. *Feſtus: Adoream laudem, ſive gloriam dicebant.* & *Plinius* XVIII. 3. *Gloriam ipſam a farris honore adoream appellabant.* CELLARIVS. *Ammian. Marcell.* XX. 4. *magnorum eius laborum, factorumque vehens adoreas celſas.* *Apul.* Metam. VII. p. 143. Ed. *Pric. fortibus factis adoreae plenae.* *Virtutis adoream* dixit Idem III. p. 55. *Prudent.* Hamart. 216. *Hegeſipp.* Excid. Hieroſ. V. 46. *Claudianus* de Laud. Stilic. I. 384.

Haec omnes veterum revocavit adorea laurus.

notionis rationem dedit *Serv.* ad *Virgil.* Aeneid.

3 taribus glorioſus collega cumularet. Gratias tibi, gratias, Imperator, ſi mereri me credidiſti, & plures gratias, Imperator, ſi tantum amaſti, ut me Conſulem face-
4 res etiam non merentem. Nec ignoro, maximos honores ad parum dignos, penuria meliorum, ſolere deferri, ſed non vereor, ne quis malevolorum in Conſulatu meo id

X. 677. ſed aliam *Taubman.* ad *Plaut.* Amphitr. I. 1. 38.

Collega] Flavius Nevita. LIVINEIVS. Flavius Nevita, *qui*, ut ait *Ammianus* lib. XXII. *ut primum augendae Barbaricae vilitatis auctorem, immoderate notaverat Conſtantinum.* BAVNE. Nevita, ut Faſti tradunt, & *Ammianus* XXI. 24. qui etiam XVII. 12. de militari eius laude: *Huic pugnae Nevita, poſtea Conſul, equeſtri praepoſitus turmae & adfuiſſe, & fortiter feciſſe firmatur.* CELLARIVS. Fl. Nevita, natione, ut creditur, Gothus, Barbarus certe, ut coniicitur ex iis, quae de ipſo affert *Ammian.* lib. XXI. cap. 10. cuius etiam bellicas laudes, quas Noſter attingit, coniectare licet ex eodem: nam lib. XVII. cap. 6. ipſum contra Iuthungos fortiter feciſſe ſcribit; ipſique praeterea militares dignitates plurimas a Iuliano collatas. PATAROL. Conf ſupr. p. 654. & quae in ipſius contemtum tradit *Ammian.* XXI. 10. de quo loco dixi ſupr. 1. 1. & n. 4.

—3. *Gratias, Imperator*] Vet. *ago Imp.* PVTEANVS. *Moerl. Gratias tibi Imperatori, gratias, ſi m.* etc. IAEGERVS. Cum *Moerl.* ſcribit *Guelf* Sequens *Imperator* vulgatae favet.

Vt me] *Guelf.* & *me.*

4. *Malevolorum*] *Puteolan.* Ed. *malivolorum.* Ita etiam *Rhenan.* & aliae antiquiores, quod probat *Dauſq.* Orthogr. Part. II. p. 191.

Conſulatu eo] Aliis *Conſulatu meo.* RHENANVS. *Meo* Vet. *Bertin. Lang.* Sched *Cuſpin.* LIVINEIVS. Alii *meo.* Vere. ACIDALIVS. *Eo Rhenan. Stephan. Livin.* Sed magno veram lectionem conſenſu tuentur manu & typis ſcripti emendatiores. IAEGERVS. *Eo* antiquiores uſque ad *Paull. Stephanum*, qui *Cuſpin.* lectionem revocavit, eumque reliqui, praeter *Rivinum*, ſecuti, probantibus *Guelf.* & *Schonbov.* excerptis.

Lividus iactitat] *Gud.* & *Moerl. lividius.* IAEGERVS. Hoc reſtitui, utpote ex uſu comparativorum elegantius, de quo *Periz.* ad *Sanct.* Min. II. 10. quos comparativos per imminutionem adpellat *Servius* ad *Virgil.* Aen. V. 490. qui ad lib. VI. 520. *lividus* hoc ſenſu tantum apud neotericos inveniri adfirmat, ubi tamen vid. *Burman.* Eſt ſane apud *Ovidium* Faſtor. I. 74.

Differ opus, livida lingua, tuum.

Iuvenal. Sat. XI. 110.

Quibus invideas, ſi lividulus ſis.

adde *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 590. *liventi oculo perſtringere* dixit *Ioann. Sareſber.* I. 13. & *livorem* pro invidia *Ciceronis* aevo adſeruit *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 58. 5.

Refutatur] Hoc vult, credo, alienum eſſe imperio Iuliani minus dignos legere, Conſtantianis Magiſtratibus rapina, & omni crudelitate infamibus. *Iulianus* ad Alypium, Conſtantii olim partium, ut apparet: Σύ τε γὰρ ὐδὲν δέῃ συγκατασρεφομένυ τὴν πόλιν Βασιλέως, ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεπανορθύντων τὰ πεπτωκότα κακῶς. *Nam metu Regis indiges, qui Vrbem una evertat, & opus mihi multi, qui pariter inſtaurent, quae foede collapſa.* Vide tamen, quae initio huius ipſius laudationis ex *Ammiano* notamus. LIVINEIVS. Recte explicat *Livineius.* Eadem eſt ſententia ſupra 5. 1. *Si enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facile ipſo ſplendore laudis & gloriae* (Iuliani) *refutarentur.* Ita hic *tempore* eſt imperio Iuliani, modoque, quo illud tenet, & gubernat, ſive iis, quae hoc tempore contingunt, de quo vocis uſu *Burman.* ad *Vell. Pat.* II. 114. 3. quo modo etiam *annus, dies,* & ſimilia. *Salluſt.* Catil. 47. 2. *annum, quem bello civili cruentum fore.* *Barthius* ad *Stat.* Theb. VIII. 665. *Gronov.* Obſerv. I. 2. *Cortius* ad *Ciceron.* ad Diverſ. II. 12. 1.

Satis eſt. Iam tamen] Vet. *iam tum.* PVTEANVS. *Iam tum* Vet. *Bertin.* *Tamen* retineo, & obſerva, ſis, Lector, errorem a compendiis. Nam vetus ſcriptura *tn̄*, cui *tū* admodum vicinum. LIVINEIVS. Diſtingue, *refutatur, adv. q. d. s. eſt: iam tamen.* Neque enim aliter ſenſus ſat claruerit ACIDALIVS. In aliis legitur *tum*, fortaſſe melius. Hic tamen mendum aliquod eſſe ſuſpicor, aut ſane ſententia durior eſt, & ſubobſcura. PATAROL. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Gruter. Patar.* itemque *Pariſ* prior, quamquam errore operarum in hac corruptum in *Iam tam in. Livineius* ex

id autumet accidiſſe. Si quis hoc lividius iactitat, ipſo tempore refutatur; adverſus quem dixiſſe ſatis eſt: *Iam tamen Principi noſtro Roma parebat.* Quid? quod nihil ſperanti mihi de honoris augmento, (neque enim ultra Praefecturam ſe votorum meorum modeſtia porrigebat) perfertur nuntius, Conſulem me creatum ſine im-

ex ſuo Cod. & *Bertin.*, quibus etiam *Put. Gud.* cum *Moerl.* ſe adiungunt, *tum* adnotavit, idque recepit *Baunius* cum *Cellario.* Argutius ſane videtur h. l. *tamen*, cuius haec vis eſt: *Qui fieri poteſt, ut parum dignus habear Conſulatu? cum tamen Iulianus, iam Imperator, (qui virtutis ſtudium in multis excitavit, bonorumque adeo virorum penuria non laboravit) me ad illum honoris gradum evexerit.* Priſtinam itaque lectionem poſtliminio receptam volumus. IAEGERVS. *Acidalii* diſtinctio ad Edd. ante *Gruterum* pertinet, in quibus *ſatis eſt* a ſequente *iam* maiori interpunctionis ſigno ſeparabatur, quo plane peribat ſententia. Recte *tamen* vindicavit, locumque explicuit *Iaegerus.* Indicat enim haec vocula id, quod contra obmoveri queat, fieri nimirum haud potuiſſe, ut ad Conſulatum indignus promoveretur. Quod in Codd. *tum* legatur, eſt ex vulgata permutatione, etiam in horum Panegyricorum Codd. ut apud *Mamertin.* Genethl. 10. 1. & 18. 3. *Eumen.* Grat. act. 7. 4.

Parebat] *Patebat*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Cuſpin.* & *Schonhov. patebat*; minus recte, ſed errore admodum facili. IAEGERVS. *Victor* Caeſ. 1. 1. *mos Romae inceſſit, uni prorſus parendi. Curtius* III. 1. 23. *omniſque haec regio paruit regi.* apud *Rutil.* Itin. II. 49.

Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat.

miratus *Cruſius* Prob. Crit p 63. neminem emendaſſe *parebat.* mirari defiiſſet, ſi metri leges cogitaſſet, iure reprehenſus a *Rhoerio* Fer. Dav. p. 239.

5. *Nihil ſeparatim*] Sic legerim: *Quid quod nihil ſperanti mihi.* RHENANVS. Vet. *nihil ſperanti.* PVTEANVS Recte *ſperanti* emendant. Sed ordo verborum ut recte fluat, parentheſin adhibe in hunc modum: *quid quod nihil ſperanti mihi de honoris augmento (neque enim ultra Praefecturam ſe votorum meorum modeſtia porrigebat) perfertur nuntius*, etc. ACIDALIVS. Pro *ſperanti Cuſpin. Rhenan. Stephan.* mendoſe *ſeparatim:* ſed illud *Moerl.* cum Edd. reliqui proferunt. IAEGERVS. Etiam *ſperanti Guelf. Separatim* ex *Puteol.* locum tenuit uſque ad *Gruterum*, poſt quem adhuc retinuit *Rivinus.*

Honoris augumento] Legerim *honoris augmento.* RHENANVS. *Augmento* forte. Cod *Vatican. augmento.* PVTEANVS. Mendoſum illud *augumento* ex *Puteol.* retinuit *Rhenan. Henr. Stephanus*, & in pr *Rivinus*; *augmento Schonhov.* excerpta. In *Guelf* male eſt *argumento*, quod ſuſpicor in *Vatican* apud *Puteanum* quoque fuiſſe, quia cet roquin non opus fuiſſet, ut ipſe *augmento* coniec[i]ſſet. Ita tamen, ut editur, in excerptis quoque illius Cod. penes me MSS. legitur.

Praefecturam] Eſt Praefectura, Praetorii, de qua cap. 1. 5. IAEGERVS. Conf. ſupr. p. 654.

Praefertur nuntius] *Perfertur*, *Cuſpin* LIVINEIVS. Pro *perfertur*, quod agnoſcunt *Moerl. Schonhov. Cuſpin. Patar.* & *Cellar.*, in reliquis legitur perperam *praefertur.* IAEGERVS. *Praefertur* ex *Puteol.* male eſt editum *Cuſpiniani perfertur* recte revocavit *Paull. Stephanus*, & ita *Guelf.* iterum *praefertur* dederunt *Gruterus*, *Pariſ. Rivinus.* nullo ſeaſu Eodem modo haec permutantur apud *Eumen* Grat. act. 12. 2. *Plinium* I. Epiſt. 23. 5 ubi Not. *Heinſ.* ad *Prudent.* Pſychom. 511. & quae notavi ad *Arator.* Act. Apoſt. I. 903. Nuncium hunc Chalcedone accepiſſe videtur *Mamertinus*, vid. ſupr. p. 655.

Sine impendio] Imperatores, cum viro bono, & pauperi honores mandabant, plurimum onera, & impenſas in ſe recipiebant, & ex aerario ſuo, aut publico largiebantur ad ludos, & ceteram pompam Id dicebant *ſine impendio creari*, quamquam *Mamertini* locus in aliam ſententiam valere poſſit. Sed *Vopiſcus* clare in Epiſtola Valeriani ad Aurelianum: *Sperare te cum eodem Vlpio Crinito Conſulatum convenit ſumptu publico. Spartianus* in Hadriano: *Ac ſtatim Pannoniis impoſuit, decreto Conſulatu cum ſumptibus.* Et de Imperatore ipſo, onus in ſe recipiente, *Dio* in Alexandro: *Me*, inquit, *Conſulem deſignavit, & ſumptus, quos poſtulat ea dignitas, ſe facturum recepit.* LIPSIVS. Epiſtol. Quaeſt. I. 15. *Iulius Capitolinus* M. Antonio: *Sed multum ex his Frontoni detulit, cui & ſtatuam in Senatu petiit, Proculum vero uſque ad Proconſulatum provexit, oneribus in ſe receptis.* Valerianus Epiſtola ad Aurelianum, quam *Vopiſcus* refert: Con-

impendio, quod iam diu paucis; ſine labore, quod numquam; ſine petitione, quod nemini.

Cap. XVI. Quis ignorat, tum quoque, cum honores Populi Ro-

Conſulatum cum Vlpio Crinito in annum ſequentem, in locum Gallieni & Valeriani, ſperare te convenit ſumptu publico. Adde alteram eiusdem ad Aelium Xiphidium, aerario Praefectum. LIVINEIVS. & PATAROL. Inopem ſe fuiſſe ipſe teſtatur infra *Mamertinus*, c 17. 3. *Vnde enim mihi adſpirandi ad hoc nomen eſſet amentia, opum vacuo, & ignaro ambiendi?* IAEGERVS. Mihi ad morem, quem *Lipſius*, & *Livineius* tangunt, hic quidem locus haud pertinere videtur, quare in aliam valere poſſe ſententiam ille recte addidit. *Impendium* enim pecuniam indicat, qua ſub prioribus Impp. munera velut emerent, conſuetudine ita vulgata, ut paucos ſine pecunia honorum factos eſſe compotes iure dicat. Hanc eſſe *Mamertini* mentem aperte docet locus a *Iaegero* citatus, quo ſub aliis Principibus, id eſt, Iulianum praecedentibus, inanem Conſulatus ſpem ſe foviſſe adfirmat, quia *opum* erat *vacuus*; ubi *opes* non poſſunt denotare pecuniam, quam ex liberalitate dabant Impp., tunc enim nihil obſtitiſſet, quo minus Coſ. fieri potuiſſet; ſed eam, quam ipſe dare iis debuiſſet, qui ſibi Imperatoris favorem conciliarent, quo ad Conſulatum perveniret, quamque propter inopiam dare non poterat. Eodem modo *Auſonius* Grat. act. 6. 2. de ſuo Conſulatu: *non emi, nec poſſum continentiam iactare, non habui.* Adde infr. 18. 5. *Nec ſane mihi Conſul gratuito factus viderer, ſi honorem precibus emiſſem. —— neque enim exiſtimo moleſtius eſſe pecuniam, quam preces fundere.* cap. 19. 4. *perditiſſimum quemque ex aulicis frequentabant, —— donisque captabant.* ibid. n. 5. *iter ſibi ad Conſulatum pecunia munientes.* cap. 21. 4. *Quisquis, inquam, capere Magiſtratum voles, auri atque argenti negligens eſto.* adde, quae de ſuffragatoribus infr. 21. 1.

Quod iam diu] *Iam* ignorat *Guelf.*

Quod numquam] Poſtulat creſcentis orationis gradatio, *quod nonnumquam.* LIPSIVS. Ep ſt. Quaeſt. III. 24. *Nonnunquam* cum doctiſſimo *Lipſio* reponam. LIVINEIVS. & PATAROL. Magna veri ſpecie ſe haec commendat coniectura, & permutata haec occurrunt apud *Drakenb.* ad *Livium* IX. 18. 12. & C. 37. 2. & in *Plinii* Paneg. 73. 5. Nil iuvant Codd.

Quod nemini] Encomiaſtice dictum: nam antea de Hadriano *Spartianus: Serviano, ſorori viro,* etc. *tertium Conſulatum* etc *non petenti, ac ſine precatione conceſſit.* PATAROL. Quod ſine petitione neminem creatum eſſe Conſulem dicit, non nimis preſſe intelligi debet. Nam, (ut taceam de priſcis quibusdam Coſſ., & de Pompeio M., cui tertius Conſulatus non petenti oblatus fuit,) *Plinius* Paneg. c. 91. ſqq. non obſcure indicat, ultro ſibi, & Collegae datum eſſe Conſulatum. Et *Spartianus* Hadrian. c. 8. In fine deeſſe videtur verbum *contigit:* neſcio, an more Graecorum, qui συμβαίνειν omittunt. Poſſit tamen & alia ratione res expediri, ſcilicet, pro *nuntius* legendo *nuntium;* & tunc ſententia planior eſſet, *quod* (nuntium) — *paucis* — *numquam* — *nemini* (perlatum fuit.) Sed ne ſic quidem ſatis mihi fieret. Quare de ſententia priore non decedo. Verbum *contigit* omiſſum reſtituit etiam *Plinio Schwarz.* Paneg. c. 71. 3. IAEGERVS. Non opus, ut ideo *nuncium* emendaretur; *quod* enim poſt maſculini, aut feminini generis ſubſtantiva ſequi, docuerunt V. D. ad *Fulgent.* Mythol. III. 8. Not. Patern. ad *Pacat.* Pang. 1. 5. Ex compendio, quo optimi etiam Scriptores uſi, ſubaudiri poſſet *contigit*, cuiusmodi exempla contulerunt V. D. ad *Hygin* Fab. 14. p. 54. Ed. *Staver.* proclivior tamen ſum, ut ex praecedentibus repetatur *perlatum fuit*, praeſertim quia id poſt *nuncius* ſaepe reticetur, quod probarunt *Gronov.* ad *Livium* XXXVII. 10. 5. & XLI. 3. 5. V. D. ad *Frontin.* Strateg. I. 1. 10. unde apud *Salluſt.* Catil 57. 1. *in caſtra nuncius pervenit*, de verbo *pervenit* ſe diffidere ſcribit *Cortius*, quamvis in optimo *Daventrienſi* invenerim. Vulgo quidem *perferre* cum praepoſitione *ad* conſtruitur, quod praecedentibus, *paucis*, & *nemini*, haud congrueret; ſed neque exemplis tertius caret caſus, ſive *nuncius* omittatur, ſive addatur. *Virgilius* Aeneid. IX. 691.

Ductori Turno, diverſa in parte furenti,
Turbantique viros, perfertur nuncius.

& XI. 181.

Nato manes perferte ſub imos.

& vs. 828.

Et

Romani ſuffragiis mandabantur, multos fuiſſe candidatorum labores? Ediſcenda omnium nomina, tributim omnes, atque etiam ſinguli ſalutandi, prenſandae obviorum manus, omnibus adridendum; non ſo-

Et haec Turno mandata noviſſima perfer.

ſimiliter *ire* cum dativo pro accuſativo cum *ad* adtigit *Gronov.* Diatrib. *Stat.* cap. 1. in fin.

1. *Populi Romani*] Florente Republica ante Imperatores. PATAROL. Sub Tiberio id ius ad Impp. tranſiiſſe docui in Miſcell. c. 11.

Candidatorum] Magiſtratus, honoresque petentium, qui *Candidati* dicti a veſte candida, qua uti ſolebant. PATAROL.

Labores] Praetereo haec, & quae ſequuntur, notis illuſtrare: trita enim, ac nota ſingulis. Si quis plura cupit, c nſulat *Nicolaum Gruchium* lib. I. de Comit. cap. 3. IDEM. De illis Candidatorum laboribus multa contulit *Abram.* ad *Ciceron.* pro Milon. 16.

Omnium nomina tribuum] Sic Vet. *nomina, tributim.* PVTEANVS. *Tributim homines* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita Edd. omnes, praeter *Cuſpin.* exhibentem *tributim*, quod etiam *Schonhov* & Codd. *Gud. Moerl.* agnoſcunt. Nomina tribuum ediſcere candidato Romano magnus labor eſſe haud potuit: at nomina civium ediſcere, ut eos ſingulos nominatim poſſent appellare, multo difficilius fuit. Vtebantur quidem hac in re opera nomenclatorum; ſed Auctor noſter id more Rhetorico diſſimulat. *Tributim* ſalutandi erant omnes ipſo Comitiorum die Vid. *Gruch.* de Comit. Roman. lib. I. c. 4. Ac licet Conſules, de quibus hic ſermo, Centuriatis Comitiis crearentur, tamen & in his populum in tribus fuiſſe diviſum ſatis certum eſt. Vid. *Gruch.* l. c. *Auſon.* Grat. act. c 5. & *Erneſti* Clav. *Cicer.* V. *Tribus*; idemque ad *Sueton.* Iul. c. 80. *Singuli* vero erant ſalutandi ante diem Comitiorum, cum petebant Candidati, & prenſabant. IAEGERVS. *Tributim* cum *Cuſpin.* dedit *Paull. Stephanus*; ſequentes *tribuum* retinuerunt, donec alterum, Codd. ita iubentibus, veriſſime reddidit *Iaegerus*, mutata interpunctione, qua in pleriſque Edd. iungitur cum praecedente *nomina*: diſtinxit vero *Livineius*, *nomina*, *tribuum homines*, *atque etiam*. De tribuum in comitiis quoque Centuriatis habita ratione conf. *Gronov.* Obſerv. IV. 1. quam cogitaſſe etiam videtur *Pacatus* Paneg. 3. 6. *omnium ſuffragiis hominum tributim centuriatimque legeretur.*

Homines atque etiam ſinguli] Vet. *tributim omnes, atque etiam.* PVTEANVS Scribendum *omnes atque etiam ſinguli.* MEVRSIVS. Auctar. Philog. c. 27. Lege *omnes atque ſing.* ACIDALIVS. Id eſt, ipſi adeo ſinguli homines ſalutandi. BAVNE. *Omnes* pro vulgato *homines* cum *Acidalio*, *Patarolo*, *Cellario*, & Cod. *Gud.* legendum eſt. IAEGERVS. Ex *Gud.* tamen, ſive *Guelf.*, notatum habeo *homines* Ob *ſinguli* certiſſima eſt ſcriptura *omnes*, quam primus recte recepit *Cellarius.* In aliis Codd. facile Librariis fraudi potuit eſſe frequens utriusque vocis permutatio, ut apud *Mamertin.* Maximian. 12. 3. Genethl. 19. 2. *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 14. 4. Quare *etiam* neglexerit in textu *Cellarius*, non video, quod Codd. tuentur, & exempla a Patre meo prolata ad *Plinii* Paneg. 82. 4. *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 15. 2. *ſuis atque etiam permovendo conſiliis.* ubi vide.

Prehenſandae] Vet. *prenſandae. Auſonius* ad Gratian. *Conſul ego, Imp. Aug., munere tuo, non paſſus ſepta, non loculos, qui non prenſaverim manus, nec ſalutantium confuſus occurſu, aut ſua amicis nomina non reddiderim*, etc. PVTEANVS. *Prenſandae* Vet. LIVINEIVS. Codd. *Put.* & *Livin.* adſtipulatur *Guelf.* Ex his *prenſandae* reddidi, vocem in ambitu ſollemnem. *Cicero* de Orator. I. 24. *cum peterem Magiſtratum, ſolebam in prenſando dimittere a me Scaevolam.* ad Attic. I. 1. *Nos autem initium prenſandi facere cogitabamus. Livius* IV. 48. 11. *Prenſantur a principibus Tribuni.* ubi in quibusdam quoque eſt *prehenſantur.* Forte *prehenſandae* placere poſſet, propter additum *manus*, quia apud *Tacitum* Hiſt. I. 66. legitur, *genua, veſtigia prehenſando.* & IV. 46. *prehenſare commanipularium pectora.* ſed in melioribus Edd. utroque loco etiam ex Codd. *prenſando*, & *prenſare* eſt reſtitutum, id eſt, cum quodam niſu prehendere, ut explicat *Oudend.* ad *Lucan.* III. 664. *Horatius* Sat. I. 9. 164.

Et prenſare manu lentiſſima brachia.

Omnibus adridendum] Hanc *petitorum comitatem* dixit *Pacatus* Paneg. 20. 5. ubi *Livin.*

 Cum

ſolum cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda, multaque alia propter honorem agenda, quae alias virum honore dignum facere
2 non deceret. Vnde illud Craſſi celebre dictum. Cum peteret Conſulatum, & forte cum Scaevola ſocero per vias Vrbis incederet, nec praeſente graviſſimo, & ſeveriſſimo viro blandiri populo, palpare obvios, & artes petitorias auderet exercere, Quaeſo, inquit, Muci, paullisper abſcedas; nec comitatu tuo me honeſtari putes: impedis honorem meum; te ſpectante ineptus eſſe non

Cum ignotis] Hinc Antonio vertit vitio *Cicero* de Petit. Conſ. 7. *Quid incipiat Antonius homines adiungere, atque invitare ad amicitiam, quos per ſe ſuo nomine adpellare non poſſit? mihi quidem ſtultius nihil videtur, quam exiſtimare eum ſtudioſum tui, quem non noris.*

Non deceret] *Q. Cicero* de Petit. Conſul. c. 11. *Opus eſt magnopere blanditia; quae etiamſi vitioſa eſt & turpis in cetera vita, tamen in petitione eſt neceſſaria. Tunc enim, cum deteriorem aliquem aſſentando facit, improba eſt: cum amiciorem, non tam vituperanda. Petitori vero neceſſaria eſt, cuius & frons, & vultus, & ſermo ad eorum, quoscumque convenerit, ſenſum & voluntatem commutandus eſt.* IAEGERVS. *Tullius* pro Milon. 16. *Scio enim, quam timida ſit ambitio, quantaque & quam ſollicita cupiditas Conſulatus.*

2. *Craſſi*] Licinii Craſſi, de quo *Valer. Max.* lib. IV. cap. 5. n. 4. PATAROL.

Peteret Conſulatum] Sumptum e *Cicerone*, apud quem I. de Orator. ipſe hic L. Craſſus de ſe confitetur: *Equidem, cum peterem Magiſtratus, ſolebam in prenſando dimittere a me Scaevolam, cum ei ita dicerem, me velle eſſe ineptum. Id erat petere blandius. Quod niſi inepte fieret, bene non poſſet fieri. Hunc autem eſſe unum hominem* (*ſemper iudicavi eſſe hom. unum* MS.) *ex omnibus, quo praeſente ego ineptus eſſe minime vellem.* Refert & *Valer. Maximus* IV. cap. 5. LIVINEIVS. & CELLARIVS. In loco *Ciceronis* habet Cod. *Traiect. hunc autem eſſe minime vellem.* omiſſis intermediis; ordine autem mutato *Pearce: hunc autem eſſe hominem unum ex omnibus.* Conf. illic *Harleſium.* De ipſa re dixi ad D'*Arnaudtii* vit. Scaevol. p. 24.

Scaevola ſocero] Q. Mucio Scaevola. LIVINEIVS. Eodem nimirum, qui vulgo *Augur*, cui ex Laelia uxore duae fuerunt filiae, quarum alteram Craſſo in matrimonium dedit. Conf. *D'Arnaud* Vit. Scaevol. §. 12.

Muci] *Puteol. Rhen. H. Stephan.* & *Rivinus*, *Muti:* male; Graecis enim eſt Μούκιος.

Honeſtari] *Tuo me honeſtari* Vet. PVTEANVS. Forte, *me comitatu tuo honeſtari.* LIVINEIVS. Melius ſit *honeſtare.* ACIDALIVS. *Acidalius* emendat *honeſtare*, ſubauditis nimirum pronominibus *te me*; *Livineius me* coniicit inferendum eſſe, quod ſane Cod. *Gud.* & *Moerl.* exhibent, & non commode abeſſe facile apparet. Nam, cum verbum ſecundae perſonae adſit, ex linguae Latinae rationibus etiam pronomine ſecundae perſonae deberet ellipſis expleri; vid. *Voſſ.* de Conſtruct. c. 58. quod tamen hic fieri nequit. Quare *me* illud, ad exemplum *Pataroli*, admittendum duximus. IAEGERVS. A plerisque Edd. aberat *me*, quod recte ex libris ſcriptis revocavit *Iaegerus.* Atque ita quoque correxerat *H. I. Arntzenius* ad *G. Arnaldum* Diſſert. de Vitis Scaevolar. p. 24. BIBLIOTHECA CRITICA. Vol. II. p. 33. Inverſo ordine *Iaegerus*, *honeſtari me.*

Putes] *Cuſpin.* admodum vitioſe *plures.* IAEGERVS.

3. *At vero ego*] *Guelf. At ego vero.* Efficaciae cauſſa *ego* additur, de quo ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 1. & 17. 5. Not. Pat. ad *Pacat.* 40. 1.

Nullius amorem] *Favorem, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Pro *favorem* minus bene *Rhenan. Stephan. Livin. amorem.* IAEGERVS. *Guelf. amore*, haud dubie, omiſſa lineola, pro *amorem*, quod in ſuis etiam habuit *Puteanus*, quia ad *Rhenan.* Edit. nihil notavit. *Favorem* quoque *Schonhov.* excerpta, quod tamquam aptius ex *Cuſpin* repetiit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Mucium] Eaedem Edd., ut ſupra, *Mutium.*

4. *Te quidem, Imperator*] *Te quidem ipſum, Imp.* Vet. PVTEANVS. *Te quidem ipſum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Τὸ *ipſum*, uti etiam *a te* poſt *iſtud*, *Rhenan. Stephan. Livin.* abeſt; ſed lectio noſtra nititur praeſidio Codd. *Liv. Bert. Put. Moerl. Schonhov. Cuſpin.* & Edd. recentiorum. IAEGERVS. *Ipſum* quoque *Guelf.* quod ex *Cuſpin.* primus revocavit *Paull. Stephanus*, quem praeter *Rivinum* reliqui ſunt ſecuti.

Saltem] *Saltim* Vet. LIVINEIVS. *Puteol. Rhen.*

non poſſum. At vero ego nullius favorem turpi adſentatione promerui; ni- 3
hil feci ineptum; nihil egi, quod ſpectare Mucium nollem. Non modo nul- 4
lum popularium deprecatus ſum; ſed ne te quidem ipſum, Imperator, quem orare praeclarum, cui preces adhibere pleniſſimum dignitatis eſt, verbo ſaltem adii. Sponte in familiam divinum iſtud a te munus infuſum eſt.

Cap. XVII. Fatebor autem tibi, maxime Imperator, & tuto apud te omnia animi operta reſerabo. Numquam in capita civium poteſtatem, numquam

Rhen. H. Stephan. & *Rivin ſaltim.* Vid. ad *Mamertin.* Maximian. 5. 3. uſus hac voce eſt pro tantum, non ſatis eleganter, de quo vide *Vorſtii* iudicium in Latin. merit. ſuſp. cap. 18.

In familiam] *In familiam meam, Bertin.* LIVINEIVS. *Meam* certe debet ſubaudiri. IAEGERVS.

Iſtud munus] *Iſtud a te munus* Vet. PVTEANVS. *A te munus* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *A te* quoque *Guelf.* Deſunt haec verba in *Puteol. Rhenan. H. Stephan. Livin.* & *Rivini* Edd.

1. *Apud te animi*] *Apud te omnia animi* Vet. PVTEANVS. *Omnia animi* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Vox *omnia* abeſt *Rhenan. Stephan. Livin.* Sed legitur in ſcriptis, & editis reliquis, & debet adeſſe, quia mox c. 18. 1. dicit: *Nondum tamen cuncta prodidimus*, etc. IAEGERVS. *Omnia* etiam *Guelf.*, quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Paull. Stephanus*, quem reliqui, praeter *Rivinum*, ſunt ſecuti. infr. 18. 1. *omnia pectoris arcana vacuabo.*

Opera reſerabo] Vet. *reperta*; ἴσως *operta.* Sic *Nazar.* Conſtantin. 1. Sic quoque Cod. *Vatic.* habet. PVTEANVS. Sic legendum, ut in *Pith.* & *Fabr. operta animi.* Sic loquitur *Nazarius* ad Conſtantin. 1. *iactat quippe ſe nunc cum maxime alacris omnium, ac beata devotio, nec operta mentium rimari neceſſe eſt.* IDEM. Lege *operta* FABER. *Operta, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Scribendum *animi operta* MEVRSIVS. Auctar. Philol. c. 27. *Operta* legendum potius, quam ut vulgo praeter auctoritates librorum veterum, vel hoc argumenti ſatis eſſe poterat, quod ſtatim ſubiicit, *omnia pectoris arcana vacuabo.* RITTERSHVSIVS. & ACIDALIVS. In *Rhenan. Stephan. Livin. opera. Patarol, aperta.* Sed veram lectionem *Moerl. Schonhov. Cuſpin.* cum ceteris praeferunt. IAEGERVS. In *Puteol.* eſt *opera*, quod *Rhenanus*, aliique uſque ad *Gruterum* ſine idoneo ſenſu retinuerunt, & poſt hunc adhuc *Rivinus.* Recte *Grutero* placuit *operta*, a quo diſcedere non debuiſſet *Patarolus*, idque confirmat *Guelf.* & *Nazarii* apud *Puteanum* locus. *Animi operta* ſunt, quae infr. 18. 1. *ſecretum*, & *pectoris arcana* dixit. Eſt enim *opertum*, quod pectore latet, ut *offenſarum operta* apud *Tacitum* Hiſt. III. 65. *operta odia* apud eund. Annal. II. 57. quae recte per non manifeſta interpretatur *Heinſius* in Obſerv. Miſcell. T. IX. p. 387. *Cicero* de Finib. II. 2. *haec patefactio quaſi rerum opertarum, cum, quid quidque ſit, aperitur.* haec ſunt aliis *pectoris penetralia. Apul.* Metam. III. p. 53. Ed. *Pric. quaecumque igitur commiſero huius religioſi pectoris tui penetralibus:* aliis vero mentis & pectoris *latebrae, & receſſus*, de quo ad *Nazarium* Paneg. 7. 3. *Aperta* primus dedit *Paull. Stephanus*, quod *Patarolum* ſuiſſe ſecutum miror; eſt enim ſententiae contrarium. Quid opus *reſerare*, quod iam ſit apertum? *reſerare* dicimus, quae ſunt clauſa, ſecreta, non manifeſta. *Petron.* Fragm. p. 680.

Sic commiſſa verens avidus reſerare miniſter.

Valer. Flacc. II. 438.

Hoſpitibus reſerans ſecreta.

Sulpic. Sever. Hiſt. Sacr. II. 8. 8. *reſerare occultam fraudem.* hoc *revelare mentis arcana* dixit *Ioann. Saresb.* Pol. lib. I. p. 4. facile tamen utraque permutari vox potuit, ut factum apud *Heinſium* Adverſ. I. 14. *Drakenb.* ad *Livium* XXIX. 14. 9. & apud *Statium* Theb. VIII. 110. & XII. 136. in *Chriſtii* Cod. *aperto* invenit *Klotzius* Miſcell. Crit. p. 88. & 99. quamvis utroque loco vulgata praeſtet.

In capita civium] Id eſt, nunquam Praeturam, nunquam Conſulatum appetivi. Vtrique enim pro ſuo Magiſtratu ius habent in civium vitam. BAVNE Ridiculus ſanequam eſt *Baunius*, qui ius in civium vitam Conſulibus, & Praetoribus tribuit. Iuriſdictione uſi fuerunt Praetores, de cuius natura ſub Conſtantino vid. L. 2. C. de Offic. Praetor. quamvis, hoc quidem

quam provincias concupivi; ſed, quia iuvanda etiam a me videbatur, pro virili portione, reſpublica, cum ad magiſtratum vocarer, propter opinionem deſidiae,
2 non refugi. Negotium publicum neque ambitor appetii, neque per timiditatem, aut ignaviam recuſavi; ſed a teneris annis, ab aetate puerili ad hanc uſque ca-
3 nitiem, Conſulatus amore flagravi. Secundum etiam tibi confeſſionis gradum de-

dem tempore. inane magis honoris nomen fuiſſe, qui aetate minoribus etiam daretur. iudicet *Gothofredus* ad L. 1. C. *Theod.* de Praetor. Ne Coſſ. quidem libera Rep. hoc in univerſum tribuere potuit *Baunius*, multo minus Impp. tempore, quo Conſulatus maxime imminuta erat dignitas, de quo dixi ſupr. c. 2. 2.& *Reineſ.* V. L. II. 15. Maximam enim utriusque muneris partem in Praefectos Vrbis, & Praetorio tranſtulerunt Impp., data inſuper criminum puniendorum, ſummique ſupplicii poteſtate, propter quam hos eſſe Magiſtratus opinor, quos numquam ſe concupiviſſe teſtatur *Mamertinus.* Praeterea ſi intelligeretur Conſulatus, ipſe ſibi adverſaretur; huius enim amore ſe per omnem aetatem flagraſſe dicit, num. 2.

Provinciam concupivi] Vet. *provincias.* PVTEANVS. *Provincias* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin.* cum *Livin.* & *Rhenan.* huiusque comite *provinciam:* ſed illud MS. *Moerl.* & excuſi reliqui firmant. IAEGERVS. Etiam *Guelf. provincias*, quod recte primus edidit *Gruterus*, quem iterum deſeruit *Rivinus. Provinciam* iam fuit in *Puteolan.*

Pro virili portione] Id eſt, pro viribus. *Tacitus* Iulii Agricolae vita: *Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, ſed etiam opportunitate mortis. Vt perhibent, qui interfuerunt noviſſimis ſermonibus tuis, conſtans, & libens fatum excepiſti, tanquam pro virili portione innocentiam Principi* (Domitiano) *donares. Pro virili parte Cicero* dixit Philipp. XIII. *Nam cum Magnum Pompeium auctoritate adduxit ad pacem, remque publicam ſine armis maximo civilis belli periculo liberavit, tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto.* Vſus & Pro Sextio, & alibi. LIVINEIVS. Id eſt, pro viribus. Quod etſi apud *Tullium*, quod quidem ſciam, non legitur, non alienum tamen eſt illud *Tullii* pro Sextio: *Haec qui pro virili parte defendunt, optimates ſunt.* BAVNE. & CELLARIVS. *Lactantius* lib. II. c. 7. 2. *Dedit omnibus Deus pro virili portione ſapientiam. Pro virili portione*, vel *parte* non eſt, ut *Livineius* h. l. aliique interpretantur, pro viribus, ſed pro parte ea, quae ex quacumque re unicuique debetur, quam quisque ſuſcipere debet, *pro rata.* Vid. *Erneſti* Clavi *Ciceron.* V. *Virilis.* IAEGERVS. Recte. Conf ad *Lactantii* locum *Bunemannus. Quinctil.* I. O. XII. 1. *pro virili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati ſumus.* & cap. 11. *praecepta dicendi pro virili parte adiuvari poſſe per nos videbantur. Plinius* Epiſt. VIII. 6. 6 *cui ſe omnes pro virili parte obligatos eſſe fatentur*, quod ill c numquam pro viribus notare poteſt. Adde *Waſſeum* Ind. *Salluſtii* V. *Virile*, *Drakenb.* ad *Livium* III. 71. 8. & X. 8. 4. In *Guelf.* eſt *reipcae*, id eſt *Reipublicae:* utrum legendum *portio reipublicae?* ut *pro virili* ſimpliciter ponatur, ſubaudita *parte.*

Cum ad Magiſtratum] Haec verba uſque ad *neque ambitu* deſunt in *Guelf.*

Propter opinionem] *Propter* hic *privative* capiendum videtur, ſcilicet, ad vitandam deſidiae ſuſpicionem, ne quis putaret, me eſſe deſidem. Sic adhibetur etiam διὰ D. *Paullo* Epiſt. I. ad Corinth. c. 7. 2. Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. Poteſt tamen & *impulſive* (ſit venia verbo) exponi, nimirum, non refugi, quia putabam deſidis eſſe refugere. IAEGERVS. Prior interpretatio eſt verior. *Sidon. Apoll.* Epiſt. VI. 3. *modo ne ſibi ſuisque deſidiae vitio perperam caviſſe culpetur.* Eſt itaque *opinio* falſa, de qua ſupr. 4. 5. *Deſidiae opinio* inde oriri poterat, quod induſtrii civis haud eſſe videretur, ſeſe muneribus publicis ſubducere velle; hinc *Ioann. Saresb.* IV. 11. *ſe civium ſuorum nequaquam ſubtrahant votis.*

2. *Ambitu appetii*] *Ambitor* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic *Livin. Gruter.* utraque *Pariſin. Cellar. Patar.* At *Cuſpin. Rhenan. Stephan. ambitor*, quod agnoſcit etiam Cod. *Gud.* & *Moerl.* & praeferendum, ut exquiſitius, arbitror. *Lamprid.* Alexandr. Sever. c. 28. *Ita & patronis auctoribus damnatus ambitor eſt.* IAEGERVS. *Ambitor* in ſuis quoque vidit *Puteanus*, quia ad *Rhenan.* nihil notavit; eſt quoque in *Puteolan. Paull. Stephani* & pr. *Rivin.* A *Livineio* eſt *ambitu*, forte ex *Bertin.* quod *Gruterus*, & ſequentes probarunt; ſed *ambitor* recte revocavit *Iaegerus*, vocem quidem minus uſitatam, nec tamen ſine exemplo. *Servius* ad *Virgil.* Aen.

debeo. Cum in aliorum Principum eſſet poteſtate reſpublica, diu inanem cu-
piditatem, ſine ſpei ſolatiis, fovi. Vnde enim mihi adſpirandi ad hoc nomen
eſſet amentia, opum vacuo, & ignaro ambiendi? Nam primum cum Caeſar 4
eſſes, marcentem iam cupiditatis meae flammam, ſpei bonae flatibus, excita-
ſti. Cum vero te, Auguſte, mirificum innocentiae, ac virtutum ſpectatorem 5
vi-

Aen. IV. 283 *Ambitores etiam dicuntur, qui, ut bonores conſequantur, diſcurrendo, & rogando ſuffragia adquirunt.* ex Auctore Queroli inter eiusmodi ſubſtantiva hanc recenſuit *Barthius* ad *Statium* Theb. III. 79. adde *Burman.* ad Anthol. Latin. T. II. p. 169.

Recuſavi] *Guelf. recuſari*.

Ab aetate puerili] Aut iſtud delendum, ut ſuperioris gloſſema: vel certe pro *puerili* legendum *virili*. FABER. Gloſſema ſunt. LIVINEIVS. Sed quid ſi *aetatem puerilem* de adoleſcentia & iuventute capiatur? ut omnem fere aetatem haec verba contineant, uſque dum natu grandior fieret. Aſyndeton enim Noſtro frequens eſſe patebit infr. 24. 6. Ita *puer* ſaepe occurrit. *Rutilius* Itin. I. 173.

Rexerat ante puer populos pro Conſule Poenos.

ubi V. D. quem *iuvenem* dixit, mox *puerum* adpellat *Statius* Theb. IX. 808. & 810. adde *Barth.* ad *Calpurn.* Eclog. II. 1. *Drakenb.* ad *Silium* IV. 462. & ſupra ad *Eumen.* Grat. act. 4. 2.

Hanc uſque canitiem] *Mamertinus* itaque ſenex fuit, cum hanc Orationem habuit. BAVNE. Pro *uſque Mcerl.* habet *ipſam.* IAEGERVS.

3. *Secundum etiam*] Hoc quoque alterum tibi fateri debeo. BAVNE.

Adſpirandi] *Guelf. adſpirando.*

Ambiendi] *Ambiundi* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Etiam *Puteolan.* utriusque *Stephani*, & pr. *Rivini*, quod forte in ſuo etiam vidit *Puteanus*, cum variantem non notaverit.

4. *Nam primum*] Forte, *Cum primum tu Caeſar.* LIVINEIVS. Vox prima a gloſſa videtur. GRVTERVS. *Nam* hic inidoneum. Potius *at*, vel *tunc*. ACIDALIVS. Tò *nam Quinctiliano* paſſim adhiberi, ubi nihil praeceſſit, cuius cauſſa reddatur, obſervavit *Geſnerus*, v. g. Prooem. ſect. 16. *Nunc autem, quae velut propria Philoſophiae aſſeruntur, paſſim tractamus omnes. Quis enim non de iuſto, aequo, ac bono, modo non & vir peſſimus, loquitur? Quis non etiam ruſticorum aliqua de cauſſis naturalibus quaerit? Nam verborum proprietas ac differentia omnibus, qui ſermonem curae habent, debet eſſe communis.* Fortaſſe & hic ſimili ratione uſurpatur. IAEGERVS. Poteſt *nam* accipi, ut tranſitioni inſerviat, & priora coniungat. ita paſſim ICti. L. 1. §. 6. D. de Poſtul. *accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere. Nam quid ſi leo ſit.* alia habet *Noodtius* ad D. de Edend. & ad Tit. de R. V. & p. 126. *Stewech* ad *Veget.* de R. M. II. 18. *Turſellin.* de Partic. p. 533. Ed *Schwarz. Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 46. 2. *Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. II. p. 144. *Oudend.* ad *Sueton.* Caeſ. 44. Patruus meus ad *Caton.* Diſtich. III. 21. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. Obſ. 28. *Erneſti* Clav. *Ciceron.* V. *Nam.* Eſt tamen, ut *Mamertinum* ſcripſiſſe ſuſpicer *tum primum. Nemeſianus* Ecl. II. 7.

Tum primum dulci carpebant gaudia furto.

Salluſtius Iugurth. 5. *quia tum primum ſuperbiae nobilitatis obviam itum eſt. Pacatus* Paneg. 19. fin. *& tum primum inciperent.* adde *Turſellin.* de Partic. p. 1069. Ed. *Schwarz. Drakenb.* ad *Livium* V. 13. 6. & Epit. VII.

Caeſar eſſes] Sub Imperatore Conſtantio. PATAROL.

5. *Te, Auguſte*] Forte legendum *Auguſtum.* Nam ſupra dixit, *cum Caeſar eſſes.* PVTEANVS.

Spectatorem] Iudicem, probatorem. *Terent.* Eunuch. III. 5. 18.

Cum ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem.

IAEGERVS. *Plinius* Paneg. 13. 2. *cum ſpectator moderatorque ineuntium certamina virorum. Auſonius* Moſell. 386.

Aut unus tantum iuſti ſpectator & aequi
Pollet Ariſtides.

Spectatorem bonarum artium dixit *Symmach.* Epiſt. II. 2. quo ſenſu & *veteris monetae ſpectatorem* dixit III. 13. & de *pecuniae ſpectatoribus* hoc ſenſu *Taubman.* ad Plautum Perſ. III. 5. 35.

viderem, tunc mecum: *Claudi Mamertine, non fruſtra hucuſque vixiſti. Habes idoneum fidei, ac induſtriae iudicem. Memento, in magno res tuas eſſe diſcrimine. Scietur, non meruiſſe te Conſulatum, ſi tibi non detulerit hic Imperator.*

Cap. XVIII. Habes, Auguſte, proditionem ſilentii mei, & rem a me non brevis aevi taciturnitate celatam. Nondum tamen cuncta prodidimus. Nullum
2 hinc iam mecum volo referre ſecretum; omnia pectoris arcana vacuabo. Suſpendiſſes benevolentiam tuam, & tuae iſti in me liberalitati, contra mores tuos,
3 artificii aliquid addidiſſes; forſitan rogasſem. Parvi autem, Imperator, putas eſſe be-

35. ad *Virgil.* Aeneid. VI. 687. *Spectare* enim notat examinare, aeſtimare, & inde probare, de quo *Servius* ad *Virgil.* Aen. IX. 235. & *Burman.* ad eumd. Ecl. III. 48.

Tunc mecum dixi] *Mecum dandi Mam.* Vet. Scripturam, quae in Vet., repraeſentavi cum fide, eaque diu me multumque fruſtra fatigavit, donec tandem in *Cuſpin.* inveni, *tunc mecum, Claudi Mamertine*, etc. Quod perſpicue, & palmario verum eſt, nec longiorem orationem deſiderat. LIVINEIVS. Sic MS. *Gud.* & *Moerl.* nec non *Rhenan. Stephan. Livin.* Cum *Cuſpin.* conſentit, more ſuo, *Schonhov.* Nomen *Claudi* facile in *dandi*, & deinde hoc, quia ineptum erat, in *dixi* commutatum fuit. IAEGERVS. *Dixi* quoque eſt in *Puteol. Paull. Stephani*, & *Rivini. Cuſpinianum* ſecutus id recte delevit *Gruterus.*

Claudi Mamertine] *Claudi* ignorant Edd. ante *Gruterum*, excepta *Cuſpin.* ex qua id recte revocavit; confirmat quoque *Guelf.* in Vet. *Livineii* id in *dandi* erat corruptum. Peſſime *Claudii* dedit *Cellarius.*

Huc uſque non fruſtra] *Non fruſtra huc uſque, Bertin.* LIVINEIVS. Sequor collocationem verborum, quae eſt in Cod. *Bertin.* Vulgo: *huc uſque non fruſtra.* Prior illa melior, lucidiorque mihi videtur. IAEGERVS.

Iudicem] Vid. *Barth.* ad *Claudian.* Laud. Stilic. II 124.

Non meruiſſe] *Guelf.* mutato ordine, *te non meruiſſe Conſulatum.*

Tibi non] *Tibi eum non, Cuſpin.* LIVINEIVS.

1. *Pectoris arcana*] Vid. cap. praeced. init.

2. *Suſpendiſſes*] Hoc eſt, ſi ſuſpendiſſes benevolentiam, quo loquendi modo nihil apud bonos Scriptores frequentius. BAVNE. CELLARIVS. & PATAROL. Hoc loquendi genere ſaepius antiquos fuiſſe uſos, quam nos ſcimus, aut nobis imaginamur, ſcribit *Graevius* ad Auctor. ad Herennium III. 9. ita illud apud *Ciceron.* Tuſcul. Quaeſt. II. 17. *ſatisfactum iis ſit*, recte tuetur *Gronov.* Obſerv. II. 2. quem etiam vide IV. 20. *Ovidius* Heroid. IV. 139.

Viderit amplexos aliquis, laudabimur ambo.

Tibullus I. 7. 59.

Adtigeris; labentur opes.

Gratius Cyneg. 454.

Illum agat infandae comes huc audacia culpae,
Diſcet.

vide & illic *Vlitium* ad vs. 60. *Lucanus* Pharſ. VIII. 417.

Haereat Eoae vulnus miſerabile ſortis.

plura dabunt *Freinshem.* ad *Curtium* III. 12. 19. V. D. ad *Ovid.* I. Amor. 4. 29. *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* I. 7. 43. *Bentl.* ad *Horat.* Satyr. II. 6. 48. *Oudend.* ad *Lucan.* IX. 288. *Gronov.* ad *Senec.* de Benef. III. 33. *Cortius* ad *Plin.* Epiſt. I. 12. 8. & VIII. 6. 2. *Longol.* ad eumd. X. 82. 2. Patruus meus ad *Caton.* Diſtich. IV. 41.

Artificii] Supra *Eumen.* Grat. act. Conſtant. Aug. c. 10. 3. *Sine ullo artificio cito promere, quae ſperari diu debeant.* Vid. & *Pacat.* c. 19. 1. IAEGERVS. Adde V. D. ad *Pacati* locum. De eo, quod *contra* Iuliani *mores* hoc fuiſſe dicit, conf. infr. 26. 3.

3. *Periculum commiſiſti*] Vet. *remiſiſti.* PVTEANVS. *Remiſiſti* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Bene. Lege ad *Eumen.* Grat. act. 9. 4. LIVINEIVS. Le-

beneficii, quod rogandi mihi periculum remiſiſti? periculum, inquam, ſan-
ctiſſime Imperator. Si praeſtare dubitaſſes, ſi in poſterum diſtuliſſes, quid me
fieret poſt repulſam? In leviſſimis quoque beneficiis petitis, nec impetratis, a- 4
micitia diſſolvitur. Namque is, quo amicitia continetur, amor apud utrumque
polluitur. Alter amari ſe, quia non praeſtitit, non putat; alter odio ſe eſſe, quia
non obtinuit, arbitratur. Nec ſane mihi Conſul gratuito factus viderer, ſi ho- 5
norem precibus emiſſem. Miſerum enim, & laborioſum ſubiiſſem, meliore aevi
parte transacta, tirocinium rogandi. Neque enim exiſtimo, moleſtius eſſe
pecuniam, quam preces, fundere. Denique omnes in emendo videmus, 6
re-

Lege *remiſiſti*, noto iam uſu, & ſignificatu eius verbi. Panegyr. Flaviens. nomine Conſtant. *Has omnes difficultates, Imp., verecundiae noſtrae remiſiſti.* ACIDALIVS. *Remiſiſti* plures & meliores pro *commiſiſti*, quod habent *Rhenan. Stephan. Livin.* ACIDALIVS. *Remiſiſti Guelf.* & *Schonhov.* excerpta. Conf. notata ad *Eumenii* locum; *commiſiſti* eſt ex *Puteol. Cuſpiniani remiſiſti* primum admiſit *Paull. Stephanus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti.

Si praeſtare] Lege, *Imperator*, *quaſi praeſtare dub.* ACIDALIVS. Praeter neceſſitatem. *Dubitat*, i. e. cunctatur, non vult *praeſtare*, *qui in poſterum tempus differt.* vid. *Senec.* de Benef. lib. II. c. 1. IAEGERVS. Conf. ſupr. ad Incert. Conſtantin. 15. 4. Secutus ſum interpunctionem, quam tacite admiſit *Iaegerus*. Vulgo exſtat, *Imperator*, *ſi praeſtare dub.*

Quid inde fieret] Vet. *quid a me fieret.* In *Vatican.* prius erat, *quid me*; fortaſſe recte. PVTEANVS. *Quid me fieret* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Me fieret* Vet. *Bertin.* Eleganter. RITTERSHVSIVS. *Me fieret* duo Membranacei. Nam vulgati, *quid inde fieret.* GRVTERVS. *Quid me* ſcripti Codices. Supple *de me.* Vid. *Donatum* in Andr. IV. 2. 26. CELLARIVS. & PATAROL. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. inde*; *Put. Gud.* & *Moerl. a me*, Cod. *Livin.* & *Bertin.* cum *Gruter. Pariſin. Patar. Cellar. me.* Recte. Deeſt eleganter praepoſitio *de*, de qua ellipſi vid. quos laudat *Burmann.* ad *Phaedr.* III. 20. 8. IAEGERVS. Adde *Taubman.* ad *Plaut.* Mil. IV. 1. 26. *Turſell.* de Partic. p. 217. Ed. *Schwarz. Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. I. 5. Ridicule in utraque *Rivinus*, *quid inde fieret.*

Poſt repulſam] Quae turpis iudicabatur; ſicque ipſam vocat *Horatius* Epiſt. 1.

Turpemque repulſam.

PATAROL.

Continetur, *gradus*] *Quo amor continetur*, *Aldus.* SCHONHOVIVS. *Amic. continetur*, *amor*, *Bertin. Cuſpin.* Praeclare. LIVINEIVS. Forte *nodus*, & *ſolvitur.* ACIDALIVS. *Amor* Cod. *Bertin. Cuſpin.* cum Edd. inde a *Gruteriana* publicatis. MS. *Moerl.* & *Gud.* cum *Rhenan. Stephan. Livin. gradus*; quod corrigit *Acidalius*, legendo *nodus*, & deinde pro *polluitur*, *ſolvitur*; etſi non vere, tamen non inepte. IAEGERVS. *Plinius* Paneg. 62. 4. *quodque maximum amoris mutui ſignum eſt*, *eosdem amamus.*

5. *Conſul gratuito*] *Gratuito Conſul*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Viderer] *Guelf. redderet.*

Subiiſſem] *Subiſſem* Vet. LIVINEIVS.

Moleſtius eſſe] *Guelf. modeſtius.* Male. Nullam rem carius conſtare, quam quae precibus ſit emta, ſcribit *Seneca* de Benef. II. 1. quocum hunc locum contulit *Schulting.* ad D. de His qui not. inf. §. 6. mox in fin. *maximo vendit beneficium*, *qui preces accipit.* id itaque accipienti eſt moleſtum, unde *Ioann. Saresber.* V. 10. *bis enim emit*, *qui rogat.*

6. *Denique*] Eam hic vim habet haec particula, quaſi diceret: *adeo verum eſt*, *non moleſtius eſſe pecuniam*, *quam preces fundere*, *ut omnes in emendo videamus*, etc. Vid. *Salmaſ.* ad *Flor.* I. 16. 3. *Omnium — pulcherrima Campaniae plaga eſt. Nihil mollius caelo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius ſolo: ideo Liberi*, *Cererisque certamen dicitur.* IAEGERVS. *Denique* eſt, ut paucis dicam, ut brevis ſim, de quo uſu *Turſellin.* de Partic. p. 221. Ed. *Schwarz Gothofred.* ad *Tertull.* ad Nation. I. 4. *Vorſtius* ad *Sulpic. Sever.* Hiſt. ſacr. I. 21. 3. *Burman.* ad *Quinctil.* Declam. I. 6. *Oudend.* ad *Sueton.* Aug. 23. *Burman. Secund.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 437.

Ri-

repenſandi fiducia, magno erectoque animo aurum, argentumque depromere; eos vero, qui preces adlegant, humiles, atque demiſſos vix cunctabunda, atque titubantia verba proferre, neque orationem ſolum inclinare, ſed totis corporibus in genua ſubmitti. Prorſus, ut ex animi ſententia loquar, maximo vendit beneficium, qui preces

ces

Repenſandi] Conf. *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 106. in fin.

Certoque animo] *Erectoque*, *Bertin.*, & *erecto*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Erectoque Moerl.* cum Edd. recentioribus. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent *certoque.* IAEGERVS. *Erectoque* etiam *Guelf. Certoque* eſt in *Puteolan.* quod tueri poſſet *Cicero* pro Quinct. 24. *animo certo, & confirmato me poſſe; & erecto* ex *Cuſpin.* habet *Paull. Stephanus; erectoque* dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in pr. qua *Puteolanam* lectionem expreſſit, quam in ſec. in *erectoque* mutavit. *Plinius* Paneg. 70. 3. *erexitque animos ad aemulandum.* ubi *Schwarz.* cap. 85. 3. *neque eſt ullus adfectus tam erectus, & liber. Cicero* de Seneɛt 20. *alacri animo & erecto. Tacit.* Hiſt. III. 65. & Annal. III. 7. ubi *Erneſtius;* cum ψυχῇ ἐνδεδυμένῃ comparat *Pricaeus* ad *Ioann.* Epiſt. III. vs. 2. *erectam circa ſtudia mentem* dixit *Quinctil.* Inſtit. I. 3. adde *Burman.* ad *Vell.* II. 41. 1. *Oudend.* ad *Hirtium* B. Afric. 10. 4. *Mencken.* Obſerv. L. L p. 328. *erigere animum* eſt apud *Curtium* IV. 7. 1. & X 6. 20. *Rubnken.* ad *Rutil. Lupum* p. 52. *excelſum* dixit *Cicero* Offic. II. 10. *excelſo animo magnoque deſpiciunt.*

Adlegant] Simile quid eſt in Paneg. *Eumenii* Flav. nom. cap. 9. PATAROL. *Homer.* Iliad. I. vs. 498. ſq.

Καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπες τ᾽ ὀφθαλμώ.

Seneca de Benef. II. cap. 2. *Moleſtum verbum eſt, oneroſum, & demiſſo vultu dicendum, Rogo.* Vid. & Paneg. VII. c. 9. IAEGERVS. *Senecae* locum cogitaſſe videtur *Ioan. Saresb.* Policr. V. 10. *verbum verecundum, ſupplici, ac ſubmiſſa voce dicendum, Rogo.*

Orationem ſolum] *Solum orationem*, *Bertin.* LIVINEIVS

In genua ſubmitti] Infra 20. 4. *demiſſi, iacenteſque vix capita ſupra eorum, quos precabantur, genua tollebant*, aut *genu adtollebant.* adde *Omeis.* ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. I. 735. cum πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον apud *Lucam* Euang. 5. 12 hunc locum contulit *Pricaeus.*

Ex animi] *Animi mei*, *Bertin.* LIVINEIVS. Non male. *Cicero* de Offic. III. 29. *quod ex animi tui ſententia iuraris.* de Orator. II. 64. *ex tui animi ſententia tu uxorem habes: Non hercule, inquit, ex mei animi ſententia.*

Maximo vendit] Videtur Noſter ſententiam hauſiſſe ex *Seneca*, cuius verba lib. II. de Benef. c. 1. *Nulla res carius conſtat, quam quae precibus empta eſt.* PATAROL. & IAEGERVS. *Guelf. vendat.* Forte Librarius *loquar* pro futuro, & *ex animi ſententia loquar* pro parentheſi habuit, quo *vendat* ad *ut* retulit.

1. *Centuriatis*] Erant ex caeteris numeroſiora; omnis enim aetatis, ac cenſus cives in iis ſuffragia ferebant, ad creandos maximos Magiſtratus, inter quos etiam Legumlatores, teſte *Dionyſio Halicarn.* lib. X. *Centuriata* ideo dicta, quod ad eadem populus per Centurias vocabatur. In Centurias autem diviſus fuerat a Romulo primum, mox a Servio, iuxta rationem cenſus, ſed & iuxta eandem cenſus rationem quaelibet Centuria ſubdiviſa etiam per aetatem, ita ut nonnullae cenſus eiusdem *Centuriae iuniorum, ſeniorum* aliae dicerentur. Vide plura apud *Livium* lib. I. & *Halicarnaſſaeum* lib. IV. PATAROL.

Conſul creatus] *Guelf. conſultatus.* utrum in eo latet? *conſul ſalutatus eſſem.* Ita *ſalutare regem* pro nominare eſt apud *Curtium* IV. 1. 22. *Iuſtinum* I. 10. 9. & II. 2. 2. *Valer. Max.* VII. 3. ext. 2. quamvis in his locutionis ratio poſſit eſſe in adorationis more, & venerationis indiciis, ut *ſalutare Deos* non numquam occurrit, quae in Coſſ. deerat.

Glorioſus] Forte *glorioſius.* RHENANVS. In *Guelf.* eſt *glorius*, quod, ſcripturae compendio, *Rhenani* coniecturam confirmat, quae tamen in *Puteol.* iam exſtitit. *Glorioſus* quoque *Stephani*, & *Rivinus*, alterum recte dedit *Livin.* & reliqui. Conf. *Pricaeus* ad Epiſt. II. *Paulli* ad Timoth. 3. 2.

Viderer] In *Rhenan.* haec eſt Interpunctio, *viderer, minime? Siquidem.* quam recte ita mutant

tant

ces accipit.

Cap. XIX. An vero, ſi Centuriatis comitiis Conſul creatus eſſem, glorioſius mihi univerſi populi ſuffragiis declaratus viderer? Minime: ſiquidem etiam illis priſcis temporibus, multorum ambitu, fuit Campus infamis. Nota diviſorum flagitia; notae locellorum praeſtigiae; tum

tant *Schonbovii* excerpta, *viderer? minime. Siquidem.*

Diviſorum] Inepte *diverſorum* eſt in Vet. Sunt enim *diviſores*, qui pronunciatas a petitoribus pecunias viritim per tribus dividunt, ut notum. LIVINEIVS. Mos erat apud Romanos, ut Magiſtratus qui peterent, pecunia largitioneque ſuffragatorum ſtudia ſibi conciliarent: qui autem pecuniis tributim diſtribuendis praeerant, *diviſores* dicebantur. BAVNE. *Suetonius* Aug c. 3. *inter diviſores operasque campeſtres* eſſe. Vide ibi *Torrent.* CELLARIVS. Qui pecuniam in populum, nomine Candidatorum, erogabant. Quae quidem pecuniae diſpenſatio non omnino vetita Romae, ſi modum ſervaſſet legibus praeſtitutum, quem ſi excederet, iure damnabatur. Genus hoc ambitus ſuis temporibus exercitum ſine pudore, auctor eſt *Plutarch.* in Caton. Vticens., & in Caeſ. Exaggerat & *Lucanus* lib. I

Rapti pretio faſces, ſectorque favoris
Ipſe ſui Populus, lethalisque ambitus Vrbi.

PATAROL. Fuerunt hi inter operas campeſtres in Comitiis, & fortaſſis iidem, qui *diribitores tabellarum.* Sic certe *Auſonius* Grat. act. c. 5. 2. *cum diribitore nil pepigi.* Multi tamen eo loco legunt *cum diſtributore.* Per eos vero tribus pecunia ſolebat corrumpi. More ſuo, id eſt, omnium optime de iis expoſuit *Erneſtius*, V. C., in Clav. *Ciceron.* V. *Diviſor.* Cod. *Gud.* inepte habet *diverſorum.* IAEGERVS. *Cicero* pro Planc. 19. *per quem ſequeſtrem, quo diviſore corrupta* (tribus) *ſit.*

Lucellorum praeſtigiae] *Vet.* & *Vatican. lucullorum.* PVTEANVS. *Luculorum praeſt.* eſt in Vet. Iuvem ego, & reſcribam *loculorum*, meo animo, vere. *Auſonius* Gratiarum actione ad Gratianum: *Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neque Campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos.* LIVINEIVS. BAVNE. & CELLARIVS. Alii legunt *loculorum.* quemadmodum & apud *Auſon.* Paneg. c. 5. PATAROL. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Gruter. Pariſin.* prior. *Patar. lucellorum*; *Gud.* & *Moerl. lucullorum*, Cod. *Livin. luculorum*, pro quo *Livineius*, ingenioſa emendatione, reſcribit *loculorum.* Lectionem ſic emendatam recepit *Baunius*, eumque cum *Cellario* & nos ſequimur. *Loculi* dicuntur ciſtae, ſeu *ſitellae*, in quas tabellae coniiciebantur, ut hac ratione dirimi ſuffragia, & numerari posſent. Qua in re, quamquam adpoſiti erant cuſtodes, fraudem intercedere potuiſſe, ſine dubio intelligitur. IAEGERVS. Recte ſentiunt, qui vocem de ciſtis interpretantur, in quas ſuffragiorum tabellae coniiciebantur. *Siſennius* Fragm. Hiſtor. apud *Nonium* de Propriet. ſerm. 2. n. 176. *ciſtaeque, quae erant legum ferendarum gratia paratae, defecerant.* *Plinius* H. N. XXIII. 11. numum de eo exſtare apud *Liebe* Goth. Numiſm. p. 224. ex *Grunero* didici, Introd. in Antiq. R. Part. III. c. 6. §. 8. in Not. Erant autem ad pontem poſitae, quem transibant ſuffragia laturi, quo ſpectat difficilis locus Auctor. ad Herennium, II. 12. *Maieſtatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo conſtat: quae ſunt ea? quae capiunt ſuffragia populi, & Magiſtratus conſilia. Nempe igitur tu & populum ſuffragio, & Magiſtratum conſilio privaſti, cum pontes diſturbaſti.* in quibus *ea quae capiunt* ſpuria habet *Graevius*, totam vero periodum, *quae ſunt ea? quae capiunt*, *Oudendorpius*; cum tamen haec conſtanter ſervent Codd., mutato interrogationis ſigno, legerim; *quae ſunt ea, quae capiunt?* id eſt, tollunt, auferunt, quibus populum privant, ut apud *Pacatum* Paneg. 12. 4. *cupiditas privata capiendi.* quamvis illic *rapiendi* emendaverit *Iuretus*, quod in Vet. *Puteani* legitur, & edi ſolet, de quo vid. *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 5. 6. male tamen *Mamertinum* pro *Pacato* citans. Quod vero propius hunc locum tangit, *loculorum* ex *Livineii* coniectura primus in textu recepit *Baunius*, cum priores Edd., etiam antiqua *Puteol.*, *lucellorum* exhibeant, quod poſtea iterum revocavit *Patarolus*, cum *Baunium* ſecuti ſint *Cellarius*, & *Iaegerus*, *Auſonii* auctoritate muniti. Si tamen Codd. in *lucullorum*, aut *luculorum*, & Edd. veterum in *lucellorum*, conſenſum conſiderem, fit mihi veriſimilius Noſtrum ſcripſiſſe *locellorum*, quod eadem libertate recepi, qua alii in *Livineii* coniectu-

2 tum operarum ad vim & ſeditionem manus emtae. Nec ſane poteſt in confuſa imperitorum multitudine quidquam eſſe perpenſum. Nam cum boni rari ſint, improborum vulgus immenſum; in Campo autem numerus, & turba praepolleat; ſine

iectura ſibi ſumſerunt. *Martialis* Epigr. XIV. 13.

Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fece locelli,
Munus erit, nihil eſt, ipſe locellus erit.

& X. 88.

Omnes perſequeris Praetorum, Cotta, locellos.

Saxo Grammat. Hiſt. Danic. I. p. 17.

Aera aliena ſequi locello.

ubi *Stephanius*; ſimili modo in ſuffragiorum cauſſa *ciſtellam* dixit Auctor ad Herenn. II. 12. uſus vero hac voce videtur *Mamertinus*, quia *loculi*, vel *locelli* privatae, & praeſentis erant pecuniae conditoria, ut apud *Horat.* Satyr. I. 3. 17. *Sueton.* in Galb. 12. idem itaque, quod γραμματεῖον dixerunt Attici, de quo *Salmaſius* de Mod. uſurar. p. 422. emtae igitur numis ſuffragiorum tabulae inſtar erant depoſitae in loculis pecuniae. —— Ceterum *Puteani* notam ex Edit. *Pariſ.* dedi, ſed in excerptis penes me MSS. ex Vet. & *Vatic.* notatur *luculorum*, ut eſt in Vet. *Livineii.*

Operarum] *Cicero* pro Milon. c. 9. *Vbi vidit* (P. Clodius) *homo ad omne facinus paratiſſimus, fortiſſimum virum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum Conſulem; idque intellexit non ſolum ſermonibus, ſed etiam ſuffragiis P. R. ſaepe eſſe declaratum: palam agere coepit, & aperte dicere, occidendum Milonem. Servos agreſtes, & barbaros, quibus ſilvas publicas depopulatus erat, Etruriamque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minime obſcura. Etenim palam dictitabat, Conſulatum Miloni eripi non poſſe, vitam poſſe. Velleius Paterc.* II. 47. *In gladios, caedesque civium furente ambitu, cuius neque finis reperiebatur, nec modus, tectius Conſulatus ſoli Cn. Pompeio — delatus eſt. Plutarch.* in Cat. Min. p. 1434. *H. Stephan.* Ἐπεὶ δὲ Σκιπίωνος, καὶ Ὑψαίου, καὶ Μίλωνος ὑπατείαν μετερχομένων, οὐ μόνον ἐκείνοις τοῖς συντρόφοις ἤδη καὶ συμπολιτευομένοις ἀδικήματι, δωροδοκίαις καὶ δεκασμοῖς, ἀλλ᾽ ἄντικρυς δι᾽ ὅπλων, καὶ φόνων εἰς ἐμφύλιον πόλεμον ὠθουμένων, τόλμῃ καὶ ἀπονοίᾳ, κ. τ. λ. IAEGERVS. A *Iaegero* collatis ſimilis eſt *Appiani* locus Bell. Civil. II. p. 724. αἵ τε γὰρ ἀρχαὶ κατὰ στάσιν, ἢ δωροδοκίαν, σπουδῇ τε ἀδίκῳ καὶ λίθοις ἢ ξίφεσι καθίσταντο, καὶ τὸ δεκάζειν ἢ δωροδοκεῖν ἀναισχύντως τότε μάλιστα ἐπλεόναστεν· ὅ τε δῆμος αὐτὸς ἔμμισθος ἐπὶ τὰς χειροτονίας ᾔει. *Salluſtius* Catil. 49. *Opifices, atque ſervitia in vicis ad eum eripiendum ſollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio Remp. vexare ſoliti erant.* quocum hunc quoque locum contulit *Waſſeus.* adde *Gronov.* Obſ. III. 11. *Suetonius* Auguſt. 3. *inter diviſores, operasque campeſtres.* de quo *Erneſti* Clav. Ciceron. V. *Diviſor.*

2. *Imperitorum*] *Guelf.* male *peritorum.*

Plures enim quem] *Plures, id eſt quem* Vet. *Rhenan.* Aperte probum. Sed in *Cuſpin.* repperi, *quem plures i. quem*, etc. per notam, & compendio. A quo quantum abeſt *n?* Id *enim* valet. Vnde hic error in exemplari noſtro. LIVINEIVS. *Id eſt, Gueif.* & omnes; ſolus *enim* edidit *Livineius.*

Priores probarunt] Puto legendum, *peiores probarint.* RHENANVS. Vet. *peiores.* PVTEANVS. *Peiores* etiam *Rhenanus* legendum coniecerat, quod Vet. *Bertin. Cuſpin.* confirmant, ſpectantque huc *Plinii* haec Epiſt. 12. lib. II. *Sed hoc pluribus viſum eſt. Numerantur enim ſententiae, non ponderantur. Nec aliud in publico conſilio fieri poteſt, in quo nihil eſt tam inaequale, quam aequalitas ipſa; nam cum ſit impar prudentia, par omnium ius eſt.* LIVINEIVS. Lege *peiores.* ACIDALIVS. Sic *Livin.* itemque *Rhenan.* cum *Stephan.* Cod. *Moerl. Schonhov.* emendate *peiores*, & ſic deinde Edd. poſteriores. Illuſtrat haec *Livineius* ex *Plinio*; addi poteſt *Seneca* de Vit. beata, c. 2. *Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum peſſimi turba eſt.* Conf. Interprett. ad *Terent.* Eunuch. Prolog. vs. 1. & 2. IAEGERVS. *Peiores* etiam *Guelf.* quod ex *Cuſpin.* recte revocavit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum. Plinii* apud *Livineium* ſententiae convenit, quod de teſtibus tradit ICtus in L. 21. D. de Teſtib. *Non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtium fidem;* quo etiam loco uſus eſt *Ioann Saresber.* Policr. V. 14.

Gabinios deſignatos] Puto *Vatinios.* LIPSIVS. Epi-

ſine dubio intelligitur, eum ſuffragiis populi magiſtratum capere, quem plures, id eſt, quem peiores probarunt. Vnde factum eſt, ut maiores noſtri viderent Gabinios deſignatos, & repulſos Catones. Sed haec vetuſta dent recordari, 3 quem-

Epiſtol. Quaeſt. III. 24. *Gabinios* non damnem; non; ſed veriſimile mihi cum Catone competitorem commiſſum. qui profecto *Vatinius. Seneca* libello, Quod in ſapientem non cadit iniuria, cap. I. *Nuper cum incidiſſet mentio Catonis, indigne ferebas, quod Catonem aetas ſua parum intellexiſſet, quod ſupra Pompeios & Caeſares ſurgentem infra Vatinios poſuiſſet*, etc. Rurſum de Divin. Provid. cap 3. *Quod ad Catonem pertinet, ſummam illi felicitatem contigiſſe conſenſus hominum fatebitur, quem ſibi rerum Natura dilegit, cum quo metuenda collideret. Inimicitiae potentum graves ſunt? Opponatur ſimul Pompeio, Caeſari, & Craſſo. Grave eſt a deterioribus honore anteiri? Vatinio poſtferatur.* Adde *Valer. Maximum* VII. cap. 5. LIVINEIVS. In eadem quoque eſt ſententia *Bongarſius*, qua *Livineius:* ac ſuſpicatur poſſe ſubſtitui *Gabiniis Vatinios*, & opponuntur ſane paſſim, ceu compoſita paria, *Vatinii* ac *Catones*, non *Gabinii*. GRVTERVS Lege *Vatinios deſign.* ACIDALIVS. & BAVNE. *Vatinios Lipſius*, & doctiſſimus quiſque legunt, quia *Vatinius*, non *Gabinius*, in Praetura Catoni praelatus fuit. *Plutarch.* in Catone minor. p. 779. *Valer. Max.* VII. 5. *Senec.* de Provid. c. 3. CELLARIVS. Malunt alii legere *Vatinios*, Vatinium illum intelligentes, qui praelatus eſt Catoni, *maximo Comitiorum crimine*, inquit *Valer. Maxim.* lib. VII. cap. 5. At quis expungat *Gabinios*? Gabinii deſcriptio peti poteſt ex *Tullio* Orat. pro P. Sextio, & de Provinc Conſul. Et quidem Noſtrum generaliter potius loqui credam, & *Catones* pro viris bonis, *Gabinios* pro peſſimis uſurpare. PATAROL. Sine controverſia hiſtoriae congruentior eſt lectio, quam in textum recepit *Cellarius*, *Vatinios*. Etſi enim A. Gabinius, Piſonis in Conſulatu collega, vir peſſimus fuit, & flagitiis contaminatiſſimus; vid. *Ciceron.* pro Sext c. 8. & 9. tamen non ita apte componitur *Catoni*, quam *Vatinius*, Praeturae competitor, cuius itidem ſcelera, & turpitudinem vitae commemorat *Cicero* Orat. in eum habita, & alibi. Verum, cum Scriptores memoriae vitio nonnumquam labantur, praeſertim illi, qui ſequioris ſunt aetatis, in rebus vetuſtis, nolui mutare ſcripturam omnium librorum. Sic *Mamertin.* Panegyr. Genethl. Maximian. c. 19. 5. *Roſtra* fori Rom. in *Campo* ponit: ſic roſtra illa Carthaginienſium navibus ablata fuiſſe quidam tradiderunt. Vid. *Schwarz.* ad l. c. *Mamertin.* Sapienter *Erneſtius* Excurſ. XXIV. ad *Sueton* Neron. c. 17. *Mihi*, inquit, *ridiculum videtur, dici*, Suetonium *in his peccaſſe memoriae lapſu. Etenim ſi quis Scriptor alius generis, Orator, Philoſophus, aut Poeta, qui obiter rem talem, tamquam exempli cauſa, attingeret*, ἀμαρτήματος μνημονικοῦ *argueretur, ferri poſſet haec reprehenſio. Nam his non neceſſaria eſt maxima diligentia, iique exempla fere e memoria depromunt. Itaque videmus, & concedimus, eos interdum memoria lapſos in nominibus locorum, hominumque, in numeris*, etc. Conf. ſupra Paneg. IX. c. 11. 5. IAEGERVS. *Guelf.* etiam *Gabinios*, quod contra omnes Codd., ſola *Lipſii* auctoritate, cum *Cellario* mutare non audeo. Memoriae vitio labi potuit *Mamertinus*, a quo neque alii ſunt abſolvendi, ut docet *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. p. 657. *Staver.* ipſe *Iuſtinianus* in Novell. LXXVIII. c. 5. *Antoninum Pium* pro Caracalla nominat; neque tamen huc retulerim Novell. XXII. 43. tamquam memoriae vitio *Iulium Miſcellam* legis auctorem habuerit, cum Imperatoris cauſſam egregie ſit tuitus *Bachius* in Opuſc. p. 191. Mihi tamen hoc loco magis placet *Pataroli* interpretatio, cum Gabinium etiam *hominem ignotum, & ſordidum* dixerit *Cicero* de Legib. III. 16. & contra Idem de Amicit. 6. *viroſque bonos eos, qui habentur, numeremus, Paullos, Catones, Gallos, Scipiones.* idque confirmare videtur elegans pluralis numeri uſus in hominum vitiis, aut virtutibus ſignificandis. infr. 20. 1. *Manilios, Scaevolas, Servios*, pro iuris peritiſſimis. *Pacatus* Paneg. 7. 4. *Syllas, Catulos, Scipiones loquor.* & cap. 9. 5. *agreſtes Curii, ſic veteres Coruncanii. Ioann. Saresber.* Prolog. lib. I. *Quis enim Alexandros ſciret, aut Caeſares.* adde ad *Mamertin.* Maximian. 2. 1.

3. *Debent recordari*] *Dent recordari* Vet. *Rhenan. Debet record.* eſt in *Cuſpin.*, non *debent*, utrumque falſo, & ab ignoratione curtae ſcripturae. Nam *dēt* in exaratitiis libris & *debet* & *dent* valet: LIVINEIVS. *Schonhov.* & *Livin. debent*; ſed bene cum Cod. *Livin.* ceteri omnes *dent*. *Dent recordari* pro faciant recordari, in me.

quemadmodum paullo ante honor petitus ſit. Vix pauci exſtiterunt, quorum virtutibus deferretur: cum quidem ipſis illis tarda induſtriae, ac probitatis merces veniret. Ceteri vero perditiſſimum
4 quemque ex aulicis frequentabant. Vti quiſpiam per artes turpiſſimas Imperatori acceptiſſimus videbatur, eum aſſiduis obſequiis eme-

memoriam revocent, ita dicitur, ut *Horat.* Epiſt. I. 16. 61.

Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctumque videri.

Seneca Med. vs. 32.

Da, da per auras curribus patriis vehi.

Ovid. Met. XIV. 695.

Mihi multa vetuſtas
Scire dedit.

Pro verbo nomen poſuit *Cicero* Epiſt. ad Diverſ. V. 13. 9. *Das mihi iucundas recordationes conſcientiae noſtrae, rerumque earum, quas te in primis auctore geſſimus.* IAEGERVS. Similia dedi ad *Sedul.* Carm. I. 65. *Wopkenſ.* ad eumd. IV. 282. ad *Arator.* I. 118. *Reuſch.* ad *Iuvenc.* I. 274. *Dent* etiam *Guelf.* & Ed. *Puteol. Livineii debent* praetulit *Paull. Stephanus.*

Petitus] *Guelf. repetitus.*

Ipſis illis] *Guelf. ipſis illa*, non male: nimirum Conſulatus honor.

4. *Ex aulicis*] *Plinius* Paneg. c. 88. 1. *Plerique Principes, cum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi. Horum conſiliis, horum nutu regebantur; per hos audiebant, per hos loquebantur; per hos Praetura etiam, & Sacerdotia, & Conſulatus, immo & ab his, petebantur.* IAEGERVS.

Quiſpiam per artes] *Quisque per artes* Vet. LIVINEIVS. Cod. *Livin.* ſatis bene. IAEGERVS.

Eum adſiduis] Vitioſe *Cuſpin.* & *Schonhov. eum adſiduis* Ante *eum* deeſt vox *ita*, quae in hac verborum conſtructione alias adhibetur, e. g. *Seneca* de Conſtant. ſapient. c. 11. *Vt quiſque contemtiſſimus, & ut maxime ludibrio eſt, ita ſolutiſſimae linguae eſt.* Vid. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. c. 31. 14. IAEGERVS. De ellipſi τȣ *ita* poſt *ut* exempla dederunt *Torrent.* ad *Valer. Max.* IX. 8. 1. *Drakenb.* ad *Livium* IX. 17. 4. & XXXIV. 9. 10.

Emerebantur] Forte legendum *demerebantur.* RITTERSHVSIVS. Sic dedit *Patarol.* Poteſt tamen & vulgata ſe tueri. Nam *emerere* pro demerere dici oſtendit *Heinſ.* ad *Ovid.* Ep. Heroid. VI. 138. IAEGERVS. Ante *Patarolum demerebantur* iam dederat *Cellarius*, quod propter *adſiduis obſequiis* defendi poſſet, cum *de* in compoſitis augeat, ut docet *Bernartius* ad *Stat.* Theb. I. 2. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. V. p. 298. ſed nihil eſt neceſſe, cum *emereri* vel pro maxime mereri, vel pro ſimplici poſſit accipi, quod obſervat *Drakenb.* ad *Livium* XXXII. 2. 3. in compoſitis enim *e* aeque atque *de* augere obſervavit *Noodtius* ad D. de His qui not. inf. *Velleius* II 66. 1. *quam quid emeruiſſent.* ubi in quibusdam quoque *demeruiſſent.* conf. *Heinſium* ad eumd. cap. 11. 2. & 127. 1. *Valer. Max.* IV. 1. 6. *tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum geſſerat in emerendis.* V. 2. ext. 4. *quos iuvandi, & emerendi cupiditate flagrabat.* *Ovidius* Heroid. VI. 138.

Crimine dotata eſt, emeruique virum.

ubi in quibusdam quoque *demerui.* Conſule *Heinſium* ad eumd. Art. II. 252. *Muncker.* ad. *Lactant. Placid.* Narrat Fabul. 10. *Drakenb.* ad *Silium* VII 19. & XI. 464. *Burman.* ad *Nemeſian.* Cyneg 145. ad *Quinctil.* Inſtit. X. 1. ad *Lucan.* I. 356. & *Burman. Secund.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 133. —— Noſtro fere convenit *Ioann. Sareſb.* Policr. III. 10. *Romanus omnis adulatione corrumpitur, aut corrumpit. Certe ſi non verbis, poſſunt omnes fraudulentis muneribus expugnari.*

Sed mulierculas] Supra c. 10. 1. *non privatas aedes, ſed publica tecta.* ubi vide adnotata. IAEGERVS. Ellipſin τȣ *etiam* eo loco probari poſſe non puto, ſed certiora protuli ad c. 13. 3. *Exambibant* recte ad archaismos refert *Rittershuſ.* infr. 23. 3. *Pacatus* Paneg. 11. 2. *& tamquam tentaret, ambibat.* Conf. *Servium* ad *Virgil.* Aen. VI. 468. *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. p. 609. Ed. *Stav. Cortium* ad *Salluſt.* Ca-

emerebantur, doniſque captabant. Nec viros quidem, ſed mulierculas exambibant; nec feminas tantum, ſed ſpadones quoque, quos, quaſi a conſortio humani generis extorres, ab utroque ſexu aut naturae origo, aut clades corporis ſeparavit. Ita praeclara illa veterum nomina ſordidiſſimum quemque ex co-

Catil. 61. 8. & quae dixi ad *Arator.* Act. Apoſt. l. 487. Noſtro convenit *Ioann. Sareber.* locus III. 13. init. *qui* (adulator) *nihil aliud quaerit, niſi ut placeat. Si poteſt, per ſe: ſin autem perſonam ſuppoſitam, quaerit uxorem forte, aliamve coniunctam vel iure, vel affectione.* ubi legendum puto, *ſin autem per perſonam*, nimirum quaerit, ut placeat.

Spadones quoque] Quorum in pluribus magna erat apud quosdam Imperatores auctoritas. *Ammian. Marcell.* XIV. 11. *acceſſere ſpadones, quorum ea tempeſtate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum aduleſcebat, inter miniſteria vitae ſecretioris, per arcanos ſuſurros nutrimenta fictis criminibus ſubſerentes* & XVIII. 5. *invenit tandem anſam nocendi fortiſſimo viro, auctore & incitatore coetu ſpadonum, qui feri, & acidi ſemper, parentesque neceſſitudinibus ceteris, divitias ſolas, ut filiolas iucundiſſimas, amplectuntur.* Conf. *Reteſium* Excurſ. Analect. III. T. V. Theſ. *Otton.* p. 1285.

A conſortio] Hunc locum adhibuit *Markland.* Epiſt. Crit. p. 103. ut *Salmaſii* emendationem tueatur apud *Apul.* de Deo Socrat. p. 296. Ed. *Colv. qui vero propter adverſa vitae merita, nullis bonis ſedibus in terra vagatione, ceu quodam exſortio punitur.* ubi vulgo legitur, *exſilio punitur.*

Naturae origo] Duplex Noſtro ſpadonum genus ſignatur: ſed *Lotichius* in *Petron.* tertium addit, ſingulaque gemino carmine complectitur:

> *Caſtratos natura facit; violenta Spadones*
> *Mangonum improbitas; Eunuchos ſola voluptas.*

PATAROL. *Matthaeus* c. 19. vs. 12. Εἰσὶ γὰρ εὐνῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω καὶ εἰσὶν εὐνῦχοι, οἵτινες εὐνυχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· ubi vid. Interpretr. item L. 128. D. de V. S. *Spadonum generalis appellatio eſt: quo nomine tam hi, qui natura ſpadones ſunt, item thlibiae, thlaſiae, ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur.* Vid. & eius Tit. explicatores. IAEGERVS. Vno *ſpadonum* vocabulo quoscumque intellexiſſe *Mamertinum*, procreationi minus utiles, adeoque etiam caſtratos, ſequentia docent. Id recte fieri negavit *Ferrand. Adduens.* Explicat. II. 19. ſed contra docuit *Riccius* Vindic. iur. cap. 4. *Oiſel.* ad *Caii* Inſtit. I. 5. 3. in diverſo enim horum hominum iure demum ſunt diſtinguendi, ut in L. 39. §. 1. D de Iur. dot. quo *caſtrati* dicuntur, quibus omnis in perpetuum generandi eſt ademta poteſtas. Gloſſae Nomicae: Καςράτωρ· εὐνῦχος· ubi Καςράτος emendat *Labbaeus.* ſed ϱ inſertum ex recentioris aevi more recte tuetur *Rover.* Emend. ad Gloſſ. Nom. p. 91. *Spadones* vero ſunt, in quibus quidem vitium procreationi obſtat, ſed quod tempore, aut cura tolli poteſt. Iterum Gloſſae Nomicae: Σπαδῶνες· οἱ ψύξιν τῶν γονίμων μορίων ὑποςάντες· & *Theophilus* ad §. 9. I. de Adoption. adde *Curtium* Εἰκάςων I. 37. Torſit vero quosdam *Iuſtiniani* locus, §. 9. I. de Adoption. *ii, qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt.* ubi *Petitus* Obſerv. II. 6. emendandum cenſuit, *generare nunc non poſſunt; Gothofredus* autem ad L. 2. §. 1. D. de Adoption. *nondum poſſunt;* quod in Membranis a ſe quoque repertum teſtatur *Riccius* Vind. iur. 4. ſed emendatione opus non eſſe melior oſtendit interpretatio, quam dederunt *Ferrandus Adduens.* d. l. & *Schulting.* ad Πρῶτα D. de Adopt. §. 6.

Clades corporis] *Claudiani* verſus pulcherrimos e. I. in Eutropium aſſcribam;

> *Illas praeterea rerum Natura creavit,*
> *Hos fecere manus, ſeu prima Semiramis, aſtu*
> *Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutae*
> *Mollities, laeveſque genae ſe prodere poſſent,*
> *Hos ſibi coniunxit ſimiles, ſeu Parthica ferro*
> *Luxuries vetuit naſci lanuginis umbram,*
> *Servatoque diu puerili flore coegit*
> *Arte retardatam Veneri ſervire iuventam.*

LIVINEIVS. Hoc *damnum amiſſi corporis* dixit *Phaedr.* III. Fab. 11. 3. ubi *Gudius;* quibus autem modis hoc fecerint, tradit *Barthius* ad *Claudian.* in Eutrop. I. 47.

Veterum nomina] Poſteri clarorum virorum, an-

cohorte Imperatoria, etiam probroſisſimum adulabant. Hi, cum in provincias immiſſi erant, qua ſacra, qua profana rapiebant, iter ſibi ad Conſulatum pecunia munientes.

Cap.

antiquis nobilibus orti. Vid. *Vechner.* Hellenolex. II. 8. p. m. 527. ſq. itemque *Acidal.* & *Gruter.* ad *Vell. Paterc.* II. 69. *Arntzen.* ad *Pacat.* c. 9. 5. IAEGERVS. Pro veteribus, eadem periphraſi, quae notata eſt ſupr. 6. 2. adde Patruum meum ad *Caton.* Diſtich. IV. 47.

Cohorte Imperatoria] Hanc *Sueton* Galb. c. 7. *cohortem amicorum* nominat. Add *Torrent.* ad *Horat.* Epiſt. I. 8. 2. IAEGERVS. Hinc *aulae perfidiam* plures tribuunt, de quo *Weitzius* ad *Valer. Flacc.* VII. 102. *Lucanus* VIII. 493.

Exeat aula
Qui velit eſſe pius: virtus, & ſumma poteſtas
Haud coeunt.

quo etiam loco in ſimili re uſus eſt *Ioann. Saresber.* Policr. V. 10. & VIII. 17.

Et improbiſſimum] Vet. *probroſiſſimum.* PVTEANVS. Mira lectio, quae in Vet. & *probisſimum adul.* Et fallor? an germanum, quod *Bertin.* praefert, *probroſiſſimum.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. improbiſſimum. Moerl. probroſiſſimum.* Recte. Ex hoc natum *probiſſimum*, quod deinde mutatum a correctore in *improbiſſimum.* Lectionem noſtram inde a *Gruter.* praeferunt Edd. omnes. IAEGERVS. Retinuit tamen priſtinam lectionem *Rivinus*; in *Guelf* eſt *etiam probroſiſſimum*, quod reſtitui, & ſententiam intendit. Conf. ad *Eumen.* Grat. act 7. 2

Adulabant] *Adorabant* forſan SCHONHOVIVS. Vetuſte dixit, ut *Auſonius* in Gratianum: *Tribus non circuivi, Centurias non adulavi.* LIVINEIVS. Hac voce uſus *Lucretius* lib. V.

Gannitu vocis adulant.

BAVNE. & CELLARIVS. Verbum active uſurpatum rari exempli eſt. PATAROL. *Moerl.* habet *adulabantur.* Sed nihil eſt mutandum. Nam & *adulare* recte dicitur. Conf. *Voſſ.* de Analog. III. 7. IAEGERVS. Antholog. Latin. lib. IV. Epigr. 267.

Cumque pater, materque Deos pro me adularent.

quod ad archaiſmos iure refert *Rittershuſius* infr. 23. 3. alia habent exempla *Barthius* ad *Stat.* Theb. IX. 324. *Pricaeus* ad *Apuleium* V. Metam. p. 278. V. D. ad *Valer. Max.* III. 4. 3. *Withof.* Specim. *Gunther.* p. 157. paſſivum *Ciceroni* ſolet tribui, de Offic. I. 26 *ne adſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus.* poſteriora pro gloſſa habet *Gruterus*, & *Heuman* Parerg. 40. forte ut paſſivi uſus evitetur, quod commodius fieri poſſet, ſi, quod placere *Wopkenſio* memini, legatur, *adulari hos ſinamus.* Simili modo occurrit *abomino* apud *Plaut.* Trinum. III. 2. 82. aliae *Gothofred.* ad *Tertull.* ad Nation. I. 3. adde ſupr. 8. 3.

Qua ſacra, qua profana] *Moerl.* cum *Gud.* habet, *omnia ſacra, omnia profana.* Minus recte. IAEGERVS. *Plautus* Milit. IV. 3. 20.

Qui conſectare, qua mares, qua feminas.

ubi plura *Taubman. Propertius* II. 13. 46.

Qua tibi terra velim, qua tibi fiat aqua.

ubi *Burman. Cicero* ad Attic. IV. 19. *qua dominus, qua advocati.* IX. 14. *qua itineris, qua navigationis.* aliis parco, quae larga manu dederunt *Turſellin.* de Partic. p. 809. *Heinſius* ad *Valer. Flacc.* V. 85. *Savaro* ad *Sidon.* Epiſt. II. 2. *Cortius* ad *Plinii* Epiſt. VI. 28. 1. & IX. 2. 2. *Rittershuſ.* ad eumd. X. 18. 2. *Drakenb.* ad *Livium* II. 35. 4. *Gebhard.* ad eumd. II. 45. 3. — Noſtro ſuffragatur *Ioann. Saresber.* Policr. V. 16. *concuſſores mihi potius videor videre, quam iudices, ac ſi ad hoc ſolum dati ſint, ut provinciam ſpolient.*

Studium] Nota inſignem locum de cauſis, ex quibus rectorum ſtudiorum interitus oriri ſolet: & confer Dialogum *Quinctiliani* de Cauſis corruptae eloquentiae, qui vulgo *Tacito* adſcribitur. Confer item *Petronium Arbitrum* initio Satyrici. RITTERSHVSIVS. Finem huic capiti *Gruterus*, & qui eum ſequuntur, conſtituunt in voce *ſtudium:* mihi vero τὸ *munientes* terminum ponendum, & ab *Itaque nullum*, etc. novum caput ordiendum eſſe videtur. IAEGERVS. Clariſſ. *Iaegeri* iudicium ſecutus ordinem mutavi.

1. *Man-*

CAP. XX. Itaque nullum iam erat bonarum artium ſtudium. Militiae labor a nobiliſſimo quoque pro ſordido, & illiberali reiiciebatur. Iuris civilis ſcientia, quae Manilios, Scaevolas, Servios in ampliſſimum

1. *Manlios*] Vet. *Manilios*. Optime. PVTEANVS. Manlium Torquatum *Valer. Maximus* V. cap. 8. *praeter egregia multa* (ſic lego, non *propter*) *rarae dignitatis*, iuris quoque Civilis, & ſacrorum Pontificalium peritiſſimum fuiſſe refert. Itaque nihil mutem. *Mallios* tamen eſt in Vet., quod non excuſo. Vidi etiam, qui *Manilios* mallet, qui & ipſi Iureconſulti. LIVINEIVS. T. Manlium intelligit, quem *Valer. Maximus* lib. V. c. 8. *iuris Civilis, & ſacrorum Pontificalium peritiſſimum* fuiſſe tradit. *Acidalius* pro *Manlios* legit *Manilios*. Manilius quidem, cum ſe a re militari ad forenſem vitam contuliſſet, tres libros de iure civili ſcripſit. BAVNE. & CELLARIVS. T. Manlium intelligit, puto, de quo mentio apud *Valer. Maxim.* lib V. c. 8. & *Ciceron.* de Finib. lib. I. Ipſum inter eos, qui ius Civile fundaverunt, enumerat *Pompon.* de Orig. iuris. PATAROL. *Arntzenius* ad Diſſert. *Arnaldi* de Vit. Scaevol. p. 23. probat ex *Voſſii* excerptis *Manilios*: de quo *Valer. Max.* V. 8. 3. BIBLIOTHECA CRITICA. Vol. II. Part. I. p. 34. De M' Manilio ICto conſuli poteſt etiam *Erneſti* Clav. *Ciceron.* h. v. IAEGERVS. Adpend. Obſerv. ad Paneg. vet. p. 46. Ex *Putean.* reddidi *Manilios*, quam quidem lectionem ad *Arnaldi* Scaevol. p. 23. *Voſſianis* excerptis adſcripſi, ſed poſtea, quibusdam exceptis, ſolas ex *Puteaneo* variantes continere deprehendi. In *Acidalii* nota nihil eſt, ex quo liqueat, ipſi quoque, ut teſtatur *Baunius*, *Manilios* placuiſſe, quamvis ita legatur in vocibus, ad quas nota illa refertur, cum tamen in Ed., ex qua ſunt deſcriptae, *Manlios* exſtat. Praeterea hic potius *M' Manilium*, quam *T. Manlium* eſſe intelligendum, ex ipſius Conſulatu d. l. evici; iam addo eum cum Mucio Scaevola *ius Civile fundaſſe*, teſte *Pomponio* in L. 2. §. 39. D. de O. I. quod perperam ad T. Manlium refert *Patarolus*; porro hoc confirmatur propter libros, quos de iure Civili ſcripſit, eiusque inſignes de iuris quaeſtionibus ſententias, quarum fragmenta adcurate expoſuit *Maianſius* Fragment. ICtor. T. I. p. 114. ſqq., deinde, quia non parva eius in conſulendo fuit auctoritas, de qua in primis videatur *Cicero* de Orat. III. 33. & denique ad id me ducit addita *Scaevolarum* mentio, quibuscum ſaepe iungitur. *Cicero* de Orat. I. 48. *ex eo genere S. Aelium, M' Manilium, P. Mucium nominarem.* ubi in quibusdam male legitur *M. Manilium*. I. de Finib. 4. *diſſeretur inter principes civitatis, P. Scaevolam, M' Manilium.* pro Caecin. 24. *ſi aliter pronunciatum eſt, ac Mucio placuit, quam ex eorum auctoritate, ſi, ut Manilius ſtatuebat; ſic eſt iudicatum.* ubi *Graevius*. Bruto 28. *P. Scaevola valde prudenter & acute.* — *Nec multo minus prudenter M' Manilius.* ubi iterum male editur *M.* & ad Diverſ. VII. Epiſt. 22. *M. Manilium, M. Brutum ſenſiſſe. Ego tamen Scaevolae. & Teſtae adſentior.* ubi recte *M' Manilium* volebat *Manutius*. — De pluralis in *Manlios* etc. uſu dixi ſupr. 19. 2. Eſt vero ſimilis comparatio apud *Ammian. Marcell.* XXX. 4. *apud Romanos Rutilii, & Galbae, & Scauri,* — *Craſſi & Antonii, & cum Philippis Scaevolae* — *civilibus ſtipendiorum officiis floruerunt, laureasque fori ſpecioſis certaminibus occupantes ſummis gloriae honoribus fruebantur.* — *Ac nunc videre eſt* — *rapaciſſima genera hominum per fora omnia volitantium*, etc.

Scaevolas] P. Mutius Scaevola, A. V. C. DCXVII. Conſul cum L. Calphurnio Piſone fuit, & Pontifex Maximus. Hunc de iure Civili decem libros ſcripſiſſe tradit *Plutarchus* in Sylla. Huius filius, Q. Mutius Scaevola, primus ius Civile generatim in libros XVIII. digeſſit: plurimos habuit auditores clariſſimos; ab eo multa ſe didiciſſe ait *Tullius*. Eundem Craſſus *iuris peritorum eloquentiſſimum, & eloquentium iuris peritiſſimum* apud *Tullium* appellabat. Fuit praeterea alter Q. Mutius Scaevola Augur, quem *Cicero* differentem in libro de Amicitia introducit, a quo ius Civile ſe didiciſſe profitetur. Erat is Laelii gener, Craſſi ſocer. BAVNE. Scaevolam, & Servium Sulpicium paſſim laudat *Cicero*. CELLARIVS. *Scaevolae* nomine non unus legitur inter ICtos P. Mutius apud *Pomponium*, & *Plutarch.* in Sylla. Mutius, eiusdem filius, apud *Ciceron.* Philipp. X. PATAROL. Intellexiſſe mihi videtur *Mamertinus* utrumque Scaevolam, P. Mucium, P. Mucii filium, qui cum Calpurnio Piſone, A. DCXX. Coſ. fuit, eiusque filium Q Mucium, A. DCLVIII. Coſ. Illum haud dubie intellexit, tum propter inſignem in iure peritiam, qua eum M' Manilio etiam iungit *Cicero* de Orat. I. 48. tum propter varia ipſius de iuris quaeſtionibus reſponſa, quae expoſuit *D'Arnaud*

2 mum gradum dignitatis evexerat, libertorum officium dicebatur. Oratoriam dicendi facultatem, multi laboris, & minimi uſus negotium, noſtri proceres reſpuebant; dum

naud in Vit. Scaevol. § 17. ſqq. & *Maianſius* Fragment. Vet. ICtor. T. I. p. 166. denique quod cum Manilio *ius Civile fundaſſe* dicitur in L. 2. §. 39. D. de O. I. de quo dixi ad *Arnald.* d. l. p. 47. De filio autem confer *D'Arnaud.* d. l. §. 27. & *Maianſium* p. 169.

Servios] *P. Servium Sulpitium* puta, qui A. V. C. DCCIII. Conſul fuit. Is magnus Q. Mutii Scaevolae imitator fuit, a quo ad iuris Civilis ſcientiam excitatur his verbis: *Turpe eſt Patricio, cauſas oranti, ius, in quo verſatur, ignorare.* Omnium primus dialecticam iuri adhibuit, & ordine quodam tractare coepit. Ciceroni fuit familiariſſimus, qui & ipſi ad Mutinam, quo ad placandum eloquentia ſua Antonium a Senatu miſſus erat, mortuo ſtatuam aeream pedeſtrem in roſtris poſuit. De hoc ſaepe apud *Tullium* mentio eſt. BAVNE. Conf. *D'Arnaud* Vit. Scaevol. p. 104. *Bachium* Hiſt. Iuriſpr. p. 249.

Evexerit] Alias *evexerat.* RHENANVS. *Evexerit*, *Aldus.* SCHONHOVIVS Vet. *extulit. Vatican. evexit.* PVTEANVS. *Evexerat*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Evexerat* recte. ACIDALIVS. Ita libri Edd. fere omnes. Sed iam *Rhenanus* in ora adnotavit *evexerat*, quod receptum eſt a *Patarolo.* *Evexit* etiam habet *Moerl.* Tò *evexerit* manifeſto vitioſum eſt. Puto ſcriptum eſſe pro *evexerat*, & poſtea mutatum in *evexit;* quare illud recipio. IAEGERVS. In libris omnibus eſt *evexerit*, ſed *Iaegerus* correctionem veram aliorum *evexerat* recepit. BIBLIOTHECA CRITICA. Vol. II. Part. I. p. 34. *Guelf. evexerit.* Quam *Voſſii* excerptis lectionem adſcripſi ad *Arnaldi* Vit Scaevol. p. 23. iam, meliora edoctus, ex *Puteanei* Cod. variantem eſſe deprehendi. *Iaegerum* autem in *evexerat* ſequor. *Ampliſſimus dignitatis gradus* eſt Conſulatus; ita *ampliſſimum Magiſtratum* a Praetura, & Aedilitate diſtinguit *Pacatus* Paneg. 7. 2. Idem cap. 28. 4 *poſt ampliſſimos Magiſtratus, & purpuras Conſulares.* Noſter ſupr. 2. 4 *qui ampliſſimo ſit praeditus Magiſtratu.* nulla itaque de eo dubitandi ratio fuit *Baunio* infr. 27. 4. cum ipſe *Mamertinus* cap. 30. 2. *ſedile dignitatis ampliſſimae* adpellet, quas modo *lecticas Conſulares* dixerat. Conſulatu autem ornatos fuiſſe Scaevolas, & Servium, ex praecedentibus liquet, de M' autem Manilio probat *Maianſius* ad Fragm. Vet. ICtor. T. I. p. 115.

Libertorum] *Moerl. libertinorum*, multo rectius; nam hic non agitur de relatione libertorum ad patronum, quare illud recipio. IAEGERVS. Sunt, qui diſtinguant, ut *libertus* fuerit ipſe manumiſſus, tamquam voce contracta ex *liberatus*, ut putat *Dempſter.* ad *Roſin.* I. 20. *libertinus* vero liberti filius, quam diſtinctionem ad Appii tempora duraſſe contendunt Verior tamen eſt ratio, ipſum manumiſſum dictum fuiſſe & *libertum*, ratione patroni, & *libertinum*, ſed ratione conditionis, praeſertim ſi cum ingenuis compararetur. *Quinctil.* Inſtit. VII. 3. ubi ingenuo ſervum opponit, *ſervus*, inquit, *cum manumittitur*, *fit libertinus.* Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 50. 1. *Drakenb.* ad *Livium* IX. 46. 10. *Mencken.* Obſ. L. L. p. 582. *Oudend.* ad *Sueton.* Claud. 24. *Erneſti* Clav. *Ciceron.* V. *Libertus.* ita *libertinos*, id eſt, libertinae conditionis homines, ab eorum filiis diſtinguit *Macrobius* Saturn. I. 6. *Libertinis vero nullo iure uti praetextis licebat*, —— *ſed poſtea libertinorum filiis praetexta quoque conceſſa eſt.* Ex his ſpecioſa eſt Cod. *Moerl.* ſcriptura, quare libertinos, id eſt libertinae conditionis, in Senatum, & Patricios eſſe adlectos probat *Caſaubon.* ad *Lamprid.* p. 95. ſed tamen non eſt neceſſaria. *Plinius* Paneg. 88. init. *Plerique Principes, cum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi. Horum conſiliis, horum nutu regebantur —— per hos Praeturae etiam, & Sacerdotia, & Conſulatus, imo & ab his petebantur. Tu libertis tuis ſummum quidem honorem, ſed tamquam libertis habes. — Scis enim praecipuum eſſe indicium non magni Principis, magnos libertos.* ubi V. D. & *Schwarzius* in ſua Edit Ob hanc vero auctoritatem quid mirum? ſi & iuris Civilis ſcientiam ad ſe traxerint liberti. Nemo enim unus erat, qui de iure reſpondere poſſet, niſi inpetrata ab Imperatore venia, quod Conſtantini ſaltem tempore adhuc obtinuiſſe patet ex *Eunapio* in Vit. Philoſ. p. 286. quae venia ut ſibi forte ſolis concederetur, a ſuis facile Impp. inpetrare potuerint, quo tamen fuit effectum, ut poſt Conſtantini tempora ſuus perierit Iurisprudentiae ſplendor, turpibus hominum ex plebe viliorum, & inproborum, qui ei ſeſe tradebant, artibus obfuſcatus, quas late enarrat *Ammian. Marcell.* XXX. 4. neque poſt Iulianum melior fuit eiusdem facies, quare *Valentinianus* in Novell. Tit. 10. *Notum eſt*, inquit, *poſt fatalem bo-*

dum homines noluiſſe videri volunt, quod adſequi nequiverunt. Et vere tantum laboris, vigiliarumque ſuſcipere ad id adipiſcendum, cuius uſus agendae vitae ornamenta

coſtium ruinam, qua Italia laboravit, in quibusdam regionibus & cauſſidicos, & iudices defuiſſe, bodieque gnaros iuris & legum aut raro, aut minime reperiri. eaque incredibilis fere iuris ignorantia *Theodoſio* Codicis ſui componendi neceſſitatem inpoſuiſſe videtur. Conf. *Gothofred.* in Prolegom. ad Cod. *Theodoſ.* §. 4. & ad L. I. C. *Theod* de Reſponſ. prudent.

Artificium dicebatur] Aut *ducebatur.* ACIDALIVS. Praeter neceſſitatem *Acidalius.* IAEGERVS. Pro *artificium Guelf.* habet *officium* quod iam probavi ad *D'Arnaudt.* de Vit. Scaevol. p. 23. & recepi; ita enim dicitur, atque *ſervile officium* apud *Petron.* Satyr. 26. fin. *Salluſt.* Catil. 5. ita ICtis *civilia officia* tribuit *Ammian. Marcell.* XXX. 4. cum neque iuris prudentia *ars* dici queat, de quo *Faber* Iurispr. *Papin.* Tit. I. Princ. II. Illat. 5. *artificia* magis ad opifices pertinent. *Cicero* de Finib. III. 2. *ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent.* hinc *artificia* & *quaeſtus* Idem diſtinguit de Offic. I. 42. Graecorum. τέχνας comparavit *Salmaſius* de Trapezit. foenor. p. 190. denique *dignitati* aptius *officium*, quam *artificium* opponitur propter ea, quae de officiis, ſive privatis, ſive publicis tractat *Ioann. Sareſber.* Policr. V. 4.

2. *Noluiſſe videri*] Scribe *aſſequi noluiſſe.* LIVINEIVS. Corrupte *Guelf. voluiſſe videtur. Livineii* emendatione non utor. Oratoriam facultatem reſpuebant Proceres, eam habentes minimi uſus negotium, ideoque negligebant, cum id ſit hominum ingenium, ut vituperent, quod adſequi nequeant. *Cicero* de Offic. I. 31. *neque enim adtinet repugnare naturae, nec quidquam ſequi, quod adſequi nequeas. Phaedrus* IV. Fab. 2. 5.

Qui, facere quae non poſſunt, verbis elevant.

Similia hanc in rem habet *Pricaeus* ad Epiſt. *Iudae* vs. 10.

Et vere] Vet. *verum.* Forte *vero.* PVTEANVS. Lege *vero.* ACIDALIVS. Forte *& fere.*

Suſcipere] Male Ed. *Rhenan. ſuſpicere.*

Ad adipiſcendum] *Ad id adip.* Vet. PVTEANVS. *Moerl.* inſerit *id.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* quibus ſum Codd. obſecutus.

Agendae vitae] Vet. *augendae vitae. Vatican. agendae.* PVTEANVS. Mihi vulgata lectio potior videtur. IAEGERVS. In Ed. *Paris. augendae* etiam tribuitur Cod. *Vatican.* ſed *Puteani* notam dedi ex MSS. penes me excerptis.

Erudimenta] *Ornamenta* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Pro *ornamenta*, quod tuentur Codd. *Moerl. Schonbov. Cuſpin.* cum Edd. recentioribus, *Rhenan. Stephan. Livin. erudimenta.* Mihi vulgata lectio potior videtur. IAEGERVS. Pro vitioſo hunc locum habet Bibliotheca Philologica, monetque, ſtudia bonarum artium eo tempore iacuiſſe, & ab hominibus pecuniae cupidis ideo contemta fuiſſe, quoniam nullos exinde ad uſum vitae agendae fructus exſpectare poterant. Quare, transpoſitis vocibus, legendum eſſe cenſet, *cuius ornamenta uſum vitae agendae non adiuvarent.* Ornamenta vitae, inquit, non *adiuvantur*, ſed *augentur*, *illuſtrantur.* Equidem laudo, & probo commutatam hanc lectionem, ita tamen, ut vulgata non omni mihi praeſidio deſtituta videatur. Nimirum *ornamenta* non modo dicuntur ea, quae rem, vel hominem reddunt ſpecioſiorem, ſplendidiorem; ſed illa etiam, quae conditioni eius non deeſſe, quibus res, vel perſonae neceſſario inſtructae eſſe debent. Sic in *Ciceron.* Orat. pro Sext. c. 51. *ornamenta ordinis Equeſtris*, quae confeciſſe dicitur Gellius, non ſunt decora quae, ſi adſint, equitem quidem reddant ſplendidiorem, caeterum abeſſe, ſalva eius dignitate, poſſint: ſed ſunt facultates, ſeu *cenſus*, quo neceſſe erat equitem eſſe inſtructum, quo minuto eques ordine movebatur. Pari modo *ornamenta vitae agendae* videntur appellari poſſe ea, quibus in vita agenda non magis, quam v. g. eques cenſu in dignitate tuenda, carere poſſumus, nempe facultates, ſcientia rerum utilium, vel ſaeculi rationibus accommodatarum, cet. Sic *Seneca* Epiſt. 90. artes vocat *ornamenta vitae.* Verba eius haec ſunt: *Sapientia non eſt inſtrumentorum ad uſus neceſſarios opifex. Quid illi tam parvula aſſignas? artificem vides vitae. Alias quidem artes ſub dominio habet. Nam cui vita, illi vitae quoque ornamenta ſerviunt.* Haec ornamenta *adiuviſſe* (i. e. iis συνεργῆσαι) bonas artes, praeſertim eloquentiam, negat *Mamertinus.* Sententia igitur verborum ex lectione vulgata haec erit. Dementia ducebatur, ſuſcipere multum laboris ad comparandam dicendi facultatem, cum uſus huius facultatis praeſidiis, ſeu inſtrumentis vi-

3 menta non adiuvaret, dementia ducebatur. Itaque erat omne ſtudium pecuniae coacervandae. Tanto enim vir quiſque melior, quan-
4 to pecunioſior, habebatur. Iam ſerviendi miſeranda patientia, adſentan-

vitae agendae, in quibus divitiae primum locum tenebant, additus ſimilem non haberet efficaciam, non itidem, ut illa, utilitatem afferret. Ne quis dubitet de iſta ſignificatione verbi *adiuvare*, afferam ex multis locum *Plinii* Hiſt. Nat. lib VII. cap. 9. *Luna parte diei ſolis lucem adiuvat*, i. e. συνεργεῖ, ſimiliter ut ſol, lucem ſpargit. Sic eloquentia non adiuvat ornamenta vitae, cum non ſimiliter, ut illa, parit commoda, ſed infructuoſa eſt. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr. vet. p 46. In *Guelf* eſt *ornamenta*. Ex *Puteol* fluxit *erudimenta*, ſed *Cuſpin.* lectionem rectrevocavit *Gruterus*, & ſequentes, praeter *Rivinum*. Locum eleganter interpretatus eſt *Iaegerus*, eoque modo *ornamenta naturae* ſunt apud *Symmach.* Epiſt. IX. 7. cum vero *ornamenta vitae* de Magiſtratuum inſignibus dixerit *Valer Maxim.* III. 2. 7. pari ratione hunc quoque locum eſſe capiendum arbitror, ut per ea Magiſtratus, & munera publica ſignificentur. Ad haec olim ſibi eloquentia viam parabant Oratores; illa itaque ornamenta dicendi uſus adiuvabat, ſive erat adiumento, quo eorum fierent compotes; cum vero hoc tempore id praecipue ſtuderent, ut pecuniam conquirerent, qua ſola eorum ſibi favorem conciliare poterant, quorum opera & favore ad honores pervenirent, nullum amplius uſum illa dicendi facultas ad id praebebat, & dementia ducebatur, in eo multum laboris conſumere, quod, data pecunia, facillime, & in otio comparari poſſet.

3. *Itaque omne*] Vet. *Itaque erat in omne.* Forte *erat iis omne.* PVTEANVS. Inter *itaque* & *omne Moerl.* interponit *erat.* Mihi vulgata lectio potior videtur. IAEGERVS. *Erat* etiam *Guelf.* quod trium Codd auctoritate inſerui.

Pecuniae] Male *Guelf patientiae.*

Vir quiſque] *Vir* abeſt *Guelf.*

Quanto pecunioſior] *Iuvenal.* Sat. III.

Quantum quiſque ſua nummorum ſervat in arca,
Tantum babet & fidei.

PVTEANVS. BAVNE. & PATAROL.

4. *Iam ſerviendi*] *Lipſius* Epiſt. Quaeſt. III. 24. citat, *Ita ſerviendi*, quod in nullo inveni. In ſola *Puteol* eſt *ſerviendum.* ſed tunc *patientia* ſextus deberet eſſe caſus, cui parum reſponderet proximum *calliditas*, niſi hoc modo dividatur periodus, ut legatur: *Iam ſerviendum miſeranda patientia. Adſentandi* (erat) *mira calliditas.*

Calliditas, miniſtrorum] Lege *calliditas: miniſtr* AC DALIVS.

Limina terebantur] Frequentabantur. Vid. *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 65. 3. IAEGERVS. Eodem modo, atque de via *Ovidius* Amor. III. 6 53.

Quid noſtras, inquit, teris anxia ripas.

& Remed. amor. 601. *Martialis* Epigr. X. 28.

Plurima qua medium Roma terebat iter.

Auſonius Moſell. 165. *Rutil.* Itin II. 21. *Prudent.* in Symmach. II. 879. *Minuc. Fel.* Octav. 3. *Heinſius* ad *Claudian.* B. Get. 341. V D. ad *Plinii* Paneg. 50. 3. *Cannegieter* ad *Avian.* Fab. 42. 2. *Miniſtrorum aulae* eſt duplex genitivus, cuius alia exempla dedi ad *Mamertin.* Maxim. I. p. 10. *Eumenium* Grat. act. 4. 3. Incertum Conſtantin. 4 4.

Serviebant] Spadones intelligo, propter ea, quae ex *Ammiano* loca dedi ſupr. cap. praeced. num. 4.

Ternos Patriciae gentis] Quid? Soli tres adulatores patricii? Scribe *ſervos patriciae g.*, aut potius *cernuos.* Et id verum arbitror. Nam ſequitur, *demiſſi, iacentesque vix capita ſupra eorum, quos precabantur, genua tollebant.* Explicat igitur adulatorium, & ſubmiſſum geſtum cernuantium. *Tertullianus* hoc oſtendit in honore habendo uſurpatum, de Poenitentia: *Sed enim illi, qui ambitu obeunt capeſſendi Magiſtratus, quas non ignobilitates veſtium adfectant? quae non atria crudis, & nocturnis ſalutationibus occupant? ad omnem occurſum maioris perſonae decreſcentes.* & *Ammianus* lib XXVIII. *ſalutaſſe Romanos humum paene contingentibus membris* ſcribit. LIPSIVS. Epiſt. Quaeſt. III. 24. & SCHOONHOVIVS. Hui, *ternos* duntaxat? Immo, arbitror, frequentes. *Servos*, aut *cernuos* reſcriptum doctiſſimo *Lipſio* Quaeſt. III. Epiſt 24. non admodum ad ſtomachum meum, quod pace eius dixerim. Sed profecto liberum eſt omne hoc litterarium arbitrium, vereque ille, neſcio quis; *Qui bene divinarit, vatem perbibebo optimum.* Equi-

tandi mira calliditas. Miniſtrorum aulae quotidie limina terebantur. Ad fores eorum, qui regiis cupiditatibus ſerviebant, ternos patriciae gentis viros cerneres ab huiuſmodi dedecore non im-

quidem *pernox* repoſuerim. Dixerat de diurna indignitate eorum, qui aulae monſtra captabant, nunc amplius ait, nec noctu, & quidem a Patriciis, ab ea ceſſatum. Eſtque *ad fores pernox*, ſi Graece reddas, διανυκτερεύων ἐπὶ θύραις. Propoſui modo, quod veriſimile mihi videretur, nec praemium poſco. Tu cenſe, mi Lector. LIVINEIVS. Lege *cernuos*, ut obſervat *Lipſius*. BAVNE. Numerus certus pro indefinito, *plures* Patricios, & vel *ternos* ſimul miniſtro uni, vel liberto Principis. ſupplicare cerneres. CELLARIVS. Ego lectionem non muto. PATAROL. Numerus certus pro incerto hic non magis placet, quam *pernox Livincii*. *Lipſius* ſi non acu rem tetigiſſe, probabiliora tamen protuliſſe videtur. IAEGERVS. Pro *ternos* forte *externos*, cum conſtet, illo tempore exteros etiam ad Patriciatum pervenire potuiſſe. SCHENCKIVS. Praefat. T. II. Ed. *Iaeger.* Auctoritate non caret poſterior *Lipſii* emendatio, qua ſupplices indicentur, de quo vocis uſu *Barthius* Advers. XXXIII. 14. *Sidonius Apollin.* Carm. VII. 416.

> *Curvato cernua collo*
> *Ora ferens.*

Eſt enim *cernuus* is, qui humum ſpectat, & in eam oculos vertit. *Sedulius* Carm. III. 201.

> *Et ſolam deſpectans cernua terram.*

ubi Not. *Arnob.* advers. Gent. VII. p. 246. *pronos & cernuos ruere.* Conf. *Barthium* Advers. XXXV. 12. *Iſidori* Gloſſas inde recte emendavit *Pricaeus* ad Act. Apoſt. I. 18. apud *Avienum* D. O. 533.

> *In iubar Eoum rurſum ſe pervia flectunt*
> *Aequora.*

Vir doctus in Obſerv. Miſcell. T. V. p. 167. emendat, *ſe cernua flectunt*, & prona interpretatur: ſed quamvis in ſitu quandam caeli plagam *ſpectare* non numquam dicantur regiones, aut mare, utrum tamen ideo *cernuum* dici poſſit, valde dubito. Neque magis placet hoc loco *Lipſii* coniectura, vel ideo, ne bis idem dixerit *Mamertinus*; ſequitur enim *demiſſos*, quod a *cernuos* nihil diſtat. *Livineii pernox* id exprimit, quod *pervigilare ante fores* dixit *Auſonius* Epigr. 92. vs. 6. id tamen neque *Iaegero* ſatisfacere potuit, nec mihi; quid enim? eosne nocte ante aedium fores ſtetiſſe credideris, & non potius eo tempore, quo ſalutare moris erat, id eſt, matutino. Suum *ternos* pro pluribus nemini, puto, probaturus erit *Cellarius*, qui cogitaverit, de maiori id quidem numero eſſe pervulgatum, veluti *centum*, *ſexcentis*, ſed rei naturae adverſari, ut plures in ſe contineat minimus; non enim *ternos* capi poteſt, quo incerto numero *tres quatuorve adfuiſſe* dicuntur. *Schenckii externos* confirmarent notata ad *Nazarium* Paneg. 35. 2. & a *Langlaeo* Semeſtr. VII. p. 398. ſed, quare de his magis, quam aliis, hoc diceretur? ea enim erat horum temporum labes, ut ſine diſcrimine omnes, qua gente aut natione fuerint, huius fuerint adulationis ſtudioſiſſimi. Suſpicatus igitur aliquando ſum, utrum in *ternos* lateret *curvatos*. *Ammian. Marcell.* XVI. 12. *primo curvatus, deinde humi ſuppliciter fuſus.* & XVII. 12. *ſtantes curvatis corporibus.* ſed iam illud repudio, quia nimis a litterarum ductu recedit, neque a *demiſſi* differt. Deſperatusne igitur locus eſt? Non puto; periiſſe enim vox videtur, ad quam ſequentia *ab huiusmodi dedecore*, & *imbri*, *gelu* ſpectaverint. Emendo igitur *intectos Patriciae gentis viros:* hoc eſt, nudato capite, quo Romanos reverentiam alicui indicaſſe docet *Plutarchus* Quaeſt. Rom. p. 266. Hoc in Patriciae gentis viris erat *dedecus*, ut iſtiusmodi miniſtris honorem praeſtarent, qui ſibi magis debebatur, quare *reverendas patriciae gentis effigies*, id eſt, Patricios Conſtantium, Vrbi adpropinquantem, vidiſſe tradit *Ammian.* XVI. 10. Dedecori huic adcedebat, ut iidem ante fores *imbrem*, *gelu*, aeris *iniuriam* perferre deberent, quo modo ſupr. c. 13. 3. dixit: *hieme pruinam Thraciae intectis verticibus perferatis.* *Cicero* de Seneſt. 10. *nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto ſit.* his vero eos, qui ante fores ſtabant, expoſitos fuiſſe, egregie inluſtrat *Macrobii* locus, Saturn. VI. 8. *Qui amplas domus antiquitus faciebant, locum ante ianuam relinquere ſolitos, qui inter fores domus & viam medius eſſet. In eo loco, qui dominum eius domus ſalutatum venerant, priusquam admitterentur, conſiſtebant, & neque in via ſtabant, neque intra aedes erant.* Horum itaque Patriciorum habitus par fuit eidem cu-

imbri, non gelu, non amaritudine ipſius iniuriae deterreri. Demiſſi, iacenteſque vix capita ſupra eorum, quos precabantur, genu adtollebant. Ad poſtremum, honores non iudicio, aut benevolentia ſuperborum, ſed miſericordia merebantur.

Cap. XXI. At nunc quiſquis Provincias, Tribunatus, Praefecturas, Conſulatus cupit, nihil neceſſe eſt, pecuniam per fas & nefas quaerat, ac libertatem ſuam ſalutator vilis imminuat. Quanto fuerit
2 paratior ſervituti, tanto honore indignior iudicabitur. Tum aliud quod-

cuiusdam Antonini, de quo *Ammian.* XVIII. 8. *Sublata tiara, quam capiti ſummo ferebat honoris inſigne, deſiluit equo, curvatisque membris, humum vultu pene contingens, ſalutavit patronum adpellans & dominum.* — De *Patriciae gentis viris* conf. *Elmenborſt.* ad *Arnob.* adv. Gent. II. p. 79.

Imbri] *Guelf. hymbre.*

Iniuriae] Eleganter de incommodo ex nivibus, & frigore. Conf. ad *Mamertin.* Geneth. 2. in fin. *Plinius* Hiſt. Nat XVIII. 27. *iniuriam poſtea frigoris timere nolito.*

Genua tollebant] *Genu attollebant* Vet. LIVINEIVS. Eadem in ſalutationibus uſque ad terram declinantes. PATAROL. *Moerl. genu attollebant.* Forte *genua attollebant.* IAEGERVS. *Genua* tueri poſſet locus ſupr. 18. 6. *corporibus in genua ſubmitti*; ſed cum in *Guelf. genu attollebant* etiam legatur, tribus Codd. obſequi malui, in quo tamen *Iaegeri* maxime placet coniectura. Hoc *humum vultu pene contingere* dixit *Ammian.* XVIII. 8.

Merebantur] *Guelf. terrebantur.* Forte *tenebantur*, id eſt, obtinebantur, de quo uſu dixi ad *Nazar.* Paneg. 15. 5. & cum κατέχειν contulit *Pricaeus* Adnot poſter. ad Pſalm. 72. vs. 12. quo modo *terrere*, & *tenere* confundi docuit Pat r meus ad *Victor.* Inluſtr. 26. 1. *Drakenb.* ad *Livium* XXII. 42. 7. & XXIII 1. 10. Sed praeſtat vulgata, ſi *mereri* pro conſequi capias, de quo ad Incert. Maxim. 5. 3. *Eumen.* Conſtantin. 3 1.

1. *Per fas quaerat*] *Per fas & nefas* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Solus omiſit *Livineius*, *& nefas*, quod habent Codd. reliquaeque Edd. Pro *quaerat Puteolan. quaereret.* Pertinet hic locus ad morem, ſub Conſtantio uſitatum, de danda Aulicis pecunia, quorum ſuffragio ad honores pervenirent, quem cum, provecto ad imperium Iuliano, etiam ſervaſſent, hic eum lege damnavit, in ipſo hoc *Mamertini* Conſulatu, Kalend. Februar., lata, qua repetendae pecuniae facultatem iis, qui dediſſent, negavit, L. 1. C. *Theod.* Si cert petat. de ſuffrag. ubi *Gothofred.* & ad L. 1. Ad Leg. Iul. de ambit. adde *Caſaubon.* ad *Sueton.* Veſpas. 23.

Salvator vilis] Ἴσως *ſalutator*, ſic *Vatican.* vel *adulator.* PVTEANVS. Lege *ſalutator.* ACIDALIVS. *Salvator Rhenan. Henr. Stephan.* & in pr. *Rivinus*, quod quidem *Mamertini* aevo non indignum habeatur vocabulum, de quo *Reines.* Epiſt. ad *Daumium* 20. & 26. & a me dicta ad *Arator.* de Act. Apoſt. I. 736. ſed, ſi hoc voluiſſet, qua fuit elegantia, potius ſcripſiſſet *ſervator*, quo modo ex melioribus Codd. alii etiam ſunt emaculandi, veluti *Iuvencus* Hiſt. Euang. II. 245. 385. III. 19. ex *Cantabrig.*, cuius variantes ad manus ſunt, & II. 329. ex eodem, & *Lipſiens.* quem a *Cortio* collatum vidi. Hoc ſane loco *ſalvator*, aut *ſervator* nullius eſt pretii. *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta *ſalutator*, quod iam in antiquiſſimis Edd. *Puteolan. Cuſpin. Livin.* exſtitit; ex ingenio quoque ſubſtituit *Iuretus* ad *Symmach.* Epiſt. VIII. 41. & ipſe tuitus ſum ad *Arator.* I. 736. Eſt nimirum *ſalutator* ex eo hominum genere, qui aulicos *adſiduis obſequiis emerebantur*, *donisque captabant*, ut dixit ſupr. 19. 4. hi, cum eſſent *viles*, aliorum *imminuebant libertatem*, eorum nimirum, quibus ſua merita, virtutes, & factorum ſplendor honorum petendorum libertatem dabant. His enim, quamvis ius proprium non haberent, libertas tamen, & petendi aptitudo iuxta alios erat, ut de candidatis ad munera publica adſpirantibus ſcribit *Grotius* I. B. II. 17. §. 3. Haec etſi vera ſint, aegre tamen mihi perſuadeo, ipſam *Mamertini* manum dediſſe Codd. Etenim cum de quaerendis pecunia honoribus loquatur, mihi ſcripſiſſe videtur *ſuffragator vilis*, quam vocem minus ſibi cognitam in magis notam *ſalutator* mutavit Librarius. Eſt autem *ſuffragator*, qui, accepta pecunia, ſuo efficit auxilio, ſuaque auctoritate, ut, qui dederit, muneris fiat compos. Vid. *Gothofred.* in Notis ad L. 1. C. *Theod.* Si cert.

quoddam hominum genus eſt in amicitia Principis noſtri, rude, (ut urbanis iſtis videtur) parum come, ſubruſticum; blandimentis adulantium repugnat, pecuniae vero alienae, tamquam rei noxiae, tactum reformidat; maximas opes in reipublicae ſalute, & glorioſa Imperatoris ſui laude conſtituit. Iam ipſe ingenti, divinaque provi 3
dentia adverſus omnes adſentatorum illecebras, captioneſque munitus eſt. Quippe ei a fucatis adulantium venenis quod periculum eſt, qui aures etiam veris laudibus gravatus impartiat? Sed 4
mul-

cert. petat. ex ſuffrag. *Duarenus* Disput. anniv. II. 21. *Homberg.* ad Rubric. Novellae 8. Gloſſae Nomicae: Συφράγιον. βοηθὸς, ὅθεν καὶ τὰ παρεχόμενα ἐπὶ τῷ βοηθῆναι τινὰ συφράγια καλεῖται. recte illic Συφραγάτωρ. βοηθὸς emendat *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 252. Magis autem per *ſuffragatorem*, quam *ſalutatorem* minuebatur petendi libertas, praecipue ſi aulae artibus inpediret ſuffragator, quo minus Principem adeundi, & ambiendi daretur occaſio. *Viris* autem *ſuffragatoris* adpellationem ad ſpadones illos refero, de quibus ſupr. 19. 4. quos corradendae pecuniae avidos fuiſſe teſtatur *Ammian. Marcell.* XIV. 11. XVI. 7. & XVIII. 5. — *Puteani* notam dedi ex MSS. penes me excerptis caſtigatiorem, quam eſt in Ed. *Pariſin.*

Vocabitur] Vet. *indicabitur.* PVTEANVS. *Iudicabitur Bertin.*, *indurabitur Cuſpin.* Inepte. LIVINEIVS. MS. unus *iudicabitur*, quod & ſuccurrebat *Bongarſio*, cum reperiſſet in Edit. *Viennenſi*, *indurabitur.* GRVTERVS. *Bongarſius*, & *Gruterus* legunt *indicabitur*; itaque eſt in Edit. *Viennenſi.* BAVNE. *Cuſpin.* mendoſe *indurabitur*, quod natum videtur ex *iudicabitur*, ut habet *Schonhov.*, itemque *Moerl.* cum *Gud.* Quorum ob conſenſum hoc recipimus IAEGERVS. Fallitur de *Viennenſi Baunius.* *Iaegerum* ſequor, eamque lectionem olim iam probavi ad *Arator.* de Act. Apoſt. I. 88. ubi monui, in meis excerptis ex *Gud.* legi *indicabitur* quamvis aliter *Iaegerus.*

2. *Come*] *Parum come* Vet. PVTEANVS. Fortean ſcribendum *income*, ea forma, qua apud *Tertullianum* alibi repono ex Membranis *inbonus.* MODIVS. Novant. Lection. Epiſt. 25. *Come* Vet. *parum come Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin* Egregie. LIVINEIVS. Forte *income.* Vel negatio aliqua alia addenda. ACIDALIVS. Τὸ *parum* non comparet in Cod. *Livin* & Edit. *Rhenan.* & *Stephan. Livineius* in textu habet *commune* Noſtram lectionem libri ſcripti, & excuſi ceteri recte tuentur. IAEGERVS. *Parum* deeſt iam in *Puteolan.* & *Paull. Stephan.* qui in eo *Cuſpin.* deſeruit, cuius ſcripturam reduxit *Gruterus*, & ſequentes, praeter *Rivinum* in pr. Vulgatam probant Codd., etiam *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta.

Adulantium] *Guelf.* *adulatum*; haud dubie pro *adulantum*, ut mox n. 3. in *Cuſpin.* & n. 4. *potentum* in quibusdam, ex duplici huius genitivi uſu, de quo ad *Eumen.* Conſtantin. 12. 2.

Pecuniae vero alienae] *Vero* abeſt *Bertin.* LIVINEIVS.

Rei innoxiae actum] Vet. *noxiae tactum.* PVTEANVS. Certum videtur reponendum, *tanquam rei noxiae tactum.* MODIVS. Novant. Lection. Epiſt. 25. & ACIDALIVS. Vitioſe *Rhenan. Stephan. actum.* IAEGERVS. *Rei innoxiae actum* habent *Rhenan. Stephan. Rivinus*, qui tamen in ſec. *tactum*, quamvis *innoxiae* ſervaverit. Vulgatum probat quoque *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta.

Glorioſi Imperatoris] Vet. *glorioſa Imperatoris.* PVTEANVS. *Glorioſa* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Glorioſi* minus bene *Rhenan. Stephan.* cum *Livin.* IAEGERVS. *Glorioſa Guelf.* & hoc recte reddidit *Gruterus*; alterum ex *Puteolan.* in priores Edd. fluxit, & in pr. retinuit *Rivinus.*

3. *Ingenti divinaque providentia*] Recte. Quid tamen ſi *ingenio diutinaque prudentia?* ACIDALIVS. *Prudentia* habet *Moerl.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 10. 1.

Adulantium] *Adulantum, Cuſpin.* LIVINEIVS. Reſpice n. 2.

Impertiat] *Guelf. impartiat*, quod reſtitui, monentem ſecutus *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. IV. 23. 3. quia conſtanter in his Panegyricis ita fuit editum, ut apud *Mamertin.* Maximian. 3. 3. & 10. 1. *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 19. 1. *Nazarium* Conſtantin. 7. 3. & ſupr. 2. 3. apud *Mamertinum* tamen Genethl. 12. 2. in *inpertiens* nulla eſt in Codd. varietas; utriumque recte dici do-

multo multoque nunc facilior eſt ratio honorum petendorum. Quisquis, inquam, capere magiſtratum voles, auri atque argenti negligens eſto; nullas oſtiatim potentium aedes obito; nullius pedes, nullius genua complectitor. Adhibeto tantum tibi gratuitas, & paratu facillimas comites, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, atque prudentiam; ultro ad te maximus Imperator accedet, &, ut capeſſas rempublicam, flagitabit. Otioſo tibi, atque alia curanti Provinciae, Praefecturae, faſces, ſella curulis, atque inſignia omnia magiſtratuum deferentur. Quid enim ſibi verae vir perfectaeque

docet *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 461. & *Drakenb.* ad *Livium* XXXVIII. 36. 8.

4. *Multo multoque*] Vid. Paneg. *Mamertin.* Genethl. c. 10. 5. IAEGERVS. Conf. *Rittershuſ.* infr. 23. 3. & ſupr. ad *Mamertini* locum.

Nunc facilior] *Nunc* abeſt *Bertin.* LIVINEIVS. Τὸ *nunc* male abeſt *Bertin.* & *Moerl.* Redit, poſt digreſſionem, Orator ad ſuperiora *At nunc*, &c. ideoque utitur particula *ſed*, qua oratio continuatur. Vid. *Heuſinger.* ad *Ciceron.* Philipp. II. c. 32. 6. IAEGERVS.

Potentium] *Potentum* Vet. LIVINEIVS. Et *Guelf.* reſpice ſupr. n. 2.

Adhibeto] *Guelf. adhibito.*

Tantum tibi] *Tibi* abeſt *Bertin.* LIVINEIVS.

Iuſtitiam] Virtutes praecipuas, ſeu cardinales. *Ammian. Marcell.* lib. XXV. c. 4. *Cum enim ſint, ut ſapientes definiunt, virtutes quatuor praecipuae, temperantia, prudentia, iuſtitia, fortitudo,* &c. PATAROL. *Ioann. Saresber.* Policr. IV. 12. *Hae ſunt quatuor virtutes, quas Philoſophi cardinales adpellant, eo quod a primo fonte honeſtatis quaſi primi rivuli emanare credantur, & de ſe bonorum omnium fluenta propagare.*

5. *Sella curulis*] De hac in *Plinii* Paneg. c. 56. BAVNE. *Auſon.* Grat. act. 2. 4. *ſedes honoris, ſella curulis. Putean.* ad *Pacat.* Paneg. 9. 6.

Perferentur] Vet. *deferentur.* PVTEANVS. *Deferentur*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. An *offerentur?* ACIDALIVS. Sic Edd. omnes, praeter *Cuſpin.*, ubi legitur *deferentur*, quod & *Schonhov. Gud.* & *Moerl.* praeferunt, recte, puto. Nam de honoribus cum ſermo eſt, hoc, non illud, verbum ſolet adhiberi. Ita cap. ſeq. ſect. 3. *Nova prorſus fuit honorum deferendorum, & inſperata congeſtio. Cicero* pro L. Manilla, c. 17. 5 *Si uni omnia tribuenda ſint, unum digniſſimum eſſe Pompeium; ſed ad unum tamen omnia deferri non oportere.* Idem pro Domo ſua, c. 8. *Cum his haec a me haberi oratio poteſt, qui ita diſputant: ſe, ſi qua res ad unum deferenda ſit, ad Cn. Pompeium delaturos potiſſimum.* Idem Epiſt. ad Diverſ. XIII. 55. *Nam cum iam diu diligerem M. Anneium, deque eo ſic exiſtimarem, ut res declarat, quod ultro ei detulerim legationem,* &c. & ad Attic. VI. 1. *Ego tamen, quas per te Bruto promiſeram, praefecturas M. Scaptio, L. Gavio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli. Cornel. Nep.* Phocion. c. 1. 2. *Fuit enim perpetuo pauper, cum divitiſſimus eſſe poſſet, propter frequentes delatos honores.* Idem Attic. c. 6. 4. *Multorum Conſulum, Praetorumque praefecturas delatas ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſecutus. Horat.* Epiſt. I. 16. 34.

Detulerit faſces indigno.

Haec itaque lectio, quam recipimus, praeſtabilior eſt & vulgata, & coniectura *Acidalii.* IAEGERVS. *Tacitus* Annal. II 43. *delatum ab Auguſto Conſulatum accipere. Ammian. Marcell.* XV. 8. *in deferenda ſuperiori poteſtate.* Supra 15. 4. *honores ad parum dignos penuria meliorum ſolere deferri.* & 19. 3. *vix pauci exſtiterunt, quorum virtutibus deferretur.* cap. 31. 5. *Conſulatus multis eſſe delatos. Auſon.* Grat. act. 17. 2. *Quarum Praefecto hanc honorificentiam detuliſti.* Pacat. Paneg. 16. 4. *honos habitus eſt, qui totus eſſet illorum, quibus deferebatur,* ut illic pro *differebatur* recte eſt emendatum: conf. Not. Patern.

Conſtanter] Cum certa ſpe, & fiducia, fidenter. *Sueton.* Auguſt. c. 10. *Ludos autem victoriae Caeſaris, non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipſe edidit. Et quo conſtantius cetera quoque exſequeretur, in locum Trib. plebis, forte demortui, candidatum petitorem ſe oſtendit.* Idem Neron. c. 7. *Tener adhuc, necdum matura pueritia, Circenſibus ludis, Troiam con-*

que virtutis non conſtanter de honore promittat, cum me, propter tantillum innocentiae meritum, uno in anno ter videat honoratum?

Cap. XXII. Ecquis Deus uno in anno multiplices fructus agro uni dedit? Num quisquam in eadem novali, aeſtate una, amplius quam ſemel meſſuit? Num cui, uno autumno, unoque vineto, vindemia triplex fluxit? Vna certe unius eſt hiemis olivitas. Sed in noſtri Principis beneficiis miraculo caret multiplicata foecunditas. Vt de aliis optimis vi- 2
ris taceam, qui a priore in proximum autumnum fructus annorum mul-

conſtantiſſime, favorabiliterque luſit. IAEGERVS. *Auſon.* Grat. act. 19. 3. *ut facere debui; quid conſta tius.* Supr. 3. 2. *me multa conſtanter in hac urbe fuiſſe dicturum.* *Herald.* ad *Arnob.* adverſ. Gent. II. p. 80.

Promittat] *Promutat Guelf.*

Propter tantillum] *Guelf. per tantillum.* Non male cum *propter* poſſit eſſe ex gloſſa, quam ſignificationem *per* habere oſtendi ad *Eumen.* Conſtantin 3. 3.

Vno in anno] Cap. ſeq. princ. *Deus uno in anno —— dedit.* Ita *in* addi, cum abeſſe poſſet, dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 1. 2. & Conſtantio 2. 1.

Ter videat] De tribus *Mamertini* Magiſtratibus initio huius Orationis dictum eſt. BAVNE. Praefectura ſcilicet aerarii, Praetorii, & Conſulatu. Ipſe mox cap. ſeq. Vide dicta cap. 1. PATAROL. Conf. ſupr. p. 6?5. In *Guelf.* deſunt verba *ter videat honoratum*, & initium cap. ſeq. uſque ad *multiplices*, quod factum propter verba *uno in anno*, ante *multipliees* cap. ſeq. iterum occurrentia, quando intermedia ſaepe omittere ſolent parum adtenti, & feſtinantes Librarii; talia ſunt etiam exempla apud *Mamertin.* Genethl. 6. 2. & *Nazar* Conſtantin. 16. 5.

1. *Ecquis Deus*] *Nec quis* Vet. *Cuſpin.* hanc ſcripturam, meo animo, bene in *Nunc quis* reformes, pro eo, quod uſitatius in orationis tranſitu *Iam quis.* Occurrit & laudatione *Pacati* c. 38 Tu vide, Lector, quae notamus ad Paneg. *Plin.* c. 44 LIVINEIVS. Ego malim, *Num quis.* RITTERSHVSIVS. *Goldaſtus* ad *Columban.* p. 110. emendat *ne quis*, id eſt, ne quis quidem Deus. Nihil muto *Pacat.* Paneg 36. 1. *Ecquis Imperatorum umquam putavit.* Conf. ad *Mamertin* Geneth 1?. 4. idem pr *ne quis* reſtitui *Ioann. Saresber.* III 14. in Miſcell. cap 6. p. ?8

Novali aeſtate] *Novalis*, vel *novale* terra eſt, quae alternis annis quieſcit, ac ſeritur, quo ſenſu *Virgilius* Georg. lib. I. 7.

Alternis idem tonſas ceſſare novales.

Hoc loco pro terra ſimpliciter ſumitur. BAVNE. Conf. ad Incert. Conſtantin. 22. 2.

Autumno] Hoc, aliisque locis *auctumno* dedit *Iaegerus*, quod ab *augeo* probat *Dausquius* Orthogr. II. p. 49. & *Geſnerus* Lexic. Ruſtic. Sequor tamen *Torrent.* ad *Horat.* Od. II. 14. 15. & IV. 7. 11.

Triplex fluxit] *Guelf. reipcae fluxit.* id eſt *Reipublicae*, quod, quo pertineat, non video.

Olivitas] Hoc eſt, olei proventus, qua figura & *autumnitatem Arnobius* dixit adverſ. Gent. I. *Ex olivis veſtris, atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi, at ex noſtris exprimi unum prohibeant palmitis rorem.* Eiusdem operis II. *Interrogemus & nos contra; Quae cauſa, quae ratio eſt, ut non ſuis aliquando reddantur menſibus tempora, ſed ſerius hiems,* (*hiemes* MS.) *ſerius aeſtas, atque autumnitas fiant? Minutius Foelix* Octavio: *nam id temporis poſt aeſtivam diem in temperiem ſemet autumnitas dirigebat.* Vtrumque apud *Catonem*, *Varronem*, *Columellam* legas. LIVINEIVS. Vox a *Catone*, *Varrone*, & *Columella* uſurpa a pro tempore colligendarum olivarum. BAVNE *Minucius Felix* cap. 17. *Hiberna olivitas.* *Olivitas*, tempus legendi olivas maturas, quod circa Decembrem eſt. *Columella* XII. 50. *Media eſt olivitas plerumque initium menſis Decembris.* CELLARIVS. & PATAROL. Conf. *Gronov.* Obſerv. in Eccleſ. p 79. eamdem vocem *Eumenio* reddere conatus eſt *Rittershuſius*. Gratiar. act. 13. 3. ſine neceſſitate. Similia noſtro loca contulit *Pricaeus* ad Act Apoſt. 14. 17.

Foecunditas] *Guelf foecundatas.*

2. *Fructus annorum*] *Honorum*. *Cuſpin.* Belle. LIVINEIVS. Corrupte *Rhenan. Stephan Livin* cum *Moerl. annorum*, ſed veram lectionem *Cuſpin* cum *Gruter.* ceteriſque exhibent IAEGERVS. *Annorum* quoque eſt in *Guelf* praeterea in Ed. *Puteolan.*, omnibusque *Grutериanae* prio-

multiplices meſſuerunt; mihi certe tertia unius anni ubertas eſt Conſulatus. Primum theſaurorum omnium mandata cuſtodia, & diſpenſatio largiendi. Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus Praefectura. Additus his, quo vel ſolo cuiuslibet aviditas vinceretur, proventuum tuorum tertius,
3 Conſulatus. Dein cum ager adſiduitate fructuum in maciem decoquatur; Impe-
pe-

prioribus. Ex *Cuſpiniana honorum* recepit *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* omnes ſunt ſecuti. Solius tamen *Cuſpiniani* tanta non eſt apud me auctoritas, ut *annorum* ſpernam, quod conſtanter tuentur Codd., etiam quos inſpexit *Puteanus*, quia ad Ed. *Rhenan.* nihil notavit. Hoc itaque reddidi, ipſa orationis ratione id flagitante, qua fructibus *annorum* opponitur *unius anni* ubertas, cui *unius* efficaciam ineſſe qui negaverit, arbitror fore neminem. Haec, ſi *bonorum* legas, perit, quia tunc nihil eſt, cui *unius anni* opponatur. *Vnius anni ubertatem* habet, qui uno eodemque anno plures Magiſtratus ceperit, *fructus* vero *annorum metit*, qui per plures annos ſingulis Magiſtratibus fuerit ornatus. Suam itaque prae aliorum conditione eſſe meliorem praedicat *Mamertinus*, quod hi fructus ex geſtis per ſingulos, pluresve annos Magiſtratibus ceperint, ipſe vero ex iisdem per unum annum. Adparet hinc, verba *a priore in proximum autumnum* capi non poſſe de autumno anni CCCLX. ad proximum anni CCCLXI. qui Kal. Januar., quibus habita eſt haec gratiarum actio, praeceſſit. Ita enim annus tantum effluxiſſet, quique in eodem Magiſtratus, quantumvis multiplices, cepiſſent, non diverſa a *Mamertino* conditione, ſed eadem *unius anni ubertate* fuiſſent uſi. Quid igitur? *priorem* autumnum de autumno anni CCCLV. interpretor, quo VIII. Id. Novembr. a Conſtantio Caeſar eſt factus Iulianus, *proximum* vero de autumno anni CCCLXI., quo, mortuo III. Non. Octobr. Conſtantio, factus eſt Auguſtus. Vid. *Ammian. Marcell.* XV. 8. & XXI. 15. Idem itaque haec verba indicant, atque ſi ſcripſiſſet, qui inde a Iuliano Caeſare uſque eumdem Auguſtum fructus annorum meſſuerunt. Si dubites, id quaero, quare *autumni*, & non cuiusque alterius temporis meminerit, cum per totum annum illiusmodi honores darentur. At; totum annum intellexit, ſed *autumnum* dicere maluit, qui Metaphorae in *fructus meſſuerunt* eſſet convenientior. Neque ego ſum, qui hoc diffitear, ideoque *Caeſaris*, & *Auguſti* adpellatione abſtinuiſſe videtur, ſed qui tunc *unius anni* ab autumno in autumnum *fructus unius anni ubertati* opponantur, non perſpicio.

Multipliciter] Vet. *multiplices.* PVTEANVS. *Multiplices*, *Bertin.* LIVINEIVS. Sic Edd. omnes. At *Gud. Moerl. multiplices*, quod praefero. IAEGERVS. Confirmant praecedentia, *multiplices fructus agro uni dedit.*

Tertia] *Moerl. terna*, quod verum puto. Ex *terna*, errore Librarii, ortum *tertia*, eique deinde ab explicatore in margine addita, & hinc in contextum illata eſſe videtur vox *conſulatus*, quae ſane quam importuna eſt, & quia ſtatim in recenſu honorum occurrit, & quia *conſulatus eſt mihi ubertas* recte & eleganter dici nequit. Quare, recepta Cod. *Moerl.* lectione, illam uncis coercui. IAEGERVS. Nullam mutandi, vociſve *Conſulatus* eiiciendi video rationem. *Vbertas* eſt felix fructuum proventus. Is uno in anno tertius erat, nimirum Conſulatus. Non diffiteor, quia mox tres honorum gradus enumerat, quorum ultimus erat Conſulatus, multum blandiri, ſi legas *trina unius anni ubertas eſt*. Sed orationis efficacia mihi in *Conſulatu* ſita eſſe videtur. Alii quoscumque honores acceperant, ſed multiplices, quibus per minores ad maiores, ipſe vero non per multiplices, ſed duo tantum gradus ad tertium, & ſummum quidem adſcenderat. Vt itaque indicaret, in quo aliis eſſet fortunatior, neceſſaria erat *Conſulatus* mentio, qua voce deleta, verbis parum inerit efficaciae.

Theſaurorum] Conf. ſupr. p. 654. & *Lipenium* in Strenar. hiſtor. T. XII. Theſ. *Graev.* p. 458.

Bonorum meorum] *Honorum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. bonorum*, facili permutatione, & errore. Vid. Paneg. *Nazar.* c. 36. 1. IAEGERVS. *Guelf. bonorum*, & ita antiquiſſima *Puteolan.* & praeter *Cuſpin.* omnes ante *Gruterum*, quem in *honorum* reliqui, etiam *Rivinus*, ſunt ſecuti. Haec quoque ſunt permutata apud *Pacat.* Paneg. 20. 1. ubi vide. — De *Praefectura* conf. ſupr. p. 654. & *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 86. 2.

Aviditas] *Puteolan. aviditates.*

Proventuum tuorum] Imo *meorum*, quod cuivis patet. Et ſic praecedit: *Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus Praefectura.* ACIDALIVS. Neceſſaria utique emendatio. Pro

meo-

peratoris noſtri poſterior liberalitas vincit priorem, nec ſit effoeta gignendo, ſed per vices fructuum fecundatur. Nova prorſus fuit honorum deferendorum, & inſperata congeſtio. Nondum ſtatum ſuum ſiderum curricula muta- 4
verant, iam Princeps curſum dignitatis alterius commovebat: etiam tum ſol ab eorumdem aſtrorum regione radiabat, iam Auguſtus tertia magiſtratus mei ſi-

meorum feſtinans Librarius *morum*, & pro hoc alius deinde *tuorum*, quod totidem conſtat ductibus, ſcripſiſſe videtur. Itaque & ſine librorum auctoritate *Acidalium* hic ſequor. IAEGERVS Facilis eſt *Acidalii* correctio; quae etiam placuiſſe videtur *Valeſio*, cum ad *Ammian.* XXI. 8. ita citaverit, eaque confirmari videtur, quia nihil praeceſſit, quo *tuorum* referatur, cum Iulianum tertia, ut dicunt, perſona *noſtrum Principem* adpellet, num. 1. & 3. In ea tamen contra omnes Codd. recipienda *Iaegerum* ſequi auſus non fui, tum quia omnes Codd. & Edd *tuorum* ſervant, t m vero etiam, quia perſonas miſcere ſolet *Mamertinus.* Ita cap 9. 1. Iulianum adloquitur, & n. 4. ad.it, *ope Imperatoris refotas*, pro ope tua cap. 26. *Prorſus amicitias tueris.* —. *Mira eſt in Principe noſtro*, pro in te. cap. 29. 3. *Av.o plane, Imperator, & avebo.* — *inluſtrat Conſulatus, quem tribuiſti, amplitudo, quam tribuis. Poſt primae ſalutationis fauſta colloquia,* — *ſciſcitatur*, pro ſciſcitaris. Denique ſi quid f ret emendandum, mallem *proventuum duorum*; ex duobus enim praecedentibus tertius erat fructus Conſulatus; facile enim. praelegente ſocio, litterae *t* ſonum pro vicino *d* excipere pc tuit Librarius, quare eaſdem paſſim inter ſe permutatas in Codd. offendes, cuiuſmodi exempla dedi ad *Mamertin.* Genethl. 1. 2. & in his vocabulis apud *Nazarium* Paneg. 29. 2.

3. *Adſiduitate fructuum*] *Fructus* pro frugibus agrorum dici, oſtendit *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* I. 1. 35. ſq.

Non ego divitias patrum, fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita meſſis avo.

IAEGERVS.

In maciem decoquatur] *Macies agri* eſt ſiccitas, aſperitas. adeoque ſterilitas. *Iuſtin.* XLIII. 3. 5. *Phocaeenſes, exiguitate, ac macie terrae coacti, ſtudioſius mare, quam terras, exercuere. Exiguitas terrae* in hoc *Iuſtini* loco non videtur eſſe anguſtia eius, ut *Freinshem.* in Ind. interpretatur, ſed contrarium ſoli pinguis, λεπτόγεων illud, quod in terra Attica ineſſe teſtatur *Thucydides* lib. I. p. 1. *H. Stephan.* adeoque vox *macies* κατ' ἐπεξήγησιν additur. *Macrum agellum* dixit quoque *Horat.* Sat. I. 6. 71. Conf. etiam Scriptor. Rei ruſt., qui ſaepius hac locutione utuntur. IDEM. *Columella* de R. R. I. 4. 3. *cultoris prudentia ac diligentia maciem ſoli vincere poteſt. Palladius* XII. 1. 3. *macrum ſolum, nebuloſumque non patitur. Victor* Caeſ. 20. 16. *ni terrarum macies deſpectaretur.* —— *Decoqui* eſt ımminui. *Symmach.* Epiſt. I. 101. *decoquere crudum dolorem*, & IX. 83. *ſenectus nihil decoquat firmitatis.* V. D. ad *Florum* Prooem. 8.

Vincit] Male *Guelf. vincis.*

Effoeta] Hanc vocem de agro, continua fertilitate laſſato, ut frequenti partu mulier, exponit *Servius* ad *Virgil.* Georg. I. 81. hoc ſenſu eam *Iſidoro* reddidi ad *Arator.* I. 803. adde *Heinſ.* ad *Claudian.* Conſ. Stilicon. I. 350.

Honorum inferendorum] *Deferendorum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin* perperam *inferendorum*, *Patar. referendorum.* IAEGERVS. *Guelf* & *Schonhov.* excerpta *deferendorum*; recte, vid. cap. praeced. n. 5. *Inferendorum* venit ex *Puteolan.* & retentum eſt usque ad *Gruterum*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti.

Et inſperata] Copulativam & omittit *Moerl.* IAEGERVS Et *Guelf.*

4. *Commovebat: & iam*] Forte, *commovebat. Etiam tum.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Compuli in unum *etiam*, monente *Livineio*, & *Acidalio.* IAEGERVS.

Iam Auguſtus] *Et iam Auguſtus, Bertin.* LIVINEIVS. *Bertin.* inſerit &, quod fortaſſis etiam ſupra poſt *mutaverunt* inſeri deberet. IAEGERVS. Maxime blanditur *Bertin.* ſcriptura, propter elegantem voculae uſum, ad indicandam celeritatem, de quo *Burman* ad *Lucan.* I. 231. & ad *Virgil.* Aeneid. III. 8. apud *Paullinum* Vit. Martin. II. 285.

Nec mora; & adſtrictis nectuntur vincula membris.

alii malunt, *ei adſtrictis*, ſed alterum recte tue-

5 ſigna transſcenderat. Quaeſo, non vobis inanis gloriae cupidiſſimus, non flagrans ambitione notabili videretur, ſi quis in ſe tanta pariter optaſſet, quanta in me uno tempore Auguſtus ingeſſit?

Cap. XXIII. Habitari ab iuſtis viris terras in Oceano ferunt, quas Fortunatorum inſulas vocant, quod per eas, non arato ſolo, frumenta naſcuntur, fortuitis vitibus iuga collium veſtiuntur, ſponte
2 pomis arbor gravatur, ad herbarum vicem olus vulgo eſt. Quantula

tur *Wopkens.* Obſ. Miſcell. Nov. Part. VIII. p. 844.

Signa] *Gud. inſignia.* IAEGERVS. Male. Solis enim ſigna intelligit. *Manilius* V. 724.

Signaque transgreſſus mutat per tempora Phoebus.

Conf. cap. ſeq. n. 5.

5. *Quaeſo, non*] *Quaeſo, num* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Vitioſe. LIVINEIVS. *Moerl. Gud.* vitioſe *num*; quae voces & alibi miſcentur. Vid. *Schwarz* ad *Plin.* Paneg. 49. 4. & 56. 2. IAEGERVS. *Non* eſt nonne. Vid. ad Incert. Maxim. 9. 4. Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 5. 4. ita ex Cod, cuius variantes habeo, apud *Boethium* Conſol. Philoſ. III. Proſ. 3. emendo; *qui vero eget aliquo, non eſt usque quaque ſibi ſufficiens?* vulgo *num.* De vocis utriusque permutatione vid. *Gronov.* Obſerv. IV. 11. *Heinſ.* ad *Ovid.* Heroid. XVI. 364. *Drakenb.* ad *Liv.* II. 40. 7. & XXXVI. 3. 8. Not. ad *Plinii* Paneg. 49. 4. & 56. 2. *Burman.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 258. apud *Boethium* IV. Proſ 2. *hi quidem* (bonum) *adipiſcantur, illi vero minime, non dubium eſt bonos quidem potentes eſſe.* ex eodem Cod. malim, *num dubium eſt.*

Non flagrans] *Num flagrans* Vet. *Bertin.* Vitioſe. LIVINEIVS. Vid. praeced. nota.

In ſe] Subaudi *ingeri.* IAEGERVS.

Pariter optaſſet] Lege *partite optaſſet.* ACIDALIVS.

1. *Fortunatorum inſulas*] *Eumenius* in Conſtantinum: *nec Hiberniam proximam, nec Thulem ultimam, nec ipſas, ſi quae ſunt, Fortunatorum inſulas dignabatur acquirere,* &c. *Horatius* Epod. XVI.

Beata
Petamus arva, divites & inſulas,
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea,

& quae ſequuntur. LIVINEIVS. BAVNE. & CELLARIVS. Dicta vide ad Paneg. VI. cap. 7. PATAROL. *Pomp. Mela* III. 10. 12. *A Gron. Fortunatae inſulae abundant ſua ſponte genitis, & ſubinde aliis ſuper aliis innaſcentibus nihil ſollicitos alunt, beatius, quam aliae urbes excultae.* Locum *Mamertini* noſtri excerpſit *Iſidorus* Orig. lib. XIV. c. 6. *Fortunatae inſulae vocabulo ſuo ſignificant omnia fere bona, quaſi felices & beatae fructuum ubertate. Sua enim apte natura* (lege, *ſuapte enim natura*) *pretioſarum poma ſilvarum parturiunt. Fortuitis vitibus iuga collium veſtiuntur. Ad herbarum vicem meſſis, & olus vulgo eſt,* &c. IAEGERVS. Conf. *Taubman.* ad *Plaut.* Trinum. II. 4. 148. *Waſſe* ad *Salluſt* Fragm. Hiſtor. VI. 27. & dicta ad *Eumen.* Conſtantin. 7. 2. In *Iſidori* apud *Iaegerum* loco ex Cod. *Groningano*, & antiquiſſima *Petiti* Ed. legendum; *Fortunatorum inſulae v. s. ſignificant omnia ferre bona*, id eſt ſeſe proferre, quare in iis campos Elyſios ſtatuebant veteres. *Strabo* Geogr. I. p. 5. *Servius* ad *Virgil.* Aen. VI. 640. qui cum illic *nemora fortunata* memoret, inde eſt explicandus. vid. *Heyne. Apuleius* de Habit. doctr. p. m. 622. *quod pie vixerit, praecipit Fortunatorum habiturum loca. Fortunatorum* vero *inſulas* memorat *Mamertinus*, quia ad tria uno anno munera ſeſe admotum eſſe mox praedicat, quae cum agro fructibusque comparat; hos vero in his inſulis ter anno naſci tradit *Heſiod.* Oper. 172.

τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

adde ad *Mamertin.* Maximian. 11. 3.

Per eas] Vet. *eos.* PVTEANVS. Cod. *Put. per eos*, ut ad *viros iuſtos* referatur. IAEGERVS. Vulgata tamen praeſtat.

Non arato ſolo] De iisdem inſulis *Horat.* Epod. XVI.

Red-

la iſta ſunt, ſi Deum auctorem conſideres, munera? Nempe nobis quo-
que, cum agrum non noſtris manibus excolamus, haec illaborata na-
ſcuntur. Quanto felicior noſtra conditio? quanto beatitudo praeſtantior? 3
Non ſpica triticea, non viles uvarum racemi, ſed opes, atque divi-
tiae nihil laborantibus ingeruntur; provinciae, Praefecturae, faſces
ſponte proveniunt. Tu, tu, inquam, maxime Imperator, exſulan- 4
tes relegataſque virtutes ad rempublicam quodam poſtliminio reduxiſti: tu

---

Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea.

PATAROL.

Fortuitis vitibus] Sine cultura provenientibus, & vigentibus. *Plinius* H. N. lib. XV. c. 18. ſect. 20. *fortuitam* dixit *vitem*, *atque oleam.* IAEGERVS. *Curtius* VIII. 10. 14. *fortuita ſemina*, aut potius *germina* ex *Heinſii* coniectura. Conf. ſupr. 11. in fin.

Veſtiuntur] Eleganti locutione pro obteguntur. *Columell.* de R. R. III. 4. 1. *poſſit agrum vineis veſtire.* *Cicero* de N. D II. 53. *montes veſtiti.* Tuſcul. Quaeſt. V. 23. *veſtitum vepribus & dumetis indagavi ſepulcrum.* *Virgilius* Georg. II. 219.

Quaeque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit.

ſimiliter *induere* apud *Plinium* Paneg. 30. 1. ubi Not. & *viridis amictus* apud *Claudian.* B. Get. 68. ad quem confer etiam *Barthium* Epithal. in Nupt. Honor. p. 782. *Cellar.* ad *Curtium* V. 4. 7. *Waſſe* Ind. *Salluſt.* V. *Veſtitus*, *Cort.* ad eumd. Iugurth. 48. 3. Noſtrum deſcripſit *Iſidorus* Orig. XIV. 6.

Ad herbarum vicem] Inſtar herbarum. Supra c. 3. 2. *Teſtor ad vicem Numinis mihi ſanctam conſcientiam meam.* Paullo aliter *Plinius* H. N. lib. XXXVI. c. 21. ſect. 44. *In Belgica provincia candidum lapidem ſerra, qua lignum, faciliusque etiam, ſecant, ad tegularum, & imbricum vicem.* h. e. ut tegularum, & imbricum vicem praeſtet. IAEGERVS. Alia dedit exempla *Wopkens.* Obſerv. Miſcell. Nov. Vol. II. p. 46.

2. *Conſideres, munera?*] Interpungunt *Schonbovii* excerpta: *conſideres? munera nempe.* Potius tamen ad *Deum auctorem* referantur *munera*, propter ea, quae dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 17. 1.

Nobis quoque] Male *Guelf.* *vobis quoque.*

Noſtris manibus] *Gud.* *non propriis m. colamus.* IAEGERVS. *Excolamus* non mutandum; vid. ad *Eumenium* Conſtantio 21. 1.

3. *Spica triticea*] Cave, accipias ſingulari numero, propter inſequentes plurales, *non viles uvarum racemi.* *Spicum* autem neutro genere dixit imitatione *Varronis*, cuius haec eſt nobilis ſententia, allegoriae tecta involucro: *Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum* Scilicet *Mamertinum* nonnumquam amare archaiſmos, ut cap 19. *fordidiſſimum quemque, & improbiſſimum adulabant.* & ibid. paullo ante: *mulierculas exambibant.* Quo verbo prae ceteris libenter utitur *Cyprianus.* & cap. 21. *multo multoque.* Quod addendum illis ſupra notatis, *longius longiusque*, *propius propiusque*, *nimium nimiumque*, &c. RITTERSHVSIVS A nominativo *ſpicum*, quo uſus eſt *Tullius* in Arato:

Spicum illuſtre ferens.

BAVNE. Conf *Voſſium* Art. Grammat. III 36. *Grotium* ad *Martian. Capell.* IX. p. 306. *Barthium* ad *Gratium* Cyneg. 118. *Servius* ad *Virgil.* Georg. I. 111. *Dicimus autem & hic ſpicus, & hoc ſpicum. —— Sed ſcire debemus, in uſu eſſe a maſculino utrumque numerum, a neutro vero raro, & tantum ſingularem inveniri; nam plurali nuſquam lectum eſt.* Haec ſi vera ſint, fruſtra eſt *Rittershuſius*, neque video, quare ſequens *racemi*, quod propter *uvarum* ſcripſit Noſter, nos cogeret, ut a ſingulari in *ſpica* recederemus, quem pro plurali vulgato more poſuit. —— In *Guelf.* eſt *tricea* ex ſcribendi compendio.

Ingeruntur] Cap. praeced. in fin. *quanta in me uno tempore Auguſtus ingeſſit.* quod verbum indicat, non petentibus data eſſe, ſed ignorantibus, & velut obtruſa, de qua vocis vi agit *Markland.* Epiſt. Crit. ad *F Hare* p. 79. In *Guelf.* deſunt, *nihil laborantibus ingeruntur; provinciae.*

4. *Quodam poſtliminio*] Poſtliminio redeunt, quicunque eodem, ſeu ad idem limen revertuntur,

tu exſtincta iam litterarum ſtudia flammaſti: tu Philoſophiam, paullo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honoribus, ſed accuſatam, ac ream, non modo iudicio liberaſti, ſed amictam pur-

tur, unde exierant. BAVNE. *Cicero* Topic. 8. *Quae a nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tamquam limine exierint, dein, cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio videntur rediiſſe* IAEGERVS. Conf. etiam §. 5. I. Quib. mod. ius patr. poteſt. & quae illic Interprett. *Pacatus* Paneg. 2. 4. *redditam poſtliminio ſecuritatem. Claudianus* Laud. Stilic. II. 126.

> *Hinc priſcae redeunt artes: felicibus inde*
> *Ingeniis aperitur iter, deſpectaque Muſae*
> *Colla levant.*

Tu exſtincta] *Guelf. tum exſtincta.* male.

Flammaſti] Vox non ſemel *Tacito* uſurpata pro inflammaſti. BAVNE. Veluti Hiſtor. II. 74. *exercitus flammaverat adrogantia.* Alia pete exempla a *Barthio* ad *Statium* Silv. IV. 4. 37. Thebaid. III. 5. ad *Claudian.* Conſ. Honor. III. 50. *Burmann.* ad *Valer. Flacc.* IV. 655. ad *Virgil.* Aeneid. III. 330. & *Secundo* ad Anthol. Latin. T. I. p. 16. quaeque dixi ad *Arator.* de Act. Apoſt. II. 316. —— Ceterum in hoc litterarum ſtudio cum aliis Impp. Iulianum comparavit *Falſterus* Amoen. Philol. p. 48.

Suſpectam] Melior fortaſſe fuiſſet Iulianus, ſi naturae arcanis perſcrutandis minus ſe dediſſet. BAVNE. Abiectam ſane, & repulſam. *Ammian.* lib. XIV. c. 6. de ſuis temporibus: *pro Philoſopho cantor, & in locum Oratoris doctor artium ludicrarum accitur.* Non tam Philoſophiae vero, quam *praeſagiorum ſciſcitationi nimiae* deditum Iulianum teſtis idem *Ammian.* lib. XV. cap. 4. PATAROL. *Barth.* ad *Claudian.* Laud. Stilic. II. 128. citat *deſpectam*, quod tamen in nullo inveni, & placet vulgata, cum Philoſophis varia crimini darentur. *Apuleius* Apol. p. 3?5. Ed *Colv. Suſtineo enim non modo meam, verum etiam Philoſophiae defenſionem, cuius magnitudo vel minimam reprehenſionem proximam crimini aſpernatur; propter quod paullo prius patroni —— communiter in Philoſophos ficta ab inperitis mercenaria loquacitate effutierunt.* ad quem locum quaedam habet *Scipio Gentilis* Opp. T. VI. p. 21. In univerſum itaque Philoſophiam quidem intelligere potuit *Mamertinus*, ſed tamen, quod forte etiam *Patarolo* placuit, in primis de ea parte cogitaſſe videtur, quae divinandi artem complectebatur, quam vulgo *Matheſin*, eiusque peritos *Mathematicos* adpellabant. Matheſin nimirum in *probabilem*, ſive *doctrinalem*, & *reprobam*, ſive *divinatoriam* dividebant, utraque hoc pacto diſtincta, ut illam penultima brevi, hanc vero eadem producta efferrent *Ioann. Saresber.* Policr. I. 9. *At divina Matheſis, dum penultimam extendis, figmenta ad magicam referuntur.* ubi forte legendum *divinae*, id eſt divinatoriae, ut ipſe eam adpellat, II. 19. addam alium ipſius locum ex lib. II. 18. *Matheſin ergo probabilem, quae penultima brevi enunciatur, quam & natura inducit, ratio probat, & utilitatis experientia adprobat, quaſi quoddam doctrinae ſuae iaciunt fundamentum, ut exinde opinionum ſuarum lubrico, quaſi quadam imagine rationis, in Matheſin reprobam, quae profertur extenſa penultima, pernicioſiſſime prolabantur.* Probabilem lege prohibitam haud novi; damnatam, quod antea factum iam fuerat, inprimis coercuit Conſtantius, in ipſo etiam Iuliani Conſulatu A. CCCLVII. lata lege, qua aruſpices, Mathematicos, hariolos, augures, Chaldaeos, & Magos conſuli vetuit, imo vero, ſi qui artem ſuam exercerent, capite iuſſit puniendos, L. 4. & 5. C. *Theodoſ.* de Maleſ. L. 5. & 6. C. *Iuſtin.* cod. Praecipua, qua in his legibus, poenave motus fuerit Conſtantius, ratio in ipſo videtur Iuliano quaerenda, cui arte ſua imperii occupandi animum addiderant Mathematici. Nicomediae enim harum artium praecepta hauſerat a Maximo Epheſio, propter eas a Valentiniano deinde ad mortem damnato, quique eum occupandi imperii cupidum fecerat, quare cum apud Conſtantium fieret ſuſpectus Iulianus, intercedente Euſebia, Imperatoris uxore, ad philoſophandum Athenas eſt miſſus, ubi Mathematicis iterum ſeſe tradidit, de imperio praeſagia capturus. Vid. Hiſtor. Tripert. VI. I. quam deſcripſit *Ioann Saresber.* VIII. 21. atque ex hoc adfectandi imperii ſtudio explicandam cenſuerim L. 6. C. *Theod.* de Maleſ., a Conſtantio A. CCCLVIII. latam, qua Mathematicos *maieſtatem quodammodo pulſare* dicit. Hanc itaque Philoſophiae partem reſtituit, ſuaque auctoritate adiuvit Iulianus, poſtquam ad imperium perveniſſet: hinc *Ammian.* XXII. 12. *quisque, cum in-*

praſ-

purpura, auro gemmiſque redimitam in regali ſolio collocaſti. Su- 5
ſpicere iam in caelum licet, & ſecuris contemplari aſtra luminibus, qui paullo ante, pronorum atque quadrupedum animantium ri-

praepedite liceret, ſcientiam vaticinandi profeſſus, iuxta inperitus & docilis, ſine fine, vel praeſtitis ordinibus, oraculorum permittebantur ſcitari reſponſa, & exſtiſpicia, nonnumquam futura pandentia; oſcinumque & auguriorum, & omnium fides, ſi reperiri uſquam poſſet, affectata varietate quaerebatur. ubi confer. *Valeſium.*

Ac necdum] Arbitror germanum, quod in Vet. eſt *nedum*. In *Bertin. Cuſpin.* lego, *ac non ſolum ſpol.* quod gloſſema, & interpretamentum meis auribus. Gemina vero haec *Ciceronis* ad Attic. I. Epiſt. 16. extr. *Tu, quoniam quartana cares, & nedum morbum removiſti, ſed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Graecia ſiſte.* Quanquam ne inibi quidem explorata ſcriptura. Nam ecce editum *Manutio*, *& non modo morbum rem.* Sed illo modo in optimis libris homo diligens, *Simon Boſius*, perſpicue oſtendit, & ſecundum eos equidem litem dem, addicam. Atque haec notatio eſt vocis, qua de loquimur, cum praeponitur, alia, cum poſtponitur. Quo poſitu tantundem eſt, ac ſi dicas multo minus. *Seneca* de Benef. VI. cap. 37. *Ne in patrocinium quidem, nedum in gloriam, incendium extinxiſſe, quod feceris, reputatur.* Alii paſſim. LIVINEIVS. Id eſt, non modo ſpoliatam. BAVNE. Non ſolum ſpoliatam; aut: non dicam, ſpoliatam honoribus, ſed, cetera. CELLARIVS. Balbus, & Oppius in *Ciceron.* Epiſt. ad Attic. lib. IX. 8. pr. *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu, non ex voluntate, a pleriſque probari ſolent. Rhenan. Stephan. Livin.* mendoſe *necdum.* IAEGERVS. *Nedum* quoque *Guelf.* & ita iam citavit *Puteanus* ad *Pacat.* Paneg. 17. 2. in *Schonhov.* excerptis eſt *non ſolum*, forte ex *Cuſpin. Necdum* retinuerunt usque ad *Gruterum*, & poſtea adhuc *Rivinus*. Quod in quibusdam legitur *non ſolum* eſt ex Gloſſa; *nedum* enim pro non ſolum, non modo paſſim ponitur. *Drakenb.* ad *Livium* XLV. 29. 2. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 64. 2. *Oudend.* ad *Sueton.* Galb. 5. *Burman.* ad *Propert.* I. 4. 9.

Ac ream.] *Moerl. ut ream.* IAEGERVS. *Et ream Guelf.* & ita apud *Barthium* ad *Claudian.* Laud. Stilic. II. 128. Hoc ad Conſtantii leges pertinet, de quibus modo dixi, quem tacite ſaepe Noſter perſtringit, rem Iuliano haud ingratam facturus.

Gemmiſque redimitam] Confer locum *Plinii* Panegyr. 85. ubi de amicitia reducta a Traiano in aulam loquitur, & locum *Pacati* in Paneg. 16. ubi de eadem agit. De facundia idem omnino locus apud *Symmach.* lib. IV. Epiſt. 56. quae incipit *Plures.* IVRETVS. Eadem, & iisdem paene verbis *Pacatus* in Theodoſium: *Tu amicitiam non ſolum intra aulam vocaſti, ſed indutam purpura, auro gemmiſque redimitam ſolio recepiſti.* LIVINEIVS. & BAVNE. Conf. ad *Pacatum* Notas. Quod hic *gemmis redimitam* dicitur, *lapillis interſtinctum* adpellat *Ammian.* XIX. 1.

5. *Suſpicere iam in caelum*] Paganorum more rurſus ſidera colere, futura ex illis divinare. CELLARIVS. Ita ſub Theodoſio, teſte *Zoſimo* lib. IV. p m. 758. Κίνδυνος πᾶσιν ἐπεκεῖτο τοῖς νομίζουσιν εἶναι Θεοὺς, ἢ ὅλως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπουσι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ φαινόμενα προσκυνοῦσιν. IAEGERVS. Conf. *Wernsdorf.* ad *Himer.* p. 97. Ed. Ill. *Harleſii.* IDEM. Append. Obſerv. in Vet. Panegyr. p. 48. Quia damnatam a Conſtantio Matheſin iterum admittebat Iulianus, eidem ipſe deditus, de quo modo dixi. *Contemplari luminibus* dixit eo more, quo alii *oculis videre*, de quo ad *Mamertin.* Genethl. 10. 5.

Pecorum] Vet. *pronorum.* PVTEANVS. Inſolens lectio, quae in Vet. *pomorum ac quadrupedum.* Sed indubie verum eſt, quod *Bertin. Cuſpin.* referunt *pronorum ac quadr. Ovidius:*

> *Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram,*
> *Os homini ſublime dedit.*

Salluſtius Catilinar. *veluti pecora, quae Natura prona, atque ventri obedientia finxit.* LIVINEIVS. *Pronorum* habet etiam *Schonhov. Gud. Moerl.* idque recipere non dubito. IAEGERVS. *Livineio* iam adſtipulabatur *Rupertus* ad *Salluſt.* Catil. 1. & textum recte dedit emendatiorem *Iaegerus. Iuvenal.* Sat. XV. 146.

> *Senſum a caeleſti demiſſum traximus arce,*
> *Cuius egent prona, & terram ſpectantia.*

ritu, in humum viſus trepidos figebamus. Quis enim ſpectare auderet ortum ſideris, quis occaſum? Ne agricolae quidem, quorum opera ad motum ſignorum caeleſtium temperanda ſunt, tempeſta-
6 tum praeſagia rimabantur. Ipſi nautae, qui nocturnos curſus ad a-

ubi *Grang. Minuc. Fel* Octav. 17. *quod illa prona, in terramque vergentia, nihil nata ſint proſpicere, niſi pabulum. Ioann. Sareſber.* Policr. VIII. 24. *cum cetera animalia prona ferantur in terram. Muncker.* ad *Lactant. Placid.* Narrat. Fabul. I. 2. *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. I. 1.

In humum] Vet. *in imum.* PVTEANVS. Digitum mihi intendere videtur in Conſtantii Imperatoris ſaeculum, ut iniquius adverſum Philoſophos, quod iam dixit, ac Mathematicos, qui & alias Vrbe, Italiaque ſubmoti a Principibus, futurorum ſcientiae metu, ut ex Hiſtoriis clarum. LIVINEIVS. Cod. *Put. imum.* Falſo. IAEGERVS. *Caelum* & *humus* recte opponuntur, ideoque nulla mutandi ratio; *terram* dixerunt nonnulli, quos modo citavi.

Viſus trepidos] Oculos, eorumque coniectum. Sic *Tacit.* Annal. XI. 34. 3. *Et iam erat in adſpectu Meſſalina, clamitabatque, audiret Octaviae & Britannici matrem, cum obſtreperet accuſator, Silium & nuptias referens: ſimul codicillos, libidinum indices, tradidit, quibus viſus Caeſaris averteret. Claudian.* in Eutrop. II. 133. ſq.

Ad moenia viſus
Dirige.

IAEGERVS. *Ovidius* Metam. XV. 63.

Et quae natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Lucretius I. 37.

Paſcit amore avidos inhians in te Dea viſus.

Valer. Flaccus V. 455.

Odere tamen, viſusque reflectunt.

Rutilius Itin. I. 95.

Confunduntque vagos delubra micantia viſus.

Seneca Hercul. fur. 652.

Torpet acies luminum,
Hebetesque viſus vix diem inſuetum ferunt.

Ortum ſideris] *Sidus* pro ſole dixit, per excellentiam. Vid. Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 29. 4. & 80. 4. *Burman.* ad *Virgil.* Aeneid. II 154.

Agricolae quorum quidem] *Agricolae quidem quorum* Vet. PVTEANVS. *Agricolae quidem, quorum, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege traductim: *Ne agricolae quidem, quorum opera ad.* ACIDALIVS. *Agricolae quidem, Moerl. Schonhov.* cum Edd. pleriſque. In Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* legitur; *Ne agricolae, quorum quidem opera.* IAEGERVS. *Agricolae quidem* etiam *Guelf.* Scripturam *Cuſpin.* & Codd. recte reduxit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Quorum opera] *Opera*, ſicuti Graecorum ἔργα, proprie de laboribus agricolarum dicuntur. IAEGERVS. *Pacatus* Paneg. 9. 4. *exſequebaris agricolam. Audio etiam, Imperator, & credo, ſaepe aliqua te laborum tibi iniunxiſſe, & — cuiuſcemodi ſemper opere inſidiantis otii terſiſſe rubiginem*; ubi *cuiusquemodi* legit *Livineius*, quod recte minus neceſſarium iudicat *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 504. ſed ex *Puteaneo*, & *Schwarziano* legendum eſt *eiuscemodi*, nempe agricolarum opere, quare ſtatim Curii, Coruncanii, & Fabricii exempla addit. De hac *operis* notione dixi ad *Sedul.* Carm. I. 110. & de Graeco ἔργον optimus Collega, *Segaar* Obſ. ad *Lucam* p. 273. in ſec. *Rivini* eſt *onera*, forte typographi vitio.

Motum ſignorum caeleſtium] Vox *caeleſtium* abeſt *Moerl.* & poteſt ſane abeſſe. Sic *Tullius* de Invent. I. 34. *Nam & ſignorum ortus & obitus definitum quemdam ordinem ſervant.* Idem pro Milone, c. 30. *caeli, ſignorumque motus. Virgil.* Georg. I. 257.

Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus.

Suſpicor itaque, τὸ *caeleſtium*, explicationis caus-

aſtra moderantur, ſtellarum nominibus abſtinebant. Prorſus terra marique non ratione caeleſti, ſed caſu ac temere vivebatur.

Cap. XXIV. Nihil igitur mirum eſt, Imperator, qui tantus amor, &

cauſſa, adſcriptum ab aliquo, in textum irrepſiſſe Ceterum *ſigna* intelligenda eſſe non modo ea, quae ſignifer orbis habet, ſed in univerſum ſidera, res ipſa ſatis declarat. IAEGERVS. Eſt tamen apud *Martian. Capell.* de Nupt Philol. VIII. p. 287. *Tranſcurſa ratio eſt ſignorum caeleſtium.* aut potius *transcurſa ratione*, ut ex MS. profert Clariſſ. *Bondam.* Var Lect. p. 47. Non nego, *ſigna* ſimpliciter apud *Manilium*, aliosque plures ſaepe poni, ſed tum intelligunt XII. ſigna, in quibus ſuis temporibus Sol conſpicitur, ζώδια apud *Plutarch.* de Placit. Philoſ. V. p. 908. haec vero non ſola obſervabant agricolae, quod ipſe agnoſcit *Iaegerus*, ſed Virgilias etiam, aliaque ſidera, de quibus *Plinius* Hiſt. Nat. XVIII. 27. quare generaliter *Minucius* Fel. Octav. 17. *quod* (ſidera) *arandi metendique tempus inducant.* & paſſim rei ruſticae Scriptores. Servo itaque *caeleſtium*, quod habet etiam *Guelf.* In univerſum enim ſunt *ſigna caeleſtia*, quibus quid de caelo indicatur; & hoc praeſertim loco futurae tempeſtates. *Ovidius* Met. XV. 667.

Quaque ipſe morari
Sede velit, ſignis caeleſtibus indicet, orant.

Ipſam rem ita exprimit *Ioann. Saresber.* II. 2. *Hinc agricolae, hinc nautae, familiaribus quibusdam experimentis, quid quo tempore geri oporteat, colligunt, qualitatem temporis futuri ex eo, quod praeteriit, metientes.*

Rimabantur] Conf. de hac voce Not Patern. ad *Pacati* Paneg. 6. 3. *Eginhartus* Vit. Carol. 25. *ſiderum curſum curioſiſſime rimabatur.*

6. *Ad aſtra*] *Guelf. ad caſtra.* Vitioſe. *Virgilius* Aen. V. 852.

Clavumque adfixus & haerens
Nuſquam amittebat, oculosque ad aſtra tenebat.

& V. 338.

Qui Libyco nuper curſu, dum ſidera ſervat,
Exciderat puppi.

Minucius Fel. Octav. 17. *quod* (ſidera) *regant curſum navigandi*, ubi fruſtra *quomodo* emendat *Cruſius* Prob. Critic. p 69 *Hygin* Poet. Aſtron. p. 423.

Stellarum nominibus] Quia ſtellae ſua nomina a Diis, vel hominibus, ac rebus, cum fabulis, ac ſuperſtitione gentium coniunctis, traxerunt. IAEGERVS. Mihi potior ratio eſſe videtur, ne ſtellis, ex quibus curſus ſui rationem peterent, nominandis, in damnatae Matheſeos ſuſpicionem venirent; quamvis enim Philoſophiae partem faceret ſtellarum cognitio, ea tamen abutebantur, quos per excellentiam *Mathematicos* vocabant. *Ioann Saresber.* Policr. I. 12. *Mathematici ſunt, licet adpellatio generaliter omnia complectatur, qui a poſitione ſtellarum, ſituque firmamenti, et planetarum motu, quae ſint ventura, coniiciunt.* & II. 19. *Matheſis, quae futurorum pollicetur indicium, ab elementis Philoſophiae — trahens originem, ultra progreditur, &, elationis ſuae temeritate, in praerogativam eius prorumpit, qui ſtellas numerat, quarum ipſe nomina ſolus, ſigna, poteſtates, curſus, loca, tempora novit.* quae poſteriora ſunt *Sedulii* Carm. I. 50. & poſtea eod. cap de iisdem Mathematicis: *dum conſtellationibus, & planetis nimium virtutis adſcribunt, eis neſcio quam auctoritatem operum adſcribentes.* *Iſidorus* Orig. III. 70. extr. *Nonnulli ſiderum pulcritudine & claritate pellecti in lapſus ſtellarum caecatis mentibus corruerunt, ita ut vel per ſupputationes noxias, quae Matheſis dicitur, eventus rerum praeſcire poſſe conentur:* ita enim ex Cod. *Groningano* locus eſt legendus. & VIII. 9. *Geneſes enim hominum per duodecim caeli ſigna deſcribunt, ſiderumque curſu naſcentium mores, actus, & eventa* (ita recte idem Cod. non *eventus*) *praedicare conantur.* —— *Hi ſunt, qui vulgo Mathematici vocantur, cuius ſuperſtitionis genus Conſtellationes Latini vocant.*

Ratione caeleſti] Arte, & ſcientia aſtronomica. Sic *Cicero* de Invent. I. 5. *civilem rationem* vocat, quam paullo poſt *civilem ſcientiam*, politicam, dicit. IAEGERVS. *Ioann. Saresb.* Policr. II. 18. in fin. *motumque ſiderum, rationemque ſignorum vivaciter adſequuntur.* ubi *ratio* cauſſam notare videtur, quare ſidera ita moveantur

& tam verus in te civium fervet. Neque enim ullum puto poſt homines
2 natos tanto generis humani ardore dilectum.—Ceterorum regum, atque imperatorum caritates admodum rarae, nec umquam diuturnae fuerunt. In ſummis enim hominum habitavere pectoribus, ſubita & fortunata benevolentia provocatae, non virtutum admiratione devinctae. At vero noſter adfectus veri cer-

veantur, & ex qua, quid eventurum eſſet, praedicebant, quae forte notio neque ab hoc loco eſt aliena.

Vivebatur] *Guelf. vivebant*, quod in Ed. ſuae margine probabat *Cortius*; mihi non aeque placet.

1. *Et tantus amor*] Malim ſic legere, *ſi & tantus amor.* RHENANVS. Vet. *quod tantus.* PVTEANVS. *Quod tantus* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.*, *& tantus Rhenan.* Forte *quod & tantus.* LIVINEIVS. *Si tantus*, *Livin. Gruter. Pariſin. Cellar. Patar.* In Ed. *Rhenan.* & *Stephan. Mirum eſt, Imp., & tant. am.* legitur. *Cuſpin. Schonhov.* cum *Moerl.* pro *ſi* exhibent *quod.* Mihi ea recipienda eſſe videtur lectio, quam auctoritas plurium confirmat. Τὸ *quod*, hoc loquendi modo, Latio non prorſus eſſe excludendum, contendit *Perizonius* ad *Sanct.* Minerv. III. 14. p. m. 5.5. & *Voſſius* de Conſtruct. c. 62. Immo, labente Latinitate, haec ratio magis, magisque coepit frequentari IAEGERVS. *Et tantus* eſt ex *Puteol ſi tantus* ex *Livin.* dedit *Paull. Stephanus*, quod ſequentes retinuerunt, praeter *Rivinum*, qui *& tantus* exhibuit. *Iaegero*, ex Codd. *quod* ſubſtituenti, de uſu illius voculae non intercedo, quem poſt ſimilia verba uſitatum eſſe latius docuerunt *Vorſtius* de Latin. falſ. ſuſp. 24. *Burman.* ad *Lucan.* II. 321. ad *Phaedr.* V. 2. 11. *Duker.* ad *Flor.* I. 23. 2. *Scheller.* Praecept. Stil. Part. I. c. 2. p. 151. *Verbeyk* ad *Eutrop.* V. 5. & quae *Perizonio* obmovit *Burman.* ad *Calpurn.* Ecl. III. 35. & *Geſnerus* in *Fabri* Theſ. h. v. Elegantior tamen eſt ſcriptura in *Guelf qui tantus*, id eſt qua ratione, quo modo, idque reſtitui facillime in *quod* a Librariis mutatum. *Plautus* Amphitr. I. 1. 263.

Qui potitare ſolitus eſt patera aurea.

Cicero N. D. I. 10. *intelligere qui poſſumus.* &c. 30. *qui poteſt eſſe in eiusmodi trunco ſapientia.* apud *Prudent.* Apoth. 265.

Cui dabitur mortali exquirere, quidnam
Vltra principium Deus egerit.

recte *Putean.* Cod. *qui dabitur.* adde *Heinſ.* ad *Virgil.* Aen. I. 676. V. D. & *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 85. 2. *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 826. & quae monui ad *Sedulium* Carm. V. 153. antiquum eſſe ablativum, ſubaudito *modo*, vel *pacto* cenſet *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 51. 24. contracte ex *quoi*; ſed & ex *quai* ſubaudiri poteſt *parte*, ut fecit *Taubman.* ad *Virgil.* Culic. 190.

Neque enim ullum puto] *Vllum poſt homines natos puto*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege, *nego enim ullum poſt.* Sic paullo inferius: *Nego quempiam ab uno amico plus dilectum*, *quam tu*, &c. ACIDALIVS. Verbum *puto* deeſt in Ed. *Rhenan. Stephan.* quare *Acidalius* pro *neque* legit *nego.* Sed, cum ceteri omnes *puto* exhibeant, nihil eſt mutandum. IAEGERVS. Vulgatae favent Codd. *Puto* quoque deeſt in *Rivini* Ed. praeter quem poſt *Livineium* omnes retinuerunt. Non video, quare, retento hoc verbo, *Acidalii* coniecturam tacite in textum admiſit *Cellarius*, cum dederit, *Nego enim ullum*, *puto*, *poſt homines* &c. ſenſu maxime turbato.

Dilectum: ceterorum] Diſtingue, *dilectum. Ceterorum reg.* ACIDALIVS.

2. *Nec umquam*] *Ne umquam*, *Guelf.*

Pectoribus] Id eſt, in extima parte pectoris, ut oppoſitio ſit cum iis, quae mox ſequuntur: *At vero noſter affectus imis mentis ſedibus alligatus.* BAVNE. Quod per *habitare* Noſter, id ita expreſſit *Pacatus* Paneg. 6. 3. *divinus ille animus*, *venturus in corpus*, *dignum prius metatur hoſpitium*, *ſive*, *cum venerit*, *fingit habitaculum pro habitu ſuo.*

Fortunata benevolentia] Emendo, *ſubita & forte nata benivolentia. Benevolentia forte nata* eſt fortuita. MEVRSIVS. Auctar. Phil. c. 27. Forte legendum, *fortuita benevolentia.* RITTERSHVSIVS. Non aptum *fortunata.* Potius *fortuita*, aut magis *forte nata. Fortuita* coniecit *Rittershuſius.* ACIDALIVS. *Fortuita* recepit *Cellarius.* Mihi vero *Acidalii* emendatio, utpote ſcripturae vulgatae veſtigiis proxime inſiſtens, potior videtur, eamque ſequor. IAEGERVS. *Fortuita* defendi poſſet ex iis, quae monui ſupr. c. 11. extr. ſed, cum *fortunata* recte ſe habeat, non debuiſſet contra Codd. in textu con-

certique iudicii eſt imis mentis ſedibus illigatus; animus & vitae immixtus & 3
unitus, reſolutis etiam morte corporibus cum immortali mente victurus. Ar- 4
ma igitur, & iuvenes cum gladiis atque pilis non cuſtodiae corporis ſunt,
ſed quidam Imperatoriae maieſtatis ſollemnis ornatus. Quid enim iſtis opus
eſt, cum firmiſſimo ſis muro civici amoris obſeptus? An metuenda tibi Cu- 5
ria eſt, cum Senatui non ſolum veterem reddideris dignitatem, ſed plurimum
etiam novi honoris adieceris? An populus eſt timendus procuratori alimento-

coniecturae locus dari. Amorem, ex *fortunata benevolentia* ortum, opponit eidem *ex virtutibus*, propter quas Imperatorem colebant. Eſt itaque *benevolentia fortunata*, qua quis erga Imperatorem non propter ipſius virtutes ducitur, ſed quia per eam evadit fortunatus. Ita apud *Ciceron.* Brut. 96. *fortunatus illius exitus* eſt, per quem fortunatus eſt factus; apud *Virgil.* Aen. VI. 639. *nemora fortunata*; & *ſecundam vitam*, *& prudentiam fortunatiſſimam* iungit *Apuleius* de Deo Socrat. p. 700. *Rittershuſii* notam, in Ed. *Paris.* neglectam, ex ipſius Coniecturarum reliquiis poſt *Goldaſti* Parseneticos huc revocavi.

Devinctae] *Guelf. devictae.*

3. *Adligatus animus*] *Illigatus*, *Bertin.* LIVINEIVS. Poſſis incolumi ſententia τὸ *animus* delere. ACIDALIVS. Sic Edd. omnes. At Cod. *Bertin.* cum *Moerl. illigatus*, quod multo convenientius, meritoque recipiendum eſt. Eadem verba ſupra quoque, Paneg. *Nazar.* c, 15. 5. permutari vidimus. Vocem *animus*, incolumi ſenſu deleri poſſe, monuit *Acidalius*; equidem & deleri eam debere cenſeo, uncisque includo. Librarius litteras vocis antecedentis poſteriores *atus* iteraſſe, ex iisque τὸ *aius*, h. e. *animus*, natum eſſe videtur. *Patarol* edidit *animo & vit*, quod melius quidem vulgata, ſed tamen ταυτολογεῖ· IAEGERVS. *Guelf. alligatus*; *Iaegerum* tamen ſequor. *Cicero* Timaeo 13. *effluente animo divino ambitus inligabant.* *Lactant.* Opif. Dei c. 16. 10. de mente humana; *corporis, cui inligata eſt.* ubi in quibuſdam quoque *alligata.* adde *Buneman.* ad eumd. Inſtit. VII. 2. 8. Neque tamen hic *animus* eiicere audeo. Turbas moviſſe videtur prava interpunctio, *adfectus veri certique iudicii eſt, imis mentis ſedibus alligatus animus, & vitae inmixtus & unitus*, &c. quam ita reſtituo, *adfectus veri certique iudicii eſt imis mentis ſedibus illigatus; animus & vitae inmixtus & unitus*, &c. Sunt enim haec praecedentibus oppoſita; *adfectus veri certique iudicii* contrarius eſt *caritati ſubita & fortunata benevolentia provocatae*; idem ille *imis mentis ſedibus illigatus* diverſus eſt a *caritatibus, quae in ſummis hominum habitavere pectoribus*; deinde *animus vitae inmixtus, & unitus* eſt oppoſitus *caritatibus admodum raris*, cum vitae inmixtus in quibuscumque viventibus ſit conſpiciendus; denique idem *cum inmortali mente victurus* opponitur *caritatibus nec umquam diuturnis.* —— *Adfectus veri iudicii* eſt, quod de Pop. R., Commodum Imp. amante, tradit *Herodian.* Hiſt. l. 7. 4. Ἐπόθουν γὰρ αὐτὸν ἀληθεῖ ψυχῆς διαθέσει.

Et vitae] *Guelf etiam vitae*, ſed eadem vocula mox repetita offendit. Participium *unitus* aliis quoque placuiſſe docet *Cellarius* Cur. poſter. p. 157.

4. *Atque pilis*] Haec quoque militum, qui Imperatori aderant, fuiſſe arma, ex hoc loco probat *Bauldri* ad *Lactant.* M. P. cap 40. *cum gladiis eſſe* Latine dici oſtendit *Waſſe* ad *Salluſt.* Catil. 28.

Sollemnis ornatus] Hauſta videntur ex *Seneca* de Clement. I. 13. *Princeps ſuo beneficio tutus nihil praeſidiis eget; arma ornamenti cauſſa habet.*

Civici amoris] Iterum ſumſiſſe a *Seneca* videtur, de Clement. I. 19. *Unum eſt inexpugnabile munimentum, amor civium.* *Cicero* Philipp. II. 44. *caritate & benevolentia civium ſeptum oportet eſſe, non armis.* *Plinius* Paneg. 49. 3. *Didicimus experimento, fidiſſimam eſſe cuſtodiam Principis ipſius innocentiam. Haec arx inacceſſa; hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus caritate non fuerit.* ubi huius quoque loci, & *Senecae* memor eſt *Schwarzius.* *Pacatus* Paneg. 47. 3. *remota cuſtodia militari, tutior publici amoris excubiis.*

5. *Curia eſt*] Locus, ubi de rebus publicis agebatur. BAVNE.

Adieceris] Inſtitutum enim Conſtantinopoli a Conſtantino Senatum dignitate auxit Iulianus. Vid. *Vales.* ad *Ammian. Marcell* XXII. 9.

Procuratori alimentorum] Supra cap. 14.

Cum

torum ſuorum, vitae vindici, libertatis auctori? Nam quid de militibus
loquar? Duo, aut tria ferme, ex vetere memoria, amicorum paria profe-
6 runtur. Nego, quempiam ab uno amico plus dilectum, quam tu, Impe-
rator, quod non modo a Comitibus, Tribunis tuis, ſed a legionibus cun-
7 ctis, equitibus ac peditibus, gregariis etiam militibus, diligaris. Itaque,
quod ad te attinet, cuncta iam a cuſtodia tui arma removeres; ſed quando
hoc

Cum igitur, inter egregia negotia itinere confecto, usque ad Thraciae fines perventum foret, curſim diſpoſito exercitus commeatu, ad Romanam Vrbem, annonae vacuam, mentem reflexit. PVTEANVS. Iulianus enim Romam, propter diuturna bella fame afflictam, ſuppeditatis alimentis ſuſtentarat. BAVNE. Vid. ſupr. c. 14. 1. IAEGERVS.

Duo aut tria] *An tria* Vet. *Bertin.* Frequens *Tacito.* LIVINEIVS. Nota eſt Theſei & Pirithoi; Damonis & Pythiae; C. Laelii & Africani Scipionis amicitia. Plura eius generis exempla paſſim vide apud Auctores. BAVNE. *Cicero* de Amicit. c. 4. *Ex omnibus ſaeculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum.* Orator noſter Theſeum & Pirithoum, Pyladem & Oreſten, Damona & Phintiam indicare videtur. Conf. Panegyr. *Pacati*, c. 17. 1. IAEGERVS. *Aut* & *an* permutatum quoque eſt apud Incertum Conſtantin. 3. 2. hic vulgatum tueor.

6. *Ab uno amico*] Forte *ullo amico* LIVINEIVS. Sane voces *unus* & *ullus* miſcentur non numquam. Vid *Brouckhuſ* ad *Propert.* III. 7. 8. Sed τὸ *unus* ſaepe etiam πλεοναστικῶς vel pro aliquis poni conſtat, & hic *multis*, ſc. comitibus &c. opponitur. Quare nihil muto. IAEGERVS. Vera eſt ſcriptura *uno*, omnibus illis oppoſita, qui ſequuntur; magis etiam convenit *pari amicorum.*

Non modo] *Quod non modo* Vet. PVTEANVS. Etiam *Guelf.* probante in Ed. ſuae margine *Cortio*, idque recepi; rationem enim addit, quare dilectus magis fuerit Iulianus, quam unus Pylades ab Oreſte, a Damone Phintias, quia non tantum a paucis amicis, Comitibus & Tribunis, quos ſecum habebat, ſed ab ingenti omnium militum numero diligebatur.

Comitibus Tribunis] Forte legendum, *a Comitibus & Tribunis tuis.* PVTEANVS. Lege, *Tribuniſve.* Nam *Tribuni* non ſunt Imperatorum, ſed militum Tribuni FABER. Forte *Comit. Trib.* LIVINEIVS. Inſerenda copula *Comitibus & Tribunis.* Sic ante alibi: *Comites & Tribuni corripuere lacrymantes.* ACIDALIVS. De tribus *Comitum* ordinibus, a Conſtantino introductis, quid ſingulis pro ratione ſui ordinis conveniret: de *Comitibus provinciarum*, de *Comite divinae domus*, *Largitionum*, &c. vide *Gutherium* de Officiis Domus Auguſtae. BAVNE. Inſeruit copulam *Cellarius*, & *Patarol*, quos ſequor. De Comitibus rei militaris, & Tribunis vid. *Guther.* de Offic. dom. Auguſt. lib. I. c. 15, p. 51. ſqq. & *Salmaſ.* ad *Trebell.* Tyr. c. 12. p. m. 292. IAEGERVS. Copulam quoque maluiſſe videtur *Livineius*, quia *Comitibus* littera maiuscula ſcribi voluit. Neque tamen eam arbitror neceſſariam, praeſertim cum ex ſola ſit *Puteani*, aliorumque coniectura, & tamen eam omittere ſoleat *Mamertinus*, cap. 3. 1. *receptas virtute tua Gallias, barbariam omnem ſubactam.* cap. 4. 6. *provinciae obſeſſae, expugnatae, ferro ignique vaſtatae.* cap. 7. 2. *ripam — ordo praetexeret, deſpiceretur ad laevam.* cap. 9. 1. *levati — Dalmatae, Epirotae — depreſſi* & n. 4. *perlui, mundari, madere; fora, deambulacra, gymnaſia — frequentari, dies feſtos — conſecrari.* cap. 10. 1. *moeſta omnia, ſemiruta oppida, deſolata moenia, ab indigenis ſolitudinem, exſulum turbam — deſpiciat cuncta laetantia, agros conſitos, urbes frequentes*, &c. cap. 17. 2. *a teneris annis, ab aetate puerili.* pluribusque in locis. De Comitibus, & Tribunis conf. ad Incertum Conſtantin. 2. 3.

Cunctis, equitibus] Forte *cunctis, cunctis equitibus.* LIVINEIVS. Mihi verba *equitibus — militibus* ſuſpecta. IAEGERVS.

Gregariis] *Gregarius miles* dicitur unus e grege, & tumultuarie undecunque collectus. BAVNE.

7. *A cuſtodia tua*] *Cuſtodia tui* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* itemque *Moerl.* At Cod. *Liv.* & *Bert.* cum *Gruter. Pariſ. Cellar. Patar. cuſt. tui:* recte. Vid. quae de pronominibus ſupra, Paneg. II. c. 2. 1. afferuntur. IAEGERVS. *Tui Guelf.* quod primus recte dedit *Gruterus*, quem reliqui praeter

hoc potes perſuadere militibus? Anxia eſt fidelium diligentia. Maximo amori maximus timor iunctus eſt. Non nobis ſufficit, quod obtinuiſti, ut nemo te velit laedere, niſi nos curemus, ut nemo poſſit.

CAP. XXV. Habuerunt nonnulli alii Principes devotam, & amantem ſui cohortem, ſed alio quodam modo; primum, quod imperiti, ac rudes indoctiſſimum quemque in conſilium deligebant, ſcilicet ut ipſorum prudenter *Rivinum* ſunt ſecuti. Conf. ad *Mamertin.* Maximian. 9. 3. & 13. 3. Genethl. 2. 1. ad *Eumen.* Conſtantio p. 263. Incert. Maximian. 6. 4. Conſtantin. 1. 4. Male *Guelf.* *removeris.*

Anxia eſt] *Mamertinus* Genethl. 2. 4. *nos, ſemper anxios veſtri caritate.* ubi vide, & *Abram.* ad *Ciceron.* pro Marcell. 7.

Curamus] Vet. *curemus.* PVTEANVS. *Curemus, Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic legitur in Edd. plerisque. Verum in *Schonhov.* MS. *Gud. Moerl. curemus*, quod non poſſum non probare. IAEGERVS. Recte.

1. *Devotam*] Ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4. 3. de cohorte ſacramento Imperatori devincta expoſui; ſi quis tamen pro addicta ſimpliciter accipere velit, non abnuam.

Cohortem] Vid. ſupr. c. 19. 4. IAEGERVS

Imperitia rudes] Acumen ſententiae evolvo, faciendo: *primum quod illi peritia rudi indoctiſſimum.* Vel *peritia rudes.* Sed attentius qui conſiderabit, probabit prius. *Rudem peritiam* appellat barbarum illud ſive iudicium, ſive inventionem aſciſcendi in conſilium indoctos, ut illis prudentia aliqua ipſi Principes praevalerent. Sic & *Tertullianus* de Anima *indoctam prudentiam* dixit, ubi ait: *Qui tamen indocta prudentia pollent.* ſic *Horatius*, *facili ſaevitia:*

Dum fugientia detorquet ad oſcula
Cervicem, aut facili ſaevitia negat.

Imo & ipſe *Mamertinus* iterum: *quis neſcit aliorum Imperatorum bilarem diritatem, cachinnantemque ſaevitiam.* & *Petronius* de bello civili. PONTANVS. ad *Macrob.* Saturn. V. 15. Facilis emendatio, *quod imperiti ac rudes* &c. ut in *Cuſpin.* eſt. Subaudi ὑπάρχοντες. Sed argutit adoleſcens, qui *Macrobium* nuper vulgavit, reponique vult, *primum quod illi peritia rudi*, &c. in quo calide ſibi placet. At ego eum habere ſibi res ſuas ex animi ſententia iubeo, & mecum, tu Lector, ſat ſcio. LIVINEIVS. Primae voces non ſanae. Nihil enim addit, quod ſecundae, aut tertiae rationis loco ſit. Forte *plerique imperiti ac rudes.* ACIDALIVS. *Imperiti ac rudes* reſtituendum fuit ex *Cuſpiniani* Codice, cum in plerisque libris legatur *imperitia rudes.* Similiter pro *primum* aliqui legunt *plerique.* BAVNE. Lectionem meliorem *imperiti ac rudes* profert etiam *Schonhov.*, eamque in contextum recepit *Baun. Cellar.* & *Patar.* Ceteri omnes una cum *Moerl. imperitia rudes.* Quod *Acidalius* monet, nihil addi, quod ſecundae, aut tertiae rationis loco ſit, verum id quidem eſt: ſed non minus verum eſt, *primum* non numquam abſolute poni, nulla alia particula ſequente. Vid. *Schwarz.* Obſerv. XXVII. ad Paneg. *Plin.* p 520. itemque *Corrad. Manut.* & *Cort* ad *Ciceron.* Epiſt. ad Diverſ. II. 9. Quod ſi tamen aliquid mutandum videatur, poſſit quoque legi *plurimi*, (nam in l. c. *Ciceronis* pro *primum* non nulli exhibent *plurimum*) *quod imperiti ac rudes*, ſc. erant. Sed longe certior, ac verior eſt vulgata. Sententia enim non ſemper abſolvitur, ſed interdum imperfecta relinquitur, quod locus *Plinianus*, Paneg. c. 22. 1., manifeſte oſtendit. IAEGERVS. *Guelf.* quoque *imperitia rudes.* Secutus ſum, quod poſterioribus Edd. placuit, & *Schonhov.* quoque tribuit *Iaegerus*; id vero mihi non liquet. Quod de voce *primum* abſolute poſita monet *Iaegerus*, etiam docuerunt *Turſellin.* de Partic. p. 754. *Duker.* ad *Flor.* II. 18. 12. *Drakenb* ad *Livium* XXII. 43. 3.

In conſilium delegabant] Malim *deligebant.* RHENANVS. Vet. *delegebant.* PVTEANVS. *Deligebant* Vet. *Bertin. Cuſpin* LIVINEIVS. *Deligebant* recte emendant pro *delegabant.* ACIDALIVS. *Deligebant* legitur in Cod. *Moerl.* itemque Edd. a *Francofurtenſi* omnibus. IAEGERVS. Poſtea tamen priorem adhuc lectionem ſecutus eſt *Rivinus*, quae eſt ex *Puteolan.* Vulgatum habent quoque *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta, de cuius veritate nulla eſt dubitatio. Similem vide permutationem apud *Eumen.* Pro inſtaur.

2 dentia vulgo ſuo aliquatenus emineret.' Ita, cum viliſſimus quisque hono-
rum, & divitiarum potitus foret, ſua commoda, & vitia Principum dilige-
bant. Ab his optimus quisque abigebatur procul, cum ſuſpecta eſſet pro-
bitas, & inviſa, &, quanto quisque honeſtior, tanto importunior turpium
3 arbiter vitaretur.' At tu, Auguſte, omnibus nugis remotis, optimum, &
doctiſſimum quemque perquiris. Si quis praeſtat virtutibus bellicis, & lau-
de militiae, in amicis habetur; qui in oratoria facultate, qui in ſcientia iu-
ris

ſtaur. Schol. 2. 1. —— *In conſilium* explicui ad Incert. Conſtantin. 4. 1.

Vulgo ſuo] *Vulgo ſuorum*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Bertin.* admodum probabiliter. IAEGERVS.

2. *Potitus fieret*] Vet. *potitus foret.* PVTEANVS *Foret* Vet *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *foret.* ACIDALIVS. *Fuerit Livin.* Cum *Rhenan. fieret Stephan.* At *Cuſpin.* cum *Schonhov.* itemque Cod. *Moerl.* & Edd. reliquis *foret.* IAEGERVS. *Foret* etiam *Guelf.* quod recte recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter in pr. *Rivinum*, qui *Rhenani fieret*, quod eſt ex *Puteol.*, retinuit. *Livineii fuerit* dedit *Paull. Stephanus.*

Diligebant] *Cuſpin.* & *Schonhov. diligebat.* IAEGERVS. Vulgatum praeſtat. *Quinctil.* Declam. XII. 5. extr. *ſe in curiam quisque cogunt.* ubi *Burman.* ex MS. tamen illic notatum habeo, *quique cogunt.* apud *Virgil.* Aeneid. II. 130. habet *Gudian.*

Quae ſibi quisque timebant.

Nemeſian. Ecl. III. 46.

Sibi pocula quisque
Obvia corripiunt.

Burmann. ad eumd. Ecl. I. 66. *Titius* ad *Gratium.* Cyneg. 441. *Claudianus* Laud. Stilic. II. 152.

Et nomine quemque
Compellas, clari, ſub te quod geſſerit olim,
Admonitos facti.

ſupr. 14. 5. *pro ſe quisque conquerimur.* Conf. *Briſſon.* Parerg. §. 88. *Rader.* ad *Curtium* III. 5. 14. *Heinſ.* ad *Ovid.* Amor. II. 11. 21. *Burman.* ad *Sueton.* Caeſ. 27. *Oudend.* ad *Caeſar.* B. G. I. 39. 5. *Clarke* ad eumd. II. 25. 3. *Cortius* ad *Plinii* Epiſt. IX. 13. 4. *Drakenb.* ad *Livium* II. 22. 7. Not. Patern. ad *Victor.* Inluſtr. 47. 2. neque obſtat praecedens *potitus foret*; ita enim in his numeros variare oſtendi ad *Arator.* de Act. Apoſt. II. 712.

Suſpecta eſſet probitas] *Salluſt.* Catil. 7. *Nam regibus boni, quam mali ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt.* ubi in *Daventrienſi* Cod. optimo vidi *ſuſpectatiores.*

Importunior turpium] Lege *importunior turpibus arb.* ACIDALIVS. *Rhenan.* cum *Stephan. tanto importunior, turpius arb. vitaretur.* At *Cuſpin.* cum *Schonhov. Livin.* ac reliquis omnibus *turpium.* IAEGERVS. *Turpius* eſt ex *Puteolan.* quod in pr. retinuit *Rivinus.* Vulgatam quoque habet *Guelf.* *Turpium arbiter* eſt inſpector, & iudex, de quo *Muncker.* ad *Fulgent. Placid.* Narrat. Fab. V. 3.

3. *Nugis remotis*] Iuliani laudes pete ex *Ammiano* XIV. 6. PATAROL. Hominibus nauci, & nihili. *Cicero* ad Attic. Epiſt. VI. 3. *Videaturne, aut pietatis eſſe meae, fratrem relinquere, aut diligentiae, nugarum aliquid relinquere?* ubi *Manutius:* Nugarum aliquid, *levem hominem*, *Meſcinium. Non pius, ſi fratrem relinquo; non diligens, ſi Quaeſtorem, rei militaris expertem.* In eadem Epiſtola: *Amicos habes meras nugas, Matinium, Scaptium.* IAEGERVS. *Nugas* per eos recte exponit *Scipio Gentilis*, quos ante *indoctiſſimos*, *viliſſimos*, *inprobiſſimos* dixerat, in Adpend. Notar. ad *Apuleium*, Opp. T. VI. p. 357. adde *Taubman.* ad *Plautum* Trinumm. III. 3. 90. unde *boves nugatorios* de vilibus defendunt Eruditi apud *Columell.* de Re ruſtic. II. 5. 9. eſt in *nugis* eadem loquendi ratio, qua abſtractum poni dicitur pro concreto, de qua ſemel atque iterum ad praecedentes Panegyricos.

Praeſtat] *Praeſtet* in utraque *Rivinus.*

Laude militiae] Locutionem hanc ſimilibus inluſtrat *Markland.* ad *Statii* Silv. III. 4. 13. De ipſa re conf. *Spanhem* ad *Iulian.* Orat. I. p. 286.

Habetur, ultro ad] Vet. *babetur, qui in ora-*

ris civilis excellit, ultro ad familiaritatem vocatur. Quicumque in admini- 4
ſtratione reipublicae innocentem ſe umquam, & ſtrenuum praebuit, in con-
ſortium munerum receptatur. Regendis provinciis non familiariſſimum quem- 5
que, ſed innocentiſſimum legis. Omnes a te augentur pecunia, locupletan-
tur divitiis, honoribus honeſtantur.

CAP. XXVI. Prorſus amicitias tueris privati fide, Imperatoris opulentia, quae perpetuae, & conſtantis benevolentiae prima fiducia eſt, certiſſima virtu-

oratoria facultate, *qui in ſcientia iuris civilis excellit*, *ultro*. PVTEANVS. Auctiores libri noſtri, Vet *Bertin. Cuſpin. in am. habetur*, *qui in oratoria facultate*, *qui in ſcientia iuris civilis excellit*, *ultro* &c. LIVINEIVS. Ita eſt. Revocandi ſunt, quae reperiuntur in Editionum prima, & *Livineii* ſcriptis: *habetur*, *qui in oratoria facultate*, *qui in ſcientia iuris civilis excellit*, *ultro ad famil.* Nam togatae illae artes ſummo in pretio apud Romanos, ut vel liquet ex unis *Taciti* Annalibus, exque Auctore de Cauſſis corruptae eloquentiae. GRVTERVS. Libris a *Livineio* laudatis accedit *Schonhov. Meerl.* cum Edd. *Gruter. Pariſin. Patar. Cellar.* IAEGERVS. Ex Codd. quoque accedit *Guelf.* Ex Editoribus omiſſa primus recte inſeruit *Paull. Stephanus*, quem etiam ſecutus *Baunius*, idque confirmatur ex iis, quae de neglecta militia, iuris ſcientia, & oratoria facultate ſub aliis Principibus dixit cap. 20. princ. *Rhenani* lectionem iterum dedit *Rivinus*. In *Puteolan.* eſt *haberetur*. Per *editionem primam* intellexit *Cuſpinianam Gruterus*, ſed antiquior *Puteolan.* haec ignorat.

5. *Regendis provinciis*] Dativus, finem notans. Vid. *Perizon.* ad *Sanct.* Min. IV. 4. 9. p. m. 555. IAEGERVS. *Eumenius* Conſtantin. 12. 3. *ſpectaculo dati.*

Familiariſſimum] In *Gud. familiariſſimus quisque*, *ſed innocentiſſimus legitur.* IAEGERVS.

1. *Privatae fidei*] Vet. *privata fide.* PVTEANVS. Legerim: *amicitias tueris privati fide*, *Imperatoris opulentia.* id eſt, amicitias colis non tanquam Imperator cum ſubdito, ſed tanquam privatus cum eiusdem ſortis homine: at munificus es, & liberalis in amicos, plane ut Imperatorem decet. MEVRSIVS Auctar. Phil. c. 27 & ACIDALIVS. Id etiam de ipſis Chriſtianis verum, ex quibus, quos antea amicos habuit, poſtea non neglexit. Vid. eius Epiſt. 31. p. 404. atque hinc etiam, & ob morum ſeveritatem, ſuis conformem, Novatianis prae aliis Chriſtianorum ſectis favit, quia cum Siſinnio ſub Macrino ſtudiis operam dederat. *Socrates* V. 21. in hos benevolentia Eleuſio gravis fuit. *Socrates* III. 1. *Sozomenus* V. 5. ANONYMVS. in *Strodtman.* Europ. Nov. Erudit. Part. VII. p. 585. *Privati fide* firmat *Cuſpin.*, praeferens *privati fidei*, & *Livin.* cum Edd., ſi *Rhenan.* & *Stephan.* demas, omnibus. IAEGERVS. In *Rhenan. Stephan.* & pr. *Rivini* eſt *privatae fidei*, ut pendeant ab *amicitias*. *Privati fide Guelf.* ſequens oppoſitum *Imperatoris* hoc melius eſſe indicat, quam *Puteanei* illud *privata*. *Pacatus* Paneg. 12. 5. *qui futurus eras in Imperatore privatus.* Incertus Maximian. 10. 5. *auctoritatem privati Principis adtuliſſes.* Huic loco geminus eſt ille *Pacati* Paneg. 16. init. *Ecquis Imperatorum umquam putavit amicitiae cultum in regia laude ponendum?* ubi ſequentia confer.

Opulentia, *quae perpetuae*] Inferendum aliquid videtur, quando ſequentia praecedentibus male haerent Forte *opulentia. In te*, *quae perpetuae & conſtant.* &c. ACIDALIVS. & CELLARIVS. *In te* textui addidit *Cellarius*, & *Patarol.* IAEGERVS. Recte iterum eiecit *Iaegerus*; ſunt enim omnia ſatis plana.

Fiducia] Pignus. *Cicero* pro Flacco, c. 21. *Pecuniam adoleſcentulo grandi fenore*, *fiducia tamen accepta*, *occupaviſti Hanc fiduciam commiſſam tibi dicis*; *tenes hodie*, *ac poſſides.* IAEGERVS. *Ciceronis* locum ita etiam explicuit *Gronov.* Lect. *Plautin.* p 151. hinc ſaepe cum *pignore* iungitur. *Savaro* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. IV. 24. & *fiduciam committere* contra *Fabrum* explicuit *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 403. adde *Taubman.* ad *Plautum* Bacchid. IV. 4. 100. a fiduciae contractu hoc deſcendit, quem *fiduciae rationem* dicit *Cicero* pro Caecin. 3. ubi *Paſſerat.* quo res alicui ea lege mancipabatur, ut remanciparetur; cum igitur ante actionem Servianam ius in re conventione dari creditori non poſſet, ſae-

2 tutum, & princeps veritas. Numquam in animo eſſe ſuſpicatum audivi. Ne-

ſaepe pignus cum iſtiusmodi contractu mancipabant debitores, quo dominium adquireret creditor, quare *fiducia* & pro ipſo contractu, & pro re ita tradita dici coepit, quamvis ſua natura a *pignore* diſtaret, cuius etſi traditi dominium penes debitorem manebat. Eleganter haec explicuit *Schulting.* ad *Paulli* Sentent. II. 13. init. & *Graevius* ad *Ciceron.* pro Roſc. Comoed. 6.

Princeps veritas] *Principis veritas* Vet., *maximi Principis veritas Bertin. Cuſpin. Princeps veritas* non aſſequor, ac ne veterem quidem ſcripturam, quae repraeſentata mihi cum fide. Placet reſcribi, & *maximi Principis ſecuritas*, ac *virtutum* exponam, bonorum, & praeditorum virtute, κατὰ μετωνυμίαν· LIVINEIVS. Vetus ſcriptura, cuius mentionem facit *Livineius*, eſt primum Codicis illius. qui penes ipſum erat, in quo legebat. *Principis veritas*, uti habet etiam *Moerl.* & *Gud.* In *Bertin. Cuſpin. Schonhov.* additur *maximi P. v. Veritas* eſt amor veri, iuſti & aequi, ut apud *Ciceronem*, Orat. pro L. Quintio, c. 2. *Cum tot, tantisque difficultatibus adfectus, atque adflictus in tuam, C. Aquilii. fidem, veritatem, miſericordiam P. Quintius confugerit.* Aut fortaſſe συνώνυμον eſt virtutis ipſius. Sic *Seneca*, Epiſt. 71. *Idem eſſe dicebat Socrates veritatem, & virtutem.* ubi vid *Lipſ.* Vtrumcumque eligas, ſenſus non erit obſcurus, etiam ſine ulla mutatione. Scil. *Tuendo amicitias privati fide, Imperatoris opulentia, exhibes perpetuae & conſtantis benevolentiae pignus primarium, & certiſſimam virtutem, eumque candorem, & aequitatem, quae Principem decet.* Vel: *Tueri amicitias privati fide, Imp opulentia, (quod tu facis,) eſt primarium pignus perpetuae benevolentiae tuae erga tuos, & certiſſima, quin imo princeps & regina virtutum.* Sed malo inſerere *in te*, ut ſenſus ſit: *virtus tua princeps eſt veritas, quae* &c. IAEGERVS. Quare haec ad Iulianum referre maluerint Interpretes, ideoque cum *Acidalio in te* inſerere, non video, quo tendit etiam poſterior *Iaegeri* interpretatio. Potius in univerſum de quocumque Principe cogitaſſe *Mamertinum* arbitror. Hunc duplici modo conſiderat, & civium, & ipſius Principis ratione. In civibus eſt perpetuae benevolentiae pignus, cum Princeps, fallere neſcius, datam de ſuo favore fidem ſanctiſſime ſervet: in ipſo vero Principe eſt certiſſima virtus. Cum enim lectio *Principis* quatuor optimorum Codd. auctoritate, eademque *Cuſpiniani* nitatur, locum ita legendum puto, *benevolentiae prima fiducia eſt. Certiſſima virtutum eſt Principis veritas.* ita enim & cum *eſt* quoque permutarunt Librarii apud *Mamertin.* Maxim. 8. 3. & apud *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 19. 3. pro *deflexus eſt diſpar*, ut vulgo editur, in *Guelf.* legitur *deflexus &.* Recte autem *veritas* explicuit *Iaegerus. Valer. Max.* III. 2. ext. 9. *alteri veritas aperta finis vitae fuit. Plinius* Epiſt. III. 11. 6. *vix unum aut alterum invenies tanta ſinceritate, tanta veritate. Cicero* in Lael. 25. *delet eam veritatem, ſine qua nomen amicitiae valere non poteſt. Veritatis diligentem* dixit *Nepos* Epamin. 3. 1. hoc ſenſu *veritas odium parit* eſt in vulgato *Terentii*, quo uſus etiam *Auſonius* Sapient. p. 284. & *Cicero* Lael. 24. *moleſta veritas, ſiquidem ex ea naſcitur odium*, quam *veritatis aſperitatem* dixit *Sidon. Apollin.* Epiſt. VII. 7. ubi *Savaro*, & *Weitzius* ad *Salvian.* de Gub. Dei p. 204.

2. *Num quem*] Quid agam, nullus video, nec vel leviter mentem elicio. In Vet. *Cuſpin.* eſt, *Nunq. in an.* in *Bertin. Nunquam*, nihili ad ſententiam momento. Legebam timide, & citra praeiudicium; *Num quis maligne de ſe ſuſpicatum audivit?* Sed tu adiuva, ſis, mi Lector, &. ſi quid ad manum melius, imperti. LIVINEIVS. Puto verum eſſe, *Num quem inania eſſe* &c. errore ex compendio ſcripturae nato *inaia.* RITTERSHVSIVS. Potius, *Numquam enim omnino eſſe ſuſp.* Vel, *Num quem enim omnino eſſe ſuſp.* ACIDALIVS. Fortaſſe, *num quis maligne de ſe ſuſpicatum audivit?* Ita *Livineio* videtur. BAVNE. Quid? ſi *ſuſpicatum* pro ſuſpicione dici ponamus. Exemplum quidem deſidero: ſed analogia aperte favet. Vt enim ab *arbitror arbitratus*, a *comitor comitatus*, a *dominor dominatus*, ab *hortor hortatus*, a *modulor modulatus*, ab *opinor opinatus*, a *peculor peculatus*, a *populor populatus*, a *venor venatus*, a *deſpicor deſpicatus*, ſic etiam a *ſuſpicor* formari poſſe *ſuſpicatus* lucide apparet. Hoc admiſſo, non opus eſt ulla mutatione. Fateor tamen, multo mihi magis conſentaneam videri emendationem priorem *Acidalii.* Voces *animo* & *omnino*, ex compendioſa nota, facillime miſcentur. Vid. *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 94. 2. De cetero, legere malo ſine interrogatione, ut eſt in *Bertin. Cuſpin. Schonhov. Gud. Numquam* &c. IAEGERVS. Vulgo lectum fuit per interrogatio-

Nemo ſimulatis blanditiis, nemo falſa pollicitatione deceptus eſt. Quis ne-

tionem: *Num quem in animo eſſe ſuſpicatum audivi?* quod parum ſequentibus reſpondet, in quibus deeſt interrogatio. A litterarum ductu nimium abit *Livineii* coniectura, eaque *Acidalii Numquam enim omnino* multo eſt facilior. Si cum *Iaegero* ſubſtantivum malles, forte placere poſſet *ſuſpectum*, quod pro ſuſpicione eſt apud *Eginbartum* Vit. Carol. M. cap. 3. ubi *Schmincke*. Sed neque eo opus. Vitioſa ſunt *in animo*, ex quibus eruo *in amico*, propter ſcribentium compendia, in utraque ſibi voce maxime vicina, ſicuti haec quoque ſunt confuſa apud *Livium* IX. 6. 8. apud *Ennodium* Epiſt. III. 1. *numquam tibi ad officium animorum*, emendabat *amicorum Reineſius* Epiſt. ad *Daum*. 11. Itaque cum dixiſſet Noſter, *amicitias tueris privati fide*, hoc confirmat, *Numquam in amico eſſe ſuſpicatum audivi*, id eſt, te eſſe, quod pronomen propter ſecundam in *tueris* negligere potuit, aut forte, quod malim, illud compendium *τ̃ε eſſe* abſorpſit; vix enim diſtant *ee* & *te*. Ita *ſuſpicari* abſolute ponitur apud *Terent.* Eunuch. Prol. 40.

Amare, odiſſe, ſuſpicari.

Senec. Epiſt. 3. *Multi aliis ius peccandi ſuſpicando fecerunt. Horatius* Od. II. 4. 22.

Fuge ſuſpicari,
Cuius octavum trepidavit aetas
Claudere luſtrum.

Proximus eſt *Ciceronis* locus, pro Syll. 17. *de quo nihil eſt umquam ſuſpicatus.*

Simulantis blanditiis] Vet. *ſimulatis*. PVTEANVS. Potius *ſimulatis*. ACIDALIVS. *Rhenan* & *Stephan. ſimulantis*, improbante *Acidalio*, & diſſentientibus reliquis omnibus. IAEGERVS. *Simulantis* eſt in *Puteol. Simulatis* etiam *Guelf* quod iam a *Livineio* fuit receptum; alterum in pr. retinuit *Rivinus*. Similis eſt *Pacati* locus Paneg. 18. 1. *ut parcior tardiorve tempore quem modove decipias.* De ſuo haec potuit Imperatore credere *Mamertinus*, qui mihi videtur arte civili velaſſe, quod mente cogitabat, & ad captandam civium gratiam ea feciſſe, quibus comitatem ſimularet. Huc pertinere opinor, quae de Iuliano ſurgente, & ſe per viam comitante teſtatur infr. 28. 8. & 29. 4. & quod artificium contra ipſius mores eſſe dixit ſupr. 18. 2. Ita enim de Iuliano *Ioann. Sareſb.* VIII. 21. *Studebat — omnibus omnia fieri. — hinc a civilitate ficticia comis, — &, quod maxime erat, ne crudelis haberetur, manſuetudinem mentiebatur.* quae deſumta ſunt ex Hiſt Tripert. VI. cap. 1. *Ammian. Marcell* XXV. 5. de eodem: *Vulgi plauſibus laetus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans adpetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui ſaepe adfectans.* ubi forte ſcribendum *cum infimis loqui.*

Cachinnantemque ſaevitiam] Taxari Domitianum reor, qui in ſimulatione multiplici doloſum vocant Hiſtorici, qui, quotieſcunque in quempiam ſaevire deſtinabat, crudelitatem tegebat, effundebatur in hilaritatem, ſaepiuſcule ridebat, quare graphice, & appoſite *cachinnans ſaevitia* vocatur a *Mamertino*, quam cachinno, h. e. etiam effuſo riſu ſimulabat. *Cachinnus* eſt effuſus plus aequo riſus, unde catholica ſententia *Annaei Senecae: Sit riſus extra cachinnum. Riſum cachinnabilem* pro nimio, & ſuperfluo vocat *Apuleius.* Inimicos ſuos Marius, riſu ſimultatem tegentes, iocoſe dixit *Sardonium ridere riſum.* Hoc ſignificare voluit *Plinius Caecilius*, ſcribens ad Traianum: *Quid enim tam infidum mare, quam blanditiae Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius eſſet iratos, quam propitios habere?* Expreſſius hoc idem ſignificavit in Domitiano *Tranquillus: Erat*, inquit, *non ſolum magnae, ſed & callidae, inopinataeque ſaevitiae. Auctorem ſummarum pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit, aſſidere in thoro iuxta coegit ſecum, hilaremque dimiſit; partibus etiam de coena dignatus eſt.* Si *cachinnantem Mamertini ſaevitiam* libeat ad Conſtantium, anteceſſorem Iuliani, vertere, non errabis. Fuit enim & ille fucatae hilaritatis foris, domi nobilium carnificinam exercens, auctore *Marcellino.* BAPTISTA PIVS. Adnotat. poſterior. Syll. III. cap. 45. Domitianum notat, de quo adi *Suetonium* cap. 11. LIVINEIVS. Id eſt, quam cachinno, ſeu effuſo riſu diſſimulabat. Domitianum notat, qui, quotieſcunque ſaevire in quempiam deſtinabat, compoſito ad riſus et iocos vultu, iracundiam tegebat. BAVNE. Vide & *Plin.* Paneg. cap. 66. PATAROL. Conf. *Priceum*

neſcit aliorum Imperatorum hilarem diritatem, cachinnantemque ſaevitiam? a quibus ingenita crudelitas figmento laetitiae tegebatur.
3 Mira eſt in Principe noſtro mentis, linguaeque concordia. Non modo humilis & parvi animi, ſed ſervile vitium ſcit eſſe mendacium. Et vere. Cum mendaces homines aut inopia, aut timor

caeum ad *Apul.* Metam. VI. p. 302. eſt in his oxymori ſpecies, cuius alià exempla dedit *Goetzius* ad *Coripp.* IV. 96. & quae notavi ſupr. ad Incert. Maximian. 10. 5. *Pontan* ſupr. 25. 1.

Ingenita crudelitas] Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 2. 2. Sequens *figmento* aetate *Mamertini* non indignum, de quo ad *Sedul.* pag. 20.

3. *Mentis linguaeque*] Contra de Severo *Herodianus* II. 9. in fin. ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες· διά τε γλώττης προΐετο, ὅσα μὴ ἔφερεν ἐπὶ γνώμης·

Mendacium] *Plutarchus* περὶ Παίδ. ἀγωγῆς: δουλοπρεπὲς τὸ ψεύδεσθαι· PVTEANVS. BAVNE. & PATAROL. Similia hanc in rem habet inmortalis *Grotius* de I. B. lib. III. 1. §. 20. In *Guelf.* eſt *metium.*

Et vere] Forte *vero.* LIVINEIVS. *Cellarium* ſecutus maius diſtinguendi ſignum poſt *vere* poſui, cum in reliquis Edd. haec ſequentibus connectantur. Male; primum enim Imperatoris ſententiam probat, veramque profitetur, tum vero rationem addit.

Facit magnitudinem] Diſtingue, *faciat. Magnitud.* ACIDALIVS. Hoc minus placet. IAEGERVS.

4. *Gradu pulſus*] Scil. amicitiae, & familiaritatis. Vid. omnino *Boſii* Index in *Cornel. Nep.* h. v. De *gradibus* Palatii hic agi, non ſatis probabile videtur. IDEM. *Cicero* pro Muraen. 23. *ut omnes & dignitatis, & gratiae gradus tollerentur.* pro Quinct. 19. *qui primus erat officii gradus.* & *obtinere gradum auctoritatis, Valer. Max.* III. 5. 4.

Habitu prohibitus] Vet. *aditu.* PVTEANVS. Non ignoro, paulo poſt *oris habitum*, & ſimpliciter *habitum* a *Plinio Secundo* in Paneg. Traiani dici, ubi: *Quanta in oculis, habitu, geſtu, toto denique corpore fides?* & poſtea: *Non amictus cuiquam, non habitus, quem modo extulerat.* Verumtamen hic quidem illud *habitu* diſplicet, quod vicina verbi *habet* proxime praecedentis, & ſubſequentis *prohibitus* vocabuli mentio fecit, ut manifeſto mendo ſcriberetur pro *aditu.* Vult enim Panegyriſtes dicere, hanc fuiſſe Principis humanitatem, ut eorum nemo, qui privato ipſi quondam familiares fuerant, aut amicitiae loco pulſus, aut aditu Palatii, vel interioris etiam ſacrarii ſit prohibitus, poſteaquam ille ſummae rerum potiri coepit. Sic Auctor alibi Genethl. ad Maximian. *Atque haec quidem*, inquit, *velut interioribus ſacrariis operta veneratio eorum modo animos obſtupefecerat, quibus aditum veſtri dabant ordinis dignitates.* Sic *facilem adiri Principem Pacatus* Panegyr. ad Theodoſ.; ſic *Nazarius* in Paneg. ad Conſtantin. *faciles aditus, aureſque patientiſſimas* laudat: ſic denique *Auſonius* in Grat. actione ad Gratianum Imp. *Laudabile*, inquit, *eſt, Imperatorem faciles interpellantibus praebere aditus, nec de occupatione accuſari. Plinius* in Panegyr. ad Traianum: *An quiſquam, ſtudia humanitatis profeſſus non cum omnia tua, tum vel imprimis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem?* & ſtatim: *Nullae obices, nulli contumeliarum gradus, ſuperatisque iam mille liminibus, ultra ſemper aliqua dura, & obſtantia. Claudianus* denique Panegyrico ad Honorium Imp. in VI. eius Conſulatu, ei hanc quoque clementis, & facilis aditus laudem tribuit: quos eo lubentius proferam, ut in ipſis mendum, ſuperioribus aſſimile, caſtigem ex meo pervetuſto Codice, quo me pridem Sodales, qui Canonici dicuntur, Metropolitanae Auſeorum Eccleſiae liberaliter donatunt. Igitur ita *Claudianus:*

> *Exultant iuvenes aequaevi Principis annis,*
> *Temnunt priſca ſenes, & in hunc ſibi proſpera fati*
> *Gratantur duraſſe diem: moderataque laudant*
> *Tempora, quod clemens aditu, quod pectore ſolus*
> *Romanos vetuit currum praecedere Patres.*

ubi excuſi libri perperam & *fata* pro *fati*, quod tamen Graecam, & Poeticam phraſim cum ſapiat, profecto rectum eſt, & *quo tempore* pro *quod pectore*, gravi mendo, cuius anſam illud *tempora*, quod praecedit, Librario praebuiſſe ve-

mor faciat, magnitudinem fortunae ſuae. Imperator, qui mentitur, ignorat.
Quis, oro vos, plura praebuit fidei, conſtantiaeque documenta? Omnes, quos 4
privatus in familiaritatem recepit, eodem habet Imperator affectu. Nemo gra-
du pulſus, nemo aditu prohibitus, nulli Palatii fores clauſae ſunt. Omnes bo-
nos habet. In recipiendis amicis optimus iudex eſt. Si aliqui ſunt improbi, tole- 5
ran-

verum eſt, ſcriptum habent. FABER. Semeſtr. II. 25. Minimi momenti eſt: moneo tamen legendum, *nemo aditu prohibitus.* MODIVS. Novantiq. Lection. Epiſt. 25. *Aditu*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *aditu poſtb.* ACIDALIVS. *Habitu Rhenan. Stephan. Livin.* Contra vero Cod. *Moerl.* cum *Cuſpin.* & Edd. reliquis recte *aditu.* IAEGERVS. *Aditu* etiam *Guelf. habitu* iam fuit in *Puteolan.*, quod retentum eſt, donec meliorem revocaverit lectionem *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* in pr. ſunt ſecuti. *Aditu* ex ingenio etiam emendavit *Iuretus* ad *Symmach.* Epiſt. II. 8. & probarunt *Livineius* ad *Pacat.* Paneg. 27. 1. & Pater meus ad *Plinii* Paneg. 73. 1. ſuam ſibi emendationem tacite a *Modio* ſublectam eſſe conqueritur *Faber* Semeſtr. III. p. 405. *Ammian. Marcell.* XV. 5. *facilitate aditus.* L. 19. pr. D. de Offic. Praeſid. *Obſervandum eſt ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem ſe praebeat.* quo loco uſus eſt *Ioann. Saresber.* IV. 7. adde *Bernecc.* ad *Plinii* Paneg 47. 3. & in ſua Edit. *Schwarzius*, V. D. ad *Pacat.* Paneg. 21. 2. & notata ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 11. 3. & *Nazar.* Paneg. 34. 4.

5. *Bonos habet*] Legendum *bonos amat.* Niſi quod & *habet* poteſt ſignificare, quod apud Graecos ἔχει, pro tenet, ſive retinet. Vetuſtos ſcilicet, nam de novis ſtatim ſubiicit. FABER. & BAVNE. Nihil emendandum. *Habet*, ſive ſtatuit omnes eſſe bonos, quia de amicis nihil ſuſpicabatur, ut n. 2. dixit. Contra de aliis Impp. *Pacatus* Paneg. 16. 1. quos cum putaſſe dixiſſet, ſuae parum dignitati amicitiam convenire, addit: *Inde facilius inveneris, qui pecuniam ex aerario, quam qui ex animo fidem promſerint. Optimus ille ditabat, non etiam diligebat.* ubi, quis per *Optimus* ſit intelligendus, Traianus, aliusve, Interpretes quaerere video. Sed ex Vet. *Puteaneo* emendandum eſt *optimos*, quod etiam coniecit *Baunius*, qui per *ille* Gratianum intelligit; neque hoc opus; pertinet enim in univerſum ad eos omnes, quos generaliter per locutionem *facilius inveneris* intellexerit. Ille, qui pecuniam ex aerario promebat, optimos ditabat.

Improbi] Immodeſti, nimium ſibi adrogantes. Ita e. g. *Seneca*, Med. vs. 84. *fulmen improbum* vocat, quod plus auſum eſt, quam debuit, ac decuit. Quidquid nimium eſt, & modum normamque excedit, *improbum* Latinis dici, oſtendit *Salmaſ.* ad *Spartian.* Peſcenn. c. 6. p. m. 655. Sic *Mamertin.* Paneg. Genethl. c. 1. 2. *improbe*, i. e. ſine more, modoque, *concupiſcere.* IAEGERVS. *Spes inproba* apud *Iuſtin.* XXII. 7. 4. Conf. *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VIII. 48. Georg. I. 145. *Paſſerat.* ad *Cicer.* pro Caecin. 1. *Gronov.* Diatr. *Stat.* c. 29. *Schulting.* ad *Senec.* Contr. I. p. 105. *Oudend.* ad *Lucan.* VII. 160. *Cort.* ad *Plin.* Epiſt. I. 2. 3. *Canneg.* ad *Avian.* 25. 7. *Duker.* ad *Flor.* III. 10. 17. *Burman.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 358.

Tolerandi] Vet. *tolerandis.* PVTEANVS. Lege, *ſi aliqui ſunt improbi, tolerandis familiar. vitiis imm.* ACIDALIVS. Confer *Plutarchi* locum in vita Ageſilai: *Amicis erat praeſto in rebus etiam iniquis*, &c. *amicos corripere in peccatis non ſuſtinebat.* Non aliter de iuvene ſuo Simo ille *Terentianus*, Andr. act. I. Scen. 1.

> *Facile omnes perferre, ac pati, cum quibus erat, cumque una iis ſe dedere,*
> *Eorum obſequi ſtudiis, adverſus nemini,*
> &c.

PATAROL. *Improbi tolerandi, famil. vit.* Sic diſtinguunt, & legunt omnes. *Acidalius* vero correxit hunc in modum: *Si aliqui ſunt improbi, tolerandis fam. v.* &c. & hanc lectionem praeferunt Codd. *Gud.* cum *Moerl.*, quos iure ac merito ſequor. Senſus eſt: *ſi qui ex amicis immodeſti ſunt, tolerat eorum vitia, nec animum propter ea mutat.* IAEGERVS. Veriſſima eſt Codd. lectio, quam iure probavit *Iaegerus.* In veteri ſcriptura *ſi* per ſiquidem, ſcilicet foret exponendum, ut apud Auctor. Declam. in Salluſt. c. 4. *Neque hercule mirum eſt, ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias exiſtimavi.* ubi *Cortius*, & ad *Ciceron.* ad Diverſ. XII. 12. 5. & XVI. 8. 1. *Gothofred.* ad *Tertullian.* ad Nation. I. 12. & 15. Not. ad *Caton.* Diſtich. I. 1. *Drakenb.* ad *Li-*

randis familiarium vitiis immutabilis eſt amicus.

Cap. XXVII. At mutant ſecundae res animos. Noſtrum Principem ſi nondum mutaverint, quando mutabunt? Cuius umquam divinior felicitas
2 fuit? Paullo ante in laceratis Galliae provinciis lapſus inimicorum capitalium apertis armis, & occultis inſidiis petebatur; in pauculis menſibus, divino munere, Libyae, Europae, Aſiaeque regnator eſt. Quae maiora exſpe-

Livium VII. 13. 6. ita rationem redderet, quare familiarium vitiis inmutabilis eſſet amicus Iulianus; noſtra tamen lectio & ſimplicior eſt, & praecedentibus magis congrua.

1. *Secundae res*] *Curtius* X. 1. 40. *Res ſecundae valent commutare naturam.* *Tacitus* Hiſtor. I. 15. 5. *Secundae res acrioribus ſtimulis animos explorant; quia miſeriae tolerantur, felicitate corrumpimur.* Vid. ibi *Lipſium.* IAEGERVS. *Salvianus* de Gubern. Dei VII. p 154. *etiamſi continentiſſimi, & caſtiſſimi ſemper fuiſſent, mutari tamen tanta rerum obſecundantium felicitate potuerunt.*

Mutaverint] Reſcribam *mutaverunt.* IAEGERVS. *Guelf. ſed nondum mutaverint.*

Cuius inquam] Vet. *unquam.* PVTEANVS. *Vnquam, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.* corrupte *inquam.* IAEGERVS. *Inquam* ex *Puteolan.* retentum fuit usque ad *Gruterum*, a quo omnes, praeter *Rivinum* in pr., *umquam*, quod etiam habet *Guelf.*

Divinior] Forte *diuturnior.* PVTEANVS. In Ed. *Pariſ. diuturnior* adſcribitur *Puteani* Cod. ſed in excerptis penes me MSS. ſola notatur *Puteani* coniectura, quae tamen neque a ſcriptis, neque excuſis confirmatur. Melior quoque vulgata; ſequentibus enim exemplis, quibus Divino muneri Iuliani felicitatem tribuit, aptius eſt *divinior.*

2. *Laceratis Galliae provinciis lapſus*] Quid hoc audio? *Lapſus in Galliis* Iulianus, hoc eſt, ἔπταισεν? At enim vero, quae inibi ab eo contra Barbaros geſta fortiter ac feliciter, Conſtantii, & factionum invidiam conciverunt, ut ſupra dixit. Legam ego, haud ſane fidenter: *In laceratas Gall. provincias.* Ait incidiſſe, & incurriſſe in Iulianum laceras, ac deploratas Galliae provincias, non conſilio & ſponte ab eo ſuſceptas. LIVINEIVS. *In laceratas G. provincias*; ſic *Livineius* emendat vulgatum *in laceratis provinciis.* Sententia: Quum incidiſſet in adflictas Gallias, tam feliciter rem geſſit, & omnia reſtituit, ut invidiam Conſtantii, & Conſtantianorum incurreret, qui & clam, & apertis armis eum peterent. CELLARIVS. Forte melius legas *laceratas*, &c. ut placuit *Acidalio.* PATAROL. *Livineii* emendationem in contextum recepit *Cellarius.* De laceratis Galliae provinciis incurſu Germanorum, rebusque a Iuliano geſtis, vid. *Eutrop.* X. 7. *Aurel. Vict.* de Caeſ. 42. 17. & Epit. 42. 12. *Ammian. Marcellin.* lib. XV. XVI. XX. IAEGERVS. Quam *Acidalio* male tribuit *Patarolus*, *Livineii* coniecturam ſolus recepit *Cellarius*, ſed veterem ſcripturam, quam Codd. tuentur, recte iterum revocavit *Iaegerus.* *Livineium* in errorem duxit prava verborum conſtructio, qua *in laceratis provinciis* ad *lapſus* retulit; tu potius iunge cum *petebatur*, hac ſententia; lapſus petebatur inſidiis inimicorum in laceratis Galliae provinciis. Quid vero illud *lapſus?* Apud *Nazarium* Paneg. 6. 2. pro *etiamſi fortuna dilapſa eſt* coniiciebat *lapſa Acidalius*, & hoc loco confirmat; de inminuta igitur Iuliani fortuna vocem accepiſſe videtur. Potius tamen per *elapſus* interpretor, id eſt, cum cuſtodum manus evaſiſſet. *Curtius* III. 13. 3. *e manibus cuſtodientium lapſus.* *Ammian. Marcell.* XVI. 12. *Rex Chodomarius, reperta copia diſcedendi, lapſus per funerum ſtrages.* adde *Brouckhuſ.* ad *Propert.* I. 11. 15. *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. T. VIII. p. 272. quare celerem tacitumque diſceſſum in hoc verbo notat *Barth.* ad *Statium* Theb. IV. 645. huic interpretationi favet hiſtoria. Nimirum in Macelli fundo in Cappadocia velut carcere detinebatur Iulianus, nondum Caeſar, ex quo tamen evaſit. *Socrates* Hiſt. Eccleſ. III. 1. ἴσχυσας δὲ διαδράναι τοὺς φρουροῦντας αὐτὸν, τόπον ἐκ τόπου ἀμείβων διεσώζετο. in Hiſt. Tripert. VI 1. haec ita vertuntur: *& cum fuga elapſus fuiſſet, diverſa loca circumeundo ſervatus eſt.* *Ioannes* vero *Saresb.* VIII. 21. *Et quidem manus non evaſiſſet Imperatoris.* Degebat autem Mediolani Imp. Conſtantius, apud quem fictis criminibus quosdam perſequebantur improbi adcuſatores, quorum princeps erat Arbetio, quem *ad inſidiandum acrem, & flagrantem*

ſpectabimus Dei praemia? quaeve uberiora dona Fortunae? Videte, num, 3
ſecundis rebus elatus, aliquid de prioris vitae manſuetudine, & moderatio-
ne mutaverit. Mutavit plane, mutavit. Nam civilior factus proſperorum
infregit invidiam. Cui non vel illud tempus ſedatae praebuit mentis indi- 4
cium, quo, horrendi belli metu republica liberata, elati ſumus cuncti geſtien-
te laetitia? Sed Imperator, quamquam caeleſti ope ſalutem reipublicae propa- 5
gatam

tem adpellat *Ammian.* XIV. 11. horum impetus neque effugit Iulianus, quem duplici crimine reum agebant, tum quod ex Macelli fundo in Aſiam aufugiſſet, tum quod Conſtantinopoli fratrem ſalutaſſet. Venit tamen Mediolanum, ut ſeſe purgaret, Iulianus, ſed, Conſtantii adſentatoribus id urgentibus, nihilominus periiſſet, niſi Euſebiae, Imperatoris uxoris, opera fuiſſet liberatus. ſi fides *Ammiano* XV. 2. quamvis de hoc periculo alii ſileant Hiſtorici, & tantum memorent, intercedente Euſebia, fuiſſe dimiſſum, & mox Athenas perrexiſſe. Cum autem Galliae Ciſalpinae urbs eſſet Mediolanum, ubi haec agebantur, recte potuit ſcribere *Mamertinus*, Iulianum his inſidiis in *Galliae provinciis* fuiſſe petitum, easque adpellare *laceratas*, cum de eodem hoc tempore ſcribat *Ammian.* XV. 5. *Cum diuturna incuria Galliae caedes acerbas, rapinasque, & incendia, Barbaris licenter graſſantibus, nullo iuvante, perferrent.* & cap. 8. *Conſtantium vero exagitabant nuncii, deploratas iam Gallias indicantes, nullo renitente ad internecionem Barbaris vaſtantibus univerſa.*

Inimicorum] Nempe Conſtantii, eiusque factionis. BAVNE. Guelf. *in inimicor.*

Petebatur] Sollemne verbum de adverſariorum impetu; hinc per factioſe adgredi explicat *Servius* ad *Virgil.* Aen. V. 890. ſumtum illud eſt a gladiatoribus, eodem teſte ad Aen. IX. 439. quare ad Oratores tranſtulit *Cicero* in Caecil. 14. *novi omnes hominis petitiones, rationesque dicendi.* ubi Not.

Quaeve uberiora] *Quae uberiora* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Et *Guelf.*

3. *Et moderatione*] *Guelf.* omittit *&*, quod forte verum eſſe poſſet propter copulam plerumque a *Mamertino* omiſſam, de quo ſupr. 24. 6. Vulgatum tamen maluerim.

4. *Cui non*] *Guelf.* *Cui vero.*

Vel id tempus] *Illud tempus* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* *illud*, quod primum recepit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes. De uſu τȣ *vel* vide ad *Eumen.* Conſtantio 1. 3.

Sedatae] *Guelf.* *ſeduce.*

Belli metu] Belli civilis, quod Conſtantius adverſus Iulianum ſuſcipiebat: ad quod ex Oriente proficiſcens in itinere mortuus eſt. CELLARIVS. Bellum puto, quod Iulianus in Conſtantium moverat, cuius mentio apud *Ammian.* lib. XXI. cap. 5. quod brevi, Conſtantio mortuo, diremptum eſt. PATAROL. *Guelf.* *qui horrendi.*

Liberata] Morte Conſtantii. LIVINEIVS.

Elati ſumus cuncti] *Guelf.* mutato ordine, *cuncti ſumus elati.* *Mamertin* Genethl. 12. 1. *inmodico propinquitatis veſtrae elata gaudio.* ubi Not.

5. *Quamquam caeleſti*] *Guelf.* *caeleſti quamquam.*

Propagatam videret] Alias *propugnatam.* RHENANVS. *Propagatam*, *Aldus.* SCHONHOVIVS. *Propugnatam* verum, non *propagatam.* ACIDALIVS. Sed nec illud ſpernendum. Quemadmodum enim *vita*, *gloria*, ſic etiam *ſalus propagata* dici poteſt. IAEGERVS. Rectiſſime Bibliotheca Philologica verbum *propagatam*, quod ferri poſſe falſo opinabar, ſpernit. Etenim propagata rei publicae ſalus, *h. e. continuata*, *anguſta & ieiuna laus eſt pro rerum, a Iuliano geſtarum, amplitudine, & gloria.* *Deinde Mamertinus ipſe de bello, feliciter & moderate contra fratrem patruelem, Conſtantium, geſto loquitur.* *At vero bello* propugnatur ſalus rei publicae; *pacis autem artibus* propagatur. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Paneg. veter. p. 49. *Propugnatam* eſt in *Guelf.* in quibus illud viderit *Rhenanus*, neſcio; alterum conſtanter ſervant Edd. ceterique Codd. & ſatis habet praeſidii ex iis, quae dixi ad *Eumen.* Conſtantio 3. 2. & Incertum Maximian. 2. 2. quin magis *propagatam* dixerit, ſi cum Biblioth. Philologicae Auctore ſtatuas, *ſalutem bello propugnari*, id enim factum non fuit, cum ad bellum quidem ſe paraverat Conſtantius, ſed non patravit morte praeventus. Magis itaque, armis ceſſantibus, ſalus fuit *propagata*, quam bello *propugnata.*

gatam videret, & conditionem doluit humanam, &, offenſarum gratiam faciens, induit fratrem, &, cuius armis vitam impugnatam ſciebat, mortem eius ornavit, ac poſtea ipſe iuſta perſolvit. Et memoria, & oblivione mirabilis, oblitus inimici, meminit heredis.

Cap. XXVIII. Sed quid ego longius indicia mitis, & manſuetae mentis

Videret] *Moerl. videretur.* IAEGERVS.

Offenſarum gratias] Vet. & *Vatican. gratiam.* PVTEANVS. *Gratiam* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Gratiam* melius, quam, ut erat in Edd., *gratias faciens.* Illud *gratiam* invenitur in duobus MSS. GRVTERVS. *Gratiam* recte *Moerl* cum Edd. recentioribus, pro *gratias*, ut antiquiores *Gruteriana* praeferunt. *Gratiam facere* eſt remittere, condonare Sic, v. c. *Sueton.* Calig. 15. *Pari popularitate damnatos, relegatosque reſtituit: criminumque, ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit.* IAEGERVS. Cod. *Vatican* notae *Puteani* addidi ex excerptis penes me MSS.

Induit fatum] Vet. & *Vatican. fratrem.* PVTEANVS. Nihili & inepta lectio, ſed ad verum mihi praeivit, quod in Vet. repperi, *fratrum.* Emendabam liquide *fratrem*, id eſt, caritatem fraternam. Erant enim inter ſe fratres patrueles Conſtantius ac Iulianus, ut ante vidimus. Nunc ne dubites, quisquis es, Lector, ita diſertim eſt in *Bertin.* LIVINEIVS. *Induit fratrem* melius, quam, ut erat in Edd., *induit fatum.* At *fratrem* tuetur ſe auctoritate Codicis *Bertinienſis*, adiuvatque alter Cod. *Livineii*, in quo *fratrum.* Sed & alioquin ratio id propugnat. GRVTERVS. An, *imputavit fato?* an, *ignovit facto?* Nugae. Lege *induit fratrem*, id eſt, fraternum animum. Verum hoc eſſe, qui quae ſuperius ſcripta de hac diſcordia fratrum meminit. ACIDALIVS. *Fratrem* amorem fraternum, caritatem fratris. PATAROL. Veram lectionem *fratrem* confirmat quoque *Moerl.*, & cum *Grutero* receperunt Edd. recentiores. IAEGERVS. Etiam *fratrem Guelf.* quod recte dedit *Gruterus*, iterum deinde neglexit *Rivinus.* ita *induere patrem* explicuit *Barthius* ad *Claudian.* III. Conſ. Honor. 156. *proditorem, & hoſtem*, *Tacitus* Annal. XVI. 28. a ſcena mihi ſumta videtur locutio, quare alicuius *perſonam induere* dixit *Cicero* Tuſcul. V. 26. de Offic. III. 10. *Lactant.* Inſtit. II. 16. 3. ubi *Bunem. foeteri vultum induere*, *Valer. Max.* V. 1. 10. *formam feri*, *Arnob.* adverſ. Gent. IV. p. 145. unde manarunt locutiones *induere animos* apud *Senec.* Epiſt. 47. quem locum deſcripſit *Macrob.* Saturn. I. 11. & ex eo *Ioann. Saresb.* VIII. 12. & *inducere adulationem, ſimulationem*, & ſimilia apud *Gronov.* Obſerv. I. 2. *Duker.* ad *Flor.* I. 11. 9. —— In *Acidalii* nota poſt *verum hoc eſſe* quid excidit; inſerebat *Iaegerus videbit*, aut ſimile verbum.

Vitam impugnatam] Lege *vitam ſuam impugnatam.* RITTERSHVSIVS. *Suam* certe ſubaudiri debet. IAEGERVS.

Mortem eius] id eſt, illum mortuum, interprete *Wopkenſio* ad *Pacati* Paneg. 34.

Mirabilis] *Mirabili*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Oblitus inimici] Oblitus ſe inimicum fuiſſe, meminit ſe haeredem eius eſſe imperii. BAVNE.

Meminit heredis] Hoc eſt, fortunae ſuae, qui heres ei, ſucceſſorque eſſet, ut Pompeii *heredem* Cato Caeſarem apud *Lucanum* IX. appellat:

O famuli turpes, domini poſt fata prioris
Itis ad heredem?

Et alioqui *fama rumorque loquebatur* (verba ſunt *Ammiani* e. XXI.) *interim Conſtantium voluntatem ordinaſſe poſtremam, in qua Iulianum ſcripſit heredem.* LIVINEIVS. Haeredem ſe eſſe Conſtantii, de quo *Ammian.* lib. XXI. cap. 15. *mentis ſenſu tum etiam integro, ſucceſſorem ſuae poteſtatis ſtatuiſſe dicitur Iulianum.* PATAROL. *Ammian.* XXII 2. *defunctum Conſtantium nuntiantes, addentesque, quod eum voce ſuprema ſucceſſorem ſuae fecerit poteſtatis.*

1. *Accerſo*] Ita Edd. ante *Gruterum*, & poſtea in pr. *Rivinus.* Conf. ad Incert. Conſtantin. 8. 3.

Civilis animi] Submittentis ſe ad menſuram civis. *Sueton.* Aug. 51. *Clementiae, civilitatisque eius multa & magna documenta ſunt* ubi vid. *Caſaubon.* IAEGERVS. Cap. praeced. n. 3. *nam civilior factus* ita *civem ſe agere* dicitur Imperator apud *Capitolin.* Anton. Philoſ. 26. *imperatorium faſtigium ad civilitatem deducere*, Idem Anton. Pio 6. *civiliter ſe agere*, Anton. Philoſ. 8. eaque eſt *civilitas*, ibid. Anton.

tis arceſſo ? Hic ipſe, hic, inquam, ipſe dies praebuit civilis animi ſa-
tis clara documenta. Ego, & collega meus, ne quid maximus Impera 2
tor propenſius, humanitatis ſtudio, faceret, verebamur. Itaque matutino
crepuſculo Palatium petimus. Adventare nos, Principi, forte tum danti 3
operam ſalutatoribus, nuntiatur. Statim e ſolio, tamquam praeceptus,
ex-

ton. Phil. 11. adde, quae de hoc ipſo die dixi ſupr. p. 655.

2. *Collega meus*] Nevita, de quo non uno in loco *Ammianus*. BAVNE. Vid. ad cap. 15. 2.

Propenſius] *Moerl.* minus recte *propenſum*. IAEGERVS. Etiam *Guelf.*

Matutino crepuſculo] Addit *matutino*, ut a veſpertino diſtinguat. De ſolo veſpertino apud optimos inveniri notat *Burman.* ad *Ovid.* Heroid. XIV. 21. & *Secundus* ad Anthol. Lat. T. II. p. 308. Ita ſaltem *Varro* de L. L V. p. 31. *Crepuſculum a crepero* — *ſignificat dubium* — *quod crepuſculum, dies etiamnum ſit, an iam nox, multeis dubium.* Conf. *Nonium* de Propr. ſerm. 1. n. 45. & *Iſidor.* Orig. V. 31. contra *Servius* ad *Virgil.* Aen. II. 268. *licet utrique tempori poſſit iungi, uſus tamen, ut matutino iungamus, obtinuit.* niſi tamen de hoc loco idem ſit dicendum, quod in *Servio* notavi ad *Arator.* p. 11. ita matutino tribuit *Drakenb.* ad *Silium* V. 27. & frequenter ſaltem poſteriores. *Rutilius* Itin. I. 277.

Roſcida puniceo fulſere crepuscula caelo.

ubi *Barthius; Martianus Capell.* II. p. 29.

Cum creperum lux alma micet, gemmata decore,
Cum nitet aurato ſit & cum Phosphorus aſtro.

ubi *aurato fulgescens Phosph. oſtro* emendat *Reineſ.* Epiſt. ad *Daum.* 33. Idem II. p. 47.

Tenui lucernam palpitare lumine
Coegit inſtans innitens crepuſculum.

in Cod. Bibliothecae Lugduno Bat eſt & *innitens*, unde emendo & *nitens.* apud *Sidon. Apoll.* Epiſt. VIII. 3. *crepusculaſcentem horam* contra alios de matutina explicat *Savaro.*

3. *Danti operam*] *Operam dare* h. l. eſt audire. praebere aures. Sic e. g. *Plautus* Captiv. Prol. vs. 6.

Id ego hic apud vos proloquar, ſi operam datis.

IAEGERVS. Idem Caſin. V. 2. 5.

Operam date, dum mea facta itero.

adde *Grenov.* Lect. *Plautin.* p. 69. Male *Guelf. dante.*

Salutatoribus] Nam moris erat apud Romanos, ut viri principes, ſeu qui ſupra ceteros potentia eminerent, prima, & ſecunda hora matutina ſalutarentur. *Martialis* lib. IV. Epigr. 8.

Prima ſalutantes atque altera conterit hora:

BAVNE. Notus mos ſalutationis matutinae, de quo ad *Ciceron.* in Catilin. I. 4. aliquid diximus. CELLARIVS. D. *Hieronym.* Epiſt. 22. ad Euſtoch. *Feſtinus exſurgit, ſalutandi ei ordo diſponitur.* PATAROL. Conf. *Schwarz.* de Aſfectatione vet. Romanorum, §. 5. ſqq IAEGERVS. Eumdemque ad *Plinii* Paneg. 48. 3. *de Rooy* Anim. Critic p. 34.

Tamquam praeceptus] Aliis *tanquam praeceps.* RHENANVS. *Praereptus Langii* Schedae, *Cuſpin.* Non placet. *Praeceptus* eſt praeventus. *Virgilius.*

Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.

Spectantque huc illa *Auſonii* in Gratianum: *In officiis amicorum non dico paria reddis, antevenis, & quoties te in obſequendo praecedimus, erubescis pudore tam obnoxio, quam in nobis eſſe deberet ab imperatore praeventis.* LIVINEIVS. *Praeceptus*, alii *praeceps.* Prius id. Niſi tamen *praeceptus* eſt praeventus, occupatus. *Auſonius* Panegyr. ACIDALIVS. Id eſt praeventus, ut *Virgil.* Aeneid. VI. 105. BAVNE. & CELLARIVS. & PATAROL. Id eſt, tamquam ipſi praeceptum eſſet, vel tamquam praeventus a me, quem ipſe praevenire deberet. ANONYMVS. apud *Strodtman.* Europ. Nov. Erudit. Part. VII. p.-

exſiluit, vultu trepido, atque ſatagente, qualis meus eſſe potuiſſet, ſi Prin-
4 cipi ſerius occurrerem. Aegre remotis populi, qui nos praegrediebatur, agminibus, ut quam longiſſime nobis obviam procederet, laboravit. Illic, pro

p. 585. *Gud* cum *Moerl.* habet *praereptus*, quod minus placet. *Rhenanus* notat, alios legere *praeceps*, quod optime locum tueri poſſet, ſi abeſſet vox *tamquam*. Sic *Virgil.* Aen. III 598. Achaemenides *ſeſe ad littora praeceps tulit.* Hippolytus *Senecae*, vs. 728. *praeceps abiit*, & in eiusdem Oedipo, vs. 755 *praeceps ſilvas montesque fugit citus Actaeon.* Iulianum etiam alias, nimirum *quum die quodam cauſſa eius ſpectandi veniſſe nuntiatus eſſet ex Aſia Philoſophus Maximus, exſiluiſſe indecore, & effuſo curſu a veſtibulo longe progresſum*, narrat *Ammianus* lib. XXII. p. m. 399. Significationem, quam voci *praeceptus* tribuit *Livineius*, optime huc quadrare, ſatis apparet: ſed exemplum aptius illo *Virgiliano* deſidero. Mihi quidem nullum nunc ſuccurrit, quod plane ſatisfaciat. IAEGERVS *Praeceptus* etiam *Schonhov.* excerpta. Quod in quibusdam legitur *praereptus*, eſt vulgatae permutationis, de qua *Heinſ.* ad *Valer. Flacc* IV. 751. ad *Ovid.* Her. XVII. 107. V. D ad *Silium* IV. 804. ad *Curtium* IV. 1. 3. & 10. 13. *Oudend.* ad *Caeſar.* B. C. III. 1. 6. Not. Patern. ad *Victor.* Inluſtr. 5. 5. iis, qui h. l. *praeceptus* per praeventus explicent, ego quidem non adſentior. E ſede, fateor, ſua exſilire ſolent, quos alii inopinatos praeveniunt, ſed utrum id civilis eſt animi documentum, ob quod hac in parte Iulianum laudat, an vero magis rei praeter opinionem accidentis indicium? itaque *praeceptus* potius notat, tamquam hoc ipſum quispiam iuſſiſſet, cui obtemperare deberet; tamquam in ſurgendo nullam facere moram auderet, veritus, ne iubentem offenderet. *Ammian. Marcell.* XV. 3. *continuare praeceptus eſt. Sulpic. Sever.* Hiſt. ſacr. I. 21. 7. *aquam producere praeceptus eſt.* *Muncker.* ad *Fulgent. Virgilian.* Continent. p. 765. Ad noſtrum pertinet par *Plinii* locus Paneg. 71. 1. *cum candidatis, ut quemque nominaveras, oſculo occurreres, devexus quidem in planum, & quaſi unus ex gratulantibus. Te mirer magis, an inprobem illos, qui effecerunt, ut iſtud magnum videretur? cum velut adfixi curulibus ſuis manum tantum — promerent*, &c.

Exſiluit] *Moerl* & *Gud.* habent *exſiliit.* IAEGERVS.

Vultu] Male *Guelf. cultu.*

Satagente] Id eſt, in agendo ſatis anxio. *Plautus* Aſin. II. 4. 34.

Prius quae credidi, vix anno poſt exegi;
Nunc ſatagit, adducit domum etiam ultro.

Taubm. ad eumd. Bacchid. IV. 3. 23. *Gronov.* Lection. *Plaut.* p. 179. *Arnob.* adv. Gent. V. p. 170. *Iupiter ſatagit, fractus metu antiqui* dixerunt *ſatis agere*, de quo *Briſſon.* Parerg. §. 95. & *Colvius* ad *Apul.* Metam. VII. p. 101.

Qualis mens mea] *Moerl.* & *Gud* pro *mens mea*, ut in *Rhenan. Stephan. Gruter. Patar.* Edd. legitur, habent *meus*; recte. IAEGERVS. *Mens mea eſſe potuiſſet* in omnibus eſt Edd. Cod. *Gud.* lectionem in ſuae Ed. margine probavit etiam *Cortius.* Qui *mens mea* ſcripſerunt ex praecedenti *vultus* repetendum eſſe non videbant, inde ex *meus* effinxerunt *mens.*

Serus occurrerem] Alii *ſerius.* RHENANVS. *Principi ſerus, Aldus.* SCHONHOVIVS. Alii *ſerius.* Recte. Sed, deleta interrogatione, ſuperioribus haec iungenda: *vultu trepido, atque ſatagente, qualis mens mea eſſe potuiſſet, ſi Principi ſerius occurrerem. Aegre*, &c. ACIDALIVS. *Serius* in margine *Rhenan.* In contextu legitur corrupte *ſervus*, in ceteris *ſerus* IAEGERVS. *Iaegerum* in textu ſecutus ſum, ita ſuadente ſententia, & comparativi uſu, de quo dixi ſupr. 15. 4. Recte poſitam in quibusdam Edd. antiquis poſt *occurrerem* interrogationem ſuſtulit *Acidalius.* Qua in Edit. *ſervus* viderit *Iaegerus*, ignoro; in *Rhenan.* enim *ſerus* exſtat.

4. *Sancta Divinitas*] De hac formula vid. ſupr. 7. 2. IAEGERVS.

Voce inquit, Conſul] *Voce, ave, inquit, Conſul* Vet. PVTEANVS. *Inquit, ave, Conſul, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Adde verbum, quod hic excidit, *ave, Conſul ampliſſime* Infra eadem haec repetit. ACIDALIVS. Verbum *ave* deeſt in *Rhenan. Stephan Livin.* At *Schonhov. Moerl.* cum Edd. reliquis recte id tuentur. Vid. infra c. 29 3. In *Cuſpin. Schonhov.* & *Moerl.* legitur. *ave, inquit, Conſ. ampl.* Quae collocatio verborum & elegantior eſt, & verior videtur, propterea quod, dictionibus *voce ave*, nulla intermedia, iuxtim poſitis, apparet, hanc po-

pro ſancta Divinitas! gaudentibus cunctis, quo ore, qua voce, *ave*, inquit? *Conſul ampliſſime*? Dignatus oſculo illis divinis adfatibus conſecrari, dexteram dedit, illam dexteram immortale pignus virtutis, & fidei. Poe-

poſteriorem, ob ſimilitudinem prioris, excidere facile potuiſſe IAEGERVS. *Ave* etiam *Guelf.* Omiſſum iam fuit in *Puteolan.* quam ſecuti ſunt *Rhenanus*, aliique, ſed ex *Cuſpin.* iure revocavit *Paull. Stephanus*, ceterique praeter *Rivinum* Ipſum *ave* vocabulum eſſe Poenum iudicabat *Scaliger*, quare *Plautus* Poenul. V. 2. 34.

Avo, quoiates eſtis? aut quo ex oppido?

ubi copioſe *Taubman.* Punicum *Havo* cum Graeco χαῖρε ex *Antipatri* Epigrammatibus contulit *Reineſius* de Ling. Punic. 12. §. 12. & 13. & p. 81. Synt. *Graevii*; adde *Voſſium* Etymol. V. *Haveo.* haec quoque videtur ratio, quare *ave*, & *habe* ſcripſerint, de quo *Caſaubon.* ad *Trebell. Pollion.* p. 226. *Salmaſ.* ad *Lamprid.* p. 200. *Schulting.* ad *Senec.* Contr. V. p. 646. V. D ad *Caton.* Diſtich. IV. 36. Vſi autem hac voce fuere in adclamationibus, & ſalutatione. *Oudendorp.* ad *Sueton.* Ner. 25. ipſe *Sueton.* Claud. 21. *Ave, Imperator. Symmach.* Epiſt. III. 62. *ave igitur dico.* apud *Iſcan.* B. Troian. VI. 385.

Pſittacus inſcribit apices, Philomela precatur.

Burman. ad Anthol. Latin. T. II. p. 428. emendat; *Pſittacus inquit ave, ſic & Ph.* ingenioſa eſt Viri eruditi coniectura, in Act. Societ. *Traiectin.* T. I. p. 171. *Pſittacus inquit ave, Caeſar, Phil.* niſi tamen *ave, Caeſar*, Troiae excidio, de quo loquitur *Iſcanus*, parum videatur congruum. Ex peregrina autem voce verbum formaſſe videntur Latini, quare *aveo*, *avebo*. & *averem* eſt infr. 29. 3. & *avere* per ſalvum & incolumem eſſe explicant V. D. ad *Caton.* Diſtich. IV. 36. — Porro quod ex *Schonhov.* excerptis, aliisque protulit *Iaegerus, ave, inquit, Conſul*, & ex *Cuſpin. Paull. Stephanus* revocavit, rectum eſt: poſtquam vero *Gruterus* dederit, *inquit, ave Conſul*, hoc retinuerunt *Baunius, Cellarius, Patarolus*: alterum iure repoſuit *Iaegerus*, ita iubente directa oratione, in qua non a principio, ſed poſt primam, aut ſequentes voces *inquit* inſeri ſolet Conf. *Vorſtius* de Latin. merit. ſuſp. 24. & Pater meus ad *Victor.* Inluſtr. 73. 7.

Ampliſſime] Vtrum hoc honoris titulo cohoneſtabantur Conſules, ut ad Epigr. 9. lib. I. *Apollinaris Sidonii* obſervat *Ioan. Savaro*? an, quod *Mamertinus* ad Conſulatum virtute ſua perveniſſet? *Is enim*, inquit *Tullius* pro Roſcio Amerino c. 30. *mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit.* BAVNE. Nulla eſt de Conſulatus titulo dubitatio. vid. ſupr. 20. 1.

Dignatus] Forte *dignatis.* LIVINEIVS. *Livineius* coniicit *dignatis*, paſſive; non male: ſed & vulgata recte ſe habet, ſi ſubaudis *nos*, & deinde *nobis.* IAEGERVS.

Oris illius] Haec verba ſunt in *Moerl.* & *Gud.* hunc in modum mutata: *Dignatus oſculo illis divinis affatibus conſecrari.* Poſſis legere: *Dignatus oſculo & illis divin. affat. conſecrare.* Sic *Pacatus* c. 20. 2. *ille cohoneſtatus adfatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* De honore oſculorum Principis vid. ad l. c. *Pacati Arntzen.* itemque Interprett. ad *Plin.* Paneg. c. 23. 1. IAEGERVS. *Iaegerus*, quod raro facit, correctionem expromit: neque adeo infeliciter. BIBLIOTHECA CRITICA. Vol. II. Part. I. p. 34. Coniectura, quam propoſui, ſpecioſior erit, ſi cum Bibliotheca Philologica pro *divinis* legas *divini oris.* IAEGERVS. Adpend. Obſerv. in Paneg. Vet. p. 49. Vulgo legebatur: *Dignatus oſculo oris illius, divinis affatibus conſecrati*, eo modo, quo *Eumenius* Conſtantin. 23. 1. *vocem — tuis auribus conſecrarem.* ubi *Livin.* & forte hac eſt voce uſus, quia *ſacri* habebantur Impp, unde *ſacros vultus* explicui ad *Mamertin.* Maximian. 11. 1. Codd. tamen *Moerl.* & *Guelf.* apud *Iaegerum* ſcripturam praetuli, hac ſententia, dignatus per oſculum me divinis adfatibus conſecrari, quod aperte firmat *Pacati* locus. *Conſecrari* autem eſt ſummo, & velut divino honore adfici, qua notione uſus eſt *Pacatus*, & pro immortalem reddere *Cicero* ad Quint. Fratr. I. 1. §. 15. *cum ampliſſimis monumentis conſecrare voluiſſes memoriam nominis tui.* Ad oſculi honorem pertinet *Plinius* Paneg. 71. 1. *cum Candidatis — oſculo occurreres.*

Virtutis & fidei] Moneri poterat de imitatione ducta ex *Cicerone* Ep. ad Div. VII. 5. *hominem tibi trado in manum tuam iſtam, & victoria & fide praeſtantem.* BIBLIOTHECA CRITI-

5 Poetae ferunt, altiſſimum illum, & cuncta poteſtate cohibentem Deum, qui ditione perpetua divina atque humana moderatur, cum deſpiciat in terras, habitu oris tempeſtatum incerta mutare, eius nutu mundum tremiſcere, illius hilaritate turbines abigi, nubes fugari, nitentia per orbem ſerena refundi.

Cap. XXIX. Hoc ita eſſe, paullo ante oculis licuit experiri. In quantam laxa-

TICA. Vol. II. Part. I. p. 34. Magis forte eſt eumdem imitatus Orat. pro Deiotar. 3. *iſtam, inquam, dexteram, non tam in bellis, & in praeliis, quam in promiſſis, & fide firmiorem.* *Pacatus* Paneg. 32. 2. *fidem regum, quibus limes Orientis ambitur, data atque accepta dextera firmas.* ubi potius Codd. obtemperarem, *ſignas* exhibentibus.

5. *Poetae ferunt*] *Statius* Thebaid. XI.

Componit dextra victor concuſſa plagarum
Iuppiter, & vultu caelumque diemque reducit.

Alii paſſim. LIVINEIVS. De Neptuno *Virgilius* Aeneid. lib. I.

Dicto citius tumida aequora placat,
Collectasque fugat nubes, &c.

PATAROL.

Poteſtate] *Guelf. poſt.*

Habitu oris] Quidam libri *halitu oris*, quod poteſt ferri, *Halitus oris* proprie dicitur. *Plinius* lib. XIV. cap. 22. & lib. XXIX. c. 2. quamquam & *habitus oris* dicitur. *Lucanus* ad Piſonem:

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere maeſtum.

& IX. Hiſtoriar.

Iam languida morte
Effigies habitum noti mutaverat oris.

PVTEANVS, FABER & BAVNE. *Cicero* de Finib. III. 17. *Quidam habitus oris & vultus.* Omnino verum eſt hoc loco *habitus oris*, i. e vultus; hoc enim, non halitu, Iupiter tempeſtates mutare dicitur, quamquam *halitus* φυσικῶς de aere, eiusque motu intelligi poſſit. IAEGERVS. Recte *habitu*, id eſt, vultu ſuo, quod iam tuitus ſum ad *Mamertin.* Genethl. 9. 1. & quae habet *Bernart.* ad *Statium* Theb. VII. 222. *Virgilius* Aeneid. I. 254.

Olli ſubridens hominum ſator, atque Deorum
Vultu, quo caelum, tempeſtatesque ſerenat.

Conf. *Barthium* ad *Statium* Theb. VIII. 82. & XI. 6. Similis eſt locus *Plinii* Paneg. 80. 5. *quae ipſe mundi parens temperat nutu, ſiquando oculos demiſit in terras.*

Tempeſtatum incerta] *Temp. certa* excerpta *Schonhov. in* illic abſorpſit praecedens *m.*

Tremiſcere] *Virgil.* Aen. IX. 106.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Sumtum ex *Homer.* Iliad. A. vs. 528. ſqq. add. *Horat.* Carm. III. 1. 5. *Ovid.* Metamorph. I. 179. & II. 848. *Statius* Theb. VIII. 82. & Paneg. I. *Mamert.* c. 7. 5. & *Eumen.* pro reſtaur. Schol. c. 15. 3. IAEGERVS. Adde ad utriusque Panegyrici locum notata.

Turbines abigi] *Virgil.* Aen. I. 258. ſq.

Olli ſubridens hominum ſator, atque Deorum
Vultu, quo caelum, tempeſtatesque ſerenat.

Hinc, teſte Philoſopho Madaurenſi, de Mundo, p. m. 75. Iupiter etiam *Serenator* dicitur. IAEGERVS.

Refundi] *Diffundi*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Quare ante *refundi* aſteriſcum poſuerit *Paull. Stephanus*, non video.

1. *Paullo ante oculis*] *Oculis paull. ante*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Oculis paullo ante experiri licuit*, *Guelf.*

Laxatus] *Guelf. laſſatus.* Male; ita tamen frequenter peccarunt Librarii. *Burman.* ad *Valer. Flacc.* VI. 174. ad *Claudian.* Conſ. Stilicon. II. 145.

laxatus eſt populus, te Conſulibus tuis adridente, laetitiam? Vidi- 2
mus attonitos admirantium vultus, multiformes laetantium ſtatus, varios corporum motus. Clamores inconditos profundebat laudandi effuſa libertas. Tripudiabat crebris ſaltibus multitudo. Nimiae laetitiae decoris ſunt & gravitatis immemores. Illa iactatio togarum, illa exſultatio corporum neſcientibus pene hominibus excitabatur. Omnem mo- 3
deſtiam populi, omnem verecundiam tui gaudia effrena ſuperaverant. *Ave, Conſul ampliſſime.* Aveo plane, Imperator, & avebo. Neque enim eventus eſſe poteſt optati huius ambiguus; cum is ave-

145. & in Addend. p. 950. *Secundus* ad Anthol. Latin. T. I. p. 147. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 61. 10. Not. ad *Pacat.* Paneg. 25. 5. permutationis cauſſam indicavit *Caſtalio* ad *Rutil.* Itin. I. 371.

Laetitiam?] *Schonhov.* excerptis abeſt interrogationis ſignum.

2. *Laetantium ſtatus*] Gall. *poſtures.* *Nepos* Chabr. 1. 3. *Ex quo factum eſt, ut poſtea athletae, ceterique artifices, his ſtatibus in ſtatuis ponendis uterentur, in quibus victoriam eſſent adepti.* IAEGERVS. *Plautus* Pſeud. I. 5. 43.

Statum vide hominis, Callipſo, quaſi baſilicum.

Bunem. ad *Lactant.* Inſtit. VII. 9. 11. *Ioann. Sarisber.* VIII. 12. *ſtultus eſt, qui empturus equum, non ipſum conſpicit, ſed ſtatum eius, ac frenos.* at vero illic emendandum, *ipſum inſpicit, ſed ſtratum.* ita enim legitur apud *Macrobium*, ex quo haec ſunt deſcripta, Saturn. I. 11. & *Senecam* Epiſt. 47. ex quo ſua ſumſit *Macrobius*, confirmat autem *Plinius* Hiſt. Nat. VII. 56. *frenos, & ſtrata equorum.*

Corpore motus] Vet. *corporum.* PVTEANVS Etiam *Guelf.* & excerpta *Schonhovii.* In *Puteol. Rhenan. Stephan.* & pr. *Rivini* eſt *corpore*, ſed alterum ſuadet praecedens *admirantium*, & *laetantium*, & ortum eſt illud *re* ex nota in Codd. qua *rum* deſignatur, de quo ſupr. 4. 5.

Nimiae laetitiae] Scribendum *nimiâ laetitiâ.* MEVRSIVS. Auctar. Philol. c. 27. Non opus; abſtractum ponitur pro concreto, ſive nimium laetantibus, ut contra de dolentibus *Corippus* II. 409.

Neſcit ſervare pudorem
Rebus in adflictis ingens dolor.

ubi *Rittershuſ.*

Decoris] Forte *decori*, τοῦ πρέποντος. LIVINEIVS. *Decoris* eodem modo dicere potuit, atque *pudorem* praecedenti loco *Corippus.*

Iactatio togarum] Iactationis togarum notata non una mihi ratio, & occaſio; hic prae laetitia, contra Actor. Apoſtolicorum cap. 21. vs. 23. in motu, & indignatione. *Ovidius* Amor. III. Eleg. 2. ad ſtudia Circi tranſtulit:

Favimus ignavo. Sed eum revocate, Quirites,
Et date iactatis undique ſigna togis.

LIVINEIVS. Favoris, & laetitiae ſignum publicum. CELLARIVS. & PATAROL. *Plinius* Paneg. 73. 1. *Teſtis ipſe es, quae in omnium ore laetitia: non amictus cuiquam, non habitus, quem modo extulerat. Quis tunc non e veſtigio ſuo exſiluit? Quis exſiluiſſe ſenſit?* ad quem locum vid. *Schwarz.* de iactatione togarum in oſtendendis affectibus. IAEGERVS. *Caſaubon.* ad *Vopiſc.* p. 237.

3. *Verecundiam tui*] Reverentiam, tibi debitam. *Livius* IV. 45. *Quando nec ordinis huius ulla, nec rei publicae eſt verecundia.* IAEGERVS. *Velleius Paterc.* II. 32. 1. *Q. Catuli tum auctoritas, tum verecundia.* & n. 2. *hic hominis verecundiam, populi iuſtitiam mirari libet.* *Sulpic. Sever.* Hiſt. Sacr. II. 37. 1. *habuitque ille hanc verecundiam, ut, tanti viri iudicio notatus, ſponte concederet.* *Eumenius* Grat. act. 9. 4. *verecundiae noſtrae remiſiſti.* *Ammian. Marcell.* XV. 8. *verecundia, qua nobis ita ut neceſſitudine carus eſt; recte ſpectatum.* adde *Drakenb.* ad *Livium* IV. 45. 8. eodem ſenſu *vereri* notatum eſt ad *Eumen.* Conſtantio 19. 1.

Effrena] Conf. ad *Mamertin.* Geneth. 17. 1. ad *Nazar.* Paneg. 24. 4.

avere iubeat, qui iam fecit; ut averem. *Conſul ampliſſime.* Sum plane & Conſul, & ampliſſimus Conſul. Quis enim me fuit amplior Conſul? quem ſublimat, & illuſtrat Conſulatus, quem tribuiſti, am-
4plitudo, quam tribuis. Poſt primae ſalutationis fauſta colloquia, quid
pro

Avere iubeat] *Avere me iubeat* Vet. PVTEANVS. Poteſt tamen omitti propter ea, quae notavit *Iaeger.* ad *Eumen.* Conſtantin. II. 3.

Plane Conſul] *Bertin. Cuſpin. & Conſul.* LIVINEIVS. *Et* quoque *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta; inſeruit recte *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Sublimat] Extollit: Vox *Ennii*, & *Nonii.* BAVNE. *Ennii* locus eſt in Fragment. p. 212. Ed. *Heſſel.*

Sol, quei candentem caelo ſublimat facem.

Vtrum apud *Nonium* quoque exſtet, ignoro, quamvis apud eum ex *Accio*, & *Salluſtio* ſit *ſublimis*, unde *ſublimare*, de Propriet. ſerm. 8. n. 45. eſt tamen ex *Catonis*, ut videtur, Originibus apud *Feſtum* in V. *Sublimavit dixit, id eſt, in altum extulit, Originum libro ſecundo:* In maximum decus, atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. *Id autem dicitur a limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt.* Hoc tamen verbum deinde fuiſſe obſoletum, ſed cadentis Latinitatis Scriptores in uſum revocaſſe, iudicat *Cellarius* Cur. poſter. p. 230. ſolius autem eſſe aevi poſterioris *Oudendorp.* ad *Caeſar.* B. C. I. 22. 4. id quidem largior, apud huiusmodi Scriptores frequentius occurrere, veluti variis locis apud *Apuleium*, *Caſſiodor.* Var. III. 1. *Arator.* Act. Apoſt. I. 669. *Ioann. Sareſb.* II. 17. apud *Lactant.* Epit. 67. 13. *in regnis caeleſtibus faciet pro humilitate ſublimari.* ſed illic ex Codd. quibusdam emendatum eſt *ſublimem.* Conf. *Buneman.* & *Dufreſnoium*, *Fabric.* Comment. in Poet. Chriſtian. p. 127. V. D. ad *Victor.* Epic. 4. 8. ſed ſoli tribuere cadentis Latinitatis aevo non audeo, *Omeiſii* iudicium ſecutus, *Eraſmum* hanc quoque vocem male damnaſſe cenſentis, ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. III. 145. Ex *Vitruvio* VI. 9. ipſe protulit *Cellarius.* In *Petronii* Fragment. p. 688. Ed. *Burm.* eſt:

Lacteaque admixtus ſublimat pectora ſanguis.

in Cod. *Leidenſ.* variantibus penes me eſt *mollia*, & *ſublimia*, poſterius vitioſe, neque prius propter *admixtus* placet; cum tamen *Petronii* aevo *ſublimat* indignum iudicet *Burmannus Secundus*, ideo ad Anthol. Latin. lib. III. Epigr. 253., ubi hoc quoque fragmentum inſeruit, emendat *ſublinit*, id eſt, ſuffundit, & quia ſanguinis rubor candorem extollere dici nequit: id vero non adfirmat *Petronius*, ſed ſanguinem pectora, lacteo colore candida, extollere, quare *ſublimat* tueor, remque ipſam confirmat *Ariſtoteles* Hiſt. animal. VII. 1. Ἔτι δὲ ταῖς γε παρθένοις καὶ τὰ περὶ τοὺς μαστοὺς γίνονται διαφερόντως ἑτέραις πρὸς ἑτέρας· —— ὡς ἐπιτοπολὺ δὲ συμβαίνει τοῦτο, ὅσαι ἂν παῖδες οὖσαι, περιπτωματικαὶ ὦσι· μελλόντων γὰρ, καὶ οὔπω γινομένων τῶν γυναικείων, ὅσῳ ἂν πλείων ἡ ὑγρότης ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀναγκάζει αἴρεσθαι ἄνω, ἕως ἂν καταῤῥαγῇ· ὥστε τότε λαβόντες ὄγκον οἱ μαστοὶ διαμένουσι καὶ εἰς τὸ ὕστερον· atque hae ſunt *tumidae papillae*, de quibus *Ruhnken.* ad *Iul. Rufin.* de Schemat p. 259. ut emendandum puto *Statium* Achill. I. 290.

Omnibus eximium formae decus; omnibus idem
Cultus, &, expleto teneri iam fine pudoris,
Virginitas matura toris, mammaeque tumentes.

non *annique tumentes*, ut vulgo editur, aut *animique*, quod *Bernartio* placuit, & *Demſtero* ad *Roſin.* Antiq. IV. 4.

4. *Fruſtra colloquia*] Alii *fruita colloquia.* RHENANVS. Vet. *falſa coll.*; *Vatican. fauſta.* Optime. PVTEANVS. *Fauſta* Vet. *Bertin. Langii* Schedae; *Cuſpin.* LIVINEIVS. Alii *fruita*, vel etiam *fructa*; non male; niſi tamen melius *fauſta*, quo epitheto nihil de ſalutatione aptius. ACIDALIVS. *Fauſta* ſcripti, & Edd. accuratiores, *Livin. fruſta*, *Rhenan.* & *Stephan. fruſtra.* IAEGERVS. *Fauſta* etiam *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta, quod ex *Cuſpin.* recte primus reſtituit *Paull. Stephanus*, reliquique praeter *Rivinum* in pr.

Senatorium] *Guelf. ſentorum*, forte pro *Senatorum.*

Tribunal petere] Nota varia Conſulum officia, tribunal petere, concionem advocare, roſtra con-

pro iure Conſulari agere nobis placeat, ſciſcitatur, Senatorium impleturus officium, ſi libeat tribunal petere, ſi concionem advocare, ſi roſtra conſcendere. Sed nos ad Curiam ſollemnia huius diei Senatus conſulta ducebant. Itaque ſe comitem ſtatim praebet, &, utrumque latus Conſulibus prae-

conſcendere, in Curia Senatus conſulta proferre. Hoc paſſim videre eſt apud Hiſtoriae Romanae Scriptores. BAVNE. Ad expediendas manumiſſiones, auſpicii cauſſa, ut benefico actu munus inirent Conſules. *Claudian.* de IV. Conſ. Honor. vs. 611. ſqq.

Auſpice mox laetum ſonuit clamore tribunal;
Te faſtos ineunte quater, ſollemnia ludit
Omina libertas. Deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu:
Triſtis conditio pulſata fronte recedit:
In civem rubuere genae, tergoque removit
Verbera permiſſi felix iniuria voti.

vid. ibi *Geſner.* IAEGERVS. *Sidonius Apoll.* Carm. II. 545. de Coſ. Anthemio:

Et ad Vlpia poſcunt
Te fora, donabis quos libertate Quirites.

Caſſiodor. Var. VI. 1. *argumentum etiam publicae gloriae. ſolvebat famulos iugo ſervili. Valeſ.* ad *Ammian. Marcell* XXII. 7.

Si concionem] *Si* ignorat *Guelf.*

Sed nos] *Guelf. ſi nos.* male.

Ad Curiam] *Ovidius* Epiſt. ex Ponto IV. 4. 35. ſqq. de Sexto Pompeio, Conſule deſignato:

Curia te excipiet, Patresque e more vocati
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore,
Vtque ſolet, tulerit proſpera verba dies,
Egeris & meritas Superis cum Caeſare grates,
Qui cauſſam, facias cur ita ſaepe, dabit:
Inde domum repetes, toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

IAEGERVS.

Sollemnia huius diei] *Livius* lib. IX. *quo creati ſunt die, eo magiſtratum inierunt, ſolemnibusque Senatusconſultis perfectis, de pace Caudina retulerunt.* PVTEANVS. Voculam *ad* ante *ſollemnia* rurſus exhibet Cod. *Gud.* IAEGERVS. Idem Cod. mutato ordine *diei huius.* Quo minus *ad* inferatur, facit ſequens *ducebant*, quod ceteroquin nihil habet, quo referas; eademque eſt ſententia. SCta, poſtquam in Curiam perveniſſent, facienda novos Coſſ. ad eam ducebant.

5. *Se comitem*] *Comitem ſe*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Vtrum latus] Vet. *utrumque.* PVTEANVS. Illud *utrum* eſt in *Rhenan. H. Stephan.* & pr. *Rivini. Vtrumque latus tectus* dixit, ut *Ovid.* Faſt. VI. 523.

Sitque caput ſemper Romano tectus amictu.

Metam. I. 332.

Atque humeros innato murice tectum.

& vs. 265.

Terribilem picea tectus caligine vultum.

Medius igitur inceſſit Iulianus, ceteroquin *tegere latus* erat inferiorum, & qui ad ſiniſtram ibant. *Horatius* Od. III. 26. 5.

Laevum marinae qui Veneris latus
Cuſtodis.

Sat. II. 5. 18.

Vtne tegam ſpurco Damae latus.

Sueton Claud. 25. *revertenti latus texit.* Conſ. *Barth.* ad *Stat.* Theb. II. 218. *Heinſ.* ad *Ovid.* Faſt. V. 21. *Davieſ.* ad *Hirtium* B. Alexandr. 52. 2.

Conſulatus praetextatis tectus] *Conſulibus praetextatis;* ſic legendum. FABER. Non eſt mihi dubium, quin verum ſit *praetextis.* Sed & *Conſularibus* probem. Medius enim inter Conſules Iulianus. LIVINEIVS. Forte, *& utrumque latus Conſulibus praetextatis tectus incedit.* ACIDA-

praetextatis tectus, incedit, non multum differens a magiſtratibus ſuis & genere, & colore veſtitus.

CAP. XXX. Superfluum forte videatur, quae vosmetipſi vidiſtis, iterare; neque enim auribus expetuntur, quae fuerint uſurpata luminibus: ſed man-

DALIVS. Conſulibus praetextatis tectus *ad* utrumque latus. CELLARIVS. Alii legunt *Conſulum praetextis;* veſtibus ſcilicet purpura praetextis, quas Conſulum, ſicuti & aliorum Magiſtratuum, & puerorum proprias fuiſſe ſatis conſtat. Vide eruditiſſimum *Ferrarium* de Re veſtiar. lib. I. cap. 2. & 3. PATAROL. Libri nihil variant; excepto, quod *praetextatus* habet *Gud. Faber*, & *Acidalius* pro *Conſulatus* reponunt *Conſulibus;* optime. IAEGERVS. *Patarolum* ſecutus *Conſulibus* dedi: ex praecedentis enim vocis *latus* ſono, Librarii memoriae adhuc obverſante, binae in *Conſulibus* ſyllabae poſteriores iterum in *latus* videntur tranſiiſſe, eo magis ſi *Coſſ.* ſcriptum fuiſſe cogites. Ferri etiam poſſet *Conſulatus praetextis*, id eſt ipſis Conſulibus praetexta indutis, de qua *Briſſon.* Antiq. III. 15. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 59. 2. & ſupr. ad *Mamertin.* Maximian. 6. 3. hinc *purpurei Patres* dicti Coſſ. vide *Burman.* ad Anthol. Latin. T. II. p. 362.

A Magiſtratibus ſuis] *Guelf. animi magnitudinibus ſuis.*

Et colore] *Et genere & colore*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Genere* abeſt Cod. *Gud.* & Ed. *Rhenan. Stephan. Livin.* Sed *Moerl.* cum Ed. *Cuſpin.* ceterisque eam recte praeferunt. IAEGERVS. *Et genere* etiam *Schonhov.* excerpta, quod ex *Cuſpin.* recte repetiit *Paull. Stephanus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr.

1. *Vidiſtis iterare*] *Iterari*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *vidiſtis*, *iterare.* ACIDALIVS. Male *Guelf. nosmet.* *Iterare* eſt iterum commemorare. *Plautus* Caſin. V. 2. 5.

Operam date, dum mea facta itero.

Rudent. IV. 8. 1.

Iterum mihi iſtaec omnia itera.

& Poenul. IV. 2. 99. *Manilius* IV. 431.

Sed quis tot numeros toties ſub lege referre,
Tot partes iterare queat.

Pacuvius in fragmento apud Auctor. ad Herenn. II. 23.

Caecam ob eam rem eſſe iterant.

ubi *Lambin.* *Cicero* Orat. 40. *ut*, *quod dixit*, *iteret.* eo ſenſu apud *Horat.* Od. II. 19. 12. accepit *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 550. adde *Heinſ.* ad *Ovid.* Met. IV. 748. *Bentleius* ad *Horat.* Sat. I. 3. 7. *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 67. qui illud *Pacato* quoque reſtituere eſt conatus, Paneg. 40. 1. ut pro *tenere prudentiam* legatur *iterare*, in quo tamen non adſtipulor, & recte *tenere* per evincere explicuit *Schefferus*, ſive potius contendere, adfirmare, de quo ad *Nazar.* Paneg. 15. 5. Ex *Bertin.* non opus eſt, ut *iterari* legatur, cum *me*, ut ſaepe alibi, ſit ſubaudiendum.

Fuerint] Edidit *Iaegerus fuerunt.* Vulgatum habent Codd. & Edd.

Luminibus] Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 20. 3. *Taubman.* ad *Plaut.* Trucul. II. 6. 8. *Beſſel.* ad *Eginhart.* Vit. Car. Praef.

Mittenda in poſteros] *Lucanus* X. 532. ſqq.

Potuit, diſcrimine ſummo
Caeſaris, una dies in famam, & ſecula mitti.

IAEGERVS. *Mittere in diem*, *Valer. Flacc.* II. 439. ubi *Heinſ.* Conf. *Gronov.* Obſerv. I. 15. Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 55. 1. *ire in populos*, & ſimilia dedi ad *Eumen.* Grat. act. 1. 5.

Venturis ſeculis] Conf. ad *Eumen.* Grat. act. 8. 3.

2. *Lecticas Conſulares*] Non deſino mirari, cur *Mamertinus* nova appellatione *lecticas Conſulares* invexerit. Lecticae uſus ad iacendum, non ad ſedendum, ut notum eſt; & mox tamen has lecticas vocat *ſedile dignitatis ampliſſimae:* quare aut Oratorem exequens *lecticas* pro curulibus poſuit; aut eo tempore lecticae, quales noſtrae hodie ad ſedendum, non, quomodo veteres utebantur, repertae iam fuerant. CHIMENTELLIVS. de Honor. Biſell. cap. 12. *Lecticas Conſulares* puto hic accipiendas, quia iis Conſules tum

mandanda ſunt litteris, inſerenda monumentis, mittenda in poſteros venturis ſeculis vix credenda miracula. Pene intra ipſas Palatinae domus valvas 2
lecticas Conſulares iuſſit inferri; & cum, honori eius venerationique cedentes, ſedile illud dignitatis ampliſſimae recuſaremus, ſuis prope nos manibus

tum vehebantur, non, quod ſoli Conſules. Quin imo *Chimentellius* non lecticas, ſed Curules ſellas putat exponendas. Sed obſtare videtur, quod praecedit, *paene intra ipſas Palatinae domus valvas* Nam Curules non ſolum *paene*, ſed *omnino*, ac revera intra valvas eas ferebantur Neque ſedes alia Conſulibus in Senatu, & Palatio, quod ille ipſe teſtatur. Igitur ſermo de lecticis veris, quibus Conſules futuri deferebantur ad Curiam. Poſtea demum ſequitur de Curulibus: *Et cum honori eius venerationique cedentes ſedile illud dignitatis ampliſſimae recuſaremus, ſuis nos prope manibus impoſitos mixtus agmini togatorum praeire coepit pedes.* Hic non eſt *ſedile*, quod paulo ante vocavit *lecticam*, nam de alia re agitur. Supra memorabat aditum Conſulum ad Palatinam domum, hic vero abitum. Tum erant Conſules futuri, nunc confirmati. Quare verba iſta puncto etiam maiore a ſuperioribus dividi debuerunt. SCHEFFERVS. de Re Vehicul. II. 5. Hinc etiam diſce, Conſules lectica vehi ſolitos, utpote honeſto geſtatorio. De ipſa dictum iam ad Paneg. *Plinii* cap. 24. Notandum, quod ad exprimendam Imperatoris benignitatem ait *pene*; mos enim fuit, lecticis geſtatos non intra ipſam Curiam, ſed ad fores tantum deferri, ut docet *Scheffer.* de Re vehicul. lib. II. cap. 5. PATAROL. Rectius *Geſnerus* ad *Claudian.* de IV. Conſ. Honor. vs. 12. *ſedile dignitatis ampliſſimae* interpretatur ſellam Curulem, *lecticae*, h. e. feretro lecticae ſimili, impoſitam. IAEGERVS. Lecticis, humeris lecticariorum inpoſitis, portatos fuiſſe honoratiores, in quibus iacebant, docent V. D. ad *Sueton.* Calig. 59. *Lipſius* Elector. l. 19. *Scheffer.* de Re Vehicul. I. 10. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 22. 1. *Patarol.* ad eumd. 24. 5. quare etiam velis erant inſtructae, quae vel aperiebant, vel obducebant, de quo *Abram.* ad *Ciceron.* Philipp. II. 24. Ab his diverſae fuerunt lecticae hae Conſulares, quare etiam non adſentior *Lipenio* Strenar. Hiſtor. p. 441. Tom. XII. Theſ. *Graev.* Conſules in hoc proceſſu lectica operta fuiſſe vectos, quod parum mihi ad pompam idoneum, neque ſcopo ſatis feciſſe videtur, cum lecticis veherentur, ut ab omnibus conſpici poſſent. Non melius Conſulares lecticas a Claudii tempore repetiit *Alſtorphius* de Lectic. vet. cap. 5. hoc enim ad vulgares pertinet. *Conſulares* itaque *lecticas* easdem fuiſſe, eumdemque uſum praeſtitiſſe cenſuerim, atque eas, quibus portabantur Impp., non, ut in iis iacerent, eaeve velis eſſent inſtructae, ſed apertae, & in quibus ſedebant, omnium oculis expoſiti. Hoc indicat *Plinius* Paneg. 24. 5. *Illos igitur humeri cervicesque ſuorum* (vehebant) *ſuper ora noſtra.* & apertius *Pacatus* Paneg. 21. 3. *At quam aliter illorum Principum mos fuit, — qui maieſtatem regiam inminui, & vulgari putabant, niſi eos, intra repoſitum Palatinae aedis incluſos, — veneratio occulta conſuluiſſet. — Quin ſi quando in lucem venire, & diem ferre potuiſſent, lecticis tenſisque ſubvecti.* Recte igitur rem explicuiſſe *Geſnerum* arbitror, loco a *Iaegero* laudato, eadem ratione, qua curulis ſella, cui bini inſident Impp., currui inpoſita conſpicitur apud *Begerum* Theſ. Brandenb. T. III. p. 339. Male autem has lecticas Coſſ. Palatium adeuntibus, & futuris, ſelam iisdem inde abeuntibus, & iam confirmatis tribuit *Schefferus*; utrumque enim ad abeuntes pertinet. Haec enim eſt rei geſtae ſeries; crepuſculo matutino Palatium petierunt Mamertinus, & Nevitta, ſupr. c. 28. 2. ſive pedibus, ſive, quod malim, lecticis, quas tamen h. l. non intelligit Noſter. Peracta ſalutatione, & de rebus publicis deliberatione, ex Palatio in Curiam erant deducendi novi Coſſ. Igitur ex ea Palatii parte, qua datus fuerat ad Imperatorem aditus, ad valvas eos deducit Iulianus, inter utrumque medius; tum vero lecticas, quibus adveniſſent, intra valvas pene Palatii inferri iuſſit, & detractantes manu velut ſua ſellae Curuli inpoſuit, ipſe autem, non medius, ut in Palatio, ſed pompae praeire incepit. Ex plurali autem utrumque Coſ. iſtiusmodi lectica fuiſſe vectum, recte collegit *Spanhemius* de Vſu Num. Diſſert. XII. p. 459.

Sedile illud] Conf. *Alſtorph.* de Lectic. vet. 1. *Illud* non pertinet ad *lecticas*, ſed per excellentiam additur de curuli ſella, de quo pronominis uſu vide ad Incert. Maxim. 11. 3. ut *illum numerum* apud Incert. Conſtantin. 16. 2.

Nos prope] *Manibus prope nos*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Guelf. prope nos manibus*, quod placet.

nibuſ impoſitos , mixtus agmini togatorum , praeire pedes coepit , gradum
3 moderans pene ad lictoris nutum , & viatoris imperium. Credet hoc aliquis,

Mixtus agmini] *Guelf. mixtos.* *Togatos* per viros honoratos explicat *Valeſius* ad *Ammian* XV. 7.

Coepit pedes] *Pedes coepit* Vet. PVTEANVS. *Pedes coepit*, *Bertin.* *Ammian.* XXII. *Allapſo itaque Calendarum Ianuariûm die , cum Mamertini & Nevitae nomina ſuscepiſſent paginae Conſulares , humilior Princeps viſus eſt in officio , pedibus gradiendo cum honoratis. Quod laudabant alii , quidam ut affectatum , & vile carpebant.* LIVINEIVS. & CELLARIVS. *Guelf.* etiam *pedes coepit* , quod ob Codd. conſenſum reſtitui. De hoc proceſſu conſule *Valeſ.* ad *Ammian.* XXII. 7. *Spanhem* de Vſu Num. Diſſ. XII. p. 459 hanc Iuliani humanitatem ex eodem civili artificio derivandam arbitror, de quo dixi ſupr. 26. 2.

Gradum moderans] Pedibus progrediens, greſſus dirigens. Vid. ad *Nazar.* Paneg. 27. 5 ſupr. 23. extr. *curſus ad aſtra moderantur.* In *Guelf.* tamen eſt *gradum properans* , ut apud *Phaedr.* III. 2. 11.

Concito gradu properate.

apud *Pacat.* Paneg. 8. 1. in *Guelf.* eſt, *ad ea properamus gradus* , non *proferamus* ; & *properantem gradum ſiſtere* dixit *Seneca* Hercul. fur. 772. *celerare gradum* , *Virgil.* Aen. IV. 641. hoc vero loco *moderans* in Imperatore eſt fortius ; forte per illud etiam ſignificare voluit, quod *ſenſim & ad numerum movere* dixit *Pacatus* Paneg. 21. 4.

Viatoris imperium] De viatoribus in *Plinii* Paneg. c. 76. BAVNE. De lictoribus, viatoribus, eorumque differentia iam dictum ad *Plinii* Paneg. c. 76. Praecedebat ergo lictor, & populum *animadvertere* iubebat , ut liquet ex *Sueton.* in Caeſ. cap. 80. PATAROL. De his vid. *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 76. 8. IAEGERVS. *Valeſius* ad *Ammian* XV. 7. citat *viatoris arbitrium* , quod tamen in nullo inveni. De *lictorum & viatorum* diſcrimine vid. *Hotoman.* ad *Ciceron.* pro Quinct. 8. *Gronov* ad eumd. ad Diverſ. XVI. 21. *Patarol.* ad *Plinii* Pan. 76. 8. V. D. ad *Livium* VIII. 18. 1. pro lictore *viatorem* poſuit *Pacat.* Paneg. 21. 4. *tum longe populus abigebatur* , *nec otioſa* (ita lege ex plerisque Edd. non *odioſa* , id eſt & non otioſa) *viatoris manus plebem verbere ſubmovebat.* — *Ad nutum* explicui ad Incert. Maximian. 12. in fin.

3. *Hoc aliquis*] *Guelf. aliquis hoc.*

Purpuratorum] *Purpurati* alias dicuntur amici Principum, & Regum; hic vero ipſi Imperatores , quorum inſigne fuit purpura. *Vopiſc.* Aurelian. c. 42. *Nam ab Auguſto in Diocletianum , Maximianumque Principes , quae ſeries purpuratorum ſit , index publicus tenet.* *Trebell. Pollio* Trig. Tyr. c. 27. *Parvulos Romani Imperatoris habitu proferens purpuratos.* vid. ad eiusd. c. 18. p. m. 303. ſq. *Salmas.* itemque *Caſaub* ad *Capitolin.* Albin. c. 5. p. 692. IAEGERVS. *Eumenius* Conſtantin. 16. 1. *intra parietes conſideret purpuratus , & bis depoſitum tertio uſurparet imperium.* Incertus Conſtantin. 16. 1. *vernula purpuratus.* *Pacatus* Paneg. 26. init. *Stabat ipſe purpuratus.* *Savaro* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. I. 9. & 11.

Vidit paullo ante] Alias *viderit.* RHENANVS. *Vidit paullo* , *Aldus* SCHONHOVIVS. *Rhenan.* & *Stephan.* bene in margine , *al. viderit.* IAEGERVS. Neque tamen in ullo *viderit* exſtat , quod ſi eſſet *Mamertini* , potius forte dixiſſet *credat.* In *Guelf. paullo* omittitur ; male ; per id enim Conſtantii tempora indicare voluit , gratiam apud Iulianum quaeſiturus

Faſtigia] *Faſtidia* . *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. Corrigo *faſtidia.* Anne aliquis , inquit, qui Imperatorum ſuperiorum faſtum, ac ſuperbiam vidit, credet Imperatorem noſtrum , Iulianum , pene intra ipſas Palatinae domus valvas lecticas Conſulares iuſſiſſe inferri , & quum , honori eius venerationique cedentes , ſedile illud dignitatis ampliſſimae recuſaremus , ſuis nos prope manibus impoſitos , mixtum agmini togatorum praeire coepiſſe peditem , gradum moderantem pene ad lictoris nutum , & viatoris imperium. MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 27. *Faſtidia* emendandum. ACIDALIVS. Pro *faſtidia* , quod meliores habent , *Rhenan.* & *Stephan.* una cum *Livin. faſtigia* , nullo ſenſu. IAEGERVS. *Guelf.* etiam *faſtidia.* Altera lectio ex *Puteolan.* omnes Edd. obſedit usque ad *Gruterum* , poſt quem adhuc retinuit *Rivinus.* *Faſtidia* de faſtu , & ſuperbia dixit, de quo uſu *Gebhard.* ad *Tibull.* I. 8. 69. Locum hunc inluſtrat *Plinius* Paneg. 24. 5. *Ante te Principes , faſtidio noſtri , & quodam aequalitatis metu , uſum pedum*

quis, qui illa purpuratorum vidit paullo ante faſtidia? qui ideo tantum honorem in ſuos, ut inhonoros contemnerent, conferebant. Credet aliquis, tan-

dum amiſerant. quia lecticis vehebantur, cum Senatores pedibus incederent. Conf. ibid. *Schwarzium. Pacatus* Paneg. 21. 4. *ſi quando in lucem venire, & diem ferre potuiſſent* (Principes) *lecticis tenſisque ſubvecti, & denſiſſima circum ſupraque cooperti virorum armorumque teſtudine ſenſim, atque ad numerum movebantur.* Qui itaque hunc Imperatorum faſtum viderant, Iulianum pedibus inceſſiſſe vix crederent.

Ne in honores] Opinor legendum *inhonores*, id eſt, inhonoratos. RHENANVS. *Ne inhonoros contemnerent.* Sic *Eutropius* in vita Conſtantii, ubi legitur *in honores.* SCHONHOVIVS. *Fabr.* & *Pith.* Cod. *ut in honores* legunt. Forte legendum, *ut inhonores*, quanquam lectio *Pulm.* Cod. praeferenda eſt, *ne inhonoros*, ſcilicet ſuos. Vtitur hac voce *Eutrop.* lib. X. *familiarum etiam locupletator, neque inhonoros ſinens, quorum laborioſa expertus fuiſſet officia.* PVTEANVS. *Stephano* video placuiſſe, *ne inhonores contemnerent:* id eſſet, inhonoratos. At bonum ſenſum aegre ſic excito; facillime, ſi legas, *ne in honores contenderent. Saluſtius: gloriam, honorem, imperium bonus & ignavus aeque ſibi exoptant: ſed ille vera via nititur, hic, quia bonae artes deſunt, dolis atque fallaciis contendit.* PONTANVS. ad *Macrob.* Saturn. V. 15. Non arbitror Latinum *inhonores.* Itaque legebam *inhonoros.* Hoc vult, Principes, de quibus loquitur, ne inglorios aliquos, & ignobiles contempſiſſe viderentur, in eos ipſos, quos faſtidirent, honores contuliſſe, proba, & liquida ſententia. At adoleſcenti, qui Notas in *Macrobium* nuper conſcripſit, viſum emendare, *ne in honores contenderent.* Quod equidem nullus capio; ipſe viderit. LIVINEIVS. Coniungunt una voce *inhonores*, id eſt, inhonoratos. Credo, vere. ACIDALIVS. *In honores Puteol.* & Edd. veteres, & poſtea *Rivinus. Inhonores* una voce dederunt *Gruter. Pariſ.* & *Patarolus*; denique *inhonoros Baunius*, *Cellarius*, *Iaegerus.* In *Guelf* legitur, *aut inhonores contemnerent*, in quo *aut* ſcripſit Librarius pro *ut*, quod in *Puteani* Codd. legitur, ſicuti haec permutata quoque occurrunt ſupr. ad Incert. Maximian. 8. 5. & *Eumenium* Conſtantin. 15. 1. Locus eſt certe corruptus, neque ea, quae contulerunt Interpretes, *Mamertino* ſatis convenire videntur. *Inhonores* nemo erit facile probaturus, quamvis illud ex veteri Onomaſtico protulerit *Barthius* ad *Stat.* Theb. III. 567. *Contemnere*, aut *contendere in honores* ne ſenſum quidem habet. *Inhonoros* aliqua ſeſe ſpecie commendat, & *inhonora ſigna* dixit *Tacitus* Hiſt. IV. 62. *Statius* Theb. VII. 151.

Ergo ut erat lacrimis, lapſoque inhonorus amictu.

& X. 8.

Tunc inhonora cohors laceris inſignibus.

& XI. 399.

Quamquam haud armis inhonorus & ipſe.

Hegeſippus Excid. Hieroſ. I. 13. *Nec tamen Hyrcanum inhonorum relinqueret, ſed regni exſortem honore alio fungi ſineret.* unde *inhonorare* deterioris aevi Scriptores apud *Cellar.* Antib. p. 60. ſed neque in eo ſtate poteſt *Livineii* explicatio. Si enim in viliores ideo contulerint munera Imperatores, ne eos contemſiſſe viderentur, hi non potuerunt dici eſſe contemti, ſed magis honorati; id tamen a *Mamertini* mente eſt alienum, hoc agentis, ut eos a prioribus eſſe Impp. contemtos moneret. Ecce enim, Iuliani laudat modeſtiam & humanitatem, qui in Conſulari hac pompa pedibus fuerit progreſſus, cum ipſi Coſſ. lectica veherentur. Huic opponit Impp., qui paullo ante imperium tenuiſſent, quibus itaque id eſt tribuendum, quod huic Iuliani modeſtiae ſit contrarium. Eſtne vero illud, quod in ignobiles honores contulerint? at vide, qua ratione haec quadrent? pedibus proceſſit Iulianus, ſed priores Impp. in ignobiles munera contulerunt, ne eos contemnerent. Quanto melius haec opponantur; Iulianus pedibus ivit, Coſſ. ſunt lectica vecti; at priores Impp. lectica ſunt vecti, & Coſſ. pedibus iverunt. Pro *ne* igitur ex Codd. eſt *ut* reſtituendum, legendumque *ut inhonoros contemnerent*, vel *ut in honore contemnerent*; poſterius malim, quia eo ducit trium Codd., *inhonores* exhibentium, auctoritas, & forte etiam eorum, quos vidit *Livineius*, quia ad *in honores* nihil notavit. Hac lectione conſtituta, aperta erit, ni fallor, ſententia. Praecedentium Impp. viderant *faſtidia*, ſive faſtum, quem ex *Plinii* Pa-

tanto poſt veterem illam priſcorum temporum libertatem reipublicae reddi-
tam ? neque enim ego Lucii Bruti, Publii Valerii, qui primi, exactis re-
gibus, poteſtate annua civibus praefuerunt, Conſulatum noſtro anteponen-
4 dum puto. Vterque bono publico, uterque Romanae reipublicae ſaluta-
ris, uterque inſignis principiis commodorum; ſed habet aliquid unusquis-
que praecipuum. Illi Conſularem poteſtatem per populum acceperunt;
nos per Iulianum recepimus. Illorum anno libertas orta eſt; noſtro reſtituta.

CAP. XXXI. Sed ſint, ſanctiſſime Imperator, ea, quae tu iuſte, moderate, civiliter facis, aliis forte miraculo; mihi eſſe non poſſunt, qui te, omnibus humanis vitiis abſolutum, & liberum, ſciam ſolo immortalitatis amore flagrare, dirigere omnes opes, & cogitationes tuas ad memoriam poſteritatis aeternam, atque his maxime ſervire iudicibus, qui de rebus geſtis tuis,

Paneg. 24. 5. in eo conſtitiſſe modo docui, ut lectica veherentur Principes, pedibus procederent honoratiores; qui eo ipſo contemnebantur, quod tali lecticae honore haberentur indigni. Si itaque Conſulatum alicui darent, id ideo faciebant, ut in Conſulari proceſſu novi illi Conſules pedibus irent, ipſi vero Impp. lectica veherentur, quo ipſo eos *inhonoros*, aut in hoc Conſulatus *honore* contemnebant. Dedi itaque *ut*, quod eſt in Codd., *inhonoros* ſervavi, tamquam oxymoron. Eo ipſo enim, quod pedibus progredi debebant, erant *inhonori*, quamvis eſſent honorati. Oxymori exemplum quoque eſt ſupr. 26. 2. *cachinnantem ſaevitiam.* ubi *Pontan.* alia dedi ad Incert. Maximian. 10. 5. Contra egit Honorius, de quo *Claudianus* VI. Conſul Honor. 549.

Moderataque laudat
Tempora. quod clemens aditu, quod pectore, ſolus
Romanos vetuit currum praecedere Patres.

Priſcorum temporum] In *Guelf.* abeſt *temporum;* ne id quidem male.

Et Publii Valerii] Ita omnes, quas vidi, Edd excepta *Cellar.* in qua *&* deeſt; deeſt etiam in *Guelf* recte; copulam enim omittere Noſter ſolet plerumque. Vid. ſupr. cap. 24. 6. Quod autem Conſulatum ſuum cum eodem Bruti, & Valerii compararet, redditamque libertatem dicat, ideo fit, quia non cum Imperatore, ut vulgo fieri ſolebat, ſed cum Nevitta Conſul eſſet lectus. Ita enim *Plinius* Paneg. 58. 4. *Hoc quoque redditae libertatis indicium fuit, quod Conſul alius, quam Caeſar, eſſet. Sic, exactis Regibus, coepit liber annus: ſic olim ſervitus pulſa privata faſtis nomina induxit.*

4. *Bono publico*] Conf. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol p. 199. & ad *Nazarium* Paneg. 37. 5.

Romanae reipublicae] Vet. *Ro. Po.* PVTEANVS. Conf. ad Incert. Maxim. 8. 7. & ſupr. 11. 3.

Principiis commodorum] *Guelf.* male *principis.*

Poteſtatem Conſularem] *Conſularem poteſtatem* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* quem ordinem reſtitui.

Recipimus] *Recepimus* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Recepimus* recte exhibent omnes, excepto textu *Livin*, in quo legitur *recipimus.* IAEGERVS. Excepto etiam *Paull Stephan.* & *Rivino* in pr.

Noſtro reſtituta] *Plinius* Paneg. 58. 4. *hoc quoque redditae libertatis indicium fuit, quod Conſul alius, quam Caeſar, eſſet.* Conf. Not.

1. *Civiliter*] Vt bonum decet civem. PATAROL. Conf. ſupr. 28. 1.

Vitiis abſolutum] Haud ita eſſe, ad Iuliani Vitae finem obſervavi. BAVNE.

Poſteritatis aeternam] Ex *Cicerone* pro Arch. 11. *non cum vitae tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adaequandam.*

His maxime] *Guelf. iis.* Conf. ad *Nazar.* Paneg. 17. 1.

Servire iudicibus] Eorum iudicium vereri. *Tullius* pro M. Marcello, c. 9. *Servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis poſt ſaeculis de te iudicabunt, & quidem haud ſcio, an incorruptius, quam nos. Nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, & ſine invidia iudicabunt.* IAEGERVS. Ad eos iudices ſeſe adcommodare, facta ſua ita dirigere, ut recte de no-

tuis, ſine odio & gratia, venturis ſeculis iudicabunt. Non poteſt quid- 2
quam abiectum & humile cogitare, qui ſcit de ſe ſemper loquendum.
Nunc, ſi tibi, Imperator, parum ampla, nec reſpondente meritis tuis ora- 3
tione uſus videbor, quaeſo obteſtorque te, ne meae id naturae potius,
quam magnitudini beneficiorum tuorum, putes eſſe tribuendum. Nemo us- 4
quam, poſt homines natos, ampliora praemia a Regibus, atque Imperato-
ribus conſecutus eſt; nulli plus oneris impoſitum. Non abnuam, Praefe- 5
cturas, & Conſulatus multis eſſe delatos; ſed his, poſt immenſos la-
bores, honos quaſi debitus reſtitutus eſt; mihi, cum iam honorem ad-
eptus ſim, nunc demum, ut meruerim, laborandum eſt. Verſa ratione
temporum, permutata munerum vice, modo enitendum eſt, ut praemio di-
gnus exiſtimer, cum iam praemium ceperim. O mihi feſtinae bene- 6
vo-

nobis iudicent, ſive ut *Cicero* Epiſt. ad Quint. Fratr. l. 1. §. 15. *Non eſt tibi his ſolis utendum exiſtimationibus, ac iudiciis, qui nunc ſunt hominum, ſed iis etiam, qui futuri ſunt.* Eſt hic eadem elegantia, atque in *ſervire dignitati, & tranquillitati* apud *Nepot.* Attic. 6. 5. *opinioni, & famae* apud Auctor. Dial. de Orat. 10. *rumoribus*, de quo *Davieſ.* ad *Caeſar.* B. G. I. 5. 2. adde *Paſſerat.* ad *Ciceron.* pro Roſc. Amer. 8. *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. II. 5. 3.

Venturis ſeculis] Conf. ad *Nazar.* Paneg. 8. 3.

2. *Abiectum & humile*] *Guelf.* & ignorat, & mox *cogitare. Cicero* de Finib. V. 20. *nihil abiectum, humile cogitant. Caſſiodor.* Var. VI. 3. *nihil humile abiectumque cogitares. Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 18 1. *Quis enim nunc ſit animo tam humili, tam abiecto?*

Loquendum] Vid. *Plinii* Paneg. cap. 55. PATAROL.

3. *Te, meae*] Non incommode monet *Petrus Daniel*, deſumpta haec ex *Ciceronis* Oratione poſt reditum in Senatum, quare non eſt, ut recurratur ad emendatiunculas. GRVTERVS. An non inferendum *ne meae?* Sententia quidem haec eſſe debet. ACIDALIVS. Voculam *ne*, iubente *Cicerone*, & ſententia, contextui inſeruit *Cellarius*, quem ſequi non dubitamus. IAEGERVS Vtrum per *emendatiunculas* eam *Acidalii* notavit *Gruterus*? fit tamen veriſimile: neque vero *Acidalii* notam praepoſui, ut receptum in praecedentibus ordinem ſervarem, propter ea, quae in Praefat. T. I. monui, & *Gruteri* notas vidiſſe *Acidalium* inter alia liquet ex ipſius Nota ad *Nazar.* Paneg. 25. 3. quare autem emendatiunculas damnet *Gruterus* ob *Ciceronis* locum poſt red. in Senat. 1., divinare nequeo, in quo *ne* exſtat, quod neceſſariam hoc loco emendationem confirmat. Itaque illud quoque retinui, quamvis Codd. ignorent, in quibus haec vocula latere in *te* videtur; cum enim apud *Ciceronem* non addatur pronomen, *Mamertinum* ſcripſiſſe ſuſpicor, *quaeſo obteſtorque, ne meae.* pronomen propter ſequens *putes* omittere potuit, ex eo uſu, quem tangit *Iaeger.* ſupr. 16. 2. Geminus eſt alius *Ciceronis* locus in Verr. I. 16. *Nolite, quaeſo, iudices, brevitate orationis meae potius, quam rerum ipſarum magnitudine crimina ponderare.*

4. *Nemo umquam*] Vet. *uſquam.* PVTEANVS. *Vſquam* Vet. *Bertin.* Arbitror verum, quod in *Cuſpin Nemo, nemo uſquam poſt hom.* LIVINEIVS. *Vſquam* habet quoque Cod. *Gud. Schonhovius* retinet *umquam*, iterata tamen voce *nemo.* IAEGERVS. Quatuor Codd. obtemperandum duxi. Peccarunt ita aliquando Librarii apud *Drakenb.* ad *Livium* XXXIX. 31. 5. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 69. 5.

Nulli plus] *Guelf. nulla plus*, ſine ſenſu.

5. *Sed his*] *Sed iis* Vet. LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* ita paſſim in his Panegyricis. vid. ſupr. n. 1.

Adeptus ſim] *Adeptus ſum*, *Guelf.*

Vt mercar] Vet. *meruerim.* PVTEANVS. *Meruendum* Vet. Forte, *meruerim.* LIVINEIVS. Sic Edd. omnes. In Codd. *Gud.* & *Moerl.* legitur *meruerim*, idque, utpote argutius, praefero. Significat, laborandum eſſe ſibi, ut quaſi in praeteritum ipſe ſibi ſubveniat, & honorem meruiſſe prius videatur, quam adeptus ſit. IAEGERVS.

6. *Feſtivae tuae*] Vet *feſtinae* PVTEANVS. Scribo, *o mihi feſtinae tuae.* Praeceſſit: *Non abnuam, Praefecturas*, &c. MODIVS Novant. Lection. Epiſt. 25. *Feſtivae* eſt in *Rhenan. Stephan.* & *Rivini* Edd. Vulgatam habent *Guelf.* & *Schonhov.* excerpta. *Symmach.* Epiſt. III. 14. *in*

volentiae tuae graviſſimum pondus! Vereor, ut aperte exprimere difficultatum mearum ordinem valeam. Facilius eſt, Imperator, bonis artibus mereri Conſulem fieri, quam induſtria & labore perficere, ut videaris meruiſſe, cum factus ſis.

CAP. XXXII. Abſit, Auguſte, & iſtud ſancta Divinitas omen avertat, ut tu a quoquam mortalium exſpectes vicem beneficii! Verum

in aedes tuas feſtinus recurras. VII. 40. *iter feſtinus uſurpa*, & *feſtinum iter* in Anthol. Latin. lib. IV. Epigr. 260. *Servius* ad *Virgil.* Aen. IX. 488.

Tuae benevolentiae] *Guelf. benevolentiae tuae.* quod placet.

Vereor, ut] Vet. *vereor, ne.* PVTEANVS. Et *Guelf.* Male; cupiebat enim, ſi poſſet, haec exprimere. Sunt quidem, qui in talibus *ne* quoque admittant, ſed ex locis corruptis, veluti apud *Plinium* Epiſt. I. 9. 17. *vereor ergo, ne ſit ſatis congruens*, recte iam emendatum *ut.* Differentiam inter *ne* & *ut* tuentur *Manut.* ad *Ciceron.* pro Marcell. 4. *Voſſius* Art. Gramm. VII. 67. de Vit. ſerm. IX. 6.

Aperte] Forte *apte.* LIVINEIVS. Vt haec etiam confuſa ſunt apud *Eumen.* Grat. act. 9. 3. *Burman.* ad *Quinct.* Inſtit. I. 2. *Drakenb.* ad *Livium* I. 34. 8.

Factus ſis] *Plinius* Paneg. 95. 3. *Etenim memini, tunc veriſſime iudicari, meruerit quis honorem, nec ne, cum adeptus eſt.* IAEGERVS. Conf. illic *Schwarzium*, & *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 63. 5.

1. *Iſtud*] *Guelf. iſta.* De *ſancta Divinitate* vid. ſupr. 7. 2.

Vicem beneficii] Remunerationem, beneficium pro beneficio redditum. *Tacitus* Hiſt. IV. 3. 3. *Tanto proclivius eſt, iniuriae, quam beneficio, vicem exſolvere: quia gratia oneri, ultio in quaeſtu habetur.* *Seneca* Hercul. fur. vs. 1337. ſq.

Gratiam meritis refer,
Vicemque noſtris.

IAEGERVS. *Curtius* IV. 10. 29. *hanc vicem ſaevitiae meae reddas.* *Symmach.* Epiſt. III. 29. *ad vicem tantae gratiae.* & VII. 104. *gratiae vicem — rependemus.* *Auſonius* Grat. act. 1. 1. *nec tua fortuna deſiderat remunerandi vicem* *Eumenius* Conſtant. 14. 6. *ut illa pietati tuae hanc referret vicem.* id eſt, hoc tibi pro pietate referret. *vicem reddere* ſimpliciter dixit *Tacitus* Annal. XIII. 20. & XV. 66. adde *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. VIII. 12. 4. *Schwarz.* ad *Mamertin.* Maximian. 3. 3. *Schmincke* ad *Eginhart.* Vit. Carol. c. 7.

Opibus] Hae cum *fortuna* iunguntur, ut apud *Mamertin.* Genethl. 6. 5. *omnibus opibus, omnique fortuna.*

2. *Omne negotium*] *Plinius* Epiſt. I. 3. 3. *Hoc ſit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec quies; in his vigilia, in his etiam ſomnus reponatur.* IAEGERVS. Saepe haec duo iunguntur. *Cicero* pro Planc. 27. *M. Catonis illud — praeclarum putavi, — non minus otii, quam negotii rationem exſtare oportere.* eodem Catonis dicto utitur *Iuſtinus* in Praef. *ut & otii mei, cuius & Cato reddendam operam putat, apud te ratio conſtaret.* Ita conſtanter Codd. etiam ambo *Franeq.* & *D'Orvilliani* penes me, niſi quod in uno *Franequerano* inveni, *tecum ratio:* non dubito tamen, quidquid diſſentiant alii, quin legendum ſit *reddendam rationem*, neque me movet eadem vox ſtatim repetita, *Wopkenſii* ſententiam ſecutum in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 3. aliter ſuccurrere ſunt conati *Cruſius* in Prob. Crit. p. 10. *de Rooy* Animadv. Crit. p. 188. Emendo hinc *Auſonium* Grat. act. 2. 1. *non Palatium, quod tu, cum terribile acceperis, amabile praeſtitiſti; non forum, & Baſilica, olim negotiis plena, nunc votis, votisque pro tua ſalute ſuſceptis.* corrigit *Gronovius, nunc notis votisque*, & *notas* explicat tabulas, inſcriptiones, quibus vota ſignabantur; hoc in textum recepit *Cellarius;* poſt quem tamen alteram lectionem retinuerunt *Patarolus*, *Souchaius*, & *Bipontina.* Neque vero haec, nec *Gronovii* coniectura orationi congruit, qua duo opponit *Auſonius*, *Palatium terribile*, & *amabile*, & mox *Curiam laetam*, & *moeſtam querimoniis;* utrum itaque *negotiis* recte opponuntur *notae*, aut *vota?* non puto; corrigo igitur, *olim negotiis plena, nunc otiis, votisque;* ita *votis* non opponitur *negotiis*, ſed additur tamquam quoddam bonum, quod ex otio illo profluebat.

Neque ſolum] *Nec ſolum, Cuſpin.* LIVINEIVS.

A

rum tamen, quod ſolum vel accipere poteſt iſta fortuna, vel
a nobis opibus tuis tribui, immortalitatem munerum tuorum co-
lam officiis ſempiternis. Omne negotium, omne otium meum in 2
ornandis rebus tuis, celebrandiſque ponetur; neque ſolum, a iu-
ventute mea tui, grati animi benevolentia declarabitur, ſed etiam
a me, cum anima defecerit, monumenta tui in me beneficii
per-

A iuventute mea vigente] Vet. *a iuventute mea tui.* Sic *Vatican.* eraſa pr. ſcriptura. PVTEANVS. Itane, *Mamertine*? Iuvenis es, qui ſupra dicebas, *a teneris annis ad hanc usque canitiem Conſulatus amore flagravi?* An *a iuventute mea*, hoc eſt, a iuvenibus meis liberis? Nihil poterat aptius, aut magis veriſimile, absque *Bertin.* fuiſſet, e quo notatum, *a vivente mea cui gente.* Perſpicue germanum eſt, *a vivente me ac vigente.* LIVINEIVS. Lege *a vivente me ac vigente.* ACIDALIVS. Poſſit fortaſſe etiam legi, *a vivente me ac vidente.* Vid. ſupra Paneg. V. c. 12. 3. ſed & vulgata ſatis proba. Sic *vigere* & *vivere* iungit *Cicero* de Divinat. I. 30. *Gud.* corrupte *a iuventute mea tui grati.* IAEGERVS. Omnes Edd. *Gruteriana* priores habent, *a iuventute mea vigente grati animi benevolentia declarabitur.* *Livineii* vero coniecturam in textum admiſit *Gruterus*, & ſequentes, praeter *Rivinum*, qui priorem lectionem retinuit. Codd. tamen *Putean.* & *Guelf.* *iuventute mea* ſervant, & pro *vigente* exhibent *tui*, cui ſcripturae congruit *cui* in *Bertin.* Corruptum hoc quidem pronunciat *Iaegerus;* mihi vero ipſa *Mamertini* manus videtur, quam reſtitui, ob maiorem ex Codd. auctoritatem, quae ſoli coniecturae praevaleat, ſana etiam verborum ſententia. cum in *Livineii* emendatione *me* poſt *vivente* durius poſitum videatur, magisque ſcripſiſſet *me vivente.* Haeſito tamen, utrum in *gente*, quod habet *Bertin.*, lateat *in te*, ut ſcripſerit, *neque ſolum, a iuventute mea tui, in te grati animi benevolentia declarabitur.* hoc ſuadere ſequentia videntur, in quibus ordo mutatur: quod enim hic dicit, *a iuventute mea tui, in te grati animi*, mox confert in *tui in me beneficii.* Non itaque ſe iuvenem dicere adfirmat. ſed inde a iuventute Iuliani amore ductum, & ipſius ſe fuiſſe ſtudioſum; is enim eſt *animus tuus*, quem *faventem* dixit *Valer. Flacc.* VI 580. ita *tuum* per amicum tuum explicat *Serv.* ad *Virgil.* Eclog. IX. 15. *Ovidius* ex Pont. IV. 15. 42.

Meque tuum libra norit, & aere minus.

ubi *Burman.* de ſimili *meus*, *ſuus*, *noſter* uſu vid. *Taubman.* ad *Virgil.* Aen. II. 396. *Gronov.* Lect. *Plautin.* p. 111. Neque, ex ſequenti *mortis* mentione, hic *viventis* neceſſariam eſſe putes. Qui enim provectae aetatis ſeſe alicuius a iuventute ſtudioſum fuiſſe dicit, & adhuc gratum fore animum profitetur, is adfirmat, quid in omni vita egerit, & amplius ad mortem usque ſit acturus, iisque ſequentia recte congruunt.

A me cum anima defecerit] *Cum a me* Vet. PVTEANVS. *Sed & cum me anim.*, *Bertin.* LIVINEIVS. Illa *a me* reſipiunt officinas Librariorum. GRVTERVS. Lege, *ſed etiam quum anima defecerit.* ACIDALIVS. In Edit. *Puteana* eſt, *a me anima defecerit.* Duas voculas expunxi cum *Acidalio.* In aliis eſt, *cum me anima defecerit.* BAVNE. Recte voculas *a me*, ortas forte ex litteris poſtremis antecedentis *etiam*, expunxit *Baunius*, mirorque *Cellarium* eas retinuiſſe. Deſunt in *Moerl* itemque *Bertin.*, qui bene exhibet: *cum me anima defecerit.* IAEGERVS. Ex hoc loco, quem *Ciceroni* debet *Mamertinus*, emendandam puto eius Orat. ad Quir. poſt red. c. 10. *Quapropter memoriam veſtri beneficii colam benevolentia ſempiterna, non ſolum dum anima ſpirabo mea, ſed etiam cum mortuo monumenta veſtri in me beneficii permanebunt.* Offendere poteſt illud *cum mortuo:* melius eſſet *me mortuo*, & forſan ſic fuit olim in libris. Sed idem hoc *me mortuo* gloſſam credo fuiſſe verborum *cum anima defecerit*, quae proinde orationi *Ciceronis*, eiecto illo *cum mortuo*, inferenda videntur. IDEM. Adpend. Obſerv. in Paneg veter. p. 49. *Guelf.* ordine mutato, *cum etiam a me anima.* Tuetur *a me* etiam *Putean.* & ex parte *Bertin.*, quare eiicere non audeo: praeter *Cellarium* etiam retinuit *Patarolus.* Diſplicuiſſe illa lectio videtur, quia ſuſpecta erat locutio, *anima deficit a me;* ſed *a me* referre debuiſſent, ut recte interpunxit *Patarolus*, ad *permanebunt;* ita exponi poſſet poſt me, me mortuo; *Cicero* de Legib. II. 25. *ille mos a Cecrope, ut aiunt, permanſit.* ita *a* pro poſt notarunt V. D. ad *Curtium* VI. 1. 20. ad *Ovid.*

3 permanebunt. In referenda autem gratia, ſanctiſſime Imperator, hoc tibi polliceor, ſemperque praeſtabo, mihi neque in ſuggerendis conſiliis veritatem, neque in adeundis, ſi res popoſcerit, periculis animum, neque in ſententia ſimpliciter ferenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro republica, teque laedendis libertatem, neque in laboribus perferendis induſtri-

Ovid. Heroid. II. 86. *Burman.* ibid. X. 9. Art. amand. I. 139. ad *Petron.* Satyr. 24. ad *Sueton.* Calig. 27. *Schroder* Obſerv. iur. I. 13. p. 82. Potius tamen capio ea elegantia, qua deſignabit a parte mea. *Cicero* pro Milon. 36. *nullum a me amoris, nullum ſtudii, nullum pietatis officium defuit.* adde *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 31. 1. *Oudend.* ad *Caeſar.* B. G. VII. 82. 3.

Permanebunt] *Guelf. declarabitur, permanebunt.* prius illud ex praecedentibus Librarii memoriae obverſabatur.

3. *In referenda*] Haec iam non imitata, & efficta, ſed paene tranſſcripta, e *Ciceroniana* ad Quirites poſt reditum extrema. LIVINEIVS. Non convenit, ut Imperatori *gratia referri* dicatur. Sed ut hoc conveniat, res non fert ipſa tamen. Lege, *in gerendo autem magiſtratu, ſanctiſſime Imp.* Audax correctio: ſed & audax corruptio. Vox *magiſtratus*, compendio ſcribendi, degeneravit primum in *gratia.* Mox alius, qui *gerere gratiam* dici non poſſe videret, fecit, ut eſſet, quod nunc legimus. Sequentia hanc lectionem noſtram clare flagitant, &c. ACIDALIVS. Nulla ratione aliquid hoc loco mutandum cum aliis; nam innuit Auctor, loco gratiarum actionum exhibiturum ſe Imperatori Conſulem bonum: adeo quidem, *ut neque in ſuggerendis conſiliis minime ipſi ſit defutura veritas, in adeundis periculis*, &c. Videatur locus. GRVTERVS.

Veritatem] Παῤῥησίαν. Ita *Terent.* Andr. I. 1. 41.

Obſequium amicos, veritas odium parit.

IAEGERVS. Conf. ſupr. cap. 24. 2.

In adeundis] Male *Guelf. audiendis.*

Simpliciter ferenda] Candide & ingenue. Auctor Dial. de Cauſſ. corruptae eloquent. c. 25. 10. *Solum inter hos arbitror Brutum, non malignitate, nec invidia, ſed ſimpliciter & ingenue iudicium animi ſui detexiſſet. Curtius.* VII. 2. 36. *Simpliciter ad neceſſarios ſuos quisque ſcripſerat, quae ſentiebat.* Pro *ferenda* in loco *Ciceronis referenda* legitur; de qua ſcriptura merito dubitant Viri docti. Firmat haec noſtra lectio emendationem *Hotomanni*, & *Graevii*, *ferenda* illic reponentium. IAEGERVS. *Tacitus* Hiſtor. IV. 86. *ſimplicitatis, ac modeſtiae imagine.* & III. 53. *ſimultates. quas Antonius ſimplicius, Mucianus callide —— nutriebat. Simplicem & apertum hominem* iungit *Lactant.* Inſtit. VI. 12. 11. *apertum & ſimplex cor*, ibid. IV. 17. 14. adde *Herald.* ad *Arnob.* adverſ. Gent. II. p. 94. *Burman.* ad *Vell.* II. 105. 3. *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. VI. 31. 14. *Schwarz.* ad *Plin.* Paneg. 54. 5. & 84. 1. & ad *Mamertin.* Maximian. 9. 1. *Burman. Secund.* ad Anthol. Latin. T. II. p. 482. & 513.

Teque laedendis] *Teque* abeſt *Moerl.* IAEGERVS. Etiam abeſt *Guelf.*

Libertatem] Congruit hic locus cum oratione Tiberii, ſe ſe iactantis in Senatu apud *Tacitum* Annal. lib. IV. *Vt maioribus meis dignum, rerum veſtrarum providum, conſtantem in periculis, offenſionum pro utilitate publica non pavidum credant.* PATAROL.

Summis opibus] Omni conatu, vi ſumma. *Plautus* Moſtell. II. 1. 1.

Iuppiter ſupremus ſummis opibus atque induſtriis
Me periſſe, & Philolacheten cupit, herilem filium.

Cicero pro P. Quintio, c. 2. *Communi ſtudio, ſummis opibus Sex. Naevium defendunt.* IAEGERVS.

Ad quemcumque] Pro quemlibet, quod Graece dicitur τὸν τυχόντα. RHENANVS. *Pacatus* c. 16. 3. *Nec nunc de his honoribus loquor, quos in quemcumque conferre Imperatori neceſſe eſt.* IAEGERVS. *Plautus* Bacchid. V. 1. 1.

Quicumque ubique ſunt, qui fuere.

Phaedr. Fab. IV. 5. 11.

Quemcumque populum triſtis eventus premit.

Cicero ad Diverſ. X. 31. *quicumque is eſt, ei me profiteor inimicum.*

Quia

ſtriam, neque in augendis imperii tui commodis grati animi benevolentiam defuturam; idque omni vitae meae tempore ſummis opibus enixurum, elaboraturum, effecturum, ut honores in me tui non, quia neceſſe fuerit, ad quemcumque delati, ſed, quia ita oportuerit, recte poſiti, & ratione collocati eſſe videantur.

Quia oportuerit] *Quia ita oportuerit* Vet. *Cuſpin. ſed quod ita*, *Bertin.* LIVINEIVS. Sic Edd. tantum non omnes. At Cod. *Moerl. Gud. quia ita*, quod verum eſſe & ratio vincit, & locus *Ciceronis*, quem deinde laudabimus, declarat. *Oportuerit* ſignificat, aequum & iuſtum fuerit, & opponitur h. l. τῷ *neceſſario.* Ita *Cicero* in Verrem lib. IV. c. 39. *tamquam ita fieri non ſolum oporteret, ſed etiam neceſſe eſſet.* Idem in Verrem lib. V. c. 14. *Ex his ego rebus omnibus, iudices, ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim, ut, tametſi mihi iucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum ſollicitudinis & laboris, ut haec ipſa Aedilitas, non, quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed, quia ſic oportuerit, recte collocata, &, iudicio populi, in loco poſita eſſe videatur.* IAEGERVS. *Cicero* ad Attic. XIII. 25. *hoc fieri & oportet, & opus eſt.* adde *Taubman.* ad *Plaut.* Ciſtell. II. 2. 51. ſaepe tamen *oportet* etiam neceſſitatem indicat, quo ſenſu capio L. 3. C. de Iureiur. *inopia probationum per iudicem iureiurando, cauſſa cognita, res decidi oportet.* ut non ſit ipſius arbitrii, utrum exigere iuſiurandum velit: ut in L. 3. §. 15. D. de Muner. *quibus* (militibus) *ſupervenientibus hoſpitia praeberi in civitate oportet.*

Collocati] *Guelf. collati.* male, ut oſtendit *Ciceronis* locus, modo a *Iaegero* adſcriptus. Haec tamen confuſa etiam reperies apud *Plinium* Paneg. 23. 5. in *Schwarzii* Supplement. p. 599. *Drakenb.* ad *Livium* X. 32. 5. egregie in *Mall. Theodoro* de Metris p. 5. pro *certa pedum collatione* emendabat *collocatione* Cl. *Ruhnkenius.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD TOM. I.

Pag. 20. lin. 3. a. poſt *dediſſe* adde: Vocem *invocatus* explicuit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 80. 4.

Ibid. lin. 14. a. poſt *Rubenium* inſere: Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 28. 4.

Pag. 23. lin. 8. b. pro *Bargandas* lege *Baogandas.*

Pag. 29. lin. 38. a. poſt *Dukerus* inſere: & *Davieſ.* ad *Caeſar.* B. C. III. 84. 1.

Ead. lin. 11. b. *Livineii* nota ita expleatur: *Chaibonas* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Ita fere nominantur. Libri tamen carioſi nunc *Caybones* exhibent, nunc *Cayvones*, nunc *Caviones*, nunc *Chabiones.* Quid potiſſimum ſequendum δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν. LIVINEIVS.

Pag. 54. lin. 16. b. *Rittershuſii* nota ita legatur ex Ipſius Reliq. Coniectur. poſt *Goldaſti* Paraen. p 473. Elegantiam huius epiphonematis non parum diminuit τὸ *utilitatem*, pro quo reſcribo *unitatem.* Opponit enim *geminatum numen*, & *unitas imperii ſingul.* RITTERSHVSIVS.

Pag. 56 lin 18 a. adde: De Francorum perfidia vide *Beſſel.* ad *Eginhart.* Vit. Carol. c. 7.

——— lin. penult. a. *Rittershuſii* notam ex Ipſius Reliq Coniect. poſt *Goldaſti* Paraen. p. 473. ita lege: Suſpectum eſt mihi illud *facit.* Quid? ſi legas *faciem.* RITTERSHVSIVS.

Pag. 58. lin. 19. a. poſt *Schwarzii* locum adde: eumdemque ad *Plinii* Paneg. 56. 4.

Pag. 88. lin. 39 a. poſt SCHWARZIVS adde: De uſu vocis *talis* conf. eumd. ad *Plinii* Paneg. 11. 3.

Pag. 101. lin. 31. a. poſt *Iaegerus* inſere: Non video, quo modo *Pricaeus* ad Pſalm. 18. 5. hunc locum cum iis comparare potuerit, quibus Deus Soli tabernaculum in caelo poſuiſſe dicitur.

Pag. 119. lin. ult b. poſt SCHWARZIVS adde: Eodem, quo *Meurſius*, modo coniicit *Fornerius* ad *Caſſiodor.* Formul. p. 534.

Pag. 122. lin. ult. b. pro *Cuybonum* lege *Caybonum.*

Pag. 140. lin. 8. b. poſt *omnibus* inſere: quod etiam *Pricaeo* placet, ad Euang. *Lucae* 8. 34.

Pag. 145. lin. 4. b. pro *Paneg. VII.* lege, *Paneg. IX.*

Pag 149. lin. 21. a. pro *Paneg.* 49. lege, *Paneg.* 29.

Pag. 150. lin. penult. poſt *Lactantii* locum inſere: Coniecturam hanc confirmat *Auſonius* Grat. act. 31. 2. *Laudabile eſt*, *Imperatorem faciles interpellantibus praebere aditus*, *nec de occupatione cauſſari.*

Pag. 152. lin. 36. a. poſt θακῶν adde: Haec cum *Paulli* dicto, quo Deus φῶς οἰκῶν adpellatur, contulit *Pricaeus* ad Epiſt. I. ad Timoth. 6. 16.

Pag. 162. lin. 8. b. pro *utuntur* lege *vertuntur.*

Pag. 163. lin. 38. a. pro *Dionyſ.* lege *Priſcian.*

Pag. 190. lin. 10. b. poſt *Aratoris* locum adde: *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol. I. p. 199.

Pag. 200. inter lin. 15. & 16. inſere: *Medius Camenarum*] Conf. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol. I. p. 290.

Pag. 217. lin. 13. a. ita lege: In *Bertinienſ. acc. oport. at aut uſu*, &c. Reſcribam e veſtigiis: *acc. oport. autumo*, *atque uſum* &c.

Pag. 248. lin. 6. a. poſt *hoſte* adde: Proximam vocem *diſcurſus* explicuit *Schwarzius* ſupr. ad *Mamertin.* Geneth. 2. 4.

——— lin. 30. b. poſt *receptum* inſere: recte, quod exemplis confirmat *Cellar.* ad *Curtium* V. 1. 23.

Pag. 256. lin. 20. b. pro *portus & Oceanum* lege,

ge, *portas & Oceanum.*

Pag. 257. lin. 6. a. poſt *merſas* adde: Conf. *Savaron.* ad *Sidon Apollin.* Epiſt. IV. 3.

Pag. 264. lin. 44. a. poſt *Aratoris* locum inſere: *Minucius Fel.* Octav. 2. *molli veſtigio cedens arena ſubſideret.*

Pag. 268. in textu lin. 3. pro *dilectum* lege *delectum.*

—— —— lin. 18. a. poſt *Guelf.* inſere: *Savaro* ad *Sidon. Apollin.* Epiſt. VI. 4. emendat *Vargus*, & explicat expulſum, ex latrocinio viventem.

Pag. 272. lin. 31. a. poſt *Bachium* adde: & *Koebler.* Interpret. iur. R. II. 9.

Pag. 273. lin. 28. b. poſt *Liberi* adde: *Weitz.* ad *Valer. Flacc.* VI. 711.

Pag. 281. lin. 44. b. poſt *difficilior* inſere: Non diſſimilis eſt locus *Sidonii Apollin.* Carm. VII. 394.

Qui pulſus ab aeſtu
Oceanus refluum ſpargit per culta Garumnam,
In flumen currente mare.

Pag. 284. lin. 22. a. poſt *Lipſii* locum adde: ſed vulgatum defendunt notata a Patre meo ad *Pacat.* Paneg. 47. 2.

Pag. 290. lin. 3. b. pro *Tacita* lege *Tanta.*

Pag. 311. lin. 9. b. poſt *Ammian. Marcell* adde *Gebhard.* ad *Propert.* II. 18. 38.

—— —— lin. 33. b. adde *Boltium* Silv. Critic. p. 45.

Pag. 317. in textu lin. 1. pro *quam* lege *cum.*

Pag. 328. lin. 15. a. poſt *Wagenaarium* adde: *Davieſ.* ad *Caeſar.* B. C. I. 7. 6. ita tamen *Mamertinus* quoque Maximian. 7. 2. *illa tua in Germaniam transgreſſione? qua tu primus omnium Imperatorum probaſti Romani imperii nullum eſſe terminum.*

Pag. 333. inter lin. 21. & 22. a. inſere: *Receptui canere*] Hoc explicat *Savaro* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. III. 8.

Pag. 335. lin. 26. a. poſt *malim* adde: in quo ſententiam muto, quam propoſui ad *Arator.* de Act. Apoſt. II. 698.

Pag. 340. lin. penult. a. adde: *Cicero* Act. I. in Verr. 5. *niſi ad nutum iſtius.*

Pag. 343. lin. 31. adde: *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 80 5.

Pag. 348. lin. 30. b poſt IAEGERVS adde; *Ammian. Marcell.* XVIII. 6. *aetate quidem media. Medium annum* dixit *Plinius* Paneg. 59. 4. ubi *Schwarz.*

Pag. 355. lin. 34. a. pro *liciet aut licat* lege; *licet aut liceat.*

Pag. 361. lin. penult. b. poſt Incerti locum inſere: *Pricaeus* ad Euang. *Matthaei* 8. 26.

Pag. 363. lin. 34. a. poſt *Horatii* locum adde: *Evulſas* explicuit Pater meus ad *Pacati* Paneg. 45. 2.

Pag. 372. lin. 4. b. poſt *Valer. Max.* adde: & quae dicta ſunt ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 8. 3.

Pag. 383. lin. 21. a. poſt *Rivinum* inſere: *Sidon. Apollin.* Carm. V. 485.

Et Scythicae potor Tanaiticus undae.

Pag. 390. lin. 6. a. poſt LIVINEIVS. adde: Quae *profunda vulnera* Noſter adpellat, eadem *alta* ſunt *Pacato* Paneg. 3. 5. ubi Patris mei Notas vide.

Pag. 393. lin. 39. b. poſt *Schefferi* locum inſere: *Stephan.* ad *Saxon.* Grammat. Hiſt. Dan. II. p. 69.

—— —— lin. 50. b. poſt *principum* inſere: Si tamen haec diſpliceat coniectura, vide, an ſcripſerit, *cui digredienti mulos tuos dederas.* Ita de Gratiani humanitate *Auſonius* Grat. act. 35. 1. *Audivi confirmantia ad ſalutem verba profari; occurrere deſideriis ſingulorum; huius ſarcinas mulis aulicis vehere; his ſpecialia iumenta praebere. Ioann. Sarcsber.* Policr. VIII. 21. *Publicum curſum mularum, & caballorum inhibuit.* quae ſumta ſunt ex Hiſtor. Tripert. VI. 1. adde *Savar.* ad *Sidon.* Epiſt. VI. 12.

Pag. 399. lin. 16. a. poſt *Ciceronis* locum adde: *Savar.* ad *Sidon.* Epiſt. IV. 6.

Pag. 405. lin. ult. a. adde: De verbo *inputare* conf. *Livin.* ad *Pacat.* Paneg. 17. in fin.

Pag. 409. lin. 27. b. adde: pro parte igitur ab his diſcedo, quae olim ſcripſi in Miſcellan. c. 15. p. 169.

TOM. II.

Pag. 423. lin. penult. b. dele: *Mamertin. Iulian.* 15. 4.
Pag. 427. lin. 23. b. pro *conſeſſu* lege *conceſſu.*
Pag. 430. lin. 27. a poſt *Cellarii* locum adde: De *compendio pacis*, id eſt, commodo vide ſupr. ad *Mamertin.* Maximian. 3. 1.
Pag. 431. lin. 5. b. poſt *Quinctiliani* locum adde: in quo ellipſin notavit *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellen. lib. I. p. 135.
Pag. 432. lin. 18. a. poſt *Pacati* locum adde: *Withof.* Specim. *Gunther.* p. 138.
Pag. 434. lin. 8. a poſt *ubi vide* inſere: & *Savaron.* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. VI. 4.
—— —— lin 35. a. poſt *Catonem* adde: Hunc locum cum aliis contulit *Pricaeus* ad Euang. *Lucae* 13. 7.
—— —— lin. 24. b. poſt *ſuperſedeo* inſere: Neſcio, an potius legi debeat *Verbigenis*, prout legitur apud *Caeſar.* Comment. de Bell. Gall. lib. I.
—— —— lin. 33. b. deleantur, *quae vero de ipſius coniectura* —— *mihi non licuit.* Poſt haec enim ſcripta vidi ea, quae modo inſerui, exſtare in noviſſima *Pataroli* Edit., quam humanitate Clariſſ. Collegae *Saxii* conſului.
Pag. 435. lin. 2. b. pro *ve* lege *vel.*
Pag. 438. inter lin. 40. & 41. a. inſere: *Solibus perurendam*] Id eſt, aeſtu, nimioque calore. *Virgilius* Georg. I. 65.

Glebasque iacentis
Pulverulenta coquat maturis ſolibus aeſtas.

ubi per calorem adultae aeſtatis recte interpretatur *Heynius. Ovidius* Faſtor. IV. 404.

Tum primum ſoles eruta vidit humus.

niſi illic de uno ſit ſole capiendum, ut apud *Virgil.* Georg. II. 481.

Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles.

Pag. 442. in textu lin. 4. pro *futurae* l ge *venturae.*
Pag. 444. lin. 3. b. pro *cap.* 2. lege *cap.* 18.
Pag. 449. inter lin. 42. & 43. a. inſere: *Quantum remittat*] *Pricaeus* ad Euang. *Matthaei* 21. 32. citat, *ut remittat*, quod in nullo inveni, neque ſententiae ſatis facit.
Pag. 453. lin. 7. a. poſt *Rivinum* adde: Similia ad hunc locum large contulit *Pricaeus* ad Euang. *Matthaei* 5. 29.
Pag. 473. lin. 20. a. poſt IAEGERVS. adde: *In* abundare cenſet *Acidal.* ad *Pacat.* Paneg. 36. 3.
Pag. 474. lin. 14. a. poſt *vinci* inſere: & *Ioannis Saresber.* Policr. II. 4. *Etenim prope Solis occaſum viſi ſunt currus, & quadrigae in omni regione per aerem, & armatorum cohortes miſceri nubibus, & urbes circumdari agminibus inproviſis.*
Pag. 475. lin. 44. b. poſt *Senecae* locum adde: *Ammian. Marcell.* XVII. 13. *Cunctis vitae praeſidiis circumciſis.*
Pag. 489. lin. 32. b. poſt *origo* inſere: *Fructu frui*, & alia contulit *Schwarz* ad *Plinii* Paneg. 87. 6.
Pag. 493. lin. 42. b. poſt *Victoris* locum adde: *Staveren.* ad *Hygin.* Fab. 88.
Pag. 501. lin. 26. b. pro *utaque* lege *utraque.*
Pag. 515. lin. 17. a. poſt *p.* 185. adde: & quae dixi ad *Arator.* II. 414.
Pag. 516. lin. 43. b. poſt *eod.* adde: Conf. *Balduin.* ad *Pacat.* Paneg. p. 156.
Pag 519. lin. 19. b. poſt BAVNE adde: In oſtia enim Tiberina adpellebant naves frumentariae, de quo *Savaro* ad *Sidon. Apollin.* Epiſt. I. 10. qui ad eumd. Carm. II. p. 9. explicat quoque *moenibus ambiendis*, quod Auctor ſtatim addit.
Pag. 520. lin. 2. b. pro μετήγαγον. lege μετήγαγον.
Pag. 524. lin. 26. b. pro 3. 1. lege: 2. 5. & Not. Patern. ad *Pacat.* Paneg. 39. 4.
Pag. 526. lin. 26. a. poſt *meus* adde: *Auſonius* Grat. act. 16. 2. *Sylla Felix, qui felicior ante, quam vocaretur Savar.* ad *Sidon.* Epiſt. II. 13. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 88. 5.
—— —— lin. 34. b. poſt *poſcebat* adde: Hunc quoque locum ita cepit *Abram.* ad *Ciceron.* pro

pro Marcell. 6.

Pag. 530. lin. 20. a. pro 17. 1. lege 22. 1. & Opuſcul. de Latin. vet. ICtor. p. 89. ſq.

—— —— lin. 28. b. poſt *pectus* adde: alia exempla petantur ex *Emmeneſſ.* ad *Virgil.* Aeneid. I. 239.

Pag. 532. lin. 40. a. poſt IAEGERVS. inſere: Maxime mihi illud *funeſtas* placet, quia *moeſtas lugentesque* parum apte iunguntur; quare illud probavi ad *Arator.* I. 809. Vulgatum tamen tuetur, qui huic geminus &c.

—— —— lin. 16. b. pro *ſoio* lege *ſolo.*

Pag. 539. lin. 6. a. adde: & *Goldaſtus* ad *Eginhart.* Vit. Carol. 27.

Pag. 544. lin. 39. a. pro *qui. computato* lege *qui, computato.*

Pag. 548. lin. 21. b. pro *ſecurius!* lege *ſecurius?*

Pag. 552. lin. 31. a. poſt *Ciceronis* locum adde: niſi potius ſit legendum *grandifica. Ammian. Marcell.* XVII. 6. *Aetate quidem media, rugoſisque membris, ſed mente quidem grandifica.* inde *grandificare* apud *Reineſium* Epiſt. ad *Daumium* 97. *grandeſcere* dixit *Claudian.* Rapt. Proſerp. III. 24.

Incultis ne forte ſeges grandeſceret arvis.

Pag. 555. lin. 4. a. poſt *Rittershuſ.* adde: & *Savaro* ad *Sidon. Apollin.* Epiſt. V. 17.

Pag. 557. inter lin. 2. & 3. b. inſere: *Stupenda penetralia*] Activam in *ſtupenda* ſignificationem notavit *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenol. I. p. 95.

Pag. 560. inter lin. 4. & 5. b. inſere: *Illa maieſtas*] Conf. late *Abram.* ad *Ciceron.* pro Milon. 31.

Pag. 561. lin. 24. a. pro *auguſtiae* lege *anguſtiae.*

Pag. 564. lin. 38. a. adde: *In diverſa tendere* explicuit *Pricaeus* ad *Apul.* Metam. II. p. 127.

—— —— lin. 18. & 19. b. inſere: *Ex nequitia protulerunt*] Hanc locutionem cum ſimilibus aliorum locis contulit *Pricaeus* ad *Paulli* Epiſt. II. ad Timoth. 4. 13.

Pag. 565. lin. 38. a. poſt *in Not.* inſere: V. D. ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. III. 547.

Pag. 567. lin. 12. b. poſt CELLARIVS inſere: De Lynceo vid. *Weitz.* ad *Valer. Flacc.* I. 463.

Pag. 570. lin. 36. b. poſt *penes me* inſere: ſed contra metrum.

Pag. 578. lin. 30. a. poſt *Pacati* locum adde: *Veri* autem *interpolatrix* eſt, quae non nudam & ſimplicem, ſed mendaciis vitiatam exhibet veritatem, interprete *Gronovio* Lect. *Plautin.* p. 193. quare vetuſtatem propter fabulas *ſui oſtentatricem* dixit *Pacatus* Paneg. 17. 1.

Pag. 578 poſt. lin. ult. a. inſere: *Fides claudicaret*] *Pacatus* Paneg 33. 1. *apud poſteros videtur facti fides laboratura. Ioann. Sareſb.* IV. 11. *in abſolutione parricidii fides laborat.*

Pag. 580. lin. 37. a. pro *Perticula* ſcribe *Particula.*

—— —— lin. 29. b. poſt *Salluſtii* locum adde: Conf. ſupr. ad *Mamertin.* Maxim. 2. p. 14.

Pag. 581. lin. 13. b. adde: *Bolt.* Silv. Critic. p. 38. *De Rooy* Animadv. Critic. p. 7.

Pag. 582. lin. 9. a. ante *Pacatum* inſere: *Withof.* Specim. *Gunther.* p. 42.

Pag. 583. lin. 17. a. pro *clauſam* lege *clauſum.*

Pag. 592. lin. 8. a. adde: *Iuſtini* locum deſcripſit *Ioann. Sareſber.* Policr. VI. 24.

Pag. 598. inter lin. 7. & 8. a inſere: *Iuxta magnitudinem*] Id eſt, ſecundum, quod tamen apud antiquos non inveniri probat *Cellar.* Cur. poſter. p. 249.

Pag 601. lin. 6. a. poſt *reclivis* adde: *Weitz.* ad *Valer. Flacc.* I. 147.

Pag. 604. lin. 4. a. poſt IAEGERVS adde: Aliorum cum hoc loca contulit *Pricaeus* ad *Paulli* Epiſt. I. ad Corinth. 12. 26.

Pag. 615. lin. 26. b. poſt *Ammiani* locum adde: *Pacatus* Paneg. 35. 4. *Milites priſtinae virtutis, Romani nominis, Imperatorum denique memores cauſſam publicam manu agere.*

Pag. 618. lin. 31. a. adde: Hunc locum cum aliis contulit *Pricaeus* ad Pſalm. 84. 11.

Pag. 620. lin. 17. a. poſt *Statium* adde: *Bernart.* ad eumd. Theb. V. 678.

Pag. 626. lin. 44. b. pro IDEM. lege SCHENCKIVS. Praef. Tom. II. Ed. *Iaeger.*

Pag. 628. lin. 33. b. poſt *Ovidii* locum adde: *Piguit* recte cum eo, quod de verbo *poenitere* tradit *Gellius* Noct. XVII. 1. illic contulit *Gronovius.*

Pag. 630. lin. 2. a. deleantur: *utraque vox* —— *refulget.*

—— —— lin. 31. b. pro *fortie* lege *forte.*

Pag. 655. lin. 5. pro 27. 1. lege 28. 1.

—— —— lin. 25. b. poſt *illic Not.* adde: & *Savaron.* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. I. 3.

Pag. 659. lin. 29. a. poſt *commodandi* inſere: Noſtram praeterea lectionem aperte confirmat Idem *Pacatus* 16. 3. *in ſummis illis, pulcerrimisque beneficiis eſt aliqua praeſtantis utilitas.*

Pag. 664. lin. 34. b. poſt *confirmata* adde: *Subſternere* ſimili in re habet *Ammian. Marcell.* XXVI. 10. *vel ſub eculeo caput incurvos, aut ictu carnificis torvi ſubſtravit.*

Pag. 667. lin. 42. b. adde: *Cicero* in Verr. I. 15. *Nul-*

Nullae ſunt occultiores inſidiae, quam eae, quae latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.

Pag. 669. lin 15. a. poſt BAVNE. adde: *Ioann. Saresb.* III. 2. *perſonas omnium teſtimonio devenuſtent.* IV. 7. *ut non devenuſtent publicae dignitatis gradum.* Habet enim *de* in compoſitis vim inminuendi, de quo *Bernart.* ad *Statium* Achill. I. 8.

Pag. 670. lin. 30. a. poſt 830. ita lege, & ad *Pacat.* Paneg. c. 25. *Schottus* Obſerv. II. 3. & ipſe in Miſcell. p 62. *faciem* vero de quibusvis rebus dici docuit Pater meus ad *Pacat.* Paneg. 33. 3. & *Schwarzius* ad *Mamertin.* Maximian. 11. 6.

Pag. 673. lin. 15. a. poſt *Salluſtium* inſere: *Pacatus* Paneg. 39. 2. *ab ultimo Orientis ſinu.*

Pag. 676. lin. penult. a. adde: Patrem meum ad *Pacat.* Paneg. 34. 1.

Pag. 684. lin. 18. b. poſt *Apuleium* inſere: *Balduin.* ad *Pacat.* Paneg. p. 153.

Pag. 685. lin. 4. b. poſt *ſcalae* inſere: quamvis *ſcalas* plurali tantum numero in uſu eſſe tradat *Chariſius Soſipater*, ex Membranis auctior apud *Schottum* Obſerv. I. 4.

Pag. 687. lin. 5. a. poſt *nihil cedere* adde: ſive, ut ſcribit *Ioann. Saresber.* VI. 28. *villas aemulas urbium conditas, domos vice templorum exornatas.*

—— —— lin. ult. b. adde: & *de Rooy* Anim. Critic. p. 261.

Pag. 689. lin. 12. a. pro *Vegetii* lege *Vitruvii.*

Pag. 698. lin. 11. a. poſt *&* 18. inſere: Eraſorum ex monumentis publicis nominum exempla dedit *Falſter.* Amoen. Philol. p. 135. hoc dicitur *memoriam damnare* in L. 8. pr. C. Ad Leg. Iul. maieſt. quam deſcripſit *Ioann. Saresber.* VI. 25.

—— —— inter lin. 35. & 36. a. inſere: *Paulliſper vitae*] Hoc eleganter *precariae vitae reddere* dixit *Pacatus* Paneg. 20. 5.

Pag 709. lin. 5. b. poſt *Rivinus* adde: confer, quae de hac voce diſſerit *Dukerus* de Latin. Vet. ICtor. p. 411.

Pag. 717. lin. 32 a. poſt IAEGERVS inſere: *Cicero* in Verr. I. 16. *Quid hoc homine faciatis?* ubi *Manut.*

Pag. 718. lin. 8. b. poſt *ſententia* adde: Vulgatum tamen tuentur notata a *Cortio* ad *Salluſt.* Catil. 51. 5.

—— —— lin. 15. b. poſt *retulit* adde: *Eumenius* Grat. act. 9. 2. *vera beneficia, quae non precibus efflagitata, ſed ex voluntaria tua bonitate proveniunt.* ubi *Baune*, & *Patarol.*

Pag. 720. lin. 5. a. ante *& X.* 88. praemitte: de quo loco conf. *de Rooy* Animadv. Critic. p. 250.

Pag. 744. lin. 11. b. deleantur, *Copulam quoque* —— *ſcribi voluit*, & repone; *Livineii* coniectura eo pertinet, quod in textu ſine copula *comitibus* littera minori ediderit, tamquam adiectivum τῷ *Tribunis;* iam maiuſcula ſcribi voluit, ut dignitatis titulus indicetur. Neque tamen copulam arbitror, &c.

Pag. 749. lin. 29. a. poſt *Horatii* locum inſere: Si tamen *Principis* de Iuliano capiatur, poſſet haec vox ex praecedentibus ita repeti: *Numquam in amico eſſe Principem ſuſpicatum.*

Pag. 756. lin. 45. a. poſt *&c.* adde: qui locus *Plinii* in verbis, *devexus quidem in planum*, *Rhenani* lectionem *praeceps* tuetur.

Pleraque typothetae vitia omiſi, in quibus oculorum aciem ſaepe effugit litterarum *b* & *h*, *c* & *e*, *fi* & *ſi*, *i* & *l*, *n* & *u* permutatio.

VARIORVM

PRAEFATIONES,

ET

INDICES.

VARIORVM

PRAEFATIONES (a).

Praefatio Ed. Cuſpiniani 1513.

GEORGIVS CVSPINIANVS, Canonicus Herbipolenſis in Haugis, SEBASTIANO FELICI CVSPINIANO, fratruelis ſui filio, S. P. D.

Decet nos, chariſſime *Sebaſtiane*, dum Pater tuus, *Ioannes Cuſpinianus*, immo & meus Pater & Patruus, Caeſaris MAXIMILIANI Conſiliarius, & Orator, crebris legationibus, & arduis occupatus negotiis, Regum negotia curat, eisdem inſiſtere veſtigiis, quibus olim ipſe, ſi modo nolumus a ſtirpe noſtra degenerare, &, dum per aetatem licet, optima quaeque ſectari, non, quod plerique faciunt, paterna gloria contentos elangueſcere. Id quod factitatum ſaepenumero legimus, magnos viros raro felicem tollere ſobolem. Nos alia innitentes via, DEO optimo maximo duce, curabimus latius domum noſtram propagare pro virili; &, quoad fieri poteſt, conemur etiam ſuperare progenitores noſtros, in quo nobis haud invidiam, ſed laudem, comparabimus. Nolumus itaque nos tradere otio, ſed vigiliis, lucubrationibus, ſtudio, paternam aemulari gloriam. Et cum Tu ſis minor natu, ego te iure, & ſanguinis & aetatis merito, debeo admonere, ut eadem inſtitutione virtutis amplectamur iter; & literarum ſplendore fiamus percelebres, ut genitor noſter communis, *Ioannes Cuſpinianus*, non tam literis, ac omnifaria eruditione, quam induſtria, & prudentia eſt longe celebratiſſimus, qui nullum tempus praeterit, dum non eſt publicis, ac

(*a*) Praefationes *Puteolani*, Ed. 1476. *Rhenani*, 1520. *Livineii*, 1599. *Pariſienſis*, 1655. omiſi, cum eas poſt *Plinii* Panegyricum iam dederit Pater. Omiſſa quoque eſt eadem *H. Stephani*, ad *Plinii* potius Epiſtolas referenda, ſicut in Ed. *Paulli Stephani* ad *Plinii* Panegyricum pertinet *Catanaei* Dedicatio, in Patris mei Edit. p. 516. Cum ex *Gruteri* Ed. variantes tantum viderim, ipſius Dedicationi hic locum dare non potui, in qua tamen nihil eſt, quod ſubſidia ad hos Panegyricos ſpectet, teſte *Schwarzio* ad *Plinii* Paneg. p. 746. qui ipſe quasdam ex his Praefationibus Indici variarum Edd. inſeruit, quem Panegyrici *Pliniani* Editioni, a ſe curatae, addidit. ARNTZENIVS.

ac Caeſaris officiis impeditus, quo non vel ſcribendo, vel legendo, vel libros remotiores evolvendo, ac emendando, poſteritatem ſua opera iuvet. Et quamquam iam ingens moliatur opus de Conſulibus, ac Caeſaribus Romanis, uſque ad noſtra ſaecula, quod ad finem iam paene deduxit; non intermittit tamen, ſuccisivis horis, ſi quid interdum otii nactus fuerit, quin depravata emendet, ac mutilata reſtituat. Quod nuper in his Panegyricis ita diligenter, ita accurate praeſtitit, ut iam merito illi ſuos auctores agnoſcant. Nam, praeter hoc, quod multa erant perperam in his elegantiſſimis Orationibus inverſa, ac corrupta, integras etiam chartas ille noſter Parens reperit, in vetuſtiſſimis ſuis exemplaribus, & reſtituit; adiecitque nonnullas pulcherrimas Orationes (*b*), miro artificio contextas, ut diſcerent iuniores, qua arte ſimiles fabricarent, & ut haberent quaſi archetypum, & exemplar ſimilium confingendi. Ne itaque tanti Viri tantus labor periret, collegi ſedulus tantas ſarcinas, & Achate meo, *Philippo Gundelio*, ſtudioſo iuvene, comite, & auxiliatore, in communem ſtudioſorum utilitatem aere imprimendas, tuo auſpicio, mi *Sebaſtiane*, tradidi, ut per univerſam volarent Germaniam, & nos ex eisdem, ceu ex fontibus, & ſtudioſi alii Rhetorices, & bene dicendi praecepta ediſceremus. Vale, mi *Sebaſtiane*, felix, & Patrem tuum, immo noſtrum, venerare, & ſequere. Viennae Pannoniae IIII. Idus Martias, anno ſalutis M. D. XIII.

Praefatio Ed. Navii, 1576.

PAVLVS NAVIVS

BONARVM LITERARVM STVDIOSIS

S. D.

Qui de literis optime meriti ſunt, hoc potiſſimum tuentur inſtitutum, cum quid rurſus imprimendum curant. Sibi enim multa cum recentia, tum anti-

(*b*) Addita ſunt quaedam ex *Livii* libro XXXIV. de Lege Oppia, & tres Declamationes incerti Auctoris contra Legem, qua mulieribus auri & argenti uſus interdicebatur, ad *Nicolaum Perottum*, Pontif. Sypontinum, Provinciae Praeſidem. SCHWARZIVS. ad *Plinii* Paneg. p. 737.

tiqua proponunt exemplaria, quibuscum poſſint conferre id, quod tum imprimere volunt, hocque faciunt, ne quid deſiderari poſſit, quod aut ad doctrinam, aut ad doctrinae veritatem, elegantiam, & emendationem ſpectet. Nec deſunt plerumque profecto, quibus utantur ad illa omnia illuſtranda. Ipſe vero quanquam idem moliar, & maxime ſtudeam, mihique cum illis eadem ſit ratio, & idem propoſitum, rei tamen eventus eſt diverſus. Videor enim plerosque mihi libros propoſuiſſe denuo redimendos, quorum ullum extat exemplum, aut imago aliqua, quae labe circumcirca non admodum inficiata *(c)* non ſit. Quare, quantum noſtri ſtudii fuerit in his emendandis, corrigendisque Panegyricis optimus quisque cognoſcere poterit, cum intellexerit, nullum nobis aliud exemplar ſuppetiſſe, niſi illud, quod multo ante quidam *Franciscus Puteolanus* non ſatis diligenter recognovit. Quamquam ipſe de ſe referat: diligentiſſime recognovit. Qui praeter typi deformitatem, (praetereo *Plinii* illum Traiano dictum, quem cum ceteris eius ſcriptis ad unguem *Aldus* ſenior vidit, & impreſſit) verborum inemendationem, puncti lituram, ordinem quoque temporum & Imperatorum invertit, &, qui priores erant, poſteriores admiſit. Nos vero, etſi impreſſorum incuria aliquid ſit praetermiſſum, ut potuimus, obſervavimus, ne quid adhuc nemo *(d)* amplius in iis expeteret, ut in aliis etiam libris perpetuo praeſtituri ſumus. Argumenta adiecimus, in quibus qui, & quando imperio potiti ſunt, & ad quos Imperatores laudes habentur. Multa praeterea, quae tum longiſſime ab intelligentia, & a noſtris ſenſibus erant diſiuncta, ut intelligerentur, non parum nobis fuit elaborandum. Quae omnia libenter ſtudioſeque fecimus, & facturi ſumus, quod Vobis non minimum fortaſſe fructum, niſi nunc, ſaltem poſthac, ex opera, ſtudioque noſtro licebit percipere. *(e)*

(*c*) Infecta ſit. SCHWARZIVS. ad *Plinii* Paneg. p.743.
(*d*) Aliquis. IDEM. d. l.
(*e*) Plura hic *Navium* promiſiſſe, quam praeſtitiſſe, oſtendit *Schwarzius* Diſſert. ad *Mamertini* Paneg. Maximian. p. 5. ARNTZ.

Rit-

Rittershuſii Praefatio ante Coniecturarum reliquias, poſt Goldaſti Paraeneticos, A. 1604.

ILLVSTRI VIRO,

MARCO VELSERO,

Reip. Auguſtanae Senatori Septemviro,

Conſulari ac Patricio

S. D.

Anni ſunt iam quaſi XII., cum in *Plinio* Iuniore, *Auſonio*, *Symmacho*, & veteribus Panegyricorum Scriptoribus ceteris non indiligenter eſſem, revocante me ſubinde a ſtudiis Iuris ad amoeniora illa *Salomone Panthero*, amoeniſſimi, & florentiſſimi ingenii adoleſcente, aequaevo & amico meo, quem, in ipſa terra Ruſcia natum, adiunxerat mihi, atque conciliaverat voluntatum conſenſio, & ſtudiorum ex parte communio. Quamquam autem omnibus deſtituerer ſcriptorum Codicum adminiculis, tantumque ingeniolo, & coniecturis meris innitendum haberem: tamen (praefiſcini hoc dixerim) in omnibus illis Scriptoribus quaedam minime poenitenda, etiam poſt optimas aliorum editiones, obſervata erant nobis, unde melior aliqua, & emendatior adornari poſſe videretur. Sed ceteris quidem Auctoribus alia, & ſua cuique fata obſtitere, vel noſtra potius, quo minus, quod cupiebamus, a nobis perpoliti in manus hominum venirent. *Plinii* autem Epiſtolas cum ſubiunctis Panegyricis, quibus plurima paſſim adſcripſeram, quidam mihi, & ſane is, qui minime omnium debebat, ſublegit, malaeque fidei emptori perexiguo pretio multarum horarum non malas operas curasque noſtras addixit, magno meo, ſed caſſo, atque irrito cum dolore: qui quidem recrudeſcebat, quoties novam *H. Stephani* editionem eius libri, quam mihi poſtea comparaveram, aſpexi. Hanc tamen, quantacumque fuit, moleſtiam expui, omnemque penitus deterſi animo meo, poſtquam prodiit optima, & accuratiſſima Panegyricorum illorum editio a *Ioanne Livineio*, eruditiſſimo homi-

mine, non ſine Tuis auſpiciis procurata: quam ſuperiore aeſtate abs Te cum aliis muneribus, auro contra mihi caris, dono datam ut vidi, ut avide percurri, & multas mearum emendationum coniecturalium inibi recognovi partim manu ſcriptorum librorum, quibus ille uſus eſt, auctoritate corroboratas, partim cum ipſius coniecturis plane congruentes: nonnullas etiam (quod mireris) poſt tantam accurationem mihi relictas: quas plures procul dubio recognoviſſem, absque illo, quod dixi, furto fuiſſet. Quales quales tamen hae ſint, nemini eas potius, quam Tibi, Vir Illuſtris, allegandas exiſtimavi, ut vel hinc intelligeres, quam bene Tuum donum collocaris. Arbitrare, quaeſo, num ſeſe Viris doctis, quorum Tu in noſtra Gente princeps, approbare poſſint. Vale, noſtri amorem perennans. Altorfii, Kal. Febr. CIↃ. IↃC.

Praefatio Ed. Rivini ſecundae, 1665.

Lectori benevolo, & candido ſalutem plurimam precatur

MELCHIOR CLOSEMANNVS,

Bibliopola Francofurtenſis ad Viadrum.

Exhibiturus denuo hunc Epiſtolarum *Plinianarum*, atque Panegyricorum faſciculum, actum me agere duxi, ſi de encomio vel ipſius *Plinii*, vel de utilitate ex ipſis haurienda multa praefarer. Quandoquidem tritum illud, Vino vendibili non opus eſſe ſuſpenſa hedera, in hunc Autorem apte quadrat. Quod ipſum me movit, ut iterum (*f*) eundem recudendum exhiberem, atque priori non tantum correctius, maiorique cura reviſum exemplar ſtudioſae Iuventuti ſiſterem, verum etiam in certa capita diſtributos Panegyricos, prout ab Hiſtoricis, atque Philologis fere plurimis, in ſcriptis ſuis, allegantur, lucem videre ſinerem. Hiſce vale, Benivole Lector, atque fave.

(*f*) Antea ediderat Ienae, MDCL. cura D. A. R. P. P. in Academia Lipſienſi, id eſt, *Andreae Rivini Prof. Publ.* Conf. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. p. 749. & quae dixi T. I. Praef. p. 4. Ex hac prima variantes tantum habeo, cui utrum adiecta ſit Praefatio, me latet. ARNTZENIVS.

Praefatio Baunii, 1677.

Panegyricos duodecim, a *Plinio*, *Mamertino*, *Eumenio*, *Nazario*, & *Pacato* conſcriptos, liber iſte complectitur, qui quidem, ſi unam aut alteram *Ciceronis* orationem excipias, unica in eo genere eloquentiae apud Latinos reſtant exempla. Etſi autem ineſt in ſingulis & genus dicendi floridum, quod delectet, & altum quiddam, vividum, exaggeratum, quod rapiat animos; in primis tamen *Plinianus*, quem *divinum Ioſephus Scaliger* appellat, ſupra ceteros longe multumque eminet.

Variae porro Panegyricorum editiones extiterunt. Prima, quam quidem ego viderim, *Beati Rhenani*, quae a *Frobenio*, cuius typis anno Chriſti MDXX. Baſileae excuſa eſt, *Frobeniana* dicitur. Haec omnium iudicio parum ſincera eſt: ac *Rhenanus* ipſe operis initio profitetur, ſe manuſcriptis Codicibus caruiſſe quorum collatione editionem emendaret. Secuta eſt editio *Ioannis Livineii*, quam is, anno Chriſti MDXCIV., Antverpiae typis *Plantinianis* cum notis publicavit. Haec, etſi priore emendatior, adhuc tamen multis in locis corrupta eſt. Huic poſt XVII. (*g*) annos ſucceſſit ea, quam *Ianus Gruterus* in lucem extulit Francofurti, cum *Livineii*, *Rittershuſii*, *Valentis Acidalii*, & ſuis ipſius notis. Sed hae, ſi *Livineianas* excipias, & multo breviores erant, quam par eſſet, & in variis ſuppeditandis lectionibus potiſſimum verſabantur. Quod cum ſenſiſſet *Claudius Puteanus*, Senator Pariſienſis, Vir doctiſſimus, de nova editione cogitavit: quam cum variis manuſcriptis diligenter collatam, & *Ioannis Mariae Catanaei*, *Hermandi Rayani*, *Franciſci Balduini*, *Ioannis Livineii*, *Iuſti Lipſii*, & *Iani Gruteri* notis, ac *Valentis Acidalii* coniecturis auctam, item *Petri Fabri* Sanioriani, *Franciſci Iureti*, *Theodori Pulmanni*, & *Antonii Schonovii*, ſuisque imprimis notis & emendationibus, antea non editis, locupletatam, cum eſſet proxime editurus, praematura morte abſumptus eſt. Exemplum illud, *Cl. Puteani* manu exaratum, anno MDCXLIII. editum eſt, quocirca eam editionem appello *Puteanam*.

Non auſus eſſem poſt tantos Viros opus illud attingere, niſi & acceſſiſſet auctoritas Regis, & novam quandam commentandi rationem praeſcripſiſſet Vir, tam doctrinarum cognitione, quam bellica laude praeſtans, *Carolus Sanctamauraeus*, illuſtriſſimus Montauſerii Dux: cui, quantum univerſa Gallia propter felicem Sereniſſimi Delphini inſtitutionem, tantum res literaria debet propter ſingulare eius in excolendis diſciplinis ſtudium.

Id

(*g*) Duplicem committit errorem *Baunius*. *Livineii* enim editio prodiit anno MDXCIX. *Gruteri* vero anno MDCVII. Francofurti; in *Livineii* editione errorem notavit *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. p. 751. in *Gruteriana* neglexit. ARNTZEN.

Id igitur praeſtare conatus ſum. Primum, ut textus, quam fieri poſſet, emendatiſſimus ederetur, in quo *Puteanam* editionem, omnium meo iudicio accuratiſſimam, (*h*) ſecutus ſum, quamdiu manifeſta labes non apparuit: ac ne tum quidem ab ea diſceſſi, niſi editionis alicuius adductus auctoritate. Deinde, ut locutionis difficultas, quae ex verborum aut duritate, aut impeditiore ſitu oriri poterat, ſuffectis mollioribus aliis vocibus, iisque in naturalem ordinem revocatis, tolleretur. Notae vero adiectae breves, ſed tamen eiusmodi, ut complecterentur, quidquid ad lucem rebus afferendam alicuius momenti videretur. Singulis Panegyricis Imperatorum, quibus inſcripti ſunt, vitam accurate a nobis per annos digeſtam, nec non deprompta ex *Huberto Goltzio* numiſmata praefiximus: ſimul Panegyrici ſynopſin ad artem totam, & ſeriem rerum ſub uno aſpectu ponendam. Nec omiſſum, quo quisque loco, ac tempore pronunciatus eſſet, & quidquid ad Auctoris notitiam colligi undecunque potuit. Ordo vero Panegyricorum alius in aliis editionibus eſt: hic eo collocantur ordine, quo dicti. Denique index vocabulorum omnium duplex adiectus eſt: alter quidem *Plinii* ſeorſum, cuius longe probatior eſt, quam ceterorum, Latinitas: alter aliorum ſimul omnium, qui *Plinio* multo inferiores, inter ſe vero aetate prope ſuppares ſunt.

Etſi autem Sereniſſimi Delphini cauſa totum hoc opus a me ſuſceptum eſt: tamen vereor, ne, tam curioſa explicatione non tam Ipſius, quam publicae utilitati conſultum voluiſſe videar. Nam cum Ipſe pro ſingulari ingenii perſpicacia, & praematura eruditione, tot adiumentis non egeat, tum ſtudiorum moderatorem habet *Iacobum Benignum Boſſuetium*, Epiſcopum Condomienſem, qui, ut eſt excultiſſimus omni genere doctrinae, idemque in perſcrutandis Scriptoribus ſagaciſſimus, quod alii Commentariorum ope vix aſſequuntur, praeſtare per ſe facile poſſit.

Ceterum iniquus ſum, niſi meritam clariſſimo editis doctrinae monumentis Viro, *Petro Danieli Huetio*, gratiam, quantum in me eſt, rependam: qui cum, ob praeſtantem eruditionis & ingenii famam, Delphini quoque inſtitutioni fuerit praepoſitus, in his etiam promovendis elucubrationibus operam non mediocrem poſuit.

(*h*) Huic tamen, velut fundamenti loco, *Gruterianam* fuiſſe recte monet *Schwarz.* Diſſert. ad *Mamertin.* Maxim. p. 6. ARNTZEN.

Praefatio Ed. ſecundae Baunianae, 1728.

Reverendiſſimo Patri,

IO. BENEDICTO IOANNELLO,

Ex Ordine Praedicatorum, *S. Palatii Magiſtro*,

TYPOGRAPHVS. (*i*)

Inter gratulantium officia, quae Te undique circumſtant, REVERENDISSIME PATER, noli tenuem hominem contemnere, qui, qua una ratione poteſt, ſuum in Te ſtudium, & obſervantiam publice teſtatur. Si cui iuſta eſt in Tuis dignitatibus laetitiae cauſſa, ea certe Typographis iuſtiſſima eſt, quorum induſtriam, cum Bibliothecae Caſanatenſi praeeſſes, tam benevole animaſti, ac bene ſperare iuſſiſti. Facit hoc porro ad immortalem ſapientiſſimi Pontificis, BENEDICTI XIII., gloriam, ut ſaeculo appareat, eorum fortunas promoveri, qui rem litterariam promoverunt. Nunquam ſane Chriſtiana religio detrimentum capiet, donec erunt, qui librorum curam ſuſcipiunt: & hi quidem tamdiu erunt, quamdiu Pontifices, rerum Domini, illos non praeteribunt. Te vero quis eſt unus in Italia tota, qui maiore cura hoc in genere verſatus ſit; qui plures libros tractarit, excuſſerit, cognoverit? Neque tamen interim graves diſciplinarum exercitationes omiſiſti: qua de re multa dicerem, ſi poſſem ultra crepidam. Quod attinet ad rem praeſentem; habes, quid me in primis moverit, ut Tibi volumen hoc nuncuparem. Quamquam ſi nihil aliud quam Virum quaeſiſſem, qui de eius praeſtantia recte iudicaret, attamen Tuum illi nomen appoſuiſſem, atque hinc potiſſimum auſpicia duxiſſem. Tu, ſi priſtinam humanitatem, & facilitatem in iſto faſtigio retines, (cur autem non retineas?) voluntatem erga Te meam non improbabis. *De-*

(*i*) Is eſt *Bartolomaeus Iavarina*, qui Venetiis *Baunii* Ed. repetiit, additis etiam *Schwarzii* in *Pacatum* Obſervationibus, quas ſuae Ed. Pater meus inſeruit. Edidiſſe autem iterum videtur, quia prior Ed. *Pariſina* A. 1677. admodum erat rara, cuius novam optabat *Fabricius* Bibl. Lat. T. II. p. 773. hanc tamen ſecundam ignoravit *Vogtius* Catal. libror. rar. p. 5‧3. ARNTZEN.

Dedicatio Cellarii, 1703.

Illuſtriſſimo Domino,

D. DANIELI LVDOLPHO,

LIBERO BARONI DE DANCKELMAN,

Potentiſſ. Regis Boruſſiae Conſiliario Status intimo, Reique militaris Commiſſario generali. & Fridericianae Academiae Curatori ſupremo,

S. D.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

Solvo tandem, quod debeo, neque vero, dum ſolvo, Tibimet debere deſino. Tanta enim Tua ſunt in me merita, ut ſolvere aliquid, ſi ita interpretaberis, gratias agendo poſſim; exſolvere neque poſſim, quamquam velim: neque velim, ſi vel maxime poſſim, ne umquam Tuus eſſe deſinam, ſolutus nexu beneficiorum. Nemini enim libentius debeo, quam Tibi, Maecenas benigniſſime, qui ab eo tempore, quo naſcebatur Fridericiana, in primis aulae Regiae exſtitiſti, qui ſtudia mea tuebantur, &, ne ſine praemiis eſſent, a munificentiſſimo Hercule Muſageta (ut cum *Eumenio*, cuius bona pars huius libri eſt, loquar) impetrarunt. Quanto in pretio politiores litteras habeas, quibus ipſe imbutus es mirifice, multis & certis ſignificationibus declaraviſti. Eo valent cohortationes Tuae, quibus me ſaepius memini excitari, ut pergerem ad omnem elegantiorem eruditionem, praecipue ad nobilem dicendi facultatem, adducere iuventutem. Laetor eſſe Viros egregios, qui haec noſtra ſtudia ex aequo & vero aeſtiment: quorum ego iudicio confiſus contemptores elegantiorum litterarum contemno ipſe, & parvi facio. Fecunda eſt eloquentia: in varios ſe uſus in republica diffundit, quorum praeſtantiſſimus omnino eſt, qui in laude Regum, atque Principum verſatur, quo argu-

mento ut nullum eſt nobilius, ita nec aliud plus fructuum ad publicam fert omnium utilitatem. In hoc enim magnis meritis gratias, quas debemus, agimus: in hoc maieſtatem veneramur Imperantium, & obſequium ipſis noſtrum declaramus: hoc etiam docemus, quantum caeleſtis bonitatis munus ſit bonus Rex, ſeu Princeps bonus, & quam arta connexione illius ſalus cum publica ſit coniuncta. In quo genere officiorum, ſi quod umquam, Conſtantinorum ſaeculum, ſeu quod a Diocletiano ad Theodoſium pertinebat, cupidiſſime laboravit, ut praeter multos, qui perierunt, duodecim Panegyrici, quibus Auguſtorum, atque Caeſarum virtutes, atque amor reipublicae praedicantur, illuſtri ſunt documento. Cuius demiſſiſſimi ſtudii quum ſimillimam, ac multis partibus veriorem nobis materiam potentiſſimi Regis Boruſſiae, multum clementiſſimi Domini noſtri, Auguſta Domus praebeat; non ab re, ac officio me puto facere, quod nitidiſſimas orationes illas, quae a longo tempore in Germania, & alibi ceſſarunt publicari, in lucem denuo, non nihil curis noſtris illuſtratas, produco, & iuventuti noſtrae legendas, & imitandas commendo. Quod opuſculum, ut vides, auſpicio illuſtriſſimi nominis Tui emitto, ut et ipſum commendabilius auctoritate Tua ſit, & quantum Tibi debeam, publice dilaudet, atque praedicet. Accipe ergo, qua ſolitus es, benevolentia, quos offero, Panegyricos, & me tueri, ac ſtudiis favere meis pro more Tuo perſevera. D. Halae, Idibus Martiis CIƆIƆCCIII.

Eiusdem Praefatio.

Panegyricos veteres, diu deſideratos in Germania, in lucem publico uſui reſtituo. Prodierant quondam cum variorum adnotamentis iterum iterumque: tandem etiam ſine illis adnexi *Plinianis* Epiſtolis, quae cum *Auguſti Buchneri* obſervationibus edebantur: ſed nec huius libri exempla per multos adhuc annos invenire licuit. In Gallia *Iacobus de la Baune*, anno CIƆIƆCLXXVI., etiam publicavit: verum id pretioſius opus eſt, etiam rarius in oris noſtris, quam ut communi utilitati ſufficiat. Nec vero ſine damno eruditionis his orationibus iuventus, quae ad elegantiorem doctrinam inſtituitur, carere poteſt, aut earum artificium ignorare. Fuerunt quidem Principes, inter Romanos etiam, qui ſibi dicendos Panegyricos magnopere deprecabantur: quemadmodum *Aelius Spartianus* de Peſcennio Nigro cap. XI. refert, quum quidam Imperatori facto Panegyricum recitare vellet, dixiſſe ei: *Scribe laudes Marii, vel Hannibalis, vel alicuius ducis optimi, vita functi; & dic, quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. Nam viventes laudare irriſio eſt, maxime Imperatores, a quibus ſperatur, qui timentur, qui praeſtare publice poſſunt, qui poſſunt necare, qui proſcribere: ſe autem vivum placere velle, mortuum etiam laudari.* Quem & Alexander Severus ſe-

ſecutus eſt, de quo *Lampridius* in Vita cap. XXXV. prodidit: *Oratores, & Poetas, non ſibi Panegyricos dicentes, quod exemplo Nigri Peſcennii ſtultum dicebat, ſed aut orationes recitantes, aut ſacta veterum, libenter audivit.* Haec quidem modeſtiae non mediocris prae ſe nomen ferunt, cuius laudem nec Alexandro invidemus; quamquam & alia humilius ille, quam Principis perſonam decet, feciſſe perhibeatur: de Nigro autem dubitamus, qui ſi fuiſſet talis, qualis, quum haec diceret, videri ipſe voluit, non praeter fas imperium Romanum adfectaſſet. Nec omne laudandi ſtudium eſt irriſio, ſed laudatio malorum, aut a lucri cupidis facta, non cauſſa obſequii, ac venerationis. Eo valet, quidquid huius rei eſt, ut de laude Principum recte & ex aequo iudicemus. Non habet vir bonus, multo minus Princeps bene meritus, quod omnem laudem ſuarum rerum defugiat, quia haec ipſa virtutis comes eſt, & ita praemium laboris, & honeſtatis, ut ſimul incitatrix ſit ad res maiores cum ſuſcipiendas alacriter, tum peragendas conſtantiſſime. Virtutem tollat neceſſe eſt, qui laudem omnem, & gloriam removeri velit: eique metuendum, ne in *C. Plinii Caecilii* cenſuram incidat, qui ad indignitatis conſcientiam, non ad modeſtiae virtutem refert. *Poſtquam*, inquit, *deſiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.* Adulatio reiicienda eſt, non illa comes indivulſa virtutis, & meritorum. At, aiunt, nec vacuos hos Panegyricos ab adulatione eſſe. Non diffiteor ineſſe huius rei aliquid: nec tamen omnium eſt par & aequalis ratio. *Mamertinus* ille ſenior non poteſt excuſari, Maximianum Herculeum, Principem male moratum, etiam Diocletianum ſupra modum mortalitatis extollens. Moderatiores ſunt *Eumenius*, atque *Nazarius*: & *Drepanius Pacatus*, ut ſtili concinnitate propius accedit ad antiquos, ita etiam inter hos maxime a nimia ſibi temperat laudatione. Qui ſunt ordine medio, aut etiam incerto nomine, non abſtinent quidem *Divinum* aliquid, aut *Numen* de Imperatoribus dicere: ſed vel ſolito illuſtriores tralationes ſunt, vel temporum illorum conſuetudo, qua, quae olim conſecrationis fuerant, tamquam maieſtatis dignitatem honoremque retinuerunt, etiam quum Chriſtianis iam ritibus Imperatores publice addicti eſſent: cuius vel ille Pontificatus Maximus Gratiani, de quo in Panegyrico eſt, argumentum eſt luculentiſſimum. Itaque omnino boni Principes laudandi ſunt, ut gratias illorum meritis agamus, noſtrumque ipſis oſtendamus obſequium. Si quid nimium in laudibus videatur, excuſari exempli utilitate poteſt, quia, quales eſſe debeant, etiamſi non omnes ſint, laudando admonentur: &, qui ſunt tales, confirmantur gratulando: etiam futuri diſcunt, quos ſe olim Principes praeſtare Reipublicae debeant. Neque enim noſtrum ſaeculum, nec facile ſuperius ullum, tam ſterile virtutum eſt, ut non bona etiam exempla ferat, in quorum laudibus Orator cum fide, ac ſine adulatione verſetur. Habet noſtra Germania omni laude dignos: habet Auguſta Domus Boruſſo Brandenburgica, quos per ducentos annos & amplius, non interrupta ſerie, laudationibus publicis digniſſimos oſtentet Quas enim ſingulas laudum Gentes aliae poſſident, eae in noſtra Regia certatim omnes conſpirant, & conveniunt,

niunt; virtus tamquam ingenita; ſapientia ex litterarum ſtudiis nata: felicitas bellica tot triumphis ſplendidiſſimis Orbi approbata: quibus quod tandem apex Regius acceſſit, nihil in laudis argumento eſt, quod non Domus Regia quodam iure ſuo, & meritorum magnitudine ſibi vindicet. Eant nunc novatores, & erubeſcant, qui eloquentiam contemnunt, quaſi ſtudium vanum, & adulationibus plenum, inimicum veritati, & ſapientiae! Si qui ſunt fortaſſe, qui adulatorie laudant, cum iis nullum nobis commercium intercedere profitemur. Fingant ſibi, quibus vetera ſordent, minutas concluſiunculas, & in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, ſine apparatu, ſine honore, paene dixerim, ſine ingenuitate: nobis tamen antiquiora placent, quia probatiora conſenſu ſapientum ſunt. Et licet nec praeſentia in aliis ſcientiis faſtidiamus, nec nova ſuſpecta habeamus omnia, in dicendi tamen facultate antiquitatem praeferendam eſſe utique cenſemus. Vere Auctor Dialogi de Oratoribus, cauſſam corruptae eloquentiae in inopia ingeniorum eſſe negat, aut in ſola deſidia iuventutis; ſed inſcientiam eſſe praecipientium, & *oblivionem moris antiqui.* Sunt nobis *antiqui* illi M. Cicero, ſed in alio multiplici argumento, quam quod hodie principatum obtinet; fuit in noſtro *Plinius Secundus*; ſed huius Panegyricum cum Epiſtolis interpretati ſumus: ſunt tandem, quos nunc edimus, Auctores Panegyricorum, qui formam, modum, indolem laudandi cum varia, & recondita eruditione, eloquentiae omnino neceſſaria, arcana praecipue hiſtoria, praeterita ab aliis, ſuppeditant.

Pataroli Praefatio, 1708.

Panegyricae Oratorum veterum Orationes toties eruditorum hominum recenſione caſtigatae, ac Notis illuſtratae in hunc uſque diem prodierunt, ut inconſulte agere videatur, quisquis iis evulgandis manum rurſus admoveat. At vero, cum ex tot Editionibus nulla ſatis omnino caſtigata prodierit, cumque ex ſingularum inter ſe collatione non citra ſpem ſit, perfectiorem aliam, &, ſi non optimam illam, ipſi tamen proximam emendationem abſolvi poſſe, factum hinc eſt, ut noviſſimam earundem Orationum editionem aggredi non dubitarim. Huc accedit, quod, cum in iisdem perlegendis non pauca proprio Marte, variis temporibus, adnotaverim, lucis fortaſſe non parum locis pluribus afferentia, *intemperantis* eſſe arbitratus ſum, ut olim a *Tullio* dictum, ſcripſiſſe quondam, quod modo velim occultari. Vt autem potiori quodam iu-

iure in attritam aliis arenam, ſecuriorque deſcenderem, quandoquidem eadem, iisdem omnino numeris repetita, faſtidium pariunt, & crambem recoctam ſapiunt, illud hiſce in Panegyricis exhibendis iter mihi inſtituere libuit, quod antehac a nullo ſuſceptum ſciam, ut, quidquid levioris notae de meo prodit, non iniucunda editionis novitate Lectoribus exhibeatur.

Primo igitur, caſtigatae lectionis ſerio comparandae gratia, plurimos non unius ſaeculi impreſſos Libros diligentiſſime inter ſe contuli, tum *Plinianae* Orationis, cuius quidem uberior Editionum copia prodiit, tum reliquarum. Praecipuae vero, quibus uſus ſum, Editiones, ne ſingulas hic longa & inutili mora referam, fuere, praeter *Cuſpiniani* illas, ac *Rhenani*, Venetamque multum depravatas, Antverpienſis Anni 1599., Genevenſes duae, altera A. 1638., altera A. 1663., Pariſienſis prima A. 1655., Pariſienſis altera A. 1676. in uſum Sereniſſ. Delphini, ac nuperrima Cl. Viri, *Chriſtophori Cellarii*, quae A. 1703. Halae Magdeburgicae prodiit. Hiſce omnibus coniecturas pariter addidi, variasque lectiones, quas, laudatorum Codicum auctoritate firmatas, ex profeſſo produxere, primum *Antonius Schonovius*, ac *Theodorus Pulmannus*, mox *Valens Acidalius*, & *Conradus Rittershuſius*. Praeterea nonnullas etiam ex *Franciſco Modio*, Lection. Nov. ant. Epiſt. 25. ac *Iuſto Lipſio* Epiſt. Quaeſt. lib. I. II. ac III. Epiſt. ultima deſumptas. Praeter impreſſa exemplaria, MSS. etiam Codices adhibere praecipuus conatus fuit; primo nimirum unum D. *Marci* Bibliothecae in Vrbe noſtra, favente mihi eiusdem Praefecto, doctrina pariter, atque humanitate excultiſſimo, *M. Antonio Madero;* inde vero tres Romae in *Vaticana* exiſtentes, quorum plurimis in locis collationem, non mediocri labore abſolutam, benignitate maxima ad me transmiſit praeclarus ille literarum & literatorum amator, celſaque indole, ac tum virtutum, tum nobilitatis laudibus aeque clarus, Ill. ac Reverend. D. *Dominicus* Abbas *Paſſioneus*, cuius tam pronum, & optimum in me ſtudium memoria colam ſempiterna. Rurſum nonnullis etiam locorum aliquot obſervationibus uſus ſum ex *Ambroſianae* Bibliothecae, quae Mediolani eſt, Codice MS., quarum mihi copiam fecit Vir omni laude dignus, P *Petrus Franciſcus Torniello*, C. R. Congregationis e Somaſcha. Ex ſingulis igitur modo relatis, tam impreſſis, quam manu exaratis, lectiones eas hauſi, (*l*) quibus caſti-

(*l*) *Schwarzius* in Differt. ad *Mamertin.* Maximian. p. 6. tradit, nuſquam indicaſſe *Patarolum*, ubi, & unde quaedam loca ex his Codd. correxerit, in quo tamen Virum Cl. fefellit memoria; quaedam enim indicavit, ſed adeo parce, ut ne in locis quidem difficilioribus de ſuis MSS. meminerit; adde *Iaegerum* infr. in Praefat. De hac *Pataroli* negligentia eo iuſtior eſt conquerendi cauſſa, quo magis ex quibusdam variantibus iure colligo, egregiam locis adſectis medicinam ferri potuiſſe. Maiorem certe ab Eruditis gratiam tuliſſet, ſi, omiſſis aliis, integram Codd. illorum collationem exhibuiſſet, quae his in terris non niſi difficillime comparari poterit, cuiusque accipiendae ſpe ipſe deſtitutus fui. Vide enim, quam liberalis in horum Panegyricorum curam fuerit *Patarolus.* Ex tribus *Vaticanis* tres tantum lectiones protulit; apud Incertum Conſtantin. 2. 2. *metu*, & 8. 3. *qui eruptionem tentaverant.* apud *Nazarium* 32. 4. *accedunt.* Ex Cod. D. *Marci* ſeptem: in *Mamertini* Genethl. 13. 3. *omnino vacent*, & 15. 2. *ecce.* in *Eumenio* Conſtantio 18. 2. *vanis,* Conſtantin. 6. 4. *ex aequo*; Grat. act. 6. 4. de pago Arebri-

gno;

caſtigatiſſima pro viribus prodiret editio; ut, quae, pluribus in Libris diſperſae lectiones, electae quaſi viluerant, ex illis demum derivatae, atque in unum collectae maximae ſtudioſi Lectoris praeluceant utilitati.

Secundo Commentarium ſubieci, ſeu Notas, easque tam mere Criticas, quam etiam Hiſtoricas, & cuiuscunque alterius generis, prout opus fuit, ſive nimirum ad varias lectiones exhibendas, ac perpendendas; ſive ad enodandam, illuſtrandamque ſententiam, puta, obſcurius dicta explicando, temporum hiſtoriam, Principumque res geſtas ex Auctoribus depromendo, mores veteres, & ſimilia proferendo, Provinciarum, Populorum, Vrbium antiqua nomina cum novis reddendo, &, ſi quae alia ſe ſe obiecerint, aut difficilia, aut non obvia, hauſtis ex proprio eruditionis fonte adnotationibus, explicando. Quotiescunque vero aliorum Commentariis ſatisfactum locis elucidandis novi, ipſa eorundem Auctorum verba referre malui, ſervato etiam illorum nomine, cum ſit, teſte *Plinio* Nat. Hiſt. lib. I. Praef. *benignum, ac plenum ingenui pudoris, fateri, per quos profeceris.* Eam idcirco operam dedi, ut Interpretes omnes, & Criticos, qui Orationes haſce illuſtrarunt, diligenter expenderem, atque inter ſe conferrem; e quibus inſpecti ſunt mihi praecipue, ad *Plinium Io. Maria Catanaeus*, *Hermandus Rayanus*, *Dominicus Baudius*, *Iuſtus Lipſius*, cuius non ſolum integrae Notae extant, ſed & nonnulla adnotata, Epiſt. Quaeſt. lib. I. cap. 15. P. *de la Baune*, & *Chriſtophorus Cellarius*; ad reliquos autem fere *Ioannes Livineius*, *Ianus Gruterus*, *Franciscus Iuretus*, *Claudius Puteanus*, *Valens Acidalius*, P. itidem *de la Baune*, & *Cellarius* ſupra relati; praeterea ad *Eumenium* pro Scholis inſtaurandis *Franciscus Balduinus*; ad *Pacatum Balduinus* idem, &, qui nonnulla adnotavit, *Adrianus Turnebus* Adverſ. lib. XXVII. cap. 2. (utinam Orationis illius Editionem, etiam a *Scheffero* vulgatam cum Notis, a me fruſtra perquiſitam, videre contigiſſet!) ad *Auſonium* vero *Elias Vinetus*, *Ioſeph Scaliger*, & alii plures, quorum adnotationibus editionem ſuam *Iacobus Tollius* concinnavit. Et quoniam Nummorum auctoritate plurima ſaepius confirmantur, Hiſtoria vero maxime, & ſupra quam dici poſſit, illuſtratur, idcirco

Tertio ad opus perficiendum Numiſmata etiam addidi, eaque duplicis generis; alia nempe Imperatorem, cui Oratio dicta, caeterosque, ſeu ex Imperatoria familia, ſeu ad eandem ſpectantes, in Oratione ipſa nominatos, exhibentia, haecque cuilibet Panegyrico propria tabella praefigi curavi; alia tum locos aliquos Orationum ipſarum, tum Notas explicantia, & confirmantia, quae maioris commodi gratia ad calcem operis ſeponere placuit (*m*). Quibus tamen exhibendis praeſtantiora tantum, nec ipſa ſingula, ſed unum aut alterum ſelegi, ne libellum non ſua materia infarcire magis videar, quam ornare. Quar-

gno; Incerto Conſtantin. 14. 4. *tantum*, & 21. 3. *praetendunt.* Ex MS. *Ambroſiano* ne unicam quidem dedit. Hoc ſcilicet eſt Codd. *uti*, & ex illis *lectiones haurire*, *ut caſtigatiſſima prodiret editio!* ARNTZENIVS.

(*m*) Quare quaedam ipſe exprimenda curavi; reliqua ex ipſius *Pataroli* ratione omiſi. ARNTZEN.

Quarto tandem Orationibus ſingulis Italicam interpretationem adieci, quod, hactenus a nullo praeſtitum, non iniucundum literatis Viris fore duxi, ſi tandem exhiberetur *Plinianae* quidem tantum quadruplex antehac, quod ſciam, prodiit interpretatio. Prima nempe Senis, auctore *Petro Conone*, ut me docuit maximum illud literariae Reipublicae decus, Sereniſſ. M. Ducis Hetruriae Bibliothecarius, *Antonius Maliabechius*. Secunda Romae A. 1628. auctore *Hieronymo Vbaldino de Malavoltis*, cuius etiam editionis copiam idem mihi citatus, Vir egregius, *Maliabechius* liberaliſſime fecit. Tertia, & quarta Venetiis; illa A. 1686. auctore P. *Auguſtino de Lengueglia*, C. R. Congreg. e Somaſcha; haec A. 1688. auctore *Gyneſio* Abbate *Soderino*, Patritio Veneto. Reliquarum autem Orationum nullam certum eſt uſquedum in linguam noſtram tranſlationem ne tentatam quidem, non ſine aliqua ipſarum iniuria, & pudore quodam Literarum. Quid enim? cum omnia fere tam Graecorum, quam Latinorum cuiuſcunque generis opera in linguam noſtram tranſlata fuerint, non & parem merebantur Orationes iſtae, ut in eandem verterentur, laborem impendi; cum nuper etiam Gallicam interpretationem fuerint adeptae, ſtudio Cl. Viri, D. *de Tilladet*, Regiae Scientiarum Academiae Pariſienſis Socii? Provinciam igitur alacrior ideo ſuſcepi, quod non mediocriter gratum futurum credidi, ſi, hiſce quibusdam veluti Coloniis adiectis, Italica Literarum Reſpublica augeretur. Neque hic diffitear, diu me multumque dubitaſſe, an, *Pliniana* Oratione praetermiſſa, reliquas tantum Italico ſermone donatas exhiberem; ne poſt quatuor illas, easque optimas, Interpretationes alteram ipſe proferrem, inani forte conatu. Vt tamen & ipſam publici iuris facerem, illud me confirmavit, quod eam noverim, non multis abhinc annis, etiam a pluribus Galliarum doctis Viris in patrium ſermonem tranſlatam fuiſſe. Praeſtiti ergo; at non aemulandi ſtudio, ſed ad quoddam decus operis, & complementum. Cur enim, dum reliquis abſolvendis haud mediocrem operam contuliſſem, non & *Plinianae* pariter inſudarem, ut ſingularum non divulſa Orationum ſeries continua methodo, parique ſtylo, & quidem ab aliis vario, nam ſuo quisque gaudet, exhiberetur? Et ſane a nonnullorum interpretandi genere alienam mihi rationem inſtituere conatus ſum; ut non modo Auctoris ſententiam, ſed verba ipſa, numerosque Orationis omnino redderem, nec, quotiescunque Italicae linguae proprietas, ac decor non ſecus iuſſerit, ab hoc unquam inſtituto procul abirem. Cur etenim aliter Latina verba reddenda ſint, ſeu diſtorta ſententia, ſeu ſubverſa membrorum methodo, ſeu adiectis ex libidine verbis, & inani quadam paraphraſi, qui mos quorundam eſſe ſolet, oppleta potius, quam illuſtrata periodo? Ideo ipſa quoque ſchemata, orationisque lepores reddere ſtudui, non coacte tamen, nec violente, ipſamque membrorum diſtinctionem pro viribus tueri; nam ſecus facere, meo iudicio, & modicae fidei eſt, & nullius in Auctores illos reverentiae, quorum ſcripta vertuntur. Quod ſi tamen interpretationis huiusce meae decurſu aliquis fortaſſe locus occurrat, vel non germane, vel durioribus verbis, aut minus prona aptaque ſententia redditus, veniam ipſo hoc in limine poſtulo, quam conſecuturum me non deſpero, quoties ex-

 pen-

pendant Lectores barbara verba, obſcuraſque ſententias, quae non tam raro nonnullas ex hiſce Orationibus nimis faedant. Nam, ut res eſt, *Plinianam* unam ſi excipias, quae & ipſa tamen ſuos patitur manes, & unam, aut alteram *Eumenii*, reliquae omnes fere, immane dictu eſt, ſed quilibet ex ſe ſatis agnoſcet, quantum mihi nonnunquam in interpretando negotii, ac difficultatis obiecerint, propter minus puram Latinitatem, quae ſententias ipſas ſaepe non obumbrat modo, ſed & obſcurat; cuius quidem rei duplex eſt cauſa; primo, quia germanum illud Latium tunc temporis iam pene totum perierat; deinde, quia omnes fere Auctores illi non Latini, ſed Barbari fuere, ut nonnulli etiam de ſe teſtantur, quibus nimirum non patrio ſermone loquendum erat, & Latinus ſermo omni cum labe, qua tunc ſcatebat, minus idoneis verborum iudicibus pertractandus.

Haec ſunt, mi Lector, quae Te volebam praenoviſſe, antequam ad legendum opus accederes, ut, inſtitutae mihi methodi conſcius, lubentius lectionis iter, quod praemonſtraverim, occupares. Antequam vero praemiſſa haec, quaecunque ea ſint, abſolvam, cohibere me ſilentio nequeo, quin honoris cauſa Viros egregios, meique amantiſſimos nominatim recenſeam; *Thomam Catanaeum*, *Apoſtolum Zenum*, *Petrum Durli*, *Ioannem Campelli*, *Io. Antonium Aſtorium*, ſingulos editis iam monumentis Literatorum albo commendatos; ipſorum enim non iudicio ſolum, ſed & non ſemel collata opera fiſus, ac fultus laborem hunc meum qualemcunque publici iuris facere minus dubitavi. Quod quidem palam fieri verbis meis ipſis volui, gratum futurum pro certo ſciens & iis ipſis modo relatis, & Lectoribus meis; nam nec illi in me grati animi confeſſionem, nec iſti ingenuitatis fidem deſiderabunt.

Prae-

Praefatio Ed. ſecundae Pataroli, 1719.

LECTORI

TYPOGRAPHVS. (*n*)

Cum Panegyricarum Orationum veterum Oratorum, adiectis Italica interpretatione, ac Notis a Cl. Viro, *Laurentio Patarol*, Editionem alteram moliri meditarer, praefatum Auctorem huiusce monui conſilii mei, rogans inſuper, ut, ſi quid haberet, quo opus hoc illuſtrarem, illud mihi lubenti animo largiri non renueret. Morem geſſit Vir humaniſſimus; quinimmo a me enixe petiit, ut tantisper librum praelo committere differrem, donec priorem ipſe Editionem, quae typis meis pariter A. 1708. prodierat, ſedulo, prout voti ſui erat, navata opera caſtigaret. Quid novi igitur ex eiusdem Auctoris munere acceſſerit, Lector, paucis accipe. Primo quidem, Orationes ipſas a plurimis, quibus, ſeu ex incuria, ſeu quacunque alia ex cauſa, ſcatebant mendis, ſatis, quantum ſpero, a prima ad ultimam repurgatas accipies. Secundo vero, Italica earundem Interpretatio elaboratior multo prodibit; utpote cui in melius reformandae non modicam, &, quantum ſuarum virium fuerit, integram diligentiam, atque ſolicitudinem Auctor idem contulerit. Tertio tandem, non paucis additis Adnotationibus, totum opus locupletius invenies; queis omnibus optimae eruditorum hominum humanitati, qua priorem Editionem ab iisdem exceptam fuiſſe animadverti, in hac altera uberius, ut congruum erat, paria fiant. Hocce tum meo, tum Auctoris in Te ſtudio fruere, benigne Lector, & vale.

(*n*) *Nicolaus Pezzana*, qui Venetiis eam edidit, repetitam illic iterum A. 1743. in *Pataroli* Opp., forma, quam quartam vocant, una editis. ARNTZ.

Iaegeri Praefatio. (*o*)

Scriptoribus priſcis accurate recenſendis, & interpretandis tantum temporis & operae Viri docti, iique permulti, impenderunt, ut omnia iam praecepta eſſe, omnesque hac in re labores fruſtra & temere ſuſcipi non nullis videantur. Quae ſententia, licet prope abſit a veritate, tamen non poteſt ita prorſus probari, ut, in magna copiarum affluentia nobis aliqua deeſſe, & non omnes omnino Auctores veteres pari fortuna uſos eſſe, non agnoſcamus. Inter eos, qui fere neglecti adhuc iacuerunt, ſunt profecto Panegyriſtae illi, & laudatores Principum Romanorum, qui, a Diocletiani inde aetate usque ad tempora Theodoſii, ingenii & facundiae laude ad *Ciceronem*, ac *Plinium*, & ut quisque illis eſt proximus, adſpiraverunt. Obfuit, puto, Oratoribus his iudicium eorum, qui, cum illos a vera loquendi norma interdum recedere, & levibus, atque inanibus ſonis ludibria quaedam excitare viderent, parum ſibi placere maculoſum iſtud & argutulum genus dicendi oſtenderunt. Verum hoc non debet eo valere, ut legendis Scriptoribus hiſce ſtribliginis, & ineptiarum contagione contaminari arbitremur. Nam praeter quam quod optimum quemque ad imitandum ſibi propoſuerunt, ipſi ab ingenio, artibus, doctrinis adeo fuere inſtructi, ut iure ac merito ſtudioſis eloquentiae & humanitatis ab idoneis harum rerum arbitris commendentur. Veriſſime de iis iudicat *C. F. Mullerus*, A. M. & Biblioth. Acad. Wittenberg. Cuſtos, litteris acerba morte ereptus, in praeclara Diſſ. de *Pacati* Panegyrico ad *Pliniani* exemplum formato, p. 7. ſqq. *Ingenio nullus eorum caret: eſt autem illud vel iudicio deſtitutum, vel Auguſtei ſaeculi elegantia minus excultum; vel, cuius luxuries ſtilo non ſatis depaſta ſit, vel exercitatione umbratili nimis coarctatum, vel corruptum ſervitute. — Nec tamen iſtis Panegyricis ſuae deſunt virtutes: quarum in gratiam ſaeculi naevos illis condonari par eſt. Abundant enim deſcriptionibus, bellorum ac praeliorum in primis, quamvis longioribus, elegantibus tamen: abundant ſententiis vere ſublimibus: abundant acumine: — gaudent multarum rerum feli-*

(*o*) Collatos ad Codd. & Edd. Panegyricos edidit Vir Clariſſ. Norimberg. 1779. duobus voluminibus, quorum utrique Praefationem praemiſit. Alteram Tomi I., in quibusdam mutatam, repetiit ante Adpendicem Obſervationum ad Panegyricos veteres, Norimberg. & Altorfii 1790. eamdemque hic exhibeo; alteram Tomi II. omiſi, quia praecipue *Pacatum*, & *Corippum*, quem adiunxerat Vir Cl., ſpectat. Quae vero in utraque leguntur *Schenckii* emendationes, ſuo loco Notis inſerendas curavi. ARNTZENIVS.

liciter expreſſa ſimilitudine: floribus nitent: luminibus ſplendent: ipſam denique ſonantiorem illam Virgiliorum dictionem, ſi a numero diſcedas, germanam non raro nobis repraeſentant. Quae omnia, etiam ſi modum excedant non numquam, ad illiciendum, captandumque lectoris animum vim habent praecipuam. (*p*)

Affulgebat olim ſpes aliqua novae, praeſtantiſſimaeque Editionis horum Panegyricorum, cum curam eorum ſuſcepiſſet C. G. *Schwarzius*, qui, praeter inſignem litterarum ſcientiam, Codicem MS. habebat perantiquum, & egregium, (*q*) cuius ope multis locis utriusque Orationis *Mamertini*, ſenioris, & *Drepanii* medicinam attulit. Sed cum aliorum laborum varietate, & multitudine, tum praecipue ſtudio in Panegyricum *Plinii* collato, diſtrictus, ante exceſſit e vita, quam exorſa detexuiſſet. Poſt eius obitum Codex ille poſſeſſorem ſortitus eſt virum ſumme venerabilem, *Io. Sigiſm. Moerlium*, Antiſtitem Rev. Miniſterii Norimbergenſis, & Profeſſorem primarium, cui ſacra, & litterae inſignia commoda & incrementa debent, & cuius tanta in me propenſae voluntatis benevolentiaeque documenta exſtant, ut nullo umquam erga eum officio mihi ſatisfacere poſſim. Is mihi, aliquot abhinc annis, & illius MSCti, & aliorum praeſidiorum, in quibus ſunt adnotationes adhuc ineditae B. *Schwarzii*, copiam fecit, atque auctor exſtitit novae Panegyricorum editionis adornandae, in qua ſi ita verſatus eſſe videbor, ut non ſit, quod vel illum conſilii, vel me obſequii poeniteat, ſatis me pro labore pretii tuliſſe putabo.

Ope-

(*p*) Adde, ſis, *I. G. Walchii* Diatr. de Orat. Paneg. vet. in Parerg. Academ. & *Iagemann*, V. C. *Geſch. der fr. Künſte und Wiſſenſch. in Italien*, T. II. IAEGERVS. *Schwarzius* Diſſert. *Mamertini* Panegyrico Maximiano praefixa, §. 1. Digniſſimum eſt, quod addatur, Viri ſummi iudicium in Biblioth. Critic. Vol. II. p 10. *eorum, qui poſtea* (poſt *Demoſthenem*, *Ciceronem*, eorumque aequales) *fuerunt, Orationes lectionem habent magnopere cum utilem, tum iucundam: utilem, quod ex eorum virtutibus & vitiis diſcere licet, quid fugiendum, quid ſequendum ſit: iucundam, quod obſervatio comparatioque exemplorum veterum, quae poſteriores imitando expreſſerunt, rationisque, ad quam imitandi ſtudium compoſuerunt, res eſt plena humaniſſimae voluptatis. Ex hoc genere ſunt Panegyrici Latini. —— Eſt enim in iis habitus eloquentiae labentis quidem, & multis partibus fractae, ſed tamen fulcientis ruinam ſuam ſtudio, & erigentis ſe veterum imitatione. Neque fieri facile poteſt, quin ab eius lectionis initio miremur orationis cum diverſitatem ab illa veterum praeſtantia, tum ipſius inaequalem varietatem. Cuius depravationis cauſſa non, ut vulgo putant, unica fuit libertatis amiſſio: quamquam ea multum valuit, ſed fuerunt aliae complures, — in primis fuit ea, quod Caeſares, quique re publica poterentur, plerumque nec literas alerent, nec conſilia ſua ad humanitatem referrent. Ceterum graviſſima, ſine dubio, peſtis in ipſa hominum inbecillitate latuit. Ita enim natura comparati ſumus, ut optima quaeque longo uſu nobis ſordeſcant, & nova deinceps alia ex aliis cupiamus. —— Ad hanc morum, ſenſuumque labem quum alia peſtis accederet, infelix adulandi neceſſitas, noli quaerere, quae monſtra nata ſint orationum. —— Neque tamen eo valet noſtra diſputatio, ut his Panegyricis nullam laudis partem relinquamus —— Nam etſi ea aetate florerent, qua & libertatis ſpiritus defeciſſet, & ipſa eloquentia cum in rerum iudicio, tum in verborum delectu graviter laboraret, habent tamen haud rara verborum ſententiarumque lumina, & nonnumquam felici quodam impetu ad priſcam illam ſublimitatem ſe attollunt, ut iis non ingenium adeo ac doctrina, ſed temporum felicitas defuiſſe videatur.* ARNTZ.

(*q*) Vid. *Schwarz.* Paneg. *Plin.* p. 732. IAEGERVS. Eumdemque in Diſſert., Panegyrico *Mamertini* Maximiano praefixa, §. 2. ARNTZEN.

Operae meae rationem redditurus, quos libros habuerim, quid iis tractandis obſervaverim, & quid in curando hoc negotio ſecutus ſim, explanate nunc ediſſeram. Adſuit mihi

I. Codex ille *Schwarzianus* olim, nunc *Moerlianus*, forma quarti ordinis, ante quatuor, & quod excurrit, ſaecula manu nitide in membranis ſcriptus, qui, praeter Panegyricum *Plinii*, ceteros quoque, quos adhuc habemus, veterum Panegyricos Latinos complectitur, itemque Oratiunculam *Metii Voconii*, Tacito Aug. dictam, quam *Schwarzius* Miſcellan. politioris humanitat. p. 125. adnotatione ſua illuſtratam, addidit. Porro ex libris editis

II. *Panegyrici variorum Auctorum* (ex recenſ. *Io. Cuſpiniani*) *Viennae Pannoniae* 1513. 4. Vid. de huius Editionis praeſtantia Biblioth. Lat. *Fabricio-Erneſtiana*, T. II. p. 428. & *Schwarz.* Paneg. *Plin.* p. 737. (*r*) Equidem ſperaveram, fore, ut etiam facultas conſulendae Editionis *Puteolani*, qua *Schwarzius* uſus erat, (*s*) mihi contingeret. Verum S. V. *Erneſti*, quem hac de re per litteras adii, cum cetera ſatis prolixe reſpondiſſet, negavit, fieri poſſe, ut libri illius, Bibliothecae *Dreſdenſi* nunc illati, uſus extraneis indulgeatur.

III. *Panegyrici veteres.* — *Baſileae, per Io. Frobenium*, 1520. 4. Haec Editio tribui ſolet *B. Rhenano*, qui, cum inter legendum obiter in ſuo exemplo (*Mediolanenſi* ſine dubio *Puteolani*) quaedam adnotaviſſet, quaedam etiam, licet ſine vetuſti Codicis auxilio, & inconſulto exemplo *Cuſpiniani*, reſtituere conatus eſſet, illud deinde petenti *Frobenio* conceſſit. Veriſſima eſſe deprehendi, quae *Lipſius* Epiſt. Quaeſt. L. I. 22. p. m. 153. de hac Editione, non parum vitioſa & depravata, ſcripſit. Et *Rhenanus* ipſe non multum ſibi in hoc negotio tribuit; uti patet ex eius epiſtola ad *Lucam Bathodium.* (*t*)

IV. *XII. Panegyrici veteres.* —— *Io. Livineius* —— *recenſebat, ac notis illuſtrabat, Antverp.* 1599. 8. Textus *Livineii* unde ductus ſit, non plane mihi liquet. Suſpicabar, eum ex *Puteolani* Editione eſſe: ſed illud mihi obſtat, quod in Panegyrico *Pliniano* lectiones *Puteolani*, & *Livineii*, (*u*) a *Schwarzio* commemoratas, non numquam a ſe invicem recedere animadverti. Cum *Rhenano* plerumque congruit; interdum tamen ab eo & in melius, & in peius abit. Vt ut ſit, corruptus eſt certe, & inquinatus multis locis. Sed adſunt etiam permulta, & praeclara remedia, quae *Livineius*, ſoſpitator horum Panegyricorum, in medium protulit. Vtebatur Vir doctiſſimus Codice membranaceo, notae admodum bonae, qui penes ipſum erat; deinde lectionibus, quas e *Bertinienſis* Monaſterii, Audomaropole, ſcripto Codice exceperat *Fr. Modius*, & donaverat magno illi litterarum patrono, *Marco Welſero*,

(*r*) Et in Diſſert. Paneg. *Mamertini* Maximian. praefixa, p. 4. ARNTZ.

(*s*) De hac Edit. *Schwarzius* ibid. p. 4. ARNTZ.

(*t*) Conf. *Schwarz.* d. l. p. 5. IDEM.

(*u*) Etiam in his Panegyricis; quasdam quoque lectiones ſolus habet *Livineius*, quae in nullis Edd. aut Codd. exſtant, quasdam, quas cum eo tantum dedit *Paull. Stephanus*; hae itaque unde ſint ſumtae, mihi quoque non liquet. IDEM.

ro, qui eas ultro & liberaliter ad *Livineium* tranſmiſit; porro, veteribus Schedis, quas *Car. Langius* ad *Frobenianam* lectionem contulerat; denique etiam Editione *Cuſpiniani*, & *Rhenani*. His omnibus diligenter excuſſis, lectiones in margine notavit, quibus textus, quem vocant, permultis locis facili negotio emendatur. Functus eſt etiam officio praeclari interpretis, & docta adnotatione plurimum lucis Auctoribus noſtris foeneravit (*x*).

V. *Plinii Epiſt. & Paneg. cum Comment. Catanaei. Adiuncti ſunt alii ad alios Caeſares Panegyrici, ad fidem vetuſti exemplaris emendati. Exc. Paul. Stephanus* 1600. 4. Quodnam exemplar illud fuerit, quod Editor ſit ſecutus, mihi incompertum eſt (*y*). Hoc vero conſtat, textum *Livineii*, ſi pauciſſima, forte errata operarum, excipias, in omnibus eſſe ſervatum. Quapropter cum leviſſima ſit huius Editionis auctoritas, mentionem eius, in reddenda ſcripturae ratione, intermiſi.

VI. *Plinii Epiſt. — eiusdem Plinii, & Pacati, Mamertini, Nazarii Panegyrici, item Claudiani Panegyrici*, 1604. 12. cum oliva *Stephaniana*. Haec Editio refert in omnibus *Frobenianam*, exceptis erroribus typotheticis, qui duobus, tribusve locis aliquid diverſitatis inducunt. Eſt proinde repetitio primae illius *Stephanianae*, excuſae A. 1591. 12. quae & ipſa ex Editione *Rhenani* expreſſa eſt, ut deinceps videbimus.

VII. *XII. Panegyrici veteres. —— emendati, aucti; nuper quidem ope Ioh. Livineii: nunc vero opera I. Gruteri, praeter quorum Notas accedunt etiam coniecturae Val. Acidalii, & C. Rittershuſii, Francofurti* 1607. 12. Praeſidiis a *Livineio* paratis bene uſus eſt *Gruterus*, textumque, a ſe primum in capita diviſum, infinitis locis pleniorem, ſaniorem, ſpecioſiorem fecit, recipiendis iis lectionibus, quas ille ex ſuis libris enotatas in margine collocaverat. Ad-

(*x*) Praeterea *Livineium* novum ordinem in collocandis Panegyricis tenuiſſe tradit *Schwarzius* Diſſert. ante *Mamertin.* Maximian. p. 6. Is nimirum hic eſt: I. *Mamertinus* Maximiano. II. Eiusdem Genethliacus. III. *Eumenius* Pro inſt. Schol. IV. Incertus Maximiano. V. Incertus Conſtantino. VI. *Nazarius.* VII. *Eumenii* Grat. act. VIII. Idem Conſtantino. IX. Idem Conſtantio. X. *Mamertinus* Iuliano. Sed quod *Gruterum*, & poſteriores hunc ordinem ſecutos eſſe, addit *Schwarzius*, in eo quidem fallitur. *Baunius* enim, & *Cellarius* eum tenuerunt ordinem, quem in hac Edit. ſervavi cum *Iaegero*, tempori convenientiorem. In excerptis vero Cod. *Puteanei* penes me MSS. hic ordo notatur. I. *Incerti Auctoris Maximiano* II. *Incerti ad eundem.* III. *Incerti alius Maximiano.* IV. *Eumenii Oratio pro Scholis inſtaur.* V. *Incerti Panegyricus ad Maximianum & Conſtantinum A. A.* VI. *Incerti ad Conſtantinum Flavienſium nomine.* VII. *Incerti ad eundem.* VIII. *Nazarii ad Conſtantinum.* IX. *Incerti ad eundem.* X. *Mamertini gratiarum actio dicta Iuliano.* Priori autem loco erat *Plinius*, poſteriori *Pacatus.* Additur vero: *in quo Codice habita eſt ratio temporum*, quod quomodo verum ſit, non expedio. ARNTZEN.

(*y*) Mihi per illud *exemplar* intellexiſſe videtur Ed. *Cuſpiniani*, quae ſummae fuit auctoritatis, quare *Cod. Viennenſem* adpellat *Baunius* ad *Mamertin.* Maximian. 3. 3. & Cod. MS. loco eſſe habendam monet *Schwarzius* in Diſſert. ante illum Paneg. p. 4. non paucas enim ex ea lectiones revocavit *Stephanus*, quamvis *Livineio* ſaepe etiam adhaeſiſſe non negaverim. ARNTZEN.

Addidit etiam Notas, quibus lectiones partim vindicantur, partim coniectura reformantur, ſaepe etiam interpretatione explanantur.

VIII. Praeter exemplum huius Editionis, quod in mea ſupellectile eſt, tractavi etiam illud, cui *Gudius*, vel alius Vir eruditus, adſcripſit variantes lectiones, i e. *librum II. Gudianum*, (Vid. *Schwarz.* Pan. *Plin.* p. 732.) quem, qui nunc poſſidet, *Nagelius*, Vir laudibus & meritis de noſtra Academia excellentiſſimus, mihique non uno nomine colendus, impertivit. Lectiones illas cum Codice MS. *Guelferbytano* ita conſentire, ut ex hoc ipſo fonte fluxiſſe videantur, & *Schwarzius* l. c. (z) monuit, & ipſe deprehendi, inſpiciendo exemplari *Cellariano*, in quod *Cortius* lectiones iſtas Codicis *Guelferbytani* retulerat. Exemplaris huius copiam mihi fecit Vir humaniſſimus, *P. D. Longolius*, ſtatione ſua haud ita pridem cum ſumma laude defunctus. Liber *Gud. II.* in quam plurimis quoque congruit cum MS. *Moerl.* & *Putean.* de quo mox dicemus. *Schwarzius* l. c. docet, MS. *Guelferbytanum* mire conſpirare in plurimis cum Codice *Vaticano* n. 3461. Quod ſi ſumas, hunc *Vaticanum* eſſe ex illis, quos *Patarol* ad teſtimonium vocavit, habebis V. Codices unius, eiusdemque ſectae atque familiae, quos in optimis lectionibus ſocios ſaepiſſime invenies. Deſunt tamen in *Gudiano II.* multa, in iisque Panegyricus VIII., quibus neque *Put.* neque *Moerl.* caret. Ceterum in illo exemplo *Longoliano* haec verba *Cortii* leguntur: Barthius *ad Ed.* Stephan. 1591. 12. *haec ſua manu adſcripſerat: Hi Panegg. expreſſi ſunt ex Ed.* B. Rhenani, *omnium peſſima, ideoque ſunt minimae auctoritatis, neque recenſeri, aut allegari tuto poſſunt. Omnino paranda, & legenda eſt Ed.* Gruteri, *& ex doctorum hominum, quae ei inſunt, Notis caſtigandi, & capiendi hi praeſtantiſſimi Scriptores. Primus* Cuſpinianus *(non notiſſimus ille Caeſarum ſcriptor) erexit ſignum ad aeſtimandos hos, cuius operam laudando commendatiorem fecit* I. Lipſius. *Secutus longo intervallo* I. Livineius, *boni, docti, induſtrii caſtigatoris operam iis impendit, cui velut acceſſio iungendi ſunt, quos* Gruterus *coegit.* Haec *Barthius* vere, ac ſapienter.

IX. *XIV. Panegyrici veteres* —— *Pariſ.* 1643. 12. Vid. *Schwarz.* l. c. p. 748. (*aa*) Biblioth. Latin. p. 429. Haec Editio, quae etiam *Pariſienſis prior*, & *Puteani* Ed. nobis vocatur, textum *Gruterianum* ita ſequitur, ut etiam vitia typographica retineat. Praeter Notas variorum Interpretum, exhibet etiam libellum variantium lectionum, ab *Antonio Schonhovio* collectarum, & ad oram *Froben.* adſcriptarum, quas *Cornelius Gualtherus* deſcribi curavit, & *Th. Pulmannus* diligenter exſcriptas ad *Cl. Puteanum* miſit. Hae lectiones cum *Cuſp.* adeo congruunt, ut eas ex iſto exemplo de-

(z) Conf. Patris mei Praefat. ad *Plinii* Paneg. & quae ipſe in Praefat. T. I. p. 3. ARNTZ.

(*aa*) Et Diſſert. ante *Mamertin.* Maximian. p. 6. ARNTZ.

depromtas, & coniecturis mixtas fuiſſe initio ſuſpicarer. Sed non ita eſſe, mox intellexi, cum viderem, *Schonhovium* inferre mentionem *libri Viennenſis, Lipſio* laudati, tamquam diverſi ab eo, quo ipſe uteretur. Is vero liber *Viennenſis* non alius eſſe poteſt, niſi Ed. *Cuſpiniani.* In fine libelli adiecta ſunt haec verba: *III. Non. Aug. Brug. a.* 1436. *A.* Haec ſi ſana eſſent, numquam de Ed. *Cuſpiniani* hic adhibita cogitare debuiſſem. Sed videtur pro 1436. reponendum eſſe 1536. ſi quidem *A. Schonhovius* hanc farraginem collegiſſe credendus eſt (*bb*). Inſunt porro in hac Editione lectiones Cod. *Puteani*; quibus ſubiiciuntur haec: *Romae A. D.* 1571. *menſ. Ianuar.* Ex his mihi fit veriſimile, lectiones has petitas eſſe ex illo Codice *Vaticano* (*cc*), quem cum ceteris huius familiae concinere ſupra monuimus.

X. *XII. Panegyrici veteres. — recenſiti, & illuſtrati a Chr. Cellario. Halae Magdeb.* 1703. 8. Textus eſt *Gruterianus*, exceptis non nullis, in quibus *Cellarius*, partim librorum a *Livineio* collatorum auctoritate, partim coniecturis Virorum doctorum ductus ab eo diſcedit. Adnotatio brevis eſt, docta, uno verbo, *Cellariana.*

XI. *Panegyrici veteres: interpretatione, & Notis illuſtravit Iac. de la Baune. — Venet.* 1728. 4. *Pariſienſem Baunii* editionem, quae A. 1677. prodiit, nullo pacto nanciſci potui; ac proinde hoc Catone debui eſſe contentus. Quia vero ad priorem illam haec *Veneta* expreſſa eſt, *Pariſienſis poſterioris* nomine interdum a me appellatur. Textum *Baunius* ſervavit *Puteani*, ita tamen, ut non modo errores typotheticos emendaverit, ſed etiam meliorem interdum ex coniecturis, vel libris, interdum vero deteriorem lectionem in eum intulerit; ceterum a ſubſidiis Criticis valde imparatus id ſibi negotii datum eſſe credidit, ut explicatione verborum qualicumque, diligentiore rerum, quibus ex hiſtoria & temporum ratione declarandis operam non inutilem navavit, defungeretur; eſtque adeo, ut paucis complectar, unus ex mul-

(*bb*) Recta eſt Cl. *Iaegeri* de anno emendando coniectura, cum anno 1557. mortuus ſit *Schonhovius*, teſte Cl. *Saxe* Onomaſt. Part. III. p. 264. certum vero eſt variantium farraginem *Schonhovii* eſſe, exceptis, quae, aſteriſco notata, ſunt *Pulmanni.* Id indicat littera *A.*, in fine libelli verbis illis addita, qua *Schonhovium* deſignavit *Pulmannus.* Conf quae in capite leguntur, etiam deſcripta in Paterna *Pacati* Ed. p. 169. ipſa enim illa verba Ed. *Frobenianae* adieciſſe *Schonhovium*, & inde *Gualtherum* deſcripſiſſe puto. ARNTZEN.

(*cc*) Haud ſatis dilucide *Iaegerus: Puteani* enim lectiones non ſunt ex ſolo *Vaticano*, ſed in primis ex alio Cod., quem *Veterem* adpellat, & a *Vaticano* ſtudioſe diſtinguit. Quis vero *Vetus* ille Cod. ſit, mihi non liquet. In Notis paſſim laudat *Puteanus* Cod. *Pithoean.*, *Fabri*, nonnumquam etiam *Pulmanni*, & *Bongarſii.* vid. ad Incert. Conſtantin. 19. 2. quare in coniungendis variantibus cum Ipſius Notis, quatuor horum Codd., tamquam diverſorum, mentionem retinui, incertus, utrum per *Vet.* unum ex tribus poſterioribus intellexerit, veluti apud *Eumen.* pro inſtaur. Schol. 17. 3. *Vaticanus* vero *Puteani* forte fuit unus ex tribus, quos habuit *Patarolus*, quamvis tres illae lectiones, quas ex iis *Patarolum* notaſſe ſupra monui, ex *Vaticano* apud *Puteanum* non exſtent. ARNTZEN.

multis illis Interpretibus Delphinicis. Vid. *Schwarz.* l. c. p. 750. Biblioth. Lat. p. 429.

XII. *Panegyricae Orationes veterum Oratorum. Notis, ac Numis illuſtravit, & Italicam interpretationem adiecit Laur. Patarol, Venetus.* (In eius Opp.) *Venet.* 1743. 4. Si quis umquam feſtiva praeſidiorum copia inſtructus ad edendas haſce Orationes acceſſit, is certe fuit *Patarol.* Vſus eſt Edd. *Cuſp. Rhen. Navii*, (*Venet.* 1576.) *Livincii*, *Genevenſibus* duabus, altera A. 1638. altera A. 1663. excuſa, (ſi numerorum notae non fallunt,) *Pariſienſi*, A. 1655. (quae repetitio eſt *Puteanae*, A. 1643. publicatae,) altera, in uſum Delphini a *Baunio* procurata A. 1677., *Cellariana.* Adhibuit Cod. MS. ex Bibliotheca patria D. *Marci*, collationem trium Codd. *Vaticanorum*, & Codicis MS. ex Bibliotheca, quae Mediolani eſt, *Ambroſiana.* Conſuluit omnes Interpretes, & Criticos, qui Orationes haſce illuſtrarunt. Addidit numos, qui vel Imperatores, eorumque familias ſpectant, vel res ab iis geſtas &c. declarant. Quis propter haec non vadimonium deſerat? Sane, ſi *Naugerius* aliquis, vel *Victorius* iſto apparatu uſus eſſet, haberemus, quod deſideriis eruditorum, & ſpei ſatis faceret. Sed nimis alienus erat *Patarol* a re Critica. Codices ſuos non perpetua diligentia, ſed ubi libitum erat, inſpexiſſe contentus pauciſſimis locis opem ex illis affert, & contextum haud meliorem *Pariſienſi*, quem ubique ante oculos habet, nobis procudit. Adnotatio in rebus hiſtoricis, & praecipue Geographicis ſtudioſe verſatur, in ceteris ad rationem *Minellianam* fere accedit. Sunt tamen, ne quid boni diſſimulem, in quibus vel pravae lectionis reformandae, vel confirmandae probae opera Viri prodeſſe queat. Sed ſatis de his: ne tantummodo cenſuram aliorum agere, & viae, quam ego perſecutus ſum, demonſtrandae videar oblivifci.

Prima mihi merito fuit cura textus, cuius multa vitia, ope librorum, praecipue *Moerliani*, emendavi. Equidem facile agnoſco, non omnia vulnera, quae Librariorum incuria Scriptoribus hiſce inflixit, eſſe perſanata. Sed malui, ea, ubi non aderant praeſentiſſima remedia, ſuſpenſa manu tractare, aut manum omnino abſtinere, quam, ſumenda quidlibet audendi licentia, in reprehenſionem temeritatis incurrere. Porro id quoque efficere curavi, ut, unde lectio quaeque ducta ſit, & quibus quaſi gradibus ad eam, quam habet, formam textus pervenerit, intelligatur. In adiumentis interpretandi obſervationes *Schwarzii*, quibus utrumque *Mamertini* Panegyricum illuſtravit, V. Diſſertationibus Academicis publice olim propoſitas, nec non eas, quas ad IV. Panegyricum *Eumenii*, in uſum Praelectionum, conſcripſit, nondum adhuc editas, (*dd*) nec tamen indignas auctore ſuo, edere integras; ex adnotatione reliquorum dilectum facere viſum eſt. Quotieſcumque enim rem

(*dd*) Non itaque hae ex *Schwarzii* Edit. videntur tranſlatae, ut ſuſpicabar in Praef. ad T. I. p. 4. quid igitur has inter illasve interſit, non liquet. ARNTZEN.

rem unam, eamdemque a duobus, pluribusve, quod haud raro accidit, propoſitam fuiſſe vidi, illius tantummodo Notam, quam vulgo dicunt, ſelegi, qui vel primus illam rem tetigit, vel omnium optime explicavit: qua ratione id me conſecutum eſſe ſpero, ut nihil omnino ex iis, quae illuſtrandis Orationibus hiſce inſerviunt, deſiderari poſſit, neque tamen ſupervacanea legantur. Mea animadverſione tum demum opus eſſe iudicavi, cum variae lectionis ratio reddenda erat, vel quaedam uberius & liberalius declaranda, vel ſententiae aliorum dubiae, aut falſae eſſe videbantur. In his arguendis non inanem vincendi libidinem ſecutus ſum, ſed commodum Lectoris ſpectavi. Putabam enim, in quibus *Gruterus*, vel *Cellarius* erraſſet, facile alios falli poſſe, etiam qui non prorſus in his rebus caecutirent. Omnino id ſtudui efficere, ut Orationes hae perſpicuae eſſent illis quoque, qui, aut propter aetatem, aut educationem, & rationem ſtudiorum, aut vitae genus, non ſtatim primo obtutu aſſequerentur, quae, ab aliqua parte eruditionis repetita, praeſto eſſe debent intellecturo Auctores, reconditae doctrinae haud expertes. Accidit non numquam, ut Viri, qui in his litteris habitarent, (etiam qui non habitarent, ſed ſpeciem affectarent copioſae eruditionis,) tamquam trivialia ſpernerent, quae ab aliis iam alicubi doceri meminiſſent. Verum hanc moroſitatem, & arrogantiam ſatis confutavit Ill. *Heyne*, (*ee*) cum quo equidem malim errare, quam cum iſtis vera ſentire. Attuli igitur in iis, quae non nimis facilem intellectum habent, quaedam, quae aliunde iam ſe didiciſſe docti arbitrentur; ſed attuli verbis pauciſſimis, & ita, ut Lectorem ſemper eo ablegarem, ubi res fuſius diſputatur. Praeterea cum non ſine moleſtia deſideretur lux ea, quae umbras ab Hiſtoriae, & Geographiae ignoratione offuſas diſcutiat, non negligenda eſſe duxi nomina hominum, gentium, urbium, regionum, quibus aliquid ineſt difficultatis; iisque illuſtrandis locum commodiorem eſſe in adnotatione textui ſubiecta, quam in Indice, credidi peritis harum rerum iudicibus. (*ff*)

His de conſilii, & operae meae ratione expoſitis addidi in Praefatione, decem abhinc annis ſcripta, emendationes, & monita, quae mecum communicaverat Celeberrimus *Schenckius*, Profeſſor bonarum litterarum in Gymnaſio Norimbergenſi, (*gg*) quem non modo propter innumera benevolentiae pignora, ex illo inde tempore, quo collegii vinculo coniungebamur, colendum, ſed & copioſiſſimae eruditionis, inſigniumque meritorum nomine ſuſpiciendum mihi eſſe ſemper prae me tuli, nec umquam praedicare deſiſtam. Acceſſerunt deinde plura, quae, hiſce *Schenckianis*, & meis obſervationibus poſterioribus permixta, hic expromere viſum eſt. Scilicet, libro hoc in lucem emiſſo, *indicaturam* eius dedit Vir doctus in Bibliotheca Philologica, Lipſiae typis excu-

(*ee*) In Praef. praefixa Oreſti *Euripideae*, a Cl. *Facio* illuſtratae. IAEGERVS.
(*ff*) Vid. *Allgem. Deut. Bibliotb.* Vol. XXVIII. p. 566. IDEM.
(*gg*) Haec ſuis iam locis leguntur Notis inſerta. ARNTZ.

cuſa, attulitque non pauca, quibus textus Panegyricorum fieri poſſet emendatior. Non ita multo poſt Vir litterarum ſcientia praeſtantiſſimus, *Daniel Wyttenbach*, in Bibliotheca Critica *Amſtelodamenſi* de nova illorum editione ita expoſuit, ut locis permultis plurimum lucis impertiretur. Praeclaris hiſce adnotationibus etſi optabilius erat in nova Panegyricorum editione uti poſſe, quoniam tamen facultas eius iterandae in incerto eſt, & bona pars poſſeſſorum libri diſperſam collectionem gravatur, faciendum putavi, ut eas, adiectis illis, quae ipſe animadvertiſſem, ita typis exſcriptas publicarem, ut illis exemplaribus, quae ſuperarent adhuc in tabernis, ſtatim adiungi, illis vero, quae iam divendita eſſent & compacta, exemta Praefatione priore, inſeri poſſent. Id a Bibliopego, artis ſuae ſatis perito, ſine ullo libri dehoneſtamento, fieri poſſe uſu compertum eſt. Quemadmodum nomina Interpretum, quorum adnotatio textui ſubiecta eſt, primis fere litteris (ſcilicet *A. Acidalius*, *B. Baunius*, *C. Cellarius*, *G. Gruterus*, *I. Iuretus*, *L. Livineius*, *PAT. Patarol*, *P.* vel *PVT. Puteanus*, *S. Schwarzius*) ſignata ſunt, ita & hic ſiglis *S. BP.* & *BC.* Cel. *Schenckium*, & Viros doctos, quorum alter in *Bibliotheca Philologica*, alter in *Bibliotheca Critica* ſententiam de hac Panegyricorum Editione dixit, indicabo. Scr. Altdorfii a. d. XXIII. Ianuarii, MDCCLXXXX.

INDEX I.

RERVM

IN PANEGYRICIS.

Prior numerus Panegyricum, ſecundus caput, tertius ſectionem indicat.

A.

Achilles pulcer. 6. 17. 2.
Actium. 8. 10. 1. Actiaca victoria. 5. 13. 4.
Adriacum mare. 10. 9. 1.
Adulationes aulicae. 10. 20. 4.
Aedui fratres P. R. 3. 4. 1. & 6. 22. 4. & 7. 2. 4. Romanos in Galliam duxerunt. 7. 3. 3. eorum civitas. 4. 21. 2.
Aegyptum Diocletianus pacavit. 3. 21. 2. Palmyrenis paret. 4. 10. 2.
Aemilius Paullus. 6. 10. 7.
Aemuli magnarum rerum laudabiles. 1. 8. 3.
Aer craſſior per maris exhalationem. 9. 11. 5.
Aeropus rex infans in acie. 9. 10. 1.
Aeſtate nullae noctes in Britannia. 6. 9. 3.
Aeternitas in Impp. titulis. 4. 13. 3. & 5. 2. 2. & 5. 11. 5. & 7. 1. 1.
Aethiops & Indus. 4. 5. 2.
Africa potens. 9. 32. 8. permulcenda Maxentii capite. 9. 32. 6. Africi maris inſulae. 8. 25. 3.
Agrippa pro Auguſto vicit. 5. 13. 4.
Alamani. 2. 17. 1. & 9. 18. 1. eorum rex captus. 4. 2. 1. Alamania proculcata. 4. 10. 4. domuit Iulianus. 10. 4. 3. rebellans. 10. 6. 2.
Albis fluvius. 8. 21. 5. horridus. 2. 16. 4. ſecat Germaniam. ibid.
Aloula Tuſcus pro Tiberi. 8. 21. 5.
Alexandri M. exercitus quantus. 8. 5. 1.
Allectus Carauſii oppreſſor. 4. 15. 5.
Alpes Cottiae. 2. 9. 3. Italiam vallant. 2. 2. 4. earum iuga caelo vicina. ibid.
Ambianum ſolum. 4. 21. 3.
Ambitu Campus Martius infamis. 10. 21. 1.
Ambracienſe oppidum. 3. 7. 3.
Amphionis carmen. 3. 15. 2.
Angues in cunis eliſit manu Hercules. 9. 16. 6.
Anguipedes gigantes. 2. 3. 5.
Antoninus (Lucius) territus cataphractis. 9. 24. 6.
Anulos (ad) ſedere. 6. 15. 1.
Apelles pictor. 5. 6. 3.
Apollinis templum. 3. 9. 3. & 6. 21. 3. & 7.
Aquae oppidis influentes. 10. 10. 1. tepidae. 6. 22. 1. veritatis indices. 6. 21. 7. craſſiores evomunt fiſtulae interſeptae. 9. 32. 9.
Aquileia recepta. 8. 11. 1. & 9. 27. 1. eius Palatium. 5. 6. 2.
Aquitani. 7. 6. 8.
Ara maxima Herculis. 1. 1. 3. Miſericordiae. 3. 7. 1.
Arar fluvius ſegnis. 6. 18. 2.
Arebrignus pagus. 7. 6. 4.

Are-

Arelate. 6. 18. 4.
Argo navis. 10. 8. 2.
Aries machina militaris. 8. 5. 6.
Arion equus. 6. 8. 5.
Artifices Britanni tranſlati in Galliam 4. 21. 2.
Aſcaricus rex Germanorum. 6. 11. 6. & 9. 16. 5.
Aſiam (in) deducti Thraces a Diocletiano. 4. 21. 1.
Aſiatica bella. 4. 11. 3.
Athenae a Minerva conditae. 3. 9. 5. magiſtrae & inventrices bonarum artium. 10. 9. 3.
Atheſis ſaxis aſper. 8. 8. 2.
Aves Stymphalides. 2. 3. 5.
Auguſtior claritas luminis. 4. 2. 2.
Auguſto (pro) vicit Agrippa. 5. 13. 4.
Auguſtodunum oppidum. 3. 14. 1. Flavia dicta. 7. 1. 1. & 7. 2. 1. colonia. 3. 5. 1. eius ornamenta. 6. 22. 5. tabulae illic Geographicae. 3. 20. 2.
Auratum vellus. 10. 8. 2.

B.

Bagaudae, eorumque motus. 1. 4. 3. & 3. 4. 1. & 7. 4. 2.
Baianus ſinus ponte ſtratus. 6. 13. 4.
Batavia. 5. 4. 2. & 8. 25. 2. Batavorum inſula. 6. 6. 4.
Belgica. 7. 7. 2.
Bella Punica. 4. 11. 3. Aſiatica, Piraticum, Mithridaticum. ib. Romanum. 4. 15. 4.
Bellovacum ſolum. 4. 21. 1.
Beſtiis obiecti captivi. 6. 12. 3. & 8. 23. 3. noxias non alit Britannia. 6. 9. 2.
Bibracte Iulia. 7. 14. 5.
Blemyes. 2. 17. 4.
Bononienſe oppidum. 6. 5. 2.
Britannia alius orbis, 4. 11. 2 Hiſpaniae propinquior credita. 4. 18. 5. eius laudes. 4. 11. 1. & 6. 9. 3. noxias non alit beſtias. 6. 9. 2. tropaea Britannica. 6. 7 1. illic nullae aeſtate noctes. 6. 9. 3. eius gaudium de Conſtantini victoria. 4. 19. 1. artifices eius tranſlati in Galliam 4. 21. 2.
Brixia oppidum. 9. 25. 1. & 4.
Bructeri, populus 9. 18. 1.
Brutus primus Coſ. 10. 30. 3.
Burgundii & Burgundiones. 2. 17. 1. & 3.
Byzantium. 10. 2. 3.

C.

Cabillonenſis portus. 6. 18. 3.
Cachinnans ſaevitia. 10. 26. 2.
Caelibatus prohibitus. 5. 2. 4.
Caeſar (Iulius) primus Britanniam ingreſſus. 4. 11. 2.
Caeſares diſtincti ab Impp. 3. 4. 1. & c. 15. 2. Nobiliſſimi. 9. 36. 1.
Caledones, populus. 6. 7. 2.
Calendaria. 7. 4. 4.
Calpetanus mors. 2. 16. 5.
Camoenae novem. 3. 7. 3.
Campani a Capy Troiano. 7. 3. 1.
Campus Martius ambitu infamis 10. 19. 1.
Candidatorum labores. 10. 16. 1.
Cannae. 2. 10. 3.
Capillis templa verrere. 2. 10. 3.
Capitales inimici. 10 26. 2.
Capitolium Auguſtodunenſe. 3. 9. 3. Romanum. 1. 13. 2. Capitolinus Iuppiter. 5. 8. 7. Minerva in Capitolio. 3. 9. 5.
Captivi beſtiis obiecti. 6. 12. 3. & 8. 23. 3.
Carauſius tyrannus, & pirata. 1. 12. 1. & 4. 12. 1. eum oppreſſit Allectus. 4. 15. 5.
Carpi profligati 4. 5. 2. & c. 10. 4.
Carthago aemula Romae. 1. 8. 1.
Caſtores auxiliares Romanorum. 9. 15. 4.
Caſtratorum quot genera. 10. 19. 4.
Caſtrenſis cibus. 10. 11. 4.
Catalaunica clades. 7. 4. 3.
Cataphracti. 9. 23. 4. & c. 24. 6.
Catones. 1. 14. 2. & 10. 19. 2.
Caviones, pop. 2. 7. 2.
Celtarum populi. 7. 3. 3.
Cenſus Gallicanus. 7. 5. 5.
Cereri meſſes libantur. 3. 17. 1.
Certaminum praemia. 3. 13. 1.
Chaibones, pop. 1. 5. 1.
Chamavi. 9. 18. 1. Gallis arant. 4. 9. 3.
Cheruſci. 9. 18. 1.
Cibus caſtrenſis. 10. 11. 4.
Cicero humeris Italiae reportatus. 8. 19. 5.
Cinna furioſus. 8. 20. 3.
Circi ornamenta. 9. 35. 5. Circus Maximus Romae. 8. 21. 3.
Claudius Gothicus diſciplinam reformat. 6. 2. 2. Conſtantini agnatus. 7. 2. 5. & c. 4.
Clibanariorum deſcriptio. 9. 22. 4. incommoda. 9. 24. 6. clavis percuſſi. 9. 24. 3.
Cloelia virgo. 8. 18. 2.
Cocles Horatius. ibid.
Cognitiones ſacrae. 3. 5. 4.
Collegiorum ſigna. 7. 8. 4.
Collina porta. 8. 20. 4.
Comitiorum locelli. 10. 19. 1.
Concordiae commoda. 9. 10. 2.
Confragoſa via. 7. 7. 2.

Con-

Conſtantinopolis. 10. 2. 3. & c. 14. 5.
Conſtantinus M. caſtus. 5. 4. 1. in Britannia Caeſar factus. 5. 4. 1. Auguſti nomen in nuptiis adſumſit. 5. 1. 1. Matrimonium cum Minervina. 5. 4. 1. ſingulare certamen. 6. 3. 3. caeleſtes exercitus ipſi auxilio 9. 14. 1. & c. 29. 1. Imperator factus a Maximiano. 5. 2. 1. clementia eius in victos Aquileienſes, & alios. 8. 11. 1. hoſtibus deditis, manicas e gladiis aptari iuſſit. 8. 12. 1. infatigabilis. 8. 22. 2. vicit Bructeros, Chamavos, aliosque. 9. 18. 1. novas leges conſtituit. 9. 38. 4. calumniarum anſam ſuſtulit, aliasque leges tulit. 8. 4. 4. & 9. 38. 4. Aeduis ſponte beneficia dedit. 7. 9. 1. ſeptem millia capitum ipſis remiſit. 7. 11. 1. Imperator. 6. 2. 5. pontem ad Coloniam ſtruxit. 6. 13. 1. militibus cariſſimus. 6. 17. 4. eius virtutes. 5. 3. 4. pugna cum Maxentio & victoria. 8. 17. 1. & 9. 29. 1. ingreſſus Mediolanum. 8. 7. 5. ipſi ſignum Dei, ſcutum & corona data. 8. 25. 4.
——— eius filius infans Caeſar. 9. 1. 1. & c. 37. 3. Conſul. 9. 3. 5.
Conſtantius Pius. 6. 7. 3. & 8. 4. 3. Princeps iuventutis. 3. 6. 1. Francos vicit, & Britannias ſervitute liberavit. 5. 4. 2. & 3. & 8. 25. 2. eius Lingonica victoria. 6. 6. 3. eius laudes. 6. 4. 2. in Britanniam navigatio. 6. 7. 1. mors. 5. 14. 3 & 6. 8. 2.
Conſulares lecticae. 10. 30. 2. praetexta. 10. 29. 5.
Contumelia habet aculeos acres. 9. 12. 2.
Cornelia Gracchi uxor. 5. 13. 4.
Coronae laureae. 6. 21. 4.
Corpora digna mentibus magnis. 6. 17. 3.
Corybantum cymbala 1. 2. 4.
Cottiae Alpes 2. 9. 3.
Craſſus praeſente Scaevola noluit ineptire. 10. 16. 2.
Criſpus Caeſar. 9. 1. 1. Caeſarum maximus. 9. 36. 3.
Croeſus rex. 3. 16. 1.
Cuneus militaris. 8. 6. 3.
Cuniculi militares. 8. 5. 6.
Curius Dentatus. 1. 14. 2.
Curules ſellae. 1. 3. 2 & 10. 30. 2.
Cydonum tela. 6. 8. 1.
Cyllarus equus. 6. 8. 5.
Cymbala Corybantum. 1. 2. 4.

D.

Dacia Aureliani reſtituta. 4. 3. 3.
Dalmatae. 10. 9. 1.
Danubius, ſive Iſter. 2. 6. 6. & 8. 21. 3. & 4. 2. 1. & 10. 7. 3. limes imperii. 1. 2. 6. tranſitus eius Guntienſis. 4. 2. 1.
Decennalia. 2. 1. 3. anno X. incipiente celebrata. 7. 13. 2.
Dei tot nomina, quot ſunt gentium linguae. 8. 26. 1. eius deſcriptio. ibid. an negligant res humanas. 5. 9. 1. eorum genitor Oceanus. 6. 7. 2.
Deliacus mercator. 3. 12. 2.
Delos olim vaga, poſt firma. 3. 18. 2.
Dentatus (Curius) 1. 14. 2.
Dictatores. 8. 25. 4.
Diocletianus Iovius, quaſi a Iove ortus. 1. 1. 4. Parthos repreſſit. 1. 10. 5. incolas in deſerta Thraciae tranſtulit. 4. 21. 1. Aegyptum pacavit. 3. 21. 2.
Diritas hilaris. 10. 26. 2.
Diſſipare apta, quam divulſa componere eſt facilius. 9. 33. 5.
Diviſores in Comitiis. 10. 19. 1.
Divortium Rheni. 4. 8. 1.
Duces ante currum victi. 9. 31. 1.

E.

Eleuſina. 10. 9. 3.
Epirotae. 10. 9. 1. Epiroticum mare. ibid.
Eruli, pop. 1. 5. 1. & 2. 7. 2.
Eſatech rex. 1. 10. 3.
Eumenius Magiſter ſacrae memoriae. 3. 11. 2. iterum Profeſſor. ibid. eius amplum ſalarium. ibid. militavit. 4. 2. 1. avus eius Athenienſis. 3. 17. 3.
Euphrates limes. 1. 2. 6. & 1. 7. 5. geminus. 2. 6. 6.
Excipiendi Principem ritus. 7. 8. 4.
Exercitus mediocris praeſtat numeroſo. 8. 5. 1. divinus Conſtantino auxiliatus. 9. 14. 1. & c. 29. 1.

F.

Famae mille voces. 5. 1. 3. velox. 9. 32. 4.
Favonii. 4. 3. 1.
Ferina carne Franci diſtenti. 8. 24. 2.
Fiſtulae diu interſeptae, exitu dato, craſſiores aquas evomunt. 9. 32. 9.
Flavia Aeduorum. 7. 1. 1. & c. 2. 1. & c. 14. 5.
Flaviae gentis Conſtantius. 7. 1. 1.
Florentia Iulia. 7. 14. 5.
Fortuna proſperis rebus triſtia admiſcet 9. 7. 1.
Fortunatorum inſulae. 6. 7. 2. & 10. 23. 1.

Franci domiti. 2. 7. 2. & 6. 11. 3. ferina carne diſtenti. 8. 24. 2. in Treveris & Nerviis. 4. 21. 1. eorum excurſiones navales. 4. 18. 3. rex. 2. 5. 4. reges beſtiis obiecti. 6. 10. 2. & c. 11. 6. acta ſub Probo. 9. 17. 1.
Frater dictus Collega Auguſti. 1. 1. 5. & c. 4. 1. & c 9 3.
Friſius & Chamavus captivi. 4. 9. 3.
Fronto Orator par Ciceroni. 4. 14. 2.
Frontoniani. ibid.
Fulvius Nobilior. 3. 7. 3.
Furiae terribiles. 8. 16. 6.

G.

Gabinii. 10. 19 2.
Galerius Caeſar. 3. 21. 2. Auguſtus. 8. 3. 4.
Gallicanus cenſus. 7. 5. 5.
Gallienus Princeps ignavus. 4. 10. 1.
Gaudium poſt longam triſtitiam eſt inmoderatum. 9. 32. 8.
Gelli, pop. 2. 17. 2.
Genobon rex. 1. 10. 3.
Geographici ſtudii commendatio. 3. 20. 2. tabulae Auguſtoduni. ibid.
Germaniae limes inferior. 8. 21. 5. ſuperior. 8. 22. 5. reges. 1. 10. 3. eam ſecat Albis. 2. 16. 4.
Geryon trino capite. 1. 2. 1.
Geſoriaci obſidio. 4. 6. 1. muri. ibid. littus. 4. 14. 4.
Gigantes terrigenae. 1. 4. 2. biformes. 2. 3. 4.
Gipedes, pop. 2. 17. 1.
Gloriae via quotuplex. 9. 5. 6. templum. 3. 6. 4.
Gomphi Theſſaliae 8. 6. 1.
Gothi, Gotthi. 2. 17. 1. pacem petierunt. 4. 10. 4.
Gracchi & Corneliae matrimonium. 5. 13. 4.
Graecia facundia potens. 10. 8. 1. amoena Graeciae. 8. 24. 1.
Gremium (ad) Iovis ire. 5 8. 7.
Guntienſis tranſitus Danubii. 4. 2. 1.

H.

Hannibal a Scipione ab Italia revocatus. 1. 1. 1. contra eum dux Scipio. 5. 13. 5. Alpes penetravit. 2. 9. 4. victor. 8. 15. 5.
Harpyiae. 2. 3. 5.
Haſta trabalis. 9. 29 5.
Hebe Herculis uxor. 2. 3. 6.
Helleſponti anguſtiae. 6. 13. 4.
Hercules Iovi auxilio. 1. 4. 2. pacator terrarum, & omnium commodorum auctor. 1. 11. 6. & 2. 3. 4. perpetuus virtutis adſertor. 2. 3. 6. Muſagetes. 2. 7. 3. Victor. 1. 13. 4. Monoeci arces. 2. 4. 2. labores. 1. 2. 1. & 2. 9. 5. ara maxima. 1. 1. 3. templa. 1. 2. 1. ſacrorum cuſtodes Pinarii. 1. 1. 3. uxor Hebe. 2. 3. 6. in cunis angues manu eliſit. 9. 16. 6.
Herculeus (Maximianus) 1. 1. 4. inſtigatus ad imperium recipiendum 5. 11. 1. in nuptiis filiae agitabat imperium recipere 5. 12. 7. mare vicit. 1. 6. 3. Germaniam primus intrat. 1. 7. 2.
Herculeum ſacrum. 1. 1. 3.
Hibernia. 6. 7. 2.
Hiberni ſeminudi. 4. 11. 4.
Hiſpania Britanniae propinquior. 4. 18. 5.
Honeſtatem (ad) vix recurrunt, qui vitiis adſueti ſunt 9. 10. 3.
Honoris templum. 3 7. 1.
Horatius Cocles. 8. 18. 2.

I.

Iberus fluvius. 1. 2. 1.
Ilienſes Aſiae. 7. 3. 1.
Illyricum. 10. 6. 2.
Immortalis Reſp. propagatione. 5. 2. 3.
Indi conſcii ſolis orientis. 6. 9. 4. & Aethiops. 4. 5. 2. Indicus Liber. 6. 9. 4.
Inferi inferiores. 10. 13. 4.
Inſulae maris Africi. 8. 25. 3. Batavorum. 6. 6. 4. Fortunatorum. 6. 7. 2. & 10. 23. 1.
Ioci triumphales. 8. 18. 3.
Iovis omnia plena. vid. *Iuppiter*.
Iovius Diocletianus. 1. 1. 4.
Iris nuncia Deum. 6. 8. 5.
Iſter. vid. *Danubius*.
Italia gentium domina. 1. 2. 2. & 4. 10. 3. Alpibus vallata. 2. 2. 4.
Italicae expeditiones. 9. 17. 3.
Iudices ſub Iuliano in provinciis. 10. 4. 2.
